
AUDACTER ET STRENUE
W. F. Pollock.


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE RI TAS


AUDACTER ET STRENUE
W. F. Pollock.

LEXICON

CICERONIANUM

MARII NIZOLII.

LEXICON

CICERONIANUM

MARII NIZOLII

EX RECENSIONE

ALEXANDRI SCOTI

NUNC CREBRIS LOCIS REFECTUM ET INCULCATUM.

ACCEDUNT

PHRASES ET FORMULÆ

LINGUÆ LATINÆ

EX COMMENTARIIS

STEPHANI DOLETI.

JUXTA EDITIONEM JACOBI FACCIOLATI.

TOM. III.

LONDINI:

TYPIS EXCUDEBAT J. F. DOVE;

PROSTANT VENALES APUD R. PRIESTLEY.

MDCCCXX.

NIZOLII

CICERONIANUM,

&c.

R | RA

R Litera Latinorum est muta.

RA

Rabide, *furenter, rabiose,* λυσσωδῶς. 5. Tuscul. 16. Omnia rabide appetens cum inexplebili cupiditate.

Rabidus, a, um, *rabiosus, furens,* ὁ καὶ ἡ λυσσώδης. In Arat.

Vel toto spirans rabido de corpore flammam.

4. ad Heren. 63. Iste aspectu rabido circumspectans huc et illuc.

Rabies, ei, *furor,* λύσσα. Tusc. 61. Hecubam appetant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam. 4. Tusc. 52. Neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse.

Rabiose, *rabide, furiose,* λυσσωδῶς. 4. Tusc. 48. Nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve fecerunt.

Rabiosulus, a, um, λυσσωδέστερος. 7. Fam. 16. Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

Rabiosus, a, um, *rabidus,* λυσσομανής. 4. Tuscul. 49. Vide ne fortitudo minime sit rabiosa.

Rabula, læ, *causidicus rabiosus et ineptus,* ὁ καὶ ἡ στόμαργος. Orat. 47. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. 1. de Orat. 202. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem aut rabulam conquirimus. De Cl. 180. Rabulæ, qui et indocti plane, aut iurbani, aut rustici fuerunt.

Radians, tis, *radiatus,* στίλβων. In Arat.

Stellæ sub pedibus stratæ radiantis Aquari.

Orat. 152.

Hoc motu radiantis Etesiæ in vada ponti.

Radiatus, a, um, *radians,* ἀκτινωτός. 1 de Div. 44. Orbis flammeus radiatus. *Accii.* 3. de Orat. 160. Lumen radiatum. *Ennii.*

Radicitus, *stirpitus, funditus,* ῥιζόθεν. 1. de Nat. 122. Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. 2. de Fin. 27. Tollere atque extrahere aliquid radicitus. 1. Tusc. 111. Hanc excutere opinionem mihimet radicitus volui. Pro Dom. 34. Radicitus evellere omnes actiones alicujus.

Syntaxis. *Radicitus extrahere, evellere, excutere actiones, opiniones. Tollere atque extrahere radicitus.*

Radicula, læ, *parva radix,* ῥίζιον. 2. de Div. 135. Draco radiculam in ore ferens, &c. *bis.*

Radius, dii, *luminis quasi jaculum,* ἀκτίς, vel ἀκτίν. 5. de Fin. 71. Ut stellæ in radio solis, sic bona corporis in virtutum splendore ne cernuntur quidem. In Arat.

Et quantum radios jacimus de lumine nostro.

3. Att. 3. Cyrus aiebat radiorum διαφάσεις latis luminibus, non tam esse suaves. Prognost.

Stringuntur radii cæca caligine tecti.

Item, Geometræ instrumentum, seu virga, qua lineas ducit, τὸ ῥαβδίον. 5. Tuscul. 64. Humilem homunculum a pulvere et radio excitabo. *id est, Archimedem.*

A centro linea ducta. De Un. 15. Globosum, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur.

Radix, cis, *stirps,* ῥίζα. 5. de Fin. 33. Videmus ea, quæ terra gignit, corticibus et radicibus valide servari. 2. Off. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. 3. Tusc. 13. Non solum ramos amputare miseriarum, sed etiam radicum fibras evellere. Pro Cœl. 14. Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam virtutis radicibus niteretur. 4. in A. 13. Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nulla unquam vi labefactari potest. Brut. 17. Malum, quod fundamentum et radices habeat altiores. 10 Att. 13. Nam habent suas radices: quas tamen evellerem, si possem. Ver. 5. 86. Nautæ fame coacti radices palmarum agrestium colligebant, et his miseri perditique alebantur.

Pars humilior. 2. cont. Rull. 65. In Massici radicibus.

Rado, dis, ξυρέω. 2. de Leg. 59. Mulieres genas ne radunto. Pro Qu. R. 20. Qui capite et superciliis semper est rasis.

Ramulus, li, βλάστημα. 1. de Div. 123.

Ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse.

Ramus, mi, ὁ κλάδος. 3. de Orat. 177. In arboribus truncus, rami, folia. In Arat.

Denudat foliis ramos et cortice truncos.

Pro Cæc. 60. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram jacent, ut sues, quasi capræ, ex ramis glande pascantur.

Rana, næ, βάτραχος. 2. de Nat. 125. Ranæ marinæ dicuntur sese obruere arena solere. 15. Att. 16. Ranæ enim ῥητορεύουσιν.

Ranunculus, li, *rana*, τὸ βατράχιον. 7. Fam. 18. Ulubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat. 1. de D. 15. Quis est, qui ranunculos hoc videre suspicari possit? Sed inest mire et ranunculis quædam natura significans aliquid.

Rapacitas, tis, *cupiditas rapiendi*, τὸ ἁρπακτικόν. Pro Cœl. 13. Quis in rapacitate avarior?

Rapax, cis, *prædo*, ἅρπαξ. I. P. 66. Iste crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax. Ver. 3. 4. Furem aliquem aut rapacem accusare.

Avidus. De Ami. 50. Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura.

Citus, *velox*. 3. de Nat. 24.

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda.

Rapide, *velociter*, ἁρπακτικῶς. Orat. 128. Quod cum rapide fertur, sustineri nullo modo potest. 2. de Leg. 6. Rapide dilapsus.

Rapidus, a, um, *velox*, ἁρπακτικός. 2. de Fin. 3. Nusquam orationem rapidam coerceas.

Rapiendus, a, um, ἁρπακτέος. 4. in A. 9. Sed spes rapiendi atque prædandi obcæcat animos. 2. de Orat. 238. Vita eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur.

Rapina, næ, *furtum quod per vim fit*, ἡ ἁρπαγή. 2. C. 10. Nihil cogitant nisi cædes, incendia, rapinas. 2. Off. 54. Atque etiam largitionem sequuntur rapinæ. 12. Fam. 12. Spes prædæ ac rapinarum. 9. 20. Si qua vis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint. 14. Att. 15. Rapinas scribis fieri. I. P. 57. Cupiditas cæca rapinarum.

Rapio, is, *abripio*, *aufero*, *furor*, *prædor*, ἁρπάζω. 2. in Ant. 62. Latrones tantum habent, quantum rapere possunt. 3. Off. 22. Detrahere aliquid alteri, et rapere ad se commoda alterius.

Accipio, *assumo*. 1. Off. 9. Cum utilitas ad se rapere, honestas contra revocare videtur. 7. Fam. 7. Essedum aliquod rapias, ad nosque recurras.

Impello, *ago*. 1. Off. 101. 'Ορμὴ, quæ hominem huc et illuc rapit.

Allicio. 2. 37. Cum aliqua his ampla et honesta res objecta est, totos ad se convertit.

Traho. 1. C. 25. Quo te ista tua cupiditas effrænata rapiebat. 2. de Fin. 3. Cum fertur quasi torrens oratio, multa cujusque modi rapit, &c. 3. 19. Cum de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt.

Adduco. 3. contra Rull. 7. Marianus tribunus plebis, qui nos Sullanos in invidiam rapit. 1. ad Her. 8. Rapere aliquem in odium.

Interpretor. 10. Fam. 33. Rapere consilium alicujus in contrariam partem.

Rapior, eris. 12. 25. In Græciam desperata libertate rapiebar. 5. Tuscul. 13. Cum cæteræ virtutes ad tortorem rapiantur. 2. Off. 38. Ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. 1. de D. 111. Ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiuntur. De Ar. 54. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu conjectura raperemur. I. P. 57. Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. 2. de L. 43. Opinionibus vulgi rapimur in errorem. Pro Pomp. 21. Classis quæ ad Italiam studio inflammato raperetur. 16. Fam. 12. Cum Cæsar amentia quadam raperetur.

Syntaxis. *Rapere ad se commoda alterius. Spes rapiendi. Rapi ad supplicium. Utilitas nos ad se rapit. Huc et illuc hominem rapit cupiditas. Ad se convertere et rapere. Ipsæ res verba rapiunt. Rapere in invidiam, in odium. Rapere consilium alicujus in contrariam partem. Aviditate rapi ad aliquid. Cura omni studioque rapi ad contemplandum. Prædæ ac rapinarum cupiditate rapi. Opinionibus vulgi in errorem rapi. Amentia quadam rapi.*

Rapserit, *pro* Rapuerit, *antiquum verbum*. 2. de L. 22.

Raptatus, a, um, ἡρπασμένος. Pro Sest. 145. Eversa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata conjunx.

Raptim, *cursim*, ἁρπάγδην. 2. Att. 9. Hæc scripsi raptim. Pro Dom. 139. Cum ille ageret raptim et turbulente illam rem. 4. ad Heren. 65. Iste se raptim domum suam conjicit.

Rapto, as. Pro Dom. 59. Uxor mea, quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. 1. Tuscul. 105. Quadrijugo curru raptari.

Raptus, a, um, ἡρπασμένος. *Ib.* 65. Ganymedes a diis raptus. Ver. 4. 106.

Raptus, us, ἅρπαγμα. *Ib.* 107. Raptus virginis. 4. Tusc. 71. Quis de Ganymedis raptu dubitat, quid poetæ velint?

Raritas, tis, σπανία. 2. de Nat. 136. In pulmonibus inest raritas quædam, et assimilis spongiis mollitudo. De Orat. 247. Raritas dictorum.

Raro, *insolenter*, *non sæpe*, *minus sæpe*, σπανίως. 3. ad Heren. 15. Pro S. R. 37. Hoc maleficium ita raro extitit, ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur. 1. de Invent. 43. Deinde id evenire vulgo soleat, an insolenter et raro. De Fat. Acipenser admodum raro capitur. 3. de

Nat. 69. Vinum ægrotis quia prodest raro, nocet sæpissime.

Rarus, a, um, *paucus, σπάνιος*. De Somn. 14. Vides habitari in terra raris et angustis locis. De Amic. 65. Qui igitur in utraque re constantem se præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus. 2. de Fin. 81. In omni re optimum quidque rarissimum est. De Ami. 81. Omnia præclara rara. de Inven. 81. Oportet autem animadvertere, ne cum aliter multa sint judicata, solitarium aliquod, aut rarum judicatum afferatur. Top. 69. Rarum, singulare.)(. *vulgare.*

Rasus, a, um, *abrasus, ξυρηθείς*. Pro Qu. R. 20. *Lege*, Rado.

Ratio, onis, *mens, animus, λόγος, νοῦς*. 1. Off. 101. Duplex est enim vis animorum atque naturæ: una pars in appetitu posita est, quæ est Græce Ὁρμὴ, quæ hominem huc et illuc rapit: altera in ratione, quæ docet et explanat, quid faciendum fugiendumve sit. ita fit, ut ratio præsit, appetitus vero obtemperet. 2. de Nat. 46. Ratio est, quæ præstat omnibus. 2. de Leg. 16. Omnia quæ rationem habent, præstant iis, quæ sunt rationis expertia. Timæ. Ratione et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est Solis et Lunæ.

Mentis actio, judicium, intelligentia, consilium. 3. de Nat. 69. Motus celer cogitationis, acumen, solertia, quam rationem vocamus. 4. Acad. 26. Ratio quasi quædam lux lumenque vitæ. 2. Tusc. 47. Domina omnium et regina ratio. Pro Qu. R. 34. Vertit hic rationem, et id, quod probare non potest, fingere conatur. Pro Fl. 106. Bonæ rationi, et constanti, et gravi nullum a nobis fructum esse propositum. Pro Syl. 10. Sin in me est ratio Reip. religio privati officii, nihil minus accusator debet dicere. De Sen. 67. Mens, ratio et consilium in senibus est. Pro Quin. 53. Rationi et consilio locum dare. 2. de Leg. 15. In mundo et mentem et rationem inesse. 1. 19. Lex est mens ratioque prudentis. *Ib.* Lex est ratio summa insita in natura. *Ib.* Eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et confecta, lex est. 2. de D. 85. Quibus in rebus non ratio et consilium, sed temeritas et casus valet. De Ar. 3. Iracundum longius digredi, quam sapientis hominis cogitata ratio postulat. 1. Off. 79. Exercendum est corpus, et ita afficiendum, ut obedire consilio rationique possit in exequendis negotiis, et in labore tolerando. 3. de Nat. 26. Homo habet sensum et rationem, et orationem. Top. 69. Expers rationis.)(. *Ratione utens.* 1. Off. 11. Homo qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudinesque comparat, rebusque præsentibus adjungit atque annectit futuras. 3. de Natu. 69. Quemadmodum ratione recte fit, ita ratione peccatur. *Ibidem multa de ratione.* Pro Cluen. 106. Suæ sententiæ rationem reddere. 1. Tus. 38. Antiqui rationem sententiæ suæ non fere reddebant. 4. ad Her. 1. Ut paucis rationem nostri consilii demus. Pro Pomp. 5. Att. Quin. Catulus et Hortensius ab hac ratione dissentiunt. Ver. 2. 20. Mea ratio voluntasque ab eo abhorret. Pro Dom. 15. Nonnulli illam rem ad illam rationem conjecturamque revocabant. 3. Off. 84. Hoc ego nihil utilius invenio, cum ad veritatem cœpi revocare rationem. Orat. 116. Omnia quæ ratione docentur et via. Pro Quint. 28. Modo et ratione omnia facere. 4. Fa. 13. Itaque eam partem quæ ab exquisita quadam ratione et doctrina proficiscitur, non attingam. Pro Clu. 484. Mulier abundat audacia: consilio et ratione deficitur. Hortens. Ut ea sibi ratio vera restituat, quæ consuetudo vitiosa detraxerit. *Ib.* Quo magis hi *animi* fuerint in cursu, id est, in ratione et investigandi cupiditate.

Argumentatio, argumentum, λόγος, λογισμός. Orat. 180. Reddere rationem, cur aliquid sit. Ver. 2. 29. Reddere rationem de factis aliorum. 4. Acad. 105. Ut etiam possis rationem reddere, cur id eveniat, tamen, &c. Ver. 5. 176. Persolvi rationem officii mei. Pro Cœl. 35. Rationem tantæ familiaritatis reddas atque exponas necesse est. 1. de D. 62. Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, autoritate tamen hos minutos Philosophos vinceret. 2. 71. Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. Pro Planc. 48. Sic ego contendo, me tibi, cujuscunque tribus rationem poposceris, redditurum. *Ib.* 66. Clarorum virorum non minus otii, quam negotii rationem extare oporteret. 2. de Invent. 70. Subjicere et supponere rationem. 2. de Div. 104. Et quidem cur sic opinetur, rationem subjicit. 3. de Orat. 205. Ad propositum subjecta ratio. *Ib.* Supposita ratio. Pro Cæcin. 96. Afferre rationem, quamobrem. *Ib.* 66. Afferre rationes in aliquam rem. 11. Att. 12. Quamnam rationem Cæsari allaturus es profectionis tuæ? 1. de N. 76. Tertiam rationem affertis, quod &c. Pro Mur. 3. Ut vobis mei rationem facti probem. De Ar. 3. Mei facti rationem exponere illis volo, qui, &c. 4. Fam. 13. Afferre rationes, quibus aliquid probemus, vel cur ita sit. 6. 8. et pro Sulla. 2. Rationem sui facti omnibus probare. De Fat. 6. Sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamque refertur. 1. de D. 16. Ventorum signa quam rationem habeant, non satis perspicio, vim et eventum agnosco. Ver. 2. 118. Hoc summi officii ratione impulsus facio. 2. Fam. 17. Certa quadam ratione non feci. 8. Att. 15. Nihil nisi summa ratione facere. Div. 1. Si mei consilii causam rationemque cognoverit. 1. Att. 9. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti. Pro Cæc. 40. Nequaquam satis verbis causam et rationem juris amplecteretur. 2. de Orat. 214. Argumentum ratio ipsa confirmat: quæ simul atque emissa est, adhærescit. Ver. 2. 115. Quid habuit argumenti aut rationis res, quamobrem ita faceres? 2. de Orat. 80. Argumentis et

rationibus nostra confirmare, deinde contraria refutare. Orat. 44. Argumentorum ac rationum loci. 3. de N. 10. Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. *Ib.* 13. Rumoribus mecum pugnas: ego autem rationes requiro. Pro Pomp. 51. Omissis autoritatibus, ipsa re et ratione exquirere veritatem. 2. de D. 91. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur. Pro Cæcin. 102. Quod si adimi civitas illi posset, magis tamen rationem illam omnes quæreremus, quemadmodum possemus, &c. quam uti nunc quisquam existat, qui, &c. 1. de Fin. 22. Efficere et concludere rationem. 2. de Orat. 158. Verane sit summa cujusque rationis. 3. de D. 25. Concluditur ergo ratio: si enim, &c. 3. de Nat. 92. Neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed Physica constantique ratione. Pro Cæc. 60. Causæ ratione, non vocibus ponderari debent. 5. Fam. 13. Tum rationes in ea disputatione a te collectæ vetabant, me reip. penitus diffidere. 4. de Fin. 9. Neque sensuum fidem sine ratione, neque rationes sine sensibus requiramus. 1. 31. Rationibus conquisitis de dolore disputandum. *Ibidem.* Exquisitis rationibus confirmare aliquid. De Sen. 77. Nec me solum ratio et disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam, et autoritas summorum Philosophorum. *Lege,* Argumentum. 2. Fam. 3. Coramque contra istam rationem meam dicam.

Modus, via, consilium, institutum, genus, conditio, mensura, τρόπος. 1. Off. 135. Ut incipiendi ratio fuerit, ita desinendi modus. *Ibid.* 148. Cynicorum ratio est inimica verecundiæ. Ver. 5. 4. Hæc eadem nunc ab illis defensionis ratio viaque tentatur. Pro S. R. 22. Sulla pacis constituendæ rationem, et belli gerendi potestatem solus habet. 3. Qu. Fr. 3. Puerum in hanc nostram rationem consuetudinemque inducemus. Pro Dom. 87. Is constans in optima ratione semper fuit. Brut. 15. Ratio illa, quæ etiam posteris posset esse salutaris. Pro Do. 88. Nemo mihi se ipsa populari ratione anteponat. 3. de Orat. 175. Idque ad omnem rationem mutatur et vertitur. 2. 292. Mea ratio in dicendo hæc solet esse, ut ornem, &c. Act. 1. Ver. 34. Tua ratio est, ut sic facias: mea autem, ut sic, &c. Pro Pom. 1. Non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. 2. C. 13. Docui, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta. 2. cont. Rull. 5. Summus labor, ac difficillima ratio gerendi consulatus. 2. cont. Rull. 5. Omnibus est difficilis et magna ratio. Pro Pomp. 70. Laboriosissima vitæ ratio. Pro R. P. 38. Augere rem bonis et honestis rationibus. 1. Fam. 7. Si hæc ratio rei gerendæ periculosa tibi videtur, &c. Pro Dom. 146. In utendo ratio, in carendo patientia expetenda est. Pro Planc. 2. Ille hoc magna ratione fecit. Pro S. R. 96. Qua ratione illi primum nunciavit? 2. de Div. 46. Rationem causamque alicujus rei quærere. Postquam ad Quir. 21. Ab aliquo provinciæ administratæ rationem repetere. Pro S. R. 3. Non modo ignoscendi ratio, sed etiam cognoscendi consuetudo de civitate sublata est. De Cla. 261. Cæsar rationem adhibens, consuetudinem vitiosam emendat. 3. Fam. 6. Et ex diebus et ex ratione itineris constituti &c. 1. Q. Fr. 1. 22. Ut eos omni ratione tueare. Pro Clu. 67. Te oro, ut mihi rationem ostendas judicii corrumpendi. 14. Att. 9. Ea ratio ædificandi initur, &c. 2. Off. 42. Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet. Pro Pl. 39. Ratio quam in decernendo secuti sumus. 2. Off. 48. Duplex est orationis ratio, quarum, &c. 1. Att. 9. Duæ epistolæ in eandem rationem rescriptæ. 12. 20. Sed ineunda nobis ratio est. 2. de Orat. 153. Rationem bene vivendi hominibus dare. De reg. Ptol. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. Hort. Quantum inter se homines studiis, moribus, omni vitæ ratione differant.

Res, negotium, factum. Postqu. ad Quir. 1. Nunquam meas rationes saluti vestræ anteposui. Pro Mur. 35. Quantos æstus habet ratio comitiorum. *Ib.* Nihil fallacius ratione tota comitiorum. 1. Fam. 2. Quod ad popularem rationem attinet. *Ib.* 9. De qua ratione tota jam videtur mihi exponendi tempus dari, tibi rescribam ad ea, quæ quæris. *Ib.* 7. In hac ratione quid tempus ferat, tu perspicies. *Ib.* 8. Ego me ad ejus rationes adjungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adjungendum putasti. 10. Att. 13. Illa de ratione numaria non sunt ejusmodi. Pro Clu. 64. et de Prov. 19. Propter rationem belli Gallici. Pro Qu. 17. Hoc eo per te agebatur, quod propter ærariam rationem non satis erat &c. De Pro. 35. Nec totam rationem Gallici belli prope jam explicatam perturbare atque impedire debemus. 1. Qu. Fr. 1. 21. Incumbe omni studio in eam rationem, qua adhuc usus es. 9. Att. 15. Ad eam rationem existimabam satis aptam esse personam meam. Pro Mur. 66. Nemo eo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. 1. Off. 120. Ad hanc rationem maximam natura vim habet. *Ib.* 76. Hæc res non solum ex domestica est ratione: attingit enim et bellicam. Pro C. Cor. Instituti exemplum meis alienissimum rationibus cupierunt.

Habitudo, respectus, ὁ λόγος. De Cla. 49. Græcia Oratorum fontes vides, ad nostrorum annalium rationem, veteres; ad ipsorum, sane recentes. 1. de Orat. 217. Licet ista ratione dicamus, &c.

Propositum, consilium, optatum, desiderium. 1. Qu. Fr. 1. 33. Ea nostra ratio est, ut omnes boni faveant, omnes improbi oderint. 3. Fam. 5. Tua ratio postea est commutata. 4. in A. 14. Nulla cum eo pacis ratio esse potest, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla.

Conditio, genus, qualitas, status. 2. C. 92. Diversa Catilinæ studia in dissimili ratione. Pro Flac. 44. Nisi mihi totam rationem omni et personarum genere et litterarum explicaris. Postquam ad Quir. 23. In officio persolvendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. 10. Fam. 3. Nunc alia ratio est omnium rerum. 2. de Ora. 128. Oratoriæ facultatis tres sunt rationes: una, &c. altera, &c. tertia, &c. Pro Qu. 76. Quæro, cur nemo ex tot creditoribus aliis ad istam rationem accesserit? De Cl. 261. Cæsar splendidam quandam et minime veteratoriam dicendi rationem tenet. Pro Fla. 68. Pergami non multum auri ratio constat.

Jus, fas. 4. ad Her. Minari divisoribus, ratio non erat. 4. Acad. 74. Ironiam alterius, perpetuam præsertim, nulla ratio fuit persequi. Pro Cæc. 15. Nulla ratio est amittere hanc occasionem.

Quæstio, tractatio, disputatio. 1. de Divin. 117. Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio, quæ est de natura deorum. 1. de Fin. 13. Prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ plerisque notissima est, quam a nobis sic intelliges expositam, ut ab iis, qui eam disciplinam probant, non soleat accuratius explicari. 4. ad Heren. 19. Ei rationi ratio non est fidem habere.

Judicium, lis, causa forensis. 2. C. 25. Bona ratio confligit cum perdita.

Administrationis, et rei pecuniariæ, calculique multiplici formula, ἡ λογία. 13. Att. 45. Rationes sumtuariæ. Ver. 1. 37. et de Opt. 20. Referre rationes. Ver. 1. 99. Referre rationes ad ærarium. 5. 59. Civibus suis rationem referre debebat. I. P. 61. Scriba qui rationes ad ærarium retulit. *Ibidem.* Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. *ex Plau. in Trinummo.* 2. Fam. 17. Rationes mei quæstoris nec verum fuit me tibi mittere, nec tum erant confectæ: eas nos Apameæ deponere cogitabamus. 5. 20. Ut apud duas civitates, Laodicensem et Apamensem, rationes confectas et consolidatas deponeremus. 5. in A. 15. Pecunia publica, cujus ratio in æde Opis confecta est. 4. Att. 10. Putare rationes cum aliquo. Pro Fla. 20. Inferre rationes falsas. 3. de Nat. 71. Inita subductaque ratione nefaria scelera meditari. Ver. 5. 146. Cedo rationem carceris, quæ diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodia, quo mortuus, quo necatus sit. 1. 106. Inducere aliquam pecuniæ summam in rationem. 5. Att. 13. Ego eam rationem Philogeni, et permutationis ejus, quam tecum fecit, edidi. 7. 3. Edere rationes alicui. 15. 20. Rationes Erotis propemodum cognitas habeo. 5. 21. Quid opus est? inquam, rationes conferatis? assidunt, subducunt, ad nummum convenit. Pro Cæc. 94. Accipere rationes a colono. Div. 27. Rationem vitæ ab altero reposcere, qui non possit suæ reddere rationem omnium rerum. 1. de Orat. 62. Reddere rationem sui operis. Ver. 2. 28. Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. Pro. Clu. 104. Qua lege in eo genere a Senatore ratio repeti solet de pecuniis repetundis. Pro Pomp. 17. Publicani suas rationes et copias in provinciam contulerunt. Hort. Cum rationem a dispensatore accipis. *Ib.* Ineundis subducendisque rationibus. 6. Att. 7. Ego Laodiceæ Quæstorem Mescinium expectare jussi, ut confectas rationes lege Julia apud duas civitates possim relinquere. De Opt. 19. Nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur. Pro Quin. 15. Communicarent de tota illa ratione.

Promiscua et elegantissima cum verbis Habeo, Duco, *significatione.* Ver. 2. 182. Habui rationem annorum, per quos, &c. 5. 70. Habeo rationem dierum. *Ibid.* Rationem numerumque habere. *Ibid.* 100. Hanc rationem habere cœpit. Ver. 2. 154. Habere rationem officii in socios. *Ib.* 153. Hujus pecuniæ, quæ permagna est, non habui rationem: neque habere potui, quantum ab aratoribus, &c. esset coactum. Brut. 5. Existimo omnino rationem absentium sacerdotum comitiis posse haberi. 2. de Leg. 15. Deos piorum et impiorum habere rationem. 8. Att. 15. Duxi meam mecum rationem. Pro S. R. 128. Ducere rationem sui commodi. Pro Sest. 23. et Ver. 1. 126. Ducere rationem alterius. 2. 129. Qui non tam cœli, quam cælati argenti rationem duceret. 7. Fam. 3. et 9. 8. Ducere rationem salutis suæ. De Senect. 51. Agricolæ rationem habent cum terra, quæ nunquam recusat imperium. 12. in Ant. 17. Si habenda cum Antonii latrocinio pacis ratio fuit. Pro Cœl. 50. Cum hoc aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi turpe videatur? Ver. 2. 188. Nihil cum eo rationis habui. 2. Att. 5. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. Pro Sull. 56. Magna ratione cum rege contracta. 4. in A. 14. Hostis, qui haberet rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis et fœderis. 6 Att. 3. Pro ratione pecuniæ liberius est Brutus tractatus, quam Pompeius. Pro Quin. 75. Omnes quibuscum ratio mihi aut est, aut fuit. Pro Qu. R. 41. Quæ ratio tibi cum eo intercesserat. Div. 16. Uniuscujusque facultatis ad agendum ratio est. *Ib.* Officii rationem duci convenit. *Lege,* Duco. 1. Off. 120. Utriusque ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis. *Ib.* 139. Habere rationem non suam solum, sed etiam aliorum. 5. Att. 20. Ut habeam rationem non modo negotii, sed etiam otii tui. Ad Brut. 15. Qua in re majorem habeo rationem tuæ voluntatis, &c. quam constantiæ meæ. 1. de Orat. 156. Quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. 1. Off. 99. Est autem, quod differat in omni ratione habenda inter justitiam et verecundiam. Pro Pomp. 17. Horum vobis pro vestra sapientia est habenda ratio diligenter. Pro

Clu. 117. Cum hujusce periculi, tum cæterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse videatur. Pro Mil. 89. Ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum præmium esse gloriam. 2. de Orat. 17. Qui eorum, quibuscum est, vel dignitatis vel commodi rationem non habet, is ineptus dicitur. 9. Att. 9. Præstabo, si Cæsarem bene novi, eum prius tuæ dignitatis quam suæ utilitatis rationem habiturum. 1. de Natur. 56. Non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quam audiendi. 8. Att. 19. Ut summam Reip. rationem habeamus. Ver. 2. 70. Hoc rationis habebant, non posse, &c. Pro Cæc. 2. Nisi forte hoc habui rationis, quoniam, &c. 3. Fam. 5. Habui rationem, ut tibi consulerem. Ver. 5. 37. Neque illud rationis habuisti, eam provinciam, &c. *Ib.* 36. Habeo rationem, quid a populo Rom. acceperim. 3. Fam. 6. Ut habere rationem possis, quo loco me convenias. 8. Att. 11. Habere rationem dierum.

Adjuncta. *Absoluta, facillima, multiplex, abstrusa, certa, splendida, et minime veteratoria, adversa, integra, certaque, invita, mollis et enervata, propria, recta, privata, quotidianaque, antiqua, extrema et necessaria, familiaris, nova, recta atque honesta, anceps, fatalis, apta, dubia, excellens, expers honestatis, ornatissima, perfecta, prava, astuta, malitiosa, bellica, domestica, forensis, inimica, probabilis, recondita, stabilis firmiorque, bona, falsa, divina, infinita, pestifera, subtilior, exigua, humana, et usitata, necessaria, bona, et constans, bona et honesta, inconsulta, brevis, cara, carior, castrensis et militaris, dubia, obscuraque, turpis, et obscura, censoria, constans, difficilis, certa, moderataque, difficilis, et magna, difficillima, dissimilis, dissimillima, perturbata, civilis, communis, sempiterna, vetus et Socratica, communis, commutabilis, honesta, varia et commutabilis, bene considerata, contraria, dilucidior, diversa, dispar, probabilis, constans et gravis, exquisita, turpis, constans et perpetua, differens, par, communisque, idonea, popularis, delicatior, molliorque, inconstans, prudens, temperata, fortis et justa, quieta, difficilis, et periculosa, nummaria, salutaris, digna, dignior, dignissima, notissima, diligens, par atque una, excellens divinaque, inelegans, infirma, perfecta, atque absoluta, physica constansque, recta, constansque, explicata, aut explorata, facilis* .)(. *obscura, honestissima, varia, facilior, et solutior, non satis firma, firmissima, geometrica, gravis, et recta, ignava, improbissima, insolita, laboriosissima, non inutilis, oratoria, periculosa, contractior, latior, splendidior, sordidissima et inquinatissima, vitiosa, lubrica, et perdifficilis, magna, mirabilis, et prope singularis, menstrua, misera, copiosa, variaque, perrecondita, valde difficilis, magnifica, gravis, simplex, naturalis, nova et singularis, vetus, optima, perfacilis, vera, directaque, perdita, perpetua, popularis, ac turbulenta, quæstoria, summa, turbulenta, vaga et mutabilis, vera, vehementior, utilior.*

Syntaxis. *Cogitationis motum celerem, acumen, solertiam, vocamus rationem. Ratio lux et lumen vitæ. Dare locum rationi. Obedire rationi in negotiis exequendis. Rationis expers, particeps. Reddere sententiæ rationem, dare. Ab hac ratione dissentio. Ratio mea ab isto abhorret. Revocare aliquid ad rationem. Ratione facere omnia. Reddere rationem, cur quid fiat,* vel *de factis. Rationem subjicere, afferre, referre, probare alicui, facti sui exponere. Ratione impulsus hoc facio. Rationibus sua confirmare. Pugnare ratione. Rumoribus mecum ne pugnes; rationes requiro. Rationem efficere et concludere. Summa rationis. Sententiæ cuipiam suggerere rationem. Nec sensuum fides sine ratione, neque rationes sine sensibus requirendæ. Rationibus conquisitis de aliquo disputare; exquisitis confirmare aliquid. Ratio incipiendi, defensionis, &c. Rei administratæ ab aliquo repetere rationem. Rationem adhibere, inire. Ratio comitiorum. Adjungere se ad rationes alicujus. Hæc mea est ratio, ut, &c. Ratio hujus negotii non constat. Nulla ratio est hæc persequi, &c. Rationes cum aliquo putare. Inferre rationes. Ratione inita et subducta, scelera meditari. Summam pecuniæ inducere in rationem. Rationes alicui edere, ab aliquo reposcere. Habere rationem annorum, dierum. Meam rationem mecum duci. Sui commodi rationem ducere. Pro ratione hujus causæ. Ratio mihi est cum illo, intercedit.*

Ratiocinandi. 2. de Invent. 94. Ratiocinando quod cujusque officii sit, quæri oportebit. 1. Tuscul. 4. At nos metiendi ratiocinandique utilitate hujus artis terminavimus modum.

Ratiocinatio, onis, *συλλογισμός*. 1. de In. 57. Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquod eliciens, quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet. 4. ad Her. 24. Ratiocinatio, exornatio est, per quam nos ipsi a nobis rationem poscimus, quare quidque dicamus, et crebro nosmet a nobis petimus uniuscujusque propositionis explanationem. 2. de Inv. 18. Ratiocinatio est diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. 1. ad Her. 23. Multæ leges afferuntur, e quibus ratiocinatio nascitur.

Ratiocinativus, a, um, *genus controversiæ, unum ex iis quæ ex scripto existunt, συλλογιστικός.* 1. de Inv. 17. Quartum genus ratiocinativum, quintum definitivum nominamus.

Ratiocinator, oris, *rationum subducendarum peritus, quem imperiti* Calculatorem *vocant, λογιστής.* 1. Att. 9. Hilarem dico ratiocinatorem. 1. Off. 59. Ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, et addendo deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat.

Ratiocinor, aris, *rationem habeo, rationem ineo, λογίζομαι.* 2. de Inv. 115. De pecunia ratiocinari sordidum est, cum de gratia refe-

renda deliberetur. 4. ad Her. 17. Socii nostri profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere. 2. 55. Ex eo quod ipse facturus est, non ex eo, quod fieri convenit, ratiocinatur. 2. in A. 55. Omnia nostra mala, si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Pro Mil. 32. Cujus illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec si vellent, reprimere possent. 2. de In. 61. Ratiocinari, quid in similibus fieri soleat. Act. 1. Ver. 20. Etenim sic ratiocinabantur, sic inter se loquebantur.

Rationalis, le, *qui in ratione versatur*, λογικὸς, νοητικός. 2. ad Her. 18. In causa rationali primum quæretur, ecquid, &c.

Ratis, is, *genus navigii planum, et trabibus tantum inter se aptis et connexis factum*, ἡ σχεδία. 1. Tuscul. 73. Tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio. Ver. 5. 5. Cum aut navibus, aut ratibus conarentur accedere. *Ib.* Ne ratibus conjunctis, freto ad Messanam transire possent. 9. Att. 14. Ratibus exitum portus teneri.

Ratiunculæ, arum, τὸ λογίδιον. 3. de Nat. 73. Atque huic sententiæ ratiunculas suggerit. 4. Tus. 42. Leves autem eorum ratiunculas, qui &c. 2. 99. Concludunt ratiunculis Stoici.

Ratus, a, um, *firmus, constans, certus, fixus*, τεταγμένος. X. *irritus*. 2. de Nat. 97. Qui tam certos cœli motus, et ratos astrorum ordines viderit. *Ib.* 95. Astrorum in omni æternitate rati et immutabiles cursus. 5. Tusc. 69. Quorum vagi motus, rata tamen et certa cursus spatia definiant. 2. de Div. 19. *Ib.* 44. Aliquid rato tempore fieri. De Som. 11. Sonus intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. 1. Tus. 94. Omnia ista perinde ut cuique data sunt pro rata parte, a vita longa aut brevia dicuntur. Pro Cæc. 96. Si populus hoc jusserit, putasne hoc jussum ratum atque firmum futurum? Pro Cor. 54. Dubitandum fuit, quin quo in genere judiciorum præmia rata essent, in eodem judicia imperatorum valerent. De Pro. 45. Cujus tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Cæsaris possit esse. 5. in Ant. 21. Quæ, si leges irritas feceritis, rata esse non possunt. 14. Att. 23. Ut omnes acta Cæsaris haberent rata. Pro Cæc. 74. Rata autoritas harum rerum a jure civili sumitur. Part. 125. Ratum habere judicium. X. *rescindere judicium*. Pro Dom. 79. De agris ratum est: fuit enim populi potestas. Pro Flacc. 74. Si dat tantam pecuniam, nempe idcirco dat, ut rata sit emptio. Pro Qu. R. 3. et 1. de N. 40. Quod retuleris, id ratum habebo. 5. Att. 8. Deinde ut Faustæ, cui cautum ille voluisset, ratum esset. Pro Cl. 132. Hoc fixum et in perpetuum ratum esse oportet. 1. de Orat. 173. Testamentum ruptum aut ratum. 4. Ac. 27. Decretum stabile, fixum, ratum esse debet. 2. de Fin. 20. Epicuri κυρίας δόξας, id est, maxime ratas sententias. 4. Acad. 141. Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis. 2. de D. 68.

Scire ratosne habeant, an vanos pectoris orsus.

3. Off. 110. At non debuit ratum esse, quod actum per vim, quasi vero, &c. 2. de Leg. 21. Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. *Ib.* 50. Quod pater approbavit, &c. ratum est, &c. et quod non approbat, ratum non est.

Syntaxis. *Ratum et immutabile. Rato tempore. Pro rata portione, pro rata parte. Jussum, ratum, ac firmum. Fixum, et in perpetuum ratum. Decretum stabile, fixum, ratum. Certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum. Si populus jusserit, ratum erit. Acta alicujus habere rata. Ratum habere judicium. De agris ratum est. Quod facies, id ratum habebo.*

Raucus, a, um, *qui vocem obtusam habet*, βραγχώδης. 1. de Orat. 259. Itaque nos raucos sæpe attentissime audiri video. 9. Fa. 2. Nisi ipse rumor jam raucus erit factus.

Rauduscalum, li, *pecuniola: æs enim veteres raudum vocabant. vide Varronem de Lingua Lat. li.* 3. ὁ ὀβολός. 4. Att. 8. et 6. 8. De rauduscalo, gratum. 7. 2. De rauduscalo Numeriano multum te amo. 14. 15. Nec mehercule me rauduscalum movet.

Ravenna, *urbs*. 71. Pro Corn. 50.

RE

Re, *exitu*. Pro Mil. 12. Senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem, re decernere. 10. Fam. 8. Re ipsa et exitu præstare aliquid. Ver. 2. 47.

Reædifico, *resarcio, instauro*, ἀνοικοδομέω. 6. Att. 1. Putat enim Pompeius, Cæsarem immerito reædificando diligentiorem fore.

Reapse, *re ipsa*, τῷ ἔργῳ. 1. de Di. 81. Formæ quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. 5. de Fin. 27. Quod item reapse primum est.

Reatinus, a, um, a *Reate oppido*. 2. de N. De Cla. 241. Incer. Reatinis tantum paludibus ungulas jumentorum indurari.

Recalesco, is, *concalesco, referuesco*, ἀναθερμαίνομαι. 2. de Nat. 26. Corpora nostra motu atque exercitatione recalescunt.

Receditur, ἀπέρχεται. 3. ad Her. 5. Nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur. Pro Cæc. 2. Sin e consuetudine recedatur. *Alii, a, legunt.*

Recedo, is, *discedo, abeo*, ἀπέρχομαι. Pro S. R. 112. Recede de medio, per alium transigam. 5. in Ant. 26. Antonius recedat a Mutina. Postquam in Sen. 6. Qua strage nonnulli permoti magistratus, paululum a mea causa recesserunt. Pro S. R. 16. Postquam ab armis recessimus. Pro Qu. 67. Res ab usitata consuetudine recessit. 12. Att. 4. Si a sententiis ejus doctis recedam. 6. 1. Recedere ab edicto suo. Pro Cæc. 37. A verbis recedis, et æquitate uteris. *Ib.* 58. Ut longius a verbo recedamus, ab æquitate

ne tantulum quidem. 4. de Fin. 43. Pyrrho penitus a natura recessit. 4. Tuscul. 40. A vita recedere, *id est, mori.* 8. in A. 21. Non modo ille e Gallia, non discessit, sed ne a Mutina quidem recessit. 1. Off. 37. A peregrino enim recessit, et proprie in eo, qui contra ferret arma, remansit. *Ib.* 131. Elaborandum est ne animi motus a natura recedant.

Adverb. *Longius, ne tantulum quidem, necessario, paululum.*

Recens, tis, *novus,* νεογενής. 11. Famil. 21. Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quærit: non quo veterem comederit; (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem novam devoravit. Pro Mur. 17. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. *Ib.* Non modo Curii antiqui illi, &c. sed hi recentes Marii, &c. 4. Tus. 39. Aliter ferat inveterata, aliter recentia. Ad Brut. ep. pr. in 7. Recenti illo tempore tu omnia, &c. Ver. 1. 139. Recenti re. 2. de N. 6. Recentiore memoria. 16. Att. 7. Rhegini quidam venerunt Roma sane recentes. 15. 17. Expecto recens aliquid. *id est, novum.* 1. Acad. 13. Recentissima quæque sunt emendata et correcta maxime. 3. Fam. 12. In altera epistola, quæ mihi recentior videbatur. 2. de Fin. 82. Attulisti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab ipso illo, quod sciam. Ver. 1. 101. Datum inter omnes recenti negotio constabat. 1. de Leg. 4. In recenti memoria. 8. Att. 23. Recentissima tua est epistola Cal. data. Act. 1. Ver. 5. Cum e provincia recens esset. 5. Famil. 17. Invidiaque non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret. *Ib.* Proxime recenti adventu meo. 3. de N. 11. Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit. 2. ad Heren. 10. Alius alio recentior est in dolore. Al. leg. *reticentior.* Att. Quanquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me veniebant. De Sen. 72. Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. Hortens. Recens hæc quidem ætas.

Syntaxis. *Venerunt milites recentes. Recens nihil audivi. Recentissima epistola. Recens ex provincia est ille. Proxime recenti illius adventu. Recens ob illorum ætate. In dolore recens. Recenti negotio, in recenti memoria.*

Recenseo, es, *percenseo, persequor, percurro,* ἀναριθμέω. 16. Att. 1. Obruis enim, recenses multa, quæ vellem minui.

Recensio, onis, *census, recognitio,* ἀναρίθμησις. Pro Mil. 74. Qui ædem nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret.

Recentoricus, *ager Siciliensis.* 1. cont. Rull. 10. et 2. 56.

Receptaculum, li, *receptator locus, perfugium,* ὑποδοχὴ, ἐκδοχεῖον. 2. de Nat. 133. Alvus cibi potionisque est receptaculum. 1. Tusc. 52. Nam corpus quidem est quasi vas, aut aliquod animi receptaculum. 5. 117. Mors æternum nihil sentienti receptaculum. Ver. 2. 3. Nisi illud receptaculum classibus nostris pateret. 5. 58. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. 2. contra Rull. 81. Capua receptaculum oratorum. I. P. 11. Cui templum illud fuit arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii. 10. in A. 9. Græcia esset receptaculum pulso Antonio.

Receptator, oris, *recipiens,* ὁ ὑποδεκτής. Pro Mil. 51. Ille latronum occultator et receptator locus.

Receptrix, icis, *receptaculum,* ὑποδεχομένη. Ver. 4. 17. et 5. 152. Messana, furtorum receptrix.

Receptum, pti, *promissum,* ἐπαγγελία. Ver. 5. 138. Satis est factum promisso nostro ac recepto. 2. in A. 79. Ille induxit, ut peteret: promissum et receptum intervertit.

Receptus, us, *refugium, revocatio a prælio,* ἐκδοχή. 10. Famil. 11. Animadverti nullum alium receptum Antonium habere, nisi in his partibus. 8. Att. 19. Neque ex oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. 12. Phil. 8. Quis enim revocante et receptui canente Senatu, properet dimicare? 3. Tusc. 33. A quibus cum cecinit receptui, impellit rursum &c. *id est, a miseriis contemplandis.* 13. in A. 15. Receptui signum aut revocationem a bello audire non possumus.

Receptus, a, am, *restitutus,* ἐκδεδεγμένος. 2. de Fin. 66. Post libertatem receptam. Div. Hoc onere suscepto, et recepta causa.

Recessus, us, *digressus,* ἀναχώρησις. X. *accessus.* 3. de Orat. 176. Luna accessu et recessu suo solis lumen accipit. 2. de Nat. 34. Accessus ad res salutares, a pestiferis recessus. 2. de Div. 34. Quid de fretis aut de marinis æstibus dicam? quorum accessus et recessus Lunæ motu gubernatur.

Latebra, συμπεφής. Pro Mar. 23. Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. 3. de Orat. 99. Sed habebat tamen admiratio illa umbram aliquam et recessum, quo magis, &c. 12. Att. 25. Mihi solitudo et recessus provincia est.

Recido, is, *convertor, cado, redundo,* ἀναπίπτω. Pro Sul. 91. Cito illa omnia ex lætitia ad luctum reciderunt. Pro Sest. 146. Multo mihi præstat in eandam illam recidere fortunam. Pro Plan. 90. Quæ, si viginti quiessem dies, in aliorum consulum vigiliam recidissent. 1. Att. 1. Qui si in nostrum annum reciderit &c. Pro S. R. 79. Non modo ad hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in nosmetipsos recidere intelligas. Ver. 5. 162. Huccine tandem omnia reciderunt? Orat. 233. Ad nihilum omnia recidere. 7. in A. 28. Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare. 4. Att. 16. Id ego puto, ut multa ejusdem, ad nihil recasurum. 12. 12. Ab his me remediis noli in istam turbam vocare, ne recidam. Ad Brut. 17. Is se maledictis non abstinet iis, quæ in ipsum dupliciter recidunt. 1. de Div. 123. Ramulum adductum, cum remissus esset, in

oculum sibi recidisse. De Cl. 316. Contentio nimia vocis reciderat, et quasi referbuerat oratio. Pro Q. R. 43. Quorsum recidat responsum tuum, non laboro. Br. 16. Nonne hoc est in easdem tenebras recidisse? 4. in A. 10. Ut hujus amentiæ pœna in ipsum familiamque ejus recidat.

Syntaxis. *Ex lætitia ad luctum hæc recidunt. Recidere in fortunam. Ille recidit in annum suum. Suspicio in te recidit. Ad nihilum tua consilia recident. In te recident maledicta. Adductus ramus in oculum recidet. In te recidit amentiæ tuæ pœna.*

Recino, is, *resono*, ἀντᾴδω. De Clar. 171. In vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam et resonat urbanius.

Recipiendus, a, um, ἀποδεκτέος. 3. Offi. 121. Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. Pro Plan. 6. Non solum dignitatis facienda jactura est, sed etiam largitionis recipienda suspicio.

Recipio, is, *accipio, adscisco, recupero*, ἀποδέχομαι. 12. Att. 36. A te heri duas epistolas recepi: alteram, &c. alteram, &c. accepique ab Ægypta litteras eodem die, &c. Pro S. R. 112. Quid recipis mandatum, si neglecturus es? *Ib.* Qui mandat, et qui mandatum recipit. 15. Att. 15. Recipere aliquem in fidem suam. 13. Fam. 19. Recipere aliquem in amicitiam suam. 9. Att. 2. Ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se recipere vellem. Pro Qu. R. 23. Recipere quæstus magnos. 2. contra Rull. 89. Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. Pro Arch. 5. Luculli eum domum suam receperunt. Pro Flacc. 61. Asia illum suis urbibus recipiebat. Pro Cor. 31. Recipere aliquem in civitatem. 4. ad Her. 64. Recipere aliquem splendide. Top. 25. Recipere aliquem ad epulas. Ver. 2. 94. Prætor pronunciavit, sese nomen ejus recepturum. Pro S. R. 33. Quod non totum telum corpore recepisset.

Iterum assumo. 1. de Orat. 251. Græci sedentes vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt, et quasi quodammodo colligunt.

Exeo, abeo, redeo, proficiscor. Ver. 4. 21. Cum ex hisce se locis reciperent, et eodem deferrentur. De Clar. 3. 18. Cum anno post e Sicilia me recepissem, jam, &c. 15. Fam. 4. Nisi cum ad hyemem me ex Cilicia recepissem. 3. Off. 45. Qui cum ad diem se recepisset, &c. 4. Att. 14. Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti. Pro Cæl. 28. Et se ad bonam frugem, ut dicitur, recepisse. 5. Att. 20. Ipse me Laodiceam recipiebam. 10. Fam. 15. Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit. 4. in A. 4. Antonius ita se recipiebat ardens odio vestri, ut, &c.

Suscipio, assumo. Pro S. R. 2. Recipere causam alicujus defendendam.

Recupero. De Sen. 11. Qui Tarentum recepit. 2. de Orat. 273. Recipere arcem amissam.

Colligo, animo confirmo. De Som. 11. Ut me recepi.

Promitto, polliceor. 5. At. 13. Thermus omnia se facturum recepit. 1. 11. Tu mandata effice, quæ recepisti. 2. 22. Fidem recipere de aliquo. 13. 1. De æstate polliceris, vel potius recipis. 10. Fa. 9. Nihil te cæteris de me frustra recepisse lætor. 1. 9. Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. 10. 21. Omnia ei petenti recepi, et ultro pollicitus sum. 5. 8. Me ea, quæ tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum, diligentissimeque facturum. 13. 17. Tibi spondeo, in meque recipio, eos, &c. *Ib.* 10. Promitto, in meque recipio fore eum, &c. 12. Att. 14. Lenas hoc mihi receperat. 13. Fa. 3. Id tu mihi recipisti. 6. 7. Sed tamen ei scripseram, librum legeret, et ea conditione daret, si reciperes te correcturum. Qu. de Pet. 16. Recipere et confirmare aliquid alicui. 10. Fa. 7. Ut judicares omnia me reip. causa præstitisse, quæ et tua exhortatione excepi, et mea confirmatione tibi recepi. 1. de Orat. 179. Cum M. Bucculeius ædes L. Fusio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. 13. Fa. 50. Omnes tui pro me recipient, ita fore. 11. 1. Pro Cassio, et te, si quid velitis me recipere, recipiam. 10. 17. Recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confecturum. 2. de Orat. 101. Offensio vel negligentia susceptis rebus, vel perfidia receptis.

Recipior, eris. 7. Ant. 15. Recipi in Senatum, vel in aliquem ordinem. 2. contra Rull. 61. Si qua pecunia ex novis vectigalibus recipitur.

Adverb. *Cumulatissime, humanissime, liberalissime, separatim, dubitanter, studiose, verecunde, libentissime, salutariter, temere.*

Syntaxis. *Recipere litteras, mandatum. In amicitiam, in fidem recipere. Recipere aliquem suis tectis, in civitatem, ad epulas. Recipere se ad bonam frugem. Ad suos se recepit Antonius. Arcem recipere amissam. Eo te recipe. Fidem recipere. Recipere, ac polliceri. Recipio, et ultro polliceor. Promitto ac recipio. Tibi spondeo, in meque recipio. Recipio et confirmo. Mea confirmatione recipio. Ego pro illo recipio, fore &c. Recipi in aliquem ordinem.*

Reciprocando, *vicissim remeando.* 3. de Nat. 24. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?

Reciprocor, aris, ἀντιστρέφομαι. 1. de Div. 10. Si quidem ista reciprocantur, ut et, si divinatio sit, dii sint: et si dii sint, sit divinatio.

Recisus, a, um, *concisus, cæsus, excisus*, ἀποκεκομμένος. De Prov. 31. Nationes quæ multitudine hominum poterant in provincias nostras redundare, ab eodem partim recisæ, partim repressæ sunt.

Recitando. Pro Dom. 84. L. Philippus avunculum suum præteriit in recitando Senatu.

Recitatio, onis, *lectio*, *ἀνάγνωσις*. Pro Dom. 22. Litterarum recitatio. Pro Cl. 141. et 2. ad Her. 15. Scripti recitatione utemur.

Recitator, oris, *autor*, *lector*, *ἀναγνώστης*. 2. de Inven. 139. Recitator scripti alicujus.

Recitatus, a, um, *ἀπηγγελμένος*. Pro Cæcin. 54. Testamento si recitatus hæres esset pupillus.

Recito, as, *tracto*, *reddo*, *percenseo*, *pronuncio*, *ἀπαγγέλλω*. Pro Dom. 84. L. Cotta juratus dixit, se, si censor tum esset, meo loco sententiam recitaturum fuisse. Ver. 1. 37. Recita denuo. 12. Fa. 25. Pansa tuas litteras recitavit. 13. in A. 22. Dum eas litteras recito, quæso, attendite. Pro Quint. 89. Postea recitavi edictum, quod, &c. 2. contra Rull. 47. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Ro. auctionem. Pro Fl. 40. De tabulis publicis recitare. 10. Fa. 16. Cum is frigidas sane et inconstantes recitasset litteras.

Recitor, aris. 8. Att. 9. Næ ego istas litteras in concione recitari velim.

Adverb. *Clarius*, *denuo*, *identidem*, *palam*.

Reclamatio, onis, *acclamatio*, *ἀντιλογία*. 4. in A. 5. Præclara reclamatione vestra factum Martialium comprobavistis.

Reclamatum, *ἀνθίσταται*. Pro Dom. 10. Ab universo Senatu reclamatum est. 1. Fam. 2. Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.

Reclamito, as, *reclamo*, *ἀντιλέγω*. Pro S. R. 63. Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Reclamo, as, *repugno*, *ἀντιβοῶ*. 3. de Orat. 194. Si in his modo offensum est, theatra tota reclamant. Pro Cor. 66. Una voce omnes judices, ne juraret, reclamarunt. 11. Fa. 21. Cum sensissem, &c. iidem illi qui solent, reclamaverunt. 5. in A. 22. Legiones Antonii promissis reclamarunt.

Reclino, as, *reflecto*, *inclino*, *ἀνακλίνω*. In Arat.

At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.

Recludo, is, *aperio*, *ἀνοίγω*. 3. de Nat. 66.

Recogito, as, *meditor*, *reputo*, *ἀναλογίζομαι*. 2. Qu. Fr. 2. Sic tu mihi videris in Sardinia de nominibus Pomponianis in otio recogitasse.

Recognitio, onis, *recensio*, *ἀνάγνωσις*. Ver. 4. 110. Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum?

Recognitus, a, um, *ἀναγνωσθείς*. Ver. 2. 190. Hæc omnia summa cura recognita et collata sunt.

Recognoscendi. In Vat. 5. Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscendi.

Recognosco, is, *æstimo*, *considero*, *agnosco*, *recenseo*, *ἀναγινώσκω*. Act 1. Ver. 15. Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea, quæ scit, mecum, recognoscere. Pro Deiot. 4. Perturbat me, C. Cæsar, illud etiam interdum, quod tamen, cum te penitus recognovi, timere desino. 6. in A. 15. Verba tua recognosce, et aude negare, servientis adversus regem istas esse preces. 1. C. 6. Consilia tua omnia, quæ licet mecum recognoscas, meministine, &c. *Ib.* 8. Recognosce mecum tandem illam noctem. Pro Sul. 74. Conferte crimen cum vita illius, &c. tum crimen ipsum recognoscite. Pro Cor. 11. Nos Pompeii decretum judicium de consilii sententia pronunciatum recognoscimus. 3. de Leg. 37. Nunc non recognoscimus leges populi Rom. sed, &c. 12. Fam. 12. Legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognovi. 1. Tus. 57. Declarat se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere.

Recognoscor, eris. Ver. 5. 71. Alii cum a multis recognoscerentur, securi feriebantur. 6. in A. 25. Quanquam non fuit alienum, personas quasdam a vobis recognosci, ut quibuscum bellum geratis, taciti possitis cogitare.

Syntaxis. *Non ex te cognoscere volo, sed tecum recognoscere. Aliquem penitus recognoscere. Verba sua recognoscere. Recognosce mecum noctem illam, &c. Recognoscere amorem alicujus in re aliqua. Non discere aliquid, sed reminiscendo recognoscere.*

Recolligo, is, *reconcilio*, *ἀναλέγομαι*. 1. Att. 4. Recolligere aliquem.

Recolendus, a, um. Pro Arch. 13. Si tantum temporis mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. 1. de Orat. 2. Ad eas artes, quibus a pueritia dediti fuimus, celebrandas, inter nosque recolendas. Frag. ep. Sed eo magis recolendam esse dignitatem, &c.

Recolo, is, *recognosco*, *animadverto*, *ἀναλογίζομαι*. 13. in A. 45. Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo moriere.

Reconciliatio, onis, *reditus in gratiam*, *διαλλαγή*. De Ar. 51. Significat, se illi amicissimum esse, et reconciliationem esse gratiæ factam. 3. C. 25. Quæ dissensiones non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ sunt. Postquam ad Quir. 13. Reconciliationes gratiarum. 9. Att. 10. Cæsar agit de reconciliatione gratiæ suæ et Pompeii. Pro R. P. 32. Reconciliatio gratiæ C. Memmii fuit mihi causa defendendi Gabinii. Pro Clu. 100. Irridebatur hæc illius reconciliatio.

Reconciliatus, a, um, *διαλλαχθείς*, *ὁμολογήσας*. Pro Mil. 21. Timuit ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. 3. Fa. 12. Ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem. 10. 17. Reconciliata voluntas. 15. 2. Non intelligo, cur reconciliatam gratiam esse dicas, quæ nunquam immutata est.

Syntaxis. *Facta gratiæ reconciliatio. Dissensio reconciliatione concordiæ dijudicata. Reconciliatio gratiæ Cæsaris et Pompeii. Reconciliationes gratiarum. Reconciliatæ gratiæ fir-*

nus fides. Ficte reconciliata gratia. Reconciliata voluntas.

Reconcilio, as, *placo, in gratiam reduco, in veterem gratiam restituo, distractos in pristinam concordiam reduco, controversiam dirimo, reduco in gratiam, pacem concilio, συνοικειόω, διαλλάττω.* De Pro 23. Hic me meus animus in remp. pristinus cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Pro Deiot. 35. Id autem est, te ut plane Deiotaro reconciliet oratio mea. 6. Att. 7. Quintus filius currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliavit. Pro Sul. 35. Videsne, ut excipiam te ex improborum subita gratia, et reconciliem bonis omnibus? De Pro. 21. Quibuscum omnibus eadem resp. me reconciliavit, quæ alienarat.

Restituo, redintegro. 1. Att. 9. Reconciliare veterem gratiam aliquorum.

Acquiro, lucror. 1. Fa. 9. Tibi sum autor, ut, quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges.

Recupero. Act. 1. Ver. 2. Reconciliare existimationem judiciorum amissam.

Reconcilior, aris, *restituor, redeo.* Pro Dom. 129. Inimici in gratiam reconciliabuntur.

Syntaxis. *Reducere, reconciliare, restituere in gratiam aliquem cum aliquo. Reconcilio te illi. Reconciliare veterem aliquorum gratiam. Reconciliare quempiam alicui, vel cum aliquo. Reconciliare veterem gratiam aliquorum. Eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Reconciliare existimationem judiciorum amissam.*

Reconcinno, as, *reficio, ἀναρτίζω, ἐπισκευάζω, εὐαρμόστως.* 2. Q. Fr. 5. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

Reconditus, a, um, *occultus, retrusus, abditus, abstrusus, ἀπόθετος, ἀποκείμενος.* Ver. 4. 23. Quod celari oportebat, habebant sepositum ac reconditum. 2. de N. 98. Venæ auri reconditæ, et penitus abditæ. De Cl. 44. Exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad forenses et populares causas traducere. 1. de Orat. 8. Studia quæ reconditis in artibus versantur. 3. 42. Interiores et reconditæ litteræ. 11. Fa. 21. Si quid erit occultius, et, ut scribis, reconditum. 4. Acad. 10. A me quæ in promptu erant dicta sunt: a Lucullo reconditiora desidero. 1. de L. 26. Natura in specie oris penitus reconditos mores effinxit. Pro Dom. 39. Venio ad augures: quorum libros, si qui sunt reconditi, non scrutor. *Ib.* 25. Nimium reconditus et penitus abstrusus animi dolor. Pro Qu. 59. Quintius natura tristi ac recondita fuit. 1. Off. 95 Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. Pro Sull. 47. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. 1. C. 4. Habemus senatusconsultum inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. 2. cont. Rull. 41. Occulto latere, et reconditum esse. 1. de Orat. 161. Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. Ver. 3. 207. Locus reconditus. Pro. C. Corn. 1. Lex ad excogitandum recondita.

Recondo, is, *condo, sepono, ἀποτίθημι, θησαυρίζω, χαλάττω.* 4. Acad. 30. Mens visa arripit ac recondit, e quibus memoria oritur. 2. de Inv. 14. Gladium in vaginam recondidit. Oecon. 1. Qui tectis reconderet atque custodiret victum.

Adverb. *Diligentius, nimium diu, penitus.*

Syntaxis. *Sepositum et reconditum. Venæ auri reconditæ, et penitus abditæ. Reconditum et abstrusum. Interiores et reconditæ litteræ. In specie oris reconditos mores effinxit natura. Non reconditum, sed in promptu. Studia, quæ reconditis in artibus versantur. A me quæ in promptu erant, dicta sunt; a te reconditiora desidero. Esse natura tristi ac recondita. Aculei orationis reconditi. Senatusconsultum inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum. Occulto latere ac reconditum esse. Lex ad excogitandum recondita. Mens visa arripit ac recondit.*

Recoquo, is, *ἀνέψω, ἀνεψάω.* De Sene. 83. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neque tanquam Peliam recoxerit. *proverbium.*

Recordandus, a, um, *μιμνητέος.* Pro Sul. 26. Mihi ne ad ea quidem, quæ gessi, recordanda et cogitanda, quidquam relinquitur temporis.

Recordatio, onis, *memoria, revocatio, ἀνάμνησις.* 5. Fa. 12. Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem. *Ib.* 13. Das enim mihi jucundas recordationes conscientiæ nostræ. 1. de Orat. 228. Qui patris clarissimi recordatione et memoria, fletum populo moveret. 3. 1. Acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. 12. Att. 19. Recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. De Cl. 266. Præteritorum recordatio est acerba, et acerbior expectatio reliquorum. De Prov. 43. Ultimi temporis recordatione et proximi memoria. 3. in A. 15. Primum in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. 6. Att. 1. Suavem habuit recordationem clarissimi jurisjurandi. 1. de Orat. 4. Mihi repetenda est veteris cujusdam memoriæ non satis explicata recordatio. 2. Qu. Fr. 2. Recordatio præteritæ memoriæ. *Ib.* 14. Recordatio veteris amoris. De Sen. 9. Conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundissima est. 1. de Fin. 57. Sapientes bona præterita grata recordatione renovata delectant. De Cl. 9. Quorum memoria et recordatio in maximis nostris gravissimisque curis jucunda sane fuit.

Adjuncta. *Acerba, apta, non satis explicata, assidua, grata, secura, jucunda, jucundissima, sana, suavis.*

Syntaxis. *Habet recordatio secura præteriti mali delectationem. Recordatio et memoria. Alicujus suavem habere recordationem. Repetere*

veteris memoriæ recordationem. Dare alicui jucundas recordationes. Recordationes fugere. Bona præterita recordatione renovare.

Recordor, aris, *reminiscor, memoria teneo, memoria custodio, memoriam alicujus rei habeo, in memoriam redit aliquid, alicujus rei in memoriam venit, recogito, animum ad aliquam rem refero, memoria retineo, menti infixum est, memoriam alicujus rei teneo, servo, aliquid in mente versatur, memoriam excito, animo ac memoria teneo, venit in mentem, memoria repeto, revoco animum ad memoriam, memoriam conservo, ἀναλογίζομαι, ἀναμιμνήσκομαι.* 8. Att. 16. At ego, qui omnia officio metior, recordor tua consilia. 3. de Orat. 79. Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ. 2. Fa. 16. Recordor desperationes eorum, qui, &c. Pro Pl. 104. Quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas, &c. 2. con. Rul. 3. Nam profecto si recordari volueritis de novis hominibus, reperietis eos, qui, &c. 1. Tus. 13. Tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere. I. P. 12. Iste certe cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. Pro Pl. 69. Hujus meriti in me recordor. *id est, Plancii.* Pro Arch. 1. Pueritiæ memoriam recordari ultimam. Pro Mur. 72. Tamen re ipsa admonitus recordor, quantum, &c. Orat. 23. Sed ego recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem. 1. Tus. 57. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quam recordari. 5. Fa. 17. Cum animi tui magnitudinem diligentius essem mecum recordatus. 5. Tusc. 14. Prudentia hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos, multaque de M. Attilio recordatur, &c. Br. 5. Hoc mihi jam in te placuisse, potes ex superioribus litteris recordari. De Sen. 79. Recordari et reminisci. *Lege,* Reminiscor. Pro Lig. 36. Quoniam hoc est animi tui, te aliquid de hujus quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari. Con. C. Ant. Cui spectaculum ejusmodi tua crudelitas præbuit, ut nemo sine luctu aspicere, sine gemitu recordari posset. 2. Fam. 3. Displicere tuum consilium cœperit, possis recordari meum. 13. Att. 6. Etsi, ut recordor, una cum illius objurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum scripsi, misi.

Adverb. *Diligentius, multum, vere, verius.*

Syntaxis. *Recordari aliquid, de aliqua re, alicujus rei. Mecum recordor. Ex litteris tuis recordor. Recordor et reminiscor. Reminiscens nunc recordor.*

Recreatus, a, um, *restitutus, relevatus, relaxatus, confirmatus, ἀνεῤῥωσμένος, ἀνακτισθείς.* X. *oppressus.* Pro S. R. 137. In hoc bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Rom. est. Ver. 5. 159. Ex metu quasi luce libertatis recreatum revixisse. 1. Fa. 9. Sensus bonorum, qui recreatus abs te totus est. *Ib.* Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, &c. Postquam ad Qui. 4. Qui e gravi morbo recreati sunt. 2. de Invent. 154. Ille autem leviter saucius facile est ex vulnere recreatus. 1. Qu. Fr. 1. 120. Complures dirutas ac pene desertas urbes per te esse recreatas. Pro Pl. 53. Ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civibus extollere jam caput, et aliquando recreata se erigere debebat? 7. Att. 22. Bonorum animi recreati, improbi Romæ quasi perculsi.

Recreo, as, *reficio, relaxo, colligo, restituo, relevo, ἀναπαύω, ἀνακομίζω, ἀναλαμβάνω, ἀνατρέφω.* Pro Pl. 2. Conspectus vester reficit et recreat mentem meam. De Prov. 5. Macedonia ita vexata est, ut vix possit se diuturna pace recreare. 9. Att. 4. Tuas nunc epistolas lego: hæ me paullum recreant. Pro. Mil. 2. Sed me recreat et reficit Cn. Pompeii sapientissimi viri consilium. Ver. 3. 212. Erigere et recreare aliquem afflictum, 3. C. 8. Tum ille, cum vix se ex magno timore recreasset. 1. Att. 13. Ego recreavi afflictos animos bonorum, &c. 1. Tusc. 58. Cum animus se collegit atque recreavit, tum agnoscit, &c. Pro Pomp. 23. Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare.

Iterum creo. 2. de N. 10. Gracchus consul iterum quosdam augures recreavit. *Alii legunt,* creavit.

Recreor, aris. Pro Dom. 96. Speravi, me jacentem posse a viris fortibus excitari: si una cum bonis interissem, nullo modo posse recreari. 8. Att. 9. Litteris sustentor et recreor. 6. Fa. 2. Necesse est remp. aliquando recreari. 12. Att. 15. Quod me ab hoc mœrore recreari vis, &c. 6. Fa. 10. Resp. reviviscat et recreetur.

Syntaxis. *Restituere et recreare. Recreatum ex metu reviviscere. Bonorum sensum recreare. E morbo recreari, ex vulnere. Urbs recreata. Caput extollere, et recreatum erigere se. Reficere ac recreare. Pace recreare se. Recreare et reficere mentem. Erigere ac recreare aliquem afflictum. Se colligens animus ac recreans. Sustentari litteris, ac recreari. Recreari a mœrore. Reviviscere ac recreari.*

Recrudesco, is, *ἐξοιδέομαι, ἐξαγριαίνομαι.* 4. Fa. 6. Illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. *id est, renovantur.*

Recta, *recta via, εὐθεῖα, κατ' εὐθεῖαν.* Ver. 5. 159. Loqui cœpit, sibi recta iter esse Romam. 5. Att. 14. Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum. 9. Fa. 19. Recta a porta domum meam venit. 16. Att. 10. Statueram enim recta Appia Romam. 1. C. 23. Recta via perge in exilium. 3. Off. 80. Et cæteri quidem, alius alio, Marius a subselliis in Rostra recta. 6. Att. 8. Cum instituissem ad te scribere, Batonius e navi recta ad me venit. 4. ad Her. 64. Si ad me recta domum abiissetis.

Recte, *bene, probe, præclare, jure, rite, ordine, ratione, ὀρθῶς, καλῶς.* 9. Att. 19. Recte augураris de me: bene enim tibi cog-

nitus sum. 13. Fa. 17. Tum litteræ recte sperare jubent. Ver. 2. 75. Si recte homines novi. 5. 112. Si recte vos cognovi. *Ib*. 171. Recte et merito commovebamur. 1. Att. 15. Apud matrem recte est. I. P. 68. Recte, an secus, nihil ad nos. 3. in A. 38. Aliquem recte atque ordine, exque republica fecisse et facere. 10. P. 5. Litteras Bruti recte et ordine scriptas videri. 10. Fa. 20. Si recte istic erit. 11. Att. 16. Pro malis recte habebam. 2. de Div. 40. Epicurus circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. *Ib*. 75. Tabernaculum recte captum.)(. *Tabernaculum vitio captum*. De Ar. 48. Lex recte lata.)(. *Lex vitio lata*. Pro Qu. 28. Recte atque ordine aliquid factum esse. *Ib*. 31. Quemadmodum solent homines nobiles, seu recte, seu perperam facere cœperunt.

Recta, rectis lineis, ad pares angulos, ad lineam. Pro Mur. 26. Homines cum recte atque in loco constitissent, juberi abire. 1. de Finibus 20. Hoc erit quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur.

Recte *factum*, κατόρθωμα. *Lege*, Catorthoma.

Syntaxis. *Recte augurari de aliquo. Recte sperare. Si te recte novi. Apud matrem recte est. Recte, an secus, nihil ad nos. Recte atque ordine facere. Si recte istic est. Tabernaculum recte captum. Lex recte lata. Recte, vel oblique ferri.*

Rectio, onis, *gubernatio, administratio*, διοίκησις, κυβέρνησις. 4. de Fin. 61. Omniumque rerum publicarum rectiones præscripsimus. 5. 11. Ea quoque est non solum ad privatæ vitæ rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

Rector, oris, *gubernator*, διοικητὴς, κυβερνητής. De Som. 4. Civitatum rectores et conservatores. 1. de Orat. 211. Rector reip, et publici consilii autor. 4. de Finib. 11. Summus rector et dominus. 2. de N. 90. Rector et moderator, et tanquam architectus tanti operis. 1. de Div. 24. Rector navis.

Rectus, a, um, *bonus, directus*, ὀρθὸς, εὐθύς.)(. *pravus*. 3. de Fi. 54. Ita jacere talum, ut rectus assistat. De Univer. 25. Rectus et immutatus orbis. 1. ad Her. 1. Recta intelligentia. Pro Mur. 3. Negat rectum fuisse Cato, me, &c. 13. Att. 20. In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. 1. 23. Recta via pergere in exilium. 3. 27. Recta facta. 1. de Leg. 31. et 3. de Orat. 193. Recta ac prava tacito quodam sensu dijudicamus. 1. Tusc. 40. Sic hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subvolent. Pro Rab. Posth. 48. Rectis oculis urbem intueri. 2. de Orat. 206. Rectissimus in dicendo. *Alias, tectissimus*. 5. Fam. 19. Rectissima quæ sunt, ea maxime conducunt.

Rectum, *substantivum*, κατόρθωμα, ὀρθόν.)(. *pravum*. 1, Acad. qu. 23. Rectum honestumque. 3. ad Her. 3. Rectum est, quod cum virtute et officio fit. 4. de Fin. 15. Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit sapienti soli. 2. de Leg. 10. Rectum quod est, verum quoque est, neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit. 1. Acad. 19. Quid rectum in oratione. 6. Att. 9. Saufeium sine meis litteris ad te venire vix rectum erat. 3. ad Her. 7. Rectum non solius laudis causa sequendum. Orat. 45. Recti pravique partes. 2. de Nat. 78. Recti præceptio, pravique depulsio. Par. 3. Recto nil rectius. 1. Off. 82. In omni fortuna recta atque honesta. 4. Acad. 33. Interesse oportet, ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum.

Syntaxis. *Rector ac gubernator. Rector ac dominus. Rector, moderator, et architectus. Rectis oculis intueri. In dicendo rectissimus. Recta via pergere. Rectum est, te &c. A recta conscientia non discedere. Recta et prava dijudicare. Rectis lineis ferri. Recti pravique partes. Recto nihil rectius. Recta et honesta retinere.*

Recubans, tis, *jacens, quiescens, recumbens*, ἀνακείμενος. 3. de Orat. 60. Sed in hortulis quiescet suis, ubi vult: ubi etiam recubans molliter et delicate, nos avocat a rostris.

Recumbo, is, *cubo*, ἀνάκειμαι, κατάκειμαι. 2. de Orat. 287. Cæteris in campo se exercentibus, ipse in herba recumbebat. 3. 17. Crassus in lectulo recubuit. 1. de Divin. 57. Is primo perterritus somnio surrexit, deinde cum se collegisset, recubuit. Pro Deiot. 42. Cum in cubiculo recubuisset.

Recuperandus, a, um, ἀναληπτέος. Pro Clu. 23. Illi qui erant ad propinquum investigandum recuperandumque profecti.

Recuperator, oris, *judex in causis privatis, et civilibus*, δικαστής. Div. 56. Judicant recuperatores. 5. 28. De conventu nullum unquam judicem nec recuperatorem dedit. Pro Cæc. 8. Si quis judex recuperatorve dicat, potuisti, &c. Ver. 3. 32. *De recuperatoribus, et judicio recuperatorio. Ibid*. 68. Recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Pro Cæc. 42.

Recuperatorius, a, um, *ut recuperatorium judicium; id est, rei privatæ, ut possessionis*, ἀναληπτικὸς, ἀνακτητικός. 2. de Inv. 60. et 5. 27.

Recuperatus, a, um, ἀνακεκτημένος. Pro Fl. 56. Pecunia recuperata est multis post annis. 14. Phil. 35. Recuperata Repub.

Recupero, as, *redimo, recipio, reparo*, ἀνακομίζομαι, ἀνακτάομαι. Pro Mur. 50. Qui consumpta replere, erepta recuperare vellent. Postquam in Sen. 36. Recuperare amissa. 2 in A. 113. Respub. se adhuc tantummodo ulta est, nondum recuperavit. 8. Att. 3. Si quando Pompeius remp. recuperabit. 2. cont. Rul. 41. Misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperent. 13. in A. 11. Pompeius Albanum a Dolabella recuperabit. Pro S. R. 141. Nobilitas exper-

recta remp. recuperavit. Ver. 3. 35. Ille autem, unde ablatum est, judicio suum recuperare nullo modo potest? Pro Cæc. 9. Si alia ratione jus nostrum recuperare possemus. 1. Att. 9. Ejus voluntatem, quæ fuerat erga te, recuperare non poteram. 15. 13. Videtur Respub. jus suum recuperatura. 9. 8. Tentemus, si possumus omnium voluntates recuperare. Ver. 5. 172. Jus suum recuperare. *Ib.* 127. Pro Sul. 88. Recuperare vestitum.

Recuperor, aris. 3. de Orat. 107. Placeatne, a Carthaginensibus captivos nostros, redditis suis, recuperari.

Adverb. *Brevi, difficillime, tardius.*

Recurrendo, *revertendo.* 2. de N. 51. Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.

Recurrens, tis, *rediens, revertens, ἀναθέων, ἀνατρέχων.* Hortens. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum.

Recurro, is, *redeo, reverto, ἀνατρέχω, ἀναθέω.* 2. Att. 12. Puero, quem ad me statim jussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam. 10. Fam. 21. Cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. desit. 11. 13. Recurri ad copiolas meas. Pro Mil. 29. Illi qui erant cum Clodio, gladiis eductis recurrere ad rhedam, ut &c. 1. de L. 61. Eaque unde generata, quo recurrant, viderit, &c. 15. Att. 6. Noli me tam strenuum putare, ut ad Non. recurram. 13. 45. Kal. in Tusculanum recurram.

Recusandum. Ad Brut. 16. Nisi forte non de servitute, sed de conditione serviendi recusandum est a nobis.

Recusans, tis, *παραιτούμενος.* Orat. 36. Rogatus et recusans hoc feci.

Recusatio, onis, *declinatio, ἀνάνευσις, παραίτησις.* 2. de Orat. 26. Hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit, mihi quidem perjucunda. Pro Clu. 148. Neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris et periculi declinatio. 3. C. 5. Illi sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt. 7. in A. 12. Omnes sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant. 2. de Leg. 41. Pœna violatæ religionis justam recusationem non habet. 2. de Inv. 12.

Recuso, as, *refuto, abnuo, refugio, aspernor, repudio, rejicio, nego, tergiversor, abhorreo, devito, reclamo, gravor, ἀδύομαι, ἀμηχανέω, ἀναίνομαι, παραιτέομαι.* 2. de Orat. 128. Nihil tibi a me postulanti recusabo. Ver. 5. 140. Recusare et deprecari. Pro Planc. 3. Nihil de pœna recusabo. 3. Off. 99. Sententiam ne diceret, recusavit. Pro Mil. 101. Non recuso, non abnuo. Orat. 35. Non recuso; quin causam haud dico, quare, &c. 15. Att. 1. Ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.

Adverb. *Diu, honeste, valde, vehementer.*

Syntaxis. *Recusare et deprecari. Hoc tibi non recuso. De hoc nihil recuso. Recuso, abnuo.*

Redacturus, a, um, *καθιστήσων.* 7. Att. 1. Scripsi etiam ad eum, me, quidquid possem nummorum, ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum. 2. de Orat. 142. Pollicitus se jus civile ad artem facile redacturum.

Redactus, a, um, *καθισταμένος.* Ver. 3. 171. Cur omnis copia frumenti penes istum esset redacta. Pro Mar. 10. Nobilissima familia jam ad paucos redacta. Pro Flac. 30. Prædones redacti in potestatem.

Redamo, as, *ἀντεράω, ἀντιφιλέω.* De Amic. 49. Animus virtute præditus, qui vel amare, vel (ut ita dicam) redamare possit.

Redarguo, is, *convinco, coarguo, revinco, ἐξελέγχω, ἀπευθύνω.* 6. Att. 1. Quis non dixit, Εὔπολιν ab Alcibiade dejectum esse in mare? redarguit Eratosthenes. 3. de Nat. 88. Improborum prosperitates redarguunt vim omnem deorum. 2. de Orat. 265. Idque Scaurus tenuitate Magii redarguebat. Pro Dom. 21. Atque in hoc inconstantiam redarguo tuam, qui, &c. Part. 33. In reprehendendo redarguere contraria.

Increpo, accuso. 2. de Fin. 55. Poterat autem impune; quis enim redargueret? Pro Clu. 62. Redargue me, si mentior, &c. De Ar. 47. In quo fallebat multos, quod eum nemo redarguebat.

Redarguor, eris. 2. de Orat. 293. Si nostra facilius probari, quam illa redargui possunt. 4. ad Her. 38. Oratio, quæ neque redargui, neque convinci possit. 2. Tusc. 5. Nosque ipsos redargui refellique patiamur.

Syntaxis. *Redarguere et convincere orationem. Redarguere atque refellere. Neque redargui, neque convinci.*

Reddendus, a, um, *ἀποδοτέος.* 3. de Nat. 24. Omnium rerum ratio reddenda est. Pro C. Corn. 1. Tribus ad collegam reddendum privatum introvocare.

Redditus, a, um, *ἀποδοθείς, ἀνταποδοθείς.* 9. in A. 5. Reddita est ei tum a majoribus statua pro vita. 14. 31. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita! Ad Brut. 6. Cum has ad te scriberem litteras, ab Satrio legato C. Trebonii reddita est mihi epistola. 9. Att. 11. Eo serius ad epistolam tuam redditæ sunt litteræ meæ. At. Br. ep. pr. in 2. Litteræ mihi in Senatu redditæ sunt a Lentulo nostro. 8. Att. 22. Pecuniam Domitio non esse redditam. Pro Q. 71. Cui neque judicium redditum est usitatum.

Reddo, is, *restituo, refero, persolvo, remunero, ἀποδίδωμι, ἀνταποδίδωμι.* 10. Att. 13. Is mihi H. S. XIV. non reddit, quæ dedi ejus filio mutua. De Fat. 3. Mutuari aliquid ab aliquo, et ei vicissim reddere aliquid aliud. De Cl. 15. 1. Off. 48. 13. Att. 13. Hesiodus eadem mensura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Postq. in Sen. 1. Qui denique nos-

nosmetipsos nobis reddidistis. 2. de Fin. 68. Eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hæreditatemque reddidit. 1. Qu. Fr. 1. 7. Cogebantur Sullani homines, quæ per vim et metum abstulerant, reddere. *Ib.* 19. Illi, quibus imperium ita datum est, ut redderent. Pro Sull. 84. Sed etiamsi quid ab omnibus mihi conceditur, id reddo ac remitto. Ver. 3. 123. Se per istum erepta Siculis majorum nostrorum beneficia, jus ipsorum, conditionem societatis, amicitiæ, fœderum reddidisse.

Do, affero. 1. Att. 13. Puer tuus mihi litteras abs te reddidit. 2. Famil. 17. Litteras a te mihi stator tuus reddidit. 2. Att. 8. O suaves epistolas tuas uno tempore mihi datas duas!

Tribuo, trado. Pro S. R. 136. Suum cuique honorem et gradum reddere. In Vat. 9. Quod quidem ego tibi reddo tuum, nam, &c. De Cl. 258. Perge Pomponi de Cæsare, et redde quæ restant. 2. Off. 69. Pecuniam reddere. Pro Pl. 92. Reddere vitam pro repub.

Recito. De Cl. 301. Hortensius quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem reddebat. 1. de Orat. 155. Cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem.

Narro. 2. de Div. 61. Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. 1. Tusculan. 38. Reddere rationem sententiæ suæ.

Efficio, præsto. Pro Dom. 72. Omnem locum, quo adis, exilii simillimum reddis. 4. Att. 3. Clodius omnes Catilinas Siciniosque reddidit. Ver. 2. 84. Domum exornatam et instructam iste reddidit nudam et inanem. Pro S. R. 100. Cupiditas reddit homines cæcos. 9. Att. 20. Nam me hebetem molestiæ reddiderunt. De Cl. 38. Hic orationem mollem reddidit. 2. de Orat. 8. Reddere memoriam alicujus immortalem. Ad Brut. 12. Ut charitas liberorum amiciores reip. parentes redderet. Pro Cæc. 28. Reddere aliquem placidum ac mollem. 4. Fam. 9. Reddere aliquem ferociorem. 9. 25. Reddere aliquem otiosum. Pro Cl. 71. Reddere aliquem iratum alicui. 2. Att. 1. Quid, si etiam Cæsarem reddo meliorem? 7. in A. 19. Ut populum Romanum metu vacuum nostra vigilia redderemus. Oecon. 1. Hunc sexum timidiorem reddidit, quam virilem *natura*.

Reddor, eris. Orat. 164. Sive paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria. 2. Att. 4. Mihi placent ea, quæ male empta sunt, reddi. Ver. 4. 74. Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur, reportatur Segestam.

Adverb. *Celeriter, commode, cumulate, diligenter, juste, probabiliter, perdiserte, opportune, plane, studiose, tarde, vicissim, verbosius.*

Syntaxis. *Reddere eadem mensura, aut etiam cumulatiore. Nosmetipsos nobis reddidistis. Id reddo ac remitto. Reddere beneficia. Puer tuus reddidit mihi abs te litteras. Suum cuique honorem et gradum reddere. Perge, et redde quæ restant. Verbis eisdem aliquid reddere. Latine reddere. Reddere rationem alicujus rei. Cupiditas reddit hominem cæcum, molestiis hebetem. Reddere memoriam alicujus immortalem. Reddere aliquem iratum alicui. Paribus paria reddere.*

Redemptio, onis, *conductio, ἀνάῤῥυσις, ἀπολύτρωσις.* Act 1. Ver. 16. Redemptio est hujus judicii facta grandi pecunia. De Pro. 11. Publicanos temeritate redemptionis pene esse eversos.

Redemptor, oris, *dicitur sive operis faciendi, sive vectigalium conductor, qui et* Manceps *a Cic. dicitur, λυτρωτὴς, ἐργολάβος.* 9. in A. 6. 2. Qu. Fr. 4. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curavi. 2. de Div. 47. Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam. 2. de Inv. 96. Nisi ad sacrificium quoddam redemptor hostias præbuisset.

Redemptus, a, um, λυτρωθεὶς. 1. Qu. Fr. 1. 25. Publica male redempta. 1. Att. 13. Rem illam redemptam esse a judicibus confitentur.

Redeo, is, *revenio, reverto vel revertor, me recipio, ἐπανέρχομαι, ἐπάνειμι.* 13. Att. 9. Ad quos dies rediturus sim, scribam ad te. Pro Quint. 57. Statim ut Romam rediit, &c. Pro Mur. 26. Redire viam, et inire viam, *apud Juriscons.* Postq. in Sen. 27. Ut ad illam diem res cum redisset, rogarentur, &c. Pro S. R. 128. Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. 1. Fam. 7. Redeo ad illud, quod initio scripsi. Pro Cæc. 51. Ut ad privatas res redeam. 1. de Inv. 98. Ita in memoriam redibit auditor. Pro Qu. 57. Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die, &c. De Pro 20. Redire in gratiam cum aliquo. 7. Att. 1. Atque hæc de rebus forensibus: redeamus domum. Frag. ep. Ego cum in gratiam redierim cum Ap. Claudio, et redierim per Cn. Pompeium.

Adverb. *Facile, gradatim, insidiose, peregre, sero, vicissim.*

Syntaxis. *Ad quos dies rediturus sim, scribam. Redire viam. Redeo ad illud, quod initio scripsi. In memoriam redit Quintius. Redire in gratiam cum aliquo. Redeamus domum, id est ad rem.*

Redhibeor, eris, *quasi retro habeor, ἀνακτάομαι.* 3. Off. 91. In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili.

Redigendus, a, um, καθιστατέος. Orat. 10. Quidquid est, de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum. Ver. 2. 47. Bona verbo redigenda, re dispertienda.

Redigo, is, *vi recipio, adduco, pertraho, καθίσταμαι, καθιστάω.* 4. in A. 13. Majores nostri bellicosissimas gentes in deditionem hujus imperii redegerunt. 3. Off. 79. C. Marius Jugurtham redegit in suam potestatem. 2. cont. Rul. 73. Redigere ali-

quem in suam ditionem et potestatem. 5. in A. 46. et pro Cluen. 152. Cæsar equites in suam protestatem redegit. Ver. 2. 33. Redigere omnia in suam potestatem. Pro Cor. 5. Populi, quos subegimus, atque in ditionem nostram redegimus.

Colligo, contraho, revoco, reduco, deduco. 13. in A. 10. Decrevistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in prædæ dissipatione inimicus victor redegisset. Div. 56. Redigere pecuniam ex bonis venditis. 2. cont. Rull. 97. Redigere pecuniam ex vectigalibus. De Ar. 42. Quæsturamque illam maxime fœcundam atque uberem in totum ad se redegit. 1. Fam. 9. Quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. 2. in A. 18. Quid autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? Orat. 208. Redigere sententias in quadrum numerumque. 3. ad Her. 16. Redigere inventa in ordinem. 4. 3. Qui omnia in arte scribenda redigit in singulas rationes præceptionis.

Redigor, eris. 5. Att. 12. Si hoc genus in unum redigatur. 1. de Orat. 185. Nihil est quod ad artem redigi possit, nisi, &c. Pro Rab. Posth. 37. Pecunia, &c. redigeretur. *Ib.* Id hoc genere judicii redigi solere. 12. Fa. 15. Vectigalia in vestram potestatem redigerentur. Incer. Quod non aliquando ad interitum redigatur, vel injuria hominum, vel ipsa confectrice omnium vetustate.

Syntaxis. *In suam ditionem et potestatem redigere. In sui imperii ditionem redigere. Subigere, et in ditionem redigere. Redigere pecuniam ex. Redigere in totum quæsturam ad se. Redigere in memoriam. In quadrum et numerum orationem redigere. Redigere in ordinem. Redigere ad artem. Omnia ad interitum vetustate rediguntur.*

Redimendus, a, um, ἐξαγοραστέος. Pro Sest. 66. Qui rex illo anno non aut emendum sibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat, arbitrabatur.

Redimo, is, *emo, recupero, conduco,* ἀπολυτρόω, ἐξαγοράζω. 13. in A. 10. Pompeio sua domus patebit, eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn. Pompeii domum filius. 4. ad Her. 58. Re vilissima et parva maximam redemit. Pro Q. R. 35. Roscius societatis, non suas lites redemit, cum, &c. 2. Off. 55. et Ver. 5. 89. Redimere captos a prædonibus. 3. ad Her. 2. Redimere captivos ab hostibus. De Cl. 85. Qui pecuaria ea, P. Cornelio, L. Mummio censoribus, redemisset. 11. Att. 13. Redimere fundum. 2. Fam. 16. Ego calamitatem a rep. meis privatis incommodis libentissime redemissem. Pro Sul. 33. Ego vitam omnium civium, &c. quinque hominum perditorum pœna redemi. Pro Mil. 87. Qui pecunia se palam a judicibus redemerat. 10. Fa. 8. Redimere culpam. Pro M. Scau. Fibri redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.

Redimor, eris. Ver. 5. 24. Hæc vero, quæve vita redimi recte possent, pecunia æstimare non queo. *Ibidem.* 14. Damnatorum vitam a prætore redimi. 2. Off. 62. Redimi a servitute captos.

Syntaxis. *Redimere minoris, quam &c. Re parva maximam redimere. Redimere captos a prædonibus, captivos ab hostibus. Redimere suis incommodis calamitatem e republica. Redimere omnium civium vitam paucorum pœna. Redimere se judicibus pecunia. Redimere culpam. Redimi a servitute.*

Redimiculum, li, κάλυπτρον, ἀνάδεσμα. *Lege,* Mitra. Ver. 3. 76. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat.

Redimiri, *ornari,* διαδεῖσθαι. 3. Tusc. 43. Incendes odores, et sertis redimiri jubebis et rosa?

Redimitus, a, um, *ornatus, coronatus,* διαδεδημένος. 2. C. 10. Sertis redimiti, unguentis obliti. De Som. 15. Terra quasi quibusdam redimita et circundata cingulis. Pro Qu. Gall. Redimitus coronis.

Redintegratio, onis, *renovatio, iteratio,* ἀποκατάστασις. 4. Her. 38. Vehementer auditorem commovet ejusdem redintegratio verbi.

Redintegro, as, *renovo,* ἀνανεόω, ἀνασκευάζω. 4. ad Her. 39. Interpretatio est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed commutat. 11. Fa. 9. Redintegrare bellum.

Redintegror, aris. 1. de Inv. 99. Ita per brevem comparationem auditoris memoria et de confirmatione, et de reprehensione redintegrabitur. 2. ad Her. 47. Ut renovetur, non redintegretur oratio.

Reditio, onis, ἐπάνοδος. 3. 16. Celeritas reditionis. *id est, reditus.*

Reditus, us, *reditio, reversio,* ἀνακομιδή, ἐπάνοδος. De Clar. 227. Inter profectionem et reditum. L. Syl. 16. Att. 7. Reditu, vel potius reversione. Pro Cl. 119. Sic hominibus injuria notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. De Som. 3. Solis anfractus, aditus, reditusque. De Arusp. 52. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? 2. At. 3. Cum Cæsare reditus in gratiam. 15. 5. Qui porro noster itus, reditus, incessus inter eos? Hoc illis *animis* faciliorem ascensionem et reditum in cœlum fore.

Adjuncta. *Acerbior, aptus, et concinnus, capitalis, et pestifer, celer, gratus et jucundus, celer et gloriosus, propinquus, crudelis, et pestifer, desertus, obscurissimus, difficilis, facilis, florens, gloriosus, gratuitus, et salutaris, illustris, inconstans, maturus, novus, tutus.*

Redivivus, a, um, *renovatus, in vitam revocatus,* παλίμβιος. Ver. 1. 148. Rediviva sibi habeto, quasi quidquam redivivi ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex redivivis constitueretur.

Redolens, tis, μυρίζων. 2. in A. 63. Antonius vomens frustis esculentis, vinum redolentibus, totum tribunal implevit.

Redoleo, es, *oleo*, ἀπόζω, μυρίζω. Pro Sest. 24. Quod ita domus fumabat, ut multa ejus sermonis indicia redolerent, *aliter*, redoleret. Pro Cæl. 47. Nihil igitur illa vicinitas redolet. 2. de Orat. 109. Definitio genere ipso doctrinam redolet. De Cl. 82. Oratio redolens antiquitatem. De Cl. 284. Mihi ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ videntur.

Reducendus, a, um. 3. Off. 86. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum.

Reduco, is, *restituo, redigo, reporto*, ἀνάγω. X. *ejicio*. 8. At. 24. Aliquos distractos rursus in pristinam concordiam reducere. Postquam ad Quir. 15. Aliqua medicina reducere aliquem ad salutem. 8. in A. 29. Aliquem in cubiculum admittere et reducere. Pro R. P. 19. Tu Gabinium, ut regem reduceret, impulisti. 2. in A. 9. Reducere aliquem de exilio. 1. de Inv. 98. Reducere aliquid in memoriam. Hortens. Ut calculum reducas. Pro Rab. Post. 19. Si me Cn. Pompeii autoritas in gratiam non reduxisset, nunc jam ipsius fortuna reduceret. 1. Fam. 2. Ut tres legati regem reducerent.

Reducor, eris, *revocor*. 2. ad Her. 47. Ut auditor, si memoriæ mandaverit, ad id, quod ipse meminerit, reducatur. 3. 21. Et vox reducitur in quendam sonum æquabilem. 2. Qu. Fr. 2. Cum multitudine regem reduci periculosum reip. videtur. 1. Acad. 1. Satis eum longo intervallo ad suam villam reduximus. 2. Qu. Fr. 8. Crassum Cos. e Senatu domum reduxi. 4. At. 6. Philoxenus reduci in carcerem maluit. Postq. in Sen. 27. Reduci in patriam. *Ib.* Reduci ab exilio. Pro Qu. 61. Curat, ut servus domum reducatur ad Quintium. 1. Fa. 1.

Reductio, onis, ἀναγωγή. Ep. lib. 1. ep. 7. Quoniam Senatusconsultum nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta sit.

Reductus, a, um, ἀναχθεὶς, ἐπαναχθείς. Pro R. Q. 47. Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ. Pro Dom. 17. Senatus autoritas mecum simul reducta videtur. Pro Cl. 110. Reges ab aliquo in gratiam reductos esse. 9. Att. 17. Ab eo patriæ proditores ab exilio reductos esse. 1. 24. Ab exilio reducti. Postq. ad Quir. 10. Altero Cos. referente reductus sum.

Syntaxis. *Distractos in concordiam, in gratiam reducere. Ad salutem reducere. De exilio reducere. Aliquid in memoriam, vocem in sonum æquabilem reducere. Reducere domum. Reducere regem.*

Redundans, tis, περιπληθὴς, ἐπίμεστος. De Clar. 51. Asiatici parum pressi et nimis redundantes. *Ib.* 316. Is redundantes nos et superfluentes juvenili quadam dicendi licentia repressit. 2. de Orat. 88. Verba effervescentia, et paulo nimium redundantia.

Redundantia, tiæ, *profluentia*, πλεονασμὸς, πλημμύρα. Orat. 108. Ipsa illa pro Roscio juvenilis redundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

Redundo, as, *supero, superfluo, effluo*, κυμαίνω, πλεονάζω. Ver. 4. 26. Crux civis Romani sanguine redundavit. 3. C. 24. Omnis hic locus acervis corporum, et civium sanguine redundavit. 4. Tusc. 22. Cum pituita redundat, aut bilis in corpore. 2. de Orat. 221. Tota illa defensio redundavit hilaritate quadam et joco. 3. Fam. 10. Cum tu omnibus ornamentis redundates. 4. ad Her. 66. Urbs redundat militibus. Pro Corn. 56. Ut aliqui sermones invidorum etiam ad aures vestras permanarent, et in judicio ipso redundarent. 2. de Orat. 83. In verborum definitionibus neque abesse quidquam debet, neque redundare. Orat. 117. Ut nihil neque prætermittatur, neque redundet. Ver. 3, 155. Quod redundaret de nostro frumentario quæstu. 1. de Nat. 110. Tuus deus non digito uno redundat, sed capite et cæteris membris. 2. de Nat. 216. Aqua conglobatur undique æqualiter, neque redundat usquam, neque effunditur. 1. de Orat. 20. Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio. Ver. 1. 100. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt. De Pro. 31. Nationes, quæ numero hominum et multitudine poterant in provincias nostras redundare, ab eodem partim recisæ sunt, partim repressæ. 1. de Orat. 3. Fluctus qui a communi peste depulsi in nosmetipsos redundarunt. 1. C. 29. Vereor ne quid, parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundet. Pro Cæl. 57. Servi, ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus ac luxuria redundet. Pro Mur. 85. Sed quid fiet, si hæc clapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redundarint? Pro Sul. 27. Si ex hoc tanto in omnes beneficio nullum in me periculum redundabit. Pro Dom. 69. Sed prospexistis, ne qua in nos popularis aliquando invidia redundaret. 3. de Orat. 16. Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Crasso redundavit. 3. Qu. Fr. 9. Hoc bonum mihi nunc denique redundat. I. P. 25. Capua splendidissimorum hominum multitudine redundat. De Ami. 78. Erumpunt sæpe vitia nostra in alios, quorum tamen ad vos redundat infamia. *id est, redit.* Parad. 6. Ex meo tenui vectigali aliquid etiam redundat. Pro R. P. 11. Non igitur reus ex ea causa quæ judicata est, redundat Posthumus. Pro Lig. 8. Vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. *Ib.* 15. Acerbissimo luctu redundaret ista victoria. 2. de Divinat. 69. Si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram: si repressus esset, Veios. 1. 100. Veios non posse capi, dum lacus is redundaret. Pro Sest. 95. Quorum hodie copia redundat.

Syntaxis. *Crux sanguine redundans. In corpore pituita redundans. Redundare ornamentis. Urbs militibus redundans. Victoria luctu redundans. Orator nimis redundans, redundans et superfluens juvenili quadam dicen-*

di licentia. Verba effervescentia et paullo nimium redundantia. Ex rerum cognitione efflorescit et redundat oratio. Oratio redundans hilaritate et joco. Fluctus a communi peste depulsi in nos redundant. Nequid invidiæ mihi in posteritatem redundet. Ex quotidianis sumptibus et luxuria aliquantum etiam ad pauperes redundare. Ex beneficio periculum redundare in benefacientem. Ornatus orationis in me deficit, in te redundat. Bonum redundare alicui. Alieni vitii ad nos redundat infamia. Laus tua ad meum aliquem fructum redundat. Hodie stultorum copia redundat.

Reduvia, æ, *ulcus digitorum, cum recedit ab ungue caruncula : πτερύγιον (inquit Celsus) Græci appellant.* Pro S. R. 128. Intelligo me errare, qui cum capiti S. Rosc. mederi debeam, reduviam curem.

Redux, cis, *ex periculo, aut ab exilio revocatus, ἀναστροφὸς, ἐπαγωγός.* Pro Mil. 104. Quid me reducem esse voluistis?

Refectus, a, um, *reconcinnatus, ἀνασκευασμένος.* 16. Att. 3. Ἀρχίτυπος crebris locis incultus et refectus.

Refellendus, a, um, *διελεγκτέος.* 2. de Div. 51. Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade?

Refellens, tis, *διελέγχων, ἀνασκευάζων.* 2. de Orat. 9. Nullius memoria jam refellente.

Refello, is, *redarguo, ἀναιρέω, ἀνασκευάζω, ἀντιλέγω.* 1. 88. Ea Menedemus exemplis, magis quam argumentis conabatur refellere. *Ib.* 90. Ut id, quod intenderemus confirmare, et id, quod contra diceretur, refellere possemus. Pro Lig. 16. Refellere et coarguere mendacium alicujus. 12. At. 5. Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras.

Refellor, eris. 2. de Div. 98. Chaldæorum prædicta quotidie re et eventis refelluntur. 2. Tusc. 5. Nosque ipsos redargui refellique patiamur. *Ib.* Et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati sumus. 2. de Fin. 81. Ita enim vivunt quidam, ut eorum vita probetur, refellatur oratio. *Ib.* Oratio refellitur moribus.

Syntaxis. *Refellere et coarguere mendacium alicujus. Re et eventis Astronomorum prædicta refelluntur. Ne refellatur oratio moribus. Refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia.*

Refercio, is, *repleo, ἐκπληρόω, ἀναπίμπλημι.* 1. de Nat. 34. Heraclides puerilibus fabulis refersit libros. 2. 63. Poetæ hominum vitam superstitione omni referserunt. Pro R. P. 40. Complures aures refersit his sermonibus. 2. Tusc. 6. Eadem enim dicuntur a multis, ex quo libris omnia referserunt. *Alii referta sunt.*

Congero. 1. de Orat. 163. Perfice, ut Crassus, quæ coarctavit, et peranguste refersit, in oratione sua dilatet nobis atque explicet.

Refercior, iris. Pro Sest. 77. Corporibus civium Tiberim repleri, cloacas referciri.

Referendus, a, um, *ἀνακομιστέος. Lege,* Refero. 1. de Div. 122. De rebus obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum. 1. Off. 52. Vulgaris liberalitas referenda est ad illum finem, nihilominus ut ipse luceat. Postq. ad Quir. 24. Mihi in sententia simpliciter referenda fides non deerit.

Referens, tis, *subjiciens, ἀναφέρων, ἀμείβων.* De Clar. 301. Hortensius, nullo referente, omnia adversariorum dicta meminerat.

Refero, fers, *reveho, reporto, reduco, ἀμείβομαι, ἀναφέρω.* 12. Fam. 25. Auster adversus maximo flatu me ad tribules tuos retulit. Ad. Br. 15. Auster me in Italiam retulit. 15. At. 16. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. Frag. Ep. Cum legati responsa retulerint.

Renuncio. Pro Deiot. 25. Misit qui rumores Africanos exciperent, et celeriter ad se referrent.

Revoco. Pro Dom. 78. Referre rem judicatam. *id est, revocare et renovare judicium.* Pro Pl. 41. Referre judices. *id est, revocare et asciscere.* Pro Cl. 86. Te id, quod tum explosum est, nunc retulisse miror. Pro S. R. 110. Isti pro re certa spem falsam domum retulerunt. Pro Fl. 1. L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno retulit. 1. de Orat. 145. Quo quidque referat, et quo intuens ab eo, quodcunque proposuerit, minus aberret.

Reddo. Orat. 65. Referre paria paribus, adversa contrariis. 1. de Div. 54. Is pateram retulit. Orat. 38. Ut extrema referant eundem in cadendo sonum. 16. Att. 3. Referes igitur ei plurimam salutem. De Clar. 217. Referre gratiam alicui. 3. de Orat. 14. Referre alicui debitam ac meritam gratiam. Pro Cor. 59. Quorum precibus munus hoc meritum huic, et, ut a principio dixi, justam et debitam gratiam refero. De Ami. 53. Cum jam neutris, *neque fidis amicis neque infidis,* gratiam referre posset.

Adscribo, describo. De Cl. 89. Quam orationem in origines suas retulit. 1. de Orat. 208. Illa quæ in commentarium meum retuli. 16. Fa. 17. Referre epistolas in volumina. Ver. 5. 108. Referre aliquem absentem in reos. Pro S. R. 27. Ejus fide factum est, ut hic potius vivus in reos, quam occisus in proscriptos referretur. 1. de Nat. 29. Referre aliquem in deorum numerum. *Ib.* 34. Heraclides cœlum et terram refert in deos. Ver. 1. 149. Negabat opus in acceptum referre posse. Pro Q. R. 5. Referre nomina in codicem accepti et expensi. 5. Att. 21. Quid vos? quantum, inquam, debetis? Respondent, CC. refero ad Scaptium. De Opt. 19. Ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. 2. in A. 40. Ego amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. I. P. 25. Nisi forte si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. Pro Flac. 20. Referre in tabulas quodcunque commodum est, et inferre rationes falsas. *Ib.* 44. Cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referrent. *Ib.* Cum

operi publico referant, et in ædem sacram faciendam perscribunt. Ver. 1. 98. Referre rationes ad ærarium.

Defero, propono, profero, deliberandum adduco, in medium pono. 1. de Orat. 239. Referre ad aliquem de aliqua re. *Ib.* Quæsivitque qua de re ad Crassum retulisset. Ad Br. 18. At illa retulit quæsivitque, &c. Ver. 4. 7. Ideo Clodius retulit, ut Verres posset auferre. 2. de Div. 144. Referre, et deferre aliquid ad interpretem. Pro Dom. 131. Referre et deferre ad Senatum. *Ib.* 136. Cassius de signo Concordiæ dedicando ad Senatum retulit. 16. Att. 3. Qui, cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sestii nostri sententia ageret, neque ad illum, neque ad quemquam nostrum retulit. Pro Dom. 50. Pluribus de rebus uno sortitu retulisti. 2. C. 12. Rem omnem ad patres conscriptos retuli. 1. de Div. 31. Cum vicini omnes ad unum de rebus suis referrent, erat in magno honore et gloria. Postq. ad Quir. 11. P. Lentulus de solemni religione retulit. Pro C. Cor. 1. C. Cotta de legibus abrogandis ipse ad Senatum retulit. *Ib.* De corrigenda lege retulerunt.

Respondeo. Pro Cæc. 85. Hoc ego non ad meam defensionem attuli, sed illorum defensioni retuli. *Ib.* At ego tibi refero, si, &c. De Fat. 30. Et referret aliquis.

Puto, censeo, statuo. 3. de Nat. 86. Virtutem nemo unquam Deo acceptam retulit.

Confero. 2. Att. 24. Referre cum aliquo. *Ib.* Introductus Vectius, primo negabat se unquam cum Curione retulisse. 8. Fa. 3. Forsitan cum locupletiore referam.

Dirigo. 10. in A. 20. Ut omnia consilia atque facta nostra ad virtutem atque dignitatem referamus. 1. de Orat. 226. Referre omnia ad voluptatem corporis, doloremque. De Cla. 223. Eodem Q. Cæpionem referrem, nisi, &c. a Senatu dissedisset. *id est, his adnumerarem.* Pro Deiot. 7. Tuum est, Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quo facilius, &c. *id est, de te conjecturam facere.*

Promiscua. 3. de Orat. 177. Referre nunc animum ad hominum figuram, &c. 1. 1. Referre animum ad studia. 1. Fam. 9. Referre se ad studia litterarum. Pro Qu. 47. Referre oculos et animum ad aliquem. De Pro. 38. Referre aspectum aliquo. 2. de Orat. 117. Ut simul ac posita sit causa, habeant quo se referant. Pro S. R. 48. Age nunc, refer animum, sis, ad veritatem, et considera, &c. Pro Flac. 50. Iste iterum Romam se retulit. Par. 1. Referre opus in apertum. *id est, edere.* 12. in A. 8. Referre pedem.

Adverb. *Aperte.*)(. *occulte, callide, cumulatissime, identidem, magnopere, pariter, simpliciter, publice, recte, separatim, vere, ultro.*

Referor, eris, *narror, exponor.* 2. de Div. 11. Ad sapientes hæc, non ad divinos referri solent. *Alias,* refelli.

Proponor. 3. de Orat. 131. Ut de omni re ad eos referretur. Ad Brut. ep. pr. 7. Si tuis placuisset de his litteris referri.

Dirigor. 1. Off. 31. Referri enim decet ad ea quæ proposui in principio, fundamenta justitiæ. 12. in A. 10. Omniaque ad eorum voluntatem dicta factaque nostra referantur. Ad Brut. 18. Omnes meæ curæ ad te referuntur, et in te consumuntur. 9. in A. 11. Leges ad facilitatem æquitatemque referri. 5. Fam. 16. Quæ cura non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. De Fat. 6. Cum sine fato ratio omnium rerum ad fortunam naturamque referatur. 1. de Leg. 5. In historia pleraque ad veritatem, in poemate ad delectationem referuntur. 2. Off. 54. Modusque adhibeatur, isque referatur ad facultates.

Respondetur. Pro Quint. 44. Quid autem a nobis refertur? *id est,* respondetur.

Reficior. Div. 68. Hoc institutum referri ac renovari moleste ferunt.

Excitor. I. P. 53. Non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur.

Nuncior. 1. Qu. Fr. 1. 33. Vocem ex Asia usque Romam referri. 1. Fa. 9. Certorum hominum, quos jam debes suspicari, sermones referebantur ad me.

Adverb. *Conjunctim, nominatim, proprie, recte, tardius, paullo.*

Refert, bat, *interest, ad rem pertinet, συμφέρει, προσήκει.* Ad Brut. 2. Tua istuc refert maxime. *ex Plauto.* 5. Fam. 20. Non adscripsi, quod tua nihil referebat. I. P. 39. Nihil enim mea refert, utrum eum, &c. an amici tui, &c. Ad Brut. 17. Quid autem nostra refert, victum esse Antonium? si, &c. 1. Tus. 80. Ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint. 14. At. 1. Magni refert, hic quid velit. 1. Qu. Fr. 1. 16. Parvi refert ita fieri, nisi, &c. Pro Pomp. 18. Illud parvi refert, vos vectigalia postea recuperare. Qu. de Pet. 34. Quæ si significant voluntatem esse abditam, parvi refert patere ostium. 5. Fam. 9. Sed quanti id refert? si tamen accidit. De Cla. 110. Nihil refert videre quid dicendum sit, nisi, &c. 5. de Fin. 90. Tantum refert, quam magna dicam. 2. in A. 29. Quid refert, utrum voluerim fieri, an gaudeam factum? 2. de Div. 62. Quasi vero referat, quod fieri potest, quam id sæpe fiat. *Ib.* 72. Aves pascantur necne, quid refert? *Ib.* 98. Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. *Ib.* 106. Fac dare deos: quid refert, si accipere non possumus? Pro Flac. 21. Quid refert igitur tanto post feceris, an omnino non feceris? 3. de Orat. 205. Refert etiam, qui audiant, Senatus, an populus, an judices. Pro Cæc. 57. At quibus servis? refert enim magnopere idipsum. 8. Fam. 10. Ne dicatis, aliquid, quod referret scire, reticuisse. 1. de Nat. 80. Quid refert? 2. ad Her. 7. Parvi refert, satis spatii fuisse ad id perficiendum.

Refertus, a, um, *confertus, plenus, ἀνάμεσ-*

τος, ἀνάπλεως. Ver. 4. 126. Ornamentis fanorum domus plena, villæ refertæ. Ver. 3. 202. Tum refertius erit ærarium populi Rom. quam unquam fuit, &c. 1. de Orat. 161. Locuples et referta domus. 9. Att. 1. Urbem refertam esse optimatium audio. 2. de Orat. 154. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. Pro R. P. 20. Mare refertum prædonum. I. P. 11. Palatium erat civitate omni, Italia cuncta refertum. Pro Pomp. 21. Domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta. *Ib.* 55. Insula referta divitiis. 5. Tuscul. 20. Xerxes refertus omnibus præmiis donisque fortunæ. *Ib.* 86. Vita undique bonis referta. Pro Mur. 20. Asia ista referta, et eadem delicata. 3. Tus. 42. Orat. 140. Invidis referta sunt omnia.

Refervens, tis, *ἀναζεόμενος*. Pro Q. R. 17. Sic refervens falsum crimen in purissimam vitam collatum, statim concidit, et extinguitur.

Referveo, es, *ἀποψύχομαι*. De Cla. 316. Contentio nimia vocis reciderat, et quasi referverat oratio.

Refervesco, is, *recalesco, ἀναζέννυμαι, ἀναζέομαι*. 1. de Div. 46. Sanguis e patera fusus, qui cum terram attigisset, refervescere videretur.

Reficiendus, a, um, *ἀνοικοδομητέος, ἀνασκευαστέος*. De Ami. 95. Lex C. Papyrii de trib. pleb. reficiendis.

Reficio, is, *recreo, restituo, ἐπισκευάζω, ἀναλαμβάνω*. 7. Att. 3. Tyronis reficiendi spes est in M. Curio. 7. Fam. 26. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. 12. Att. 15. Reficere vulnus. Ver. 4. 105. Ad ea, quæ dicturus sum, reficite vos, quæso judices, per deos immortales. Pro Mur. 84. Nihil est jam unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Pro Sest. 15. Reficere salutem communem. Pro Arch. 12. Hic homo suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ conquiescant. Pro Planc. 2. Conspectus consessusque vester reficit et recreat mentem meam. Pro Flac. 44. Reficere ædem sacram. Top. 15. Reficere ædes, quæ vitium fecerunt. De Opt. 19. Demosthenes muros refecit pecunia sua. Pro Planc. 45. Reficere suam tribum suis necessariis: *id est*, conciliare. 3. Qu. Frat. 1. Ego in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci. Pro Mil. 2. Sed me recreat et reficit Cn. Pompeii sapientissimi viri consilium. 1. de Div. 4. Quinetiam memoria nostra templum Junonis Sospitæ L. Julius de Senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.

Reficior, eris. Parad. 6. Nunquam eris dives ante, quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones possis. De Senect. 36. Tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Ver. 1. 142. Locatur opus, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum esse dico.

Syntaxis. *Quoad me reficiam. Reficere vulnus. Ad ea, quæ dicturus sum, reficite vos, quæso. Nihil est, unde nos reficiamus. Reficere salutem. Animus ex forensi strepitu reficitur. Id reficit et recreat mentem meam. Reficere ædes, quæ vitium fecerunt. Reficere aliquid pecunia sua. Mihi ex meis possessionibus tantum reficitur, ut &c. Reficiendæ cibo vires, non opprimendæ. Reficere opus ex sua pecunia.*

Refigo, is, *evello, infringo, τὸ παγὲν διαλύω*. 12. Fam. 1. Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus. 13. in A. 5. Acta Antonii rescidistis, leges refixistis. 12. Phil. 12. Num figantur rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis.

Reflatus, us, *contrarius ventus, ἀντίπνοια*. 12. Att. 2. Naves delatas in Uticam reflatu.

Reflecto, is, *revoco, sedo, ἀνακάμπτω, ἐπανακάμπτω*. Pro Sulla. 46. Animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam, revoco ipse et reflecto.

Reflector, eris. 1. de Orat. 53. Causæ quibus incitantur aut reflectuntur.

Reflexus, a, um, *retro conversus, vel inflexus, ἀνακαμφθείς*. 2. de Nat. 107.

Obstipum caput, et tereti cervice reflexum.

Reflo, as, *contra flo, ἀντιπνέω*. 1. Tusc. 119. Si enim reflantibus ventis rejiciemur, tamen eodem paulo tardius referemur. 2. Off. 19. Cum Fortuna reflarit, affligimur. 6. Att. 7. Etsi Etesiæ valde reflant.

Reformidatio, onis, *formido, metus, ὑπόπτηξις, εὐλάβεια*. Part. 11.

Reformido, as, *refugio, ἀναπτήσσω, περιφοβοῦμαι*. Pro S. R. 85. Cassiani judices, quorum etiam nuncii, quibus causa dicenda est, nomen reformidant. 5. Tusc. 85. Qui imbecillius horrent dolorem, et reformidant. Pro Cæl. 14. Hujus amicitiæ crimen non reformido. 7. in A. 19. Sed pacis nomine bellum involutum reformido. 14. P. 9. Refugit animus, eaque reformidat dicere, quæ, &c. Ver. 5. 68. Tamen homines maritimos non plane reformidat. 1. Tusc. 108. Sed ita tetra sunt quædam, ut ea fugiat et reformidet oratio. 4. ad Her. 25. Reformidare adversos. Pro Lig. 6. Nec, quid tibi de alio audienti de seipso occurrat, reformidat.

Refractariolus, a, um, *concertatorius, ἀντιτυπίστερος*. 2. Att. 1. *Lege*, Judicialis.

Refragor, aris, *adversor, ἀναίνομαι, ἀντιπράττω*. 11. in A. 20. Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo videar. Pro Mu. 46. Sed tota illa lex petitioni tuæ refragata est.

Refrenandus, a, um, *ἀναχαιτιστέος*. Pro Cæl. 76. Semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi sunt. 2. de Div. 4. Juventus his moribus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda atque coercenda sit.

Effrenatus. 2. contra Rull. 54. O libidinem refrenandam!

Refreno, as, *reprimo, comprimo, cohibeo*,

coerceo, circumscribo, retardo, contineo, revoco, reflecto, rejicio, contraho, sedo, debilito, edomo, moderor, tempero, remitto, teneo, restringo, ἀναχαιτίζω, ἀναστέλλω. Par. 5. Refrenet prius libidines, iracundiam teneat, coerceat avaritiam. 11. in A. 4. Brutus Antonium invadentem in Asiam, a progressu arcuit, a reditu refrenavit.

Refrico, as, *retracto, renovo et revoco*, ἀνατρίβω, ἀναψάω. 5. Fam. 17. Vereor, ne refricem meis litteris desiderium ac dolorem tuum. 1. P. 82. Sic tuis sceleribus Reipub. præterita fata refricabis. 3. in A. 18. Cum illam pulcherrimi facti memoriam refricat. 3. cont. Rul. 4. Ne refricare obductam jam Reipub. cicatricem viderer. Pro Flac. 54. Cum illud vulnus dicendo refricuisset. 5. Att. 15. Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. 2. de Orat. 199. Eorum dolorem qui lugebant suos, oratione refricabam.

Iterum vero. 7. Att. 3. Hæc me refricant. 10. 19. Crebro refricat lippitudo. Pro Sul. 19. Cum civium cædes versari ante oculos, atque animum memoria refricare cœperat.

Refricor, aris. Pro Cæl. 71. Ut illa vetus fabula refricaretur, idcirco Caserni est causa renovata.

Syntaxis. *Refricare litteris desiderium ac dolorem. Præterita refricare. Memoriam refricare. Obductam jam reip. cicatricem refricare. Vulnus dicendo refricare. Vetus fabula refricatur.*

Refrigeratio, onis, κατάψυξις, ψῦχος. De Senect. 46. Refrigeratio in æstate, et vicissim in hyeme aut sol aut ignis hybernus.

Refrigeratus, a, um, ἀναψυχθεὶς, ἀποψυχθείς. 1. de Nat. 24. Membra partim ardentia, partim refrigerata, dicenda sunt. 2. 23. Refrigerato et extincto calore occidimus ipsi, et extinguimur. Act. 1. Ver. 31. Defessa et refrigerata accusatione. 3. Fam. 8. Refrigerato jam sermone hominum.

Refrigero, as, ἀναψύχω, διαψύχω. 2. de Nat. 119. Stella Saturni refrigerat, Martis incendit. 5. Fam. 10. Me frigus Dalmaticum, quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit.

Refrigeror, aris. Pro Qu. R. 17. Ignis in aquam conjectus continuo restinguitur et refrigeratur.

Recreor ab æstu. De Senect. 57. Umbris aquisve refrigerari.

Refrigesco, is, *refrigeror, defervesco*, ἀναψύχομαι, ἀποψύχομαι. 5. in A. 30. Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. Pro Planc. 55. Illud vero crimen de nummis, quos, &c. caluit re recenti, nunc in causa refrixit. 1. Att. 16. Sed hæc res tota interpellata bello refrixerat. 9. Fam. 10. Unum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. 1. Att. 1. Cum Romæ a judiciis forum refrixerit. 4. 17. Memmius plane refrixerat. 2. de Div. 87. Cæteris vero in locis sortes plane refrixerunt. 2. Att. 2. Quod de agraria lege quæris, sane jam videtur refrixisse. 2. Q. Fr. 6. Nam quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. 3. 2. Scaurus refrixerat. *Ib.* 8. Tota res et timetur, et refrigescit.

Syntaxis. *Calor refrigeratus ac extinctus. Defessa et refrigerata accusatio, sermo. Restinguere et refrigerare ignem. Umbris aquisque refrigeratus. Refrigescere apparatum. Interpellata bello studia refrixerunt. Forum a judiciis refrixit. Quod de hoc negotio petis, sane quam refrixit. Pompeius, causa, crimen, lex refrixit.*

Refringo, is, κατακλάω, ἀναθραύω, ἐκκόπτω. Pro Mur. 17. Cum ego claustra ista nobilitatis refregissem.

Refugiens, tis, ἀποδιδράσκων. 6. Fam. 7. Non revocans me ipse, sed pæne refugiens.

Refugio, is, *fugio, recedo, caveo*, ἀποδιδράσκω, ἀποστρεφομαι. 2. de Nat. 120. Vites a brassicis et caulibus, si prope sati sint, ut a pestiferis et nocentibus refugere dicuntur. Pro Sest. 51. Ne recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiatis. 1. de Orat. 99. Semper ego a genere hoc toto sermonis refugi. Pro Cæl. 57. Cur illecebris cognitis non refugisti? 5. de Fin. 31. Refugit sanguis metu. 1. Att. 1. Ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. 10. Fa. 24. Neque tamen refugiendo commissuri sumus, ut, &c. de Orat. 10. Refugere a dicendo. 12. Att. 19. Refugio a te admonendo. Pro Qu. R. 45. Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet. 4. Att. 6. Sed mehercule incipiendo refugi. Hortens. Ut ait Ennius: Refugiat timido sanguen, atque albescat metu.

Trepido, formido, horreo. 14. in A. 9. Refugit animus, eaque reformidat dicere, quæ, &c.

Vito, excipio. Pro Cæc. 22. Aliquorum tela atque incursus refugere. 10. Fam. 31. Refugere ac deprecari periculum.

Confugio. Pro Deiot. 32. Nonne cum esset productus, et tecum fuisset, refugit ad legatos?

Refugium, gii, *perfugium, portus, præsidium, arx*, καταφυγὴ, ἀναχώρησις. 2. Off. 26. Nationum portus erat et refugium Senatus.

Refulgeo, es, *reluceo*, ἀναλάμπω, ἀποστίλβω. 2. de Nat. 106.

Sed prior illa magis stellis distincta refulget. Ibid. 113.
Fervidus ille canis stellarum luce refulget.
Ex Arato.

Refundo, is, *rursus fundo*, ἀναχέω, ἐκχέω. 2. de Nat. 118. Vaporibus altæ renovatæque stellæ atque omnis æther refundunt eadem.

Refutatio, onis, *confutatio*, ἀνασκευή. Top. 93. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis.

Refutandus, a, um, ἀνασκευαστέος. De Prov. 32. Semper illas gentes nostri imperatores refutandas potius quam bello laces-

sendas putaverunt. De Arusp. 17. In refutandis maledictis improborum hominum.

Refutatus, a, um, ἀνασκευασθείς. Pro Pomp. 52. Obsolevit ista oratio, re multo magis quam verbis refutata.

Refuto, as, *confuto, refello, repello, despicio, aspernor*, ἀνασκευάζω, ἐξελέγχω. Pro R. P. 44. Quam quidem virtutem non modo non aspernari et refutare, sed etiam complecti atque augere debetis. De Ar. 7. Si in me impetum facere conabitur, resistam, et ejus conatum refutabo. 2. de Orat. 2. Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus solebamus. *Ibid.* 80. Nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare. 3. 4. Libidinem tuam libertas mea refutabit. Pro Font. 35. Sceleratorum perjuria laudationibus et testimoniis suis refutare. 1. Fam. 9. Præsertim cum sine suspicione cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare.

Refutor, aris. 2. Tuscul. 55. Imprimisque refutetur ac rejiciatur Philoctetæus ille clamor. Pro Sul. 25. Quare ne me peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutere. 9. Fam. 11. Non tam id laboro ut, si qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam, &c.

Syntaxis. *Refuto et aspernor. Resistere ac refutare. Refutare ac rejicere.*

Regalis, le, *regius*, βασιλικός, βασίλειος. De Ar. 54. Sulla regalem habuit potestatem. *Ib.* 29. Deiotarus sæpe a Senatu regali nomine dignus existimatus est. De Clar. 53. 3. de Leg. 15. Regale civitatis genus. 2. de Fin. 69. Ornatus regalis. 1. de Div. 89. Veteres ut sapere, sic divinare, regale ducebant. Pro M. Scau. Purpura regalis. 1. Off. 38. Regalis sententia.

Regero, is, *objicio, oppono*, ἀναβάλλω, ἀντιβάλλω. 15. Fam. 19. Pro quo tibi tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas.

Regia, æ, *domus et aula regis*, ἀρχεῖον, βασίλειον. 10. Att. 3. Visum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. 3. de Fin. 52. Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem. Pro Mil. 38. Nuper quidem, ut scitis me ad regiam pæne confecit.

Regie, *regio more*, βασιλικῶς, μεγαλοπρεπῶς. Ver. 3. 115. Quæ regie, seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius.

Regillus, *lacus*. 3. de Nat. 11.

Regiensis. 13. Fam. 7.

Regifice, *regio apparatu*, βασιλικῶς. 3. Tuscul. 44. Auro, ebore instructam regifice. *Poetæ.*

Regina, næ, *socia regni, domina*, ἄνασσα, βασίλισσα. 2. de Orat. 187. Omnium regina rerum oratio. 3. Off. 28. Justitia omnium est domina et regina virtutum.

Regio, onis, *ora, plaga, fines, termini, spatium, tractus*, χώρα, χωρίον. 1. de Nat. 24. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles videmus. Pro Flac. 27. In ejusmodi regione atque provincia, quæ mari cincta sit. 12. Fam. 15. Syda, quæ extrema regio est provinciæ meæ. 15. 4. Per Cappadociæ regionem, quæ Ciliciam attingit. 8. Att. 15. Qui regionibus exclusi intra arma aliena venerunt. 2. de Leg. 21. Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. De Un. 23. Sic animus extremitatem cœli a suprema regione rotundo ambitu circumjecit. 4. Fam. 5. Ex Asia rediens, cœpi regiones circumcirca perspicere. Pro Pl. 32. Aspera et montosa regio. Pro Sest. 66. Quæ regio orave erat latior? in qua, &c. I. P. 51. Neque enim regio fuit ulla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non, &c. 2. cont. Rull. 66. Definio, inquit, Italiam. Satis certa regio. 1. de Nat. 54. Immensa et interminata in omnes partes regionum magnitudo. 2. de Fin. 102. Regiones quarum nulla esset ora, nulla extremitas. Pro Pomp. 54. Aliqua pars regionis atque oræ maritimæ. Pro Clu. 11. Is non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius ac vicinitatis princeps, &c. 3. contra Rull. 14. Cum usque eo vicinos proscriberet, quoad oculos confirmando ex multis præsidiis unam eandemque regionem formamque perfecerit. 2. de Nat. 51. Regio Lunæ, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. In Arat.

Aram sub media cœli regione locatam.

1. de Div. 30 Lituo Romulus regiones direxit, tum cum urbem condidit. 2. de Orat. 147. Nosse regiones, intra quas venere, et pervestiges quod quæris. *Ibid.* 236. Locus et regio, quasi ridiculi deformitate quadam continetur. Orat. 141. Vix suas regiones finesque defendere. 2. de Orat. 5. Bene dicere autem non habet definitam aliquam regionem, cujus terminis septa teneatur. *id est, materiam.* 2. cont. Rull. 35. Omne regnum regionibus certis continetur. 2. de Orat. 67. Sed ita, ut sit circumscripta modicis regionibus. Pro Arch. 29. Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum est. 4. C. 21. Res gestæ Pompeii iisdem, quibus Solis cursus, regionibus ac terminis continentur. 3. 26. Quorum alter finem vestri imperii, non terræ, sed cœli regionibus terminaret. Pro Corn. 64. Cæsar in iis est nunc locis, quæ regionibus orbem terrarum, rebus istius gestis imperium populo Rom. definiunt. 2. contra Rull. 97. Vix facile sese regionibus officii continet.

Adjunct. *Aquilonaris, australis, crassissima, purissima, aspera, et montosa, fidelis, simplex, satis certa, contraria, suprema, desertissima, exigua, extrema, finitima, habitabilis, infinita, inhabitabilis, atque inculta, maxima, publica, latior, media, modica, maritima, recta, summa, terrestris.*

Syntaxis. *Regio, atque provincia. Circumcirca regiones perspicere. Immensa et interminata in omnes partes regionum magnitu-*

da. Regio et ora maritima. Regio Lunæ. Locus ac regio. Regio ac fines. Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum. Officii regionibus esse continere. Regionibus ratis cœli fulgura temperare.

Regium, gii, *urbs Italiæ, quæ etiam* Regium Lepidi *dicitur*. 11. Fam. 9. Ex castris Regii. 12. 5. Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus.

Regius, a, um, *regalis, βασίλειος*. 1. Ant. 3. Dictatura, quæ vim jam regiæ potestatis obsederat. 12. Fam. 1. Nam rege interfecto, regios omnes nutus tuemur. De Somn. 1. Post autem apparatu regio accepti, &c.

Regno, as, *impero, dominor, βασιλεύω, τυραννέω*. Ver. 2. 136. Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium scitote regnasse. Pro Pomp. 7. Mithridates ab eo tempore annum jam tertium et vigesimum regnat, et ita regnat, ut, &c. 3. Off. 82. Si violandum jus est, regnandi gratia violandum est: aliis in rebus pietatem colas, *Ex Euripide*. Pro Dom. 20. Frater regis Alexandrini eodem jure regnans. 1. Fam. 16. Quando equitum centurias tenes, in quibus regnas. Orat. 128. Alterum est, in quo non regnat oratio. 8. Att. 11. Sed neutri σκοπὸς est ille, ut nos beati simus: uterque regnare vult. Pro Mil. 44. Clodius, interfecto Milone, regnaturum se putabat. Pro Sull. 21.

Regnum, ni, *dominatus, dominatio, possessio, ditio, principatus, βασιλεία*. 1. de Div 27. Deiotarus a Cæsare tetrarchiæ regno spoliatus est. 2. in Ant. 87. Ad Lupercalia, C. Cæsari dictatori perpetuo M. Antonius consul populi jussu regnum detulit. 3. Off. 84. Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni sunt, inquit Accius. 1. 26. Nulla sancta societas, nec fides regni est. Pro Sull. 27. Qui sunt Romæ regnum occupare conati. 5. in Ant. 17. Qui regnum occupare voluerunt. Pro Dom. 101. M. Manlius regnum appetisse est judicatus. Pro Mil. 73. Incidere in suspicionem regni appetendi. De Senect. 56. C. Ser. Hala Spu. Melium regnum appetentem et occupantem interemit. De Arusp. 54. Aut dominatus aut regnum. 12. Fa. 1. Non regno, sed rege liberati sumus: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Ver. 4. 60. Nationes, quæ in eorum regno ac ditione sunt. 7. Att. 7. Nisi eos timere putas, ne sub regno sint. Pro Sull. 21. Regnum credo consultatus mei. 1. de Natu. 65. Abuteris ad omnia atomorum regno atque licentia. Act. 1. Ver. 35. Hæc dominatio regnumque judiciorum. 1. de Orat. 4. Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, &c. 14. Att. 17. Post in Cumana et Puteolana regna renavigare. 2. in A. 114. Quidam propter suspicionem regni appetendi sunt necati. De Ami. 40. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Pro Mil. 74. Dare et adimere regna.

Adjuncta. *Decemvirale, extraordinarium, forense, liberum, opulentissimum, florentissimum, incolume, intolerabile, judiciale, maritimum, medium, maximum, paternum, atque avitum, patrium, semestre, non tolerabile.*

Syntaxis. *Regno spoliari. Regnum alicui deferre. Regnum occupare, appetere, dare, adimere. Regno liberari. In alicujus regno ac ditione esse. Dominatio regnumque judiciorum.*

Regendus, a, um, *κυβερνητέος*. Pro Mur. 22. Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. 10. Att. 6. Vellem suscepisses juvenem regendum.

Rego, is, *guberno, moderor, κυβερνάω, διοικέω, βασιλεύω*. De Somn. 19. Animus, qui regit, et moderatur corpus. 4. Acad. 115. Qui claros viros a se instructos dicant Rempub. sæpe rexisse. Pro Cœl. 13. Versare suam naturam, et regere ad tempus. 1. Qu. Fr. 1. 14. Servos cum omnibus in locis, tum præcipue in provinciis regere debemus. 16. Att. 2. Gerere, regere, gubernare. Par. 76. Regere, gubernare, moderari, &c. 1. de Nat. 38. Regere atque tueri aliquid. 1. de Leg. 55. Regere fines. 4. Fam. 14. Regere semetipsum.

Regor, eris. 3. de Fin. 64. Mundum regi numine deorum. De Invent. Domus, quæ sine ratione regitur. 6. Fam. 10. Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur. 1. Off. 92. Maximæ res et maximi animi reguntur ab iis, qui Remp. regunt, quod eorum administratio latissime pateat. Incer. Ad militiam euntibus dari solebant custodes, quibus primo anno regerentur. 1. de Leg. 17.

Syntaxis. *Regere juvenem. Regere et moderari. Versare ac regere ad tempus naturam suam. Regere ac tueri suos. Domus quæ sine ratione regitur. Hæc temporibus regentur, quæ sunt in fortuna. Remp. regere.*

Regredior, eris, *pedem refero, ἐπανέρχομαι, ἀναχωρέω*. 8. Att. 19. Quare commoveri noli, si audieris me regredi. 1. Off. 33. Regredi quam progredi malo. De Fat. 35. Similiterque superiora repetentem, regredi in infinitum licet. Ver. 1. 109. An in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo prætor alius futurus est: in illum, quo alius prætor fuit, regredietur?

Regressus, us, *recessus, ἀναχώρησις, ἀναπόδισις*. 2. de Natur. 52. Progressus et regressus quinque errantium siderum.

Regula, *norma, lex, exemplum, κανὼν, γνώμων*. De Op. 23. Quorum orationes si (ut spero) expressero, erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui Attice volunt dicere. Orat. 231. Illi enim a forma veritatis, et ab Atticorum regula absunt. 1. Off. 110. Tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. 3. 5. Eadem utilitatis, quæ honestatis est regula. De Cl. 152. Habere regulam, qua vera et falsa judicentur. *Ib.* 258. Adhibenda est ratio, quæ mutari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula. 4.

Acad. 140. Fontem omnium bonorum in corpore esse: hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ, a qua qui aberravisset, eum nunquam, quid in vita sequatur, habiturum. *Ib.* 58. Habeo regulam, ut, &c. *Ib.* 29. Hæc est rugula totius Philosophiæ. 5. de Fin. 63. Servata illa, quæ quasi delapsa de cœlo est ad cognitionem omnium regula, ad quam omnia judicia rerum diriguntur. *Ibidem.* Cognitionis regula. 2. Off. 59. In his autem ipsis mediocritatis regula optima est. 1. de Leg. 19. Lex est juris atque injuriæ regula. 3. Off. 81. Omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimam, &c. 2. Acad. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

Adjuncta. *Notissima, optima, pravissima.*

Syntaxis. *Norma, regula, præscriptio. Mediocritatis regula optima. Regula juris atque injuriæ lex. Regula metiri. Uti regula prava. Habere regulam. Servare regulam. Egere regula.*

Regulus, *Civis R.* I. P. 43. M. Regulus resectis palpebris in machina religatus, vigilando necatus est. 3. Off. 99. et 5. de Fin. 82.

Regustandus, a, um, ἀναγευτέος. 4. Att. 16. Ille Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus.

Regusto, as, *iterum gusto, degusto,* ἀναγεύομαι, παλιγεύομαι. 13. Att. 13. Sed crebro regusto tuas litteras, in his acquiesco. *Ib.* 47. Olii laudationem volo regustare.

Rejectanea, *rejecta,* ἀποπροηγμένα. 4. de Fin. 72. Illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si libet, rejectanea.

Rejectio, onis, ἔκκλισις, ἀπόθησις.)(. *selectio.* Pro Corn. 29. Si civi Romano licet esse Gaditanum, sive exilio, sive postliminio, sive rejectione hujus civitatis. 3. de Orat. 202. Rejectio in alium. Act. 1. Ver. 16. Rejectio judicum facta est. Pro Sull. 92. Vos rejectione interposita repentini in nos judices consedistis. Pro Planc. 36. Senatus de ipso ambitu, de rejectione judicum fieri voluit judicium alternorum. 1. Att. 13. Rejectio facta est clamoribus maximis.

Rejectus, a, um, *rejectaneus,* ἀποβληθεὶς, ἀπόβλητος. 2. in A. 58. Rejecta mater amicam impuri filii tanquam nurum sequebatur. 3. de Finib. 15. Proegmena et apoproegmena, &c. quanquam hæc quidem præposita recte, illa rejecta dicere licebit. Pro Mil. 29. Milo de rheda penula rejecta desiluit. 2. de Leg. 55. Quemadmodum os rejectum terræ obtegatur. 2. de Orat. 294. Abjecto vel rejecto scuto fugere. Pro Cæc. 88. Ut si qui ex alto, cum ad patriam accessisset, tempestate subito rejectus, optaret, &c. 1. Att. 3. In mensem Quintilem rejecti sumus.

Rejiciendus, a, um, ἀποθετέος, ἀποβλητέος. 4. Att. 15. Drusus reus est factus a Lucretio, judicibus rejiciendis. Pro Planc. 41. Neque editos ad rejiciendum, sed ab accusatore constitutos judices ita feremus, &c.

Rejicio, is, *aspernor, repudio,* ἀποβάλλομαι. 2. de Orat. 102. Ubi plus mali, quam boni reperio, id totum abjudico atque rejicio. 1. de Fin. 4. Qui Ennii Medeam spernat aut rejiciat. 2. de Div. 88. Panætius, qui astrologorum prædicta rejecit. Pro S. R. 153. Aliquid a se rejicere et aspernari. 3. de Orat. 202. Cum aliquid a te ipso rejicias. Pro Corn. 45. Qu. Scævola, cum de jure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium et Casellium prædiatores rejiciebat. Pro Sull. 77. In hanc igitur gregem vos P. Sullam rejicietis? in imperitorum partem, atque in parricidarum numerum transferetis? 1. de Leg. 60. Deligere bona, et rejicere contraria. I. P. 54. Lictores togulis acceptis sagula rejecerunt. Top. 3. Sed a libris *Aristotelis* te obscuritas rejecit. 10. Fam. 30. Rejicere scutum. Pro Mur. 79. Quorum ego ferrum et audaciam rejeci in campo, debilitavi in foro, compressi etiam domi meæ. 9. Att. 15. Sed ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam rejicio. 10. Fam. 16. Hoc animo esse debes, ut nihil huc rejicias. Ver. 3. 32. Rejicere et sumere recuperatores. 2. Fam. 10. Feliciter ab Antiochia hostem rejecerat. Pro Planc. 41. Cum ex cxxv. judicibus, principibus equestris ordinis, quinque ex lxx. reus rejiceret, L. referret. *Ib.* Æquitatem omnem rejecisti. 1. Att. 13. Cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret: reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret.

Rejicior, eris. 1. Tusc. 119. Rejici reflantibus ventis. 2. 55. Refutetur ac rejiciatur dolor.

Relangueo, es, *oblangueo,* ἀπανθέω, ἐκλύομαι. 13. Att. 39. Quod autem relanguisse se dicit, ego, &c.

Relatio, onis, ἀναγωγὴ, διήγησις. 1. de Inv. 15. Relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria lacessierit. I. P. 29. Et quis audivit non modo actionem aliquam aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam?

Item verborum ornatus. 3. de Orat. 205.

Adjuncta. *Jejuna, bella, rustica, salutaris, diligens.*

Relator, oris, ἐπαγγελεὺς, διηγητής. 8. Att. 24. Incipiam sperare, consilio Senatus, autore te, illo relatore, Pompeium et Cæsarem conjungi posse.

Relatus, a, um, *oppositus,* διηγημένος, ἀντεχθείς. 2. de Orat. 263. Verba relata contrarie.

Restitutus. Div. 67. Consuetudo longo intervallo repetita atque relata.

Conscriptus. Pro Sull. 42. Cum scirem ita judicium in tabulas publicas relatum.

Delatus. 2. cont. Rull. 58. Quid relatum, quid residuum sit. Pro M. Scau. Eas sibi inimicitias non susceptas, sed relatas.

Relaxans, tis, ἀναχαλάζων. De Nat. 138. Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus.

Relaxatio, onis, *remissio*, ἄνεσις, ἀναχαλασμός. 2. de Orat. 22. Otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio. 2. de Fin. 95. Quæ est ista relaxatio? *id est, remissio doloris.*

Relaxatus, a, um, χαλασθείς. 2. de Div. 100. Animus somno relaxatus, solute movetur et libere.

Relaxo, as, *remitto, dissolvo, solvo*, χαλάω, ἀνίημι.)(. *adstringo*. 10. Att. 6. Quidquid ego astrinxi, ille relaxat. Hortens. Quæro non quibus rebus intendam animum, sed quibus relaxem et remittam.

Demulceo, delinio. 2. de Orat. 236. Risus tristitiam mitigat et relaxat. 1. de Div. 22.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Intermitto, requiem tribuo. 2. de Fin. 95. Dolor, si longus, levis: dat enim intervalla, et relaxat.

Imminuo, detraho, remitto. 1. de Leg. 11. Sic tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, quotidie relaxes aliquid.

Recreo, absolvo. De Clar. 21. Relaxa modo paullum animum, aut sane, si potes, libera. 16. Att. 15. Si te occupatione ista relaxaris. 7. Fam. 1. Si his occupationibus me relaxaro: nam ut plane exolvam, non postulo. Orat. 176. Relaxare se a nimia necessitate faciendi aliquid. 1. Off. 122. Relaxare animum, et dare se jucunditati. Pro Arch. 12. Nisi animos doctrina relaxemus.

Libero. De Sen. 81. Cum se plane corporis vinculis relaxaverint.

Relaxor, aris, *reficior, recreor*. 2. in A. 39. Homines quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. 1. de Orat. 29. Ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium.

Laxior fio. 21. Constructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Relevor. 4. Acad. 52. Idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant, &c. et cum relaxantur, sentiant, &c.

Mollior fio. 2. de Nat. 136. Alvus tum astringitur, tum relaxatur.

Relegatio, onis, *amandatio*, ἀπόπεμψις, ἐξορισμός. Pro S. R. 43. Tot prædia, tam pulchra pater filio relegationis ac supplicii causa colenda tradiderat. *Ib.* Tamenne hæc vita relegatio atque amandatio appellabitur?

Relegatus, a, um, *amandatus*, ἀποπεμφθείς, ἐξορισθείς. 2. Att. 12. Relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum. 11. Fam. 16. Lamia a Gabinio consule relegatus est. 2. Tuscu. 20. Non sæva terris gens relegata ultimis.

Relego, as, *amando, exilio mulcto, expello, ejicio*, ἀποπέμπω, ἐξοστρακίζω, ἐξορίζω.)(. *reduco*. Pro S. R. 42. Pater hunc in prædia rustica relegarat. 3. Off. 112. Pater filium ab hominibus relegavit, et ruri habitare jussit. Pro Sest. 29. Eum in concione lege relegavit, edixitque, ut ab urbe abesset mille passus.

Relegor, aris. Postq. in Sen. 31. Nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur. Pro Dom. 65. Cato Cyprum relegabatur.

Relego, is, ἐπαναγινώσκω, ἀναλέγομαι, διέρχομαι. 2. de Natur. 72. Qui omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent et quasi relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo.

Relevo, as, *levo, consolor*, ἀνακουφίζω. 3. Att. 10. Hæc eo scripsi, ut potius relevares me, quod facis, quam aut castigatione, aut objurgatione dignum putares. 2. C. 7. Uno mehercule Catilina exhausto, relevata mihi et recreata respublica videtur.

Minuo. 1. Q. Fr. 4. Si relevare potes communem casum misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam assequeris. 1. Att. 10. Quotus enim quisque est, qui epistolam paullo graviorem ferre possit, nisi eam per lectionem relevarit?

Exonero. Pro Flac. 41. Hujus mors te ex aliqua parte relevavit: edacem enim hospitem amisisti.

Relevor, aris, *recreor, liberor*. 1. C. 31. Ad breve quoddam tempus cura et metu relevari.

Minuor. 1. de Inv. 25. Cibi satietas atque fastidium aut subamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur. 2. de Div. 7. Ut animus molestiis potissimum relevetur.

Relictio, onis, *derelictio*, κατάληψις. 16. Att. 7. Desperatio et relictio Reipub. *aliter*, religio. Ver. 1. 35. Quibus illam relictionem productionemque consulis sui gratam sperat fore. *aliter*, rejectionem proditionemque.

Relictus, a, um, *derelictus*, καταλειφθείς, ἀπολειφθείς. Pro Rab. 23. Nemo unquam fuit tam ab omni honestate relictus, qui, &c. 5. Tuscul. 14. Ne querantur, se a beata vita esse relictos. Pro S. R. 77. *Vide*, Administer.

Relicta loca sunt, quæ limites non acceperunt, ut ait Frontinus de limitibus. 1. cont. Rull. 2. Ut a majoribus nostris possessiones relictas disperdat et dissipet. *Ibid.* 3. Utrum tandem hanc sylvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis invenisti? 8. Att. 6. Tyronem ab altera quartana relictum audio. 4. Fa. 1. Urbs relicta direptioni atque incendiis. Pro Qu. 15. Cum æris alieni aliquantum esset relictum. 2. de Orat. 126. Si quid ab Antonio aut prætermissum sit, aut relictum. Pro Cæc. 74. Fundum a patre relictum habere.

Religatio, onis, *colligatio*, ἀνάδεσις. De Sen. 53. Capitum conjugatio, et religatio ac propagatio vitium.

Religatus, a, um, *colligatus, vinctus*, ἀναδεθείς. 3. Tuscul. 37. Si prudentia extrinsecus religata pendeat. 2. de Inven. 154. Funicu-

lus a puppi religatus. 1. Tuscul. 105. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles.

Religio, onis, *pietas, sanctitas, cultus deorum, cærimoniæ, sacra, religiones sacræ et cærimoniæ, res divinæ, cærimoniæ, et sacra, sacra cærimoniæque, cærimoniæ religionesque in deos, εὐσέβεια, θεοσέβεια.* 2. de Inv. 161. Religio est, quæ superioris cujusdam naturæ, quam divinam vocant, curam cærimoniamque affert. 1. de N. 118. Religio quæ deorum cultu pio continetur. Pro Fl. 69. Sua cuique civitati religio est, nostra nobis stantibus Hierosolymis, pacatisque Judæis, tamen istorum religio sacrorum a splendore hujus imperii, et majorum institutis abhorrebat. 1. de Div. 105. Ad opiniones imperitorum esse fictas religiones. 1. de Leg. 60. Cultum deorum et puram religionem suscipere. *Ib.* 43. Cærimoniæ religionesque in deos. Part. 81. Religionem superstitio imitatur. 2. contr. Rull. 18. Religio sacrorum. Pro Dom. 107. In religionibus suscipiendis caput est interpretari, quæ voluntas deorum immortalium esse videatur. Pro Planc. 80. Qui sancti? qui religionum colentes? nisi qui meritam diis immortalibus gratiam justis honoribus et memori mente persolvunt. 1. de Natur. 3. Pietas, sanctitas, religio, quæ omnia pure et caste deorum numini tribuenda sunt. 1. de Invent. 2. Nondum divinæ religionis ratio colebatur. 1. de Nat. 61. Ego ipse pontifex, qui cærimonias et religiones publicas sanctissime tuendas arbitror. Pro Dom. 104. Autor et magister publicæ religionis. *Ibidem.* Qui religionem e domo pontificis maximi eripuit, et in meam intulit. Ver. 4. 94. Mercurius apud Tyndaritanos summa religione colebatur. De Ar. 28. Quæ per se semper summa religione coluerunt. Pro Corn. 55. Sacra Cereris summa religione cærimoniaque confici solita. 2. de Leg. 55. Totaque hujus juris compositio pontificalis magnam religionem cærimoniamque declarat. Pro Dom. 126. Dedicatio magnam habet religionem. 2. de Div. 148. Sacris cærimoniisque retinendis majorum instituta tueri, sapientis est. Postquam in Sen. 33. Mecum deorum omnium sanctitates omnes et religiones affuerunt. Pro Dom. 1. Pontifices religiones sapienter interpretando. *Ib.* 31. Alio modo constituere de religione pontificum, quam jus cærimoniarum cogat. *Ib.* 140. Qui aram in littore deserto somniis stimulatus aut religione aliqua consecraret. Ver. 4. 113. Tanta religione obstricta est tota provincia, tanta superstitio mentes illorum occupavit, ut, &c. Pro Dom. 124. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religavit? 2. de Inv. 1. Fani sive templi religio. Ver. 3. 134. Sancta religio societatis. Pro Flac. 9. Testimoniorum religionem et fidem nunquam ista natio coluit. Pro Qu. R. 45. Fides et religio judicis. 11. Fam. 29. Sum admiratus fidem tuam, et in consilio dando religionem. Ver. 3. 2. Declinare a religione officii in aliqua re. Pro Sull. 10. Sin est in me ratio reip., religio privati officii, nihil minus, &c. Pro Mur. 1. Si illa solennis comitiorum precatio tantam habet in se vim et religionem, quanta, &c. Pro Rab. 30. Mentes, quæ ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrarunt. Pro Font. 20. Religio jurisjurandi, ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo. *Ib.* Ceteræ gentes pro religionibus suis bella suscipiunt, iste contra omnium religiones. 12. Att. 42. Ego me majore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto. De Clar. 292. Si asseveramus, religio tam nobis adhibenda est, quam si testimonium diceremus. Orat. 36. Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus. De Cla. 282. Oratio nimia religione attenuata. Orat. 25. Eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens ponere audebat. Pro S. R. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. Pro Cæc. 97. Cum Cotta decemviris religionem injecisset, non posse sacramentum nostrum justum judicari, quod, &c. *Ib.* 98. Ut religione civitas solvatur. 1. contra Rull. 5. Sive ad oblatam aliquam religionem. 3. C. 15. Quæ religio C. Mario non fuerat, quo minus Glauciam prætorem occideret. *Ib.* Ea nos religione in P. Lentulo puniendo liberati sumus. 2. contra Rull. 80. L. Sulla omnia sine ulla religione, quibus voluit, dilargitus est. 2. de Nat. 10. Gracchus cum rem illam in religionem populo venisse sentiret, rem ad Senatum retulit. 2. de Orat. 368. Sed vide, ne quid Catulus attulerit religionis: opus hoc censorium est: id autem committere vide, &c. 10. Fam. 12. Oblata religio Cornuto est &c. 2. Off. 51. Nec tamen, ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando defendere. 1. de Div. 77. Nec eam rem habuit religioni, objecto signo, ne committeret prælium. I. P. 58. Pontinius susceptis religionibus impeditur. Postq. ad Quir. 11. Lentulus de solemni religione retulit. Pro Sull. 70. Quis perversam atque impiam religionem recordatur, qui illum nefarie cogitasse miretur? Part. 78. Religio est justitia erga deos. I. P. 50. Pub. Lentulus provinciam, quam habebat, interposita religione deposuit. 1. in A. 13. Ne inexplicabiles religiones in rempublicam inducerentur. 2. de Leg. 26. Tum maxime religionem et pietatem versari in animis, cum rebus divinis operam damus. *Ib.* 29. 30. et 31. Confiteri religiones. Pro Mil. 74. Expiare solemnes religiones supplicio alicujus. Pro Deiot. 16. Deiotarum fide et religione vitæ defendendum puto. Ver. 4. 78. Tibi illa Diana religionem nullam attulit. Ver. 3. 144. Desinat putare se emere, quam ipse semper venalem habuit, religionem. 3. de Nat. Ne susceptas publice religiones disputatio talis extinguat. Pro Domo 105. Quæ

te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares, Deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses? 4. Fam. 12. Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent. Ver. 4. 122. Has Tabulas M. Marcellus religione impeditus non attigit. Pro Dom. 125. Sin ille tibi ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris aut ementiendo, aut stuprando? Ver. 4. 78. Quem tibi aut hominem, invitis Diis immortalibus, aut vero Deum, tantis eorum religionibus violatis, auxilio futurum putas? 2. de Div. 148. Nec vero superstitione tollenda religio tollitur? 1. *Ib*. 8. Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem. Ver. 4. 12. Videamus quanta ista pecunia fuit, quæ potuerit Heium, hominem maxime locupletem, minime avarum, ab humanitate, a pietate, ab religione deducere.

Adjunc. *Antiqua, externa atque aliena, mira, pristina, singularis atque antiquissima, communis, divina, domestica, magna, muliebris, sempiterna, humana, sancta, externa, maxima, privata, publica, sacra, summa, ficta, fœda, justa, inexpiabilis, nimia, perversa, atque impia, pura, sanctissima, vetus, utilis, solemnis.*

Syntaxis. *Pro Deorum cultu religio continetur. Cultum Dei et puram religionem suscipere. Ceremoniæ, religionesque in deos. Religionis colentes. Pietas, sanctitas, religio. Dedicatio magnam religionem habet. Ad opinionem ficta religio. Bona alicujus religionibus religare. In consilio dando religio. Attenuata oratio nimia religione. Injicere religionem, afferre. Religione aliquem solvere. Id in religionem illi venit. Oblata religio alicui. Habere aliquid religioni. Religionis pietate defunctus animus. Religiones expiare alicujus pravi supplicio. Suscipere religiones. Inducere religiones in remp. Interposita religione. Liberari religione. Inferre religionem in aliquem locum. Religione colere. Religione obstringi. Religionem adhibere. Religione se implicare, impedire. Religioni servire. Religionem polluere, violare, tollere, delere. A religione deducere.*

Religiose, *bona fide, candide, sancte, accurate,* εὐσεβῶς, θεοσεβῶς. 13. Fam. 17. Faciamque id, quod debent facere ii, qui religiose et sine ambitione commendant: spondebo enim tibi, &c.

Religiosus, a, um, *summa religione præditus, sanctus, colens religionis,* εὐλαβὴς, εὐσεβὴς. X. *impius.* 2. de Nat. 72. Qui omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, et tanquam relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo. 3. Qu. Fr. 1. Vir natura sanctus et religiosus. Ver. 4. 7. Homines integri, innocentes, religiosi. In Vat. 1. Religiosus testis. Pro Cæc. 26. In testimonio dicendo religiosus. Pro Fl. 23. Natio minime in testimoniis dicendis religiosa. 2. de Orat. 184. Justus, integer, religiosus, perferens injuriarum. Pro Rab. 7. De locis religiosis et delubris. Pro Planc. 86. Altaria religiosissima. De Arusp. 12. Quod tres pontifices statuissent, id semper omnibus sanctum, augustum et religiosum esse visum. 1. de Inv. 48. Religiosum est, quod jurati legibus judicarunt. De Ar. 33. Tu meam domum religiosam facere potuisti. Pro Pom. 65. Quod fanum putatis nostris magistratibus religiosum? quam civitatem sanctam? quam domum satis clausam ac munitam fuisse? Pro Flac. 20. Qui nullo impellente fallebat, eos urgente Lælio timidos ac religiosos fuisse putamus? Orat. 27. Atticorum aures teretes et religiosæ. 9. Att. 4. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. 3. Qu. Fr. 4. Dies erant duo, qui habentur religiosi. Incer. Qui fuit locus religiosissimus, is erit desertissimus.

Superstitiosus. 2. de Fin. 22. Atqui reperiemus asotos ita non religiosos, ut edant de patella.

Syntaxis. *Religiose aliquem alicui commendare. Natura sanctus et religiosus. Integer, innocens, religiosus. Sanctum, augustum, religiosum. Religiosam facere domum alicujus. Aures teretes et religiosæ.*

Religo, as, *vincio, colligo,* ἀναδέω, ἀναδεσμέω. Pro Dom. 124. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religavit. *Alias,* obligavit.

Relinquendus, a, um, ἀπολειπτέος. Pro Cœl. 46. Omittendæ sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, sermo familiarium deserendus.

Relinquitur, *id est conficitur, sequitur: idque in argumentorum conclusione,* καταλείπεται. 1. de Inv. 12. et 45. et 2. de Div. 14. Ita relinquitur, ut ea divinari possint, quæ, &c. *Lege,* Sequitur.

Relinquo, quis, *linquo, reliquum facio, missum facio, relictum esse patior, mitto, desero, dimitto, relictum facio,* ἀφίημι, ὑπολείπω. Pro Mur. 68. Quod dubium est, id relinquere incertum: quod dubium non potest esse, id judicare. I. V. 26. Qui in summa copia optimorum adolescentium pari virtute reliquit neminem. Pro Qu. 49. Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. 1. Fam. 1. Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. De Clar. 58. Ut memoriam concinnitatis suæ relinqueret. 6. Att. 3. Videaturne aut pietatis esse meæ fratrem relinquere, aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere. 2. Fam. 15. Si Quintum fratrem reliquissem, dicerent iniqui non me plane post annum ex provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Div. 16. Hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cujusquam relinquo. *Ib*. 26. In quo quid possim efficere, malo in aliorum spe relinquere, quam in

oratione mea ponere. 2. de Orat. 130. Relinquere aliquem hæredem testamento. Pro S. R. 20. Nam fundos tres et decem reliquit. Ver. 3. 105. Audistis hæc omnia, quæ nunc ego prætereo ac relinquo. De Pro. 6. Omitto jurisdictionem contra leges, cædes relinquo, libidines prætereo. 1. de Orat. 23. Non contemno ea, quæ Græci dicendi artifices reliquerunt. *Ib.* 68. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ, 2. Tuscul. 31. Relinquere multa officia. 1. Acad. 36. Neutra autem in mediis relinquebat. De Clar. 2. Prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat. Pro Cæc. 50. Aliquem non solum relinquere, sed etiam prodere. 5. Att. 21. Seducit me Scoptius, rogat, ut rem sic relinquam. 2. Fam. 16. Satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei. 6. Att. 1. Ecce autem pusilla epistola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Pro Arch. 30. An cum statuas et imagines non animorum simulachra, sed corporum studiose multi summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus? 2. Fam. 3. Aut certe testatum apud animum tuum relinquam quid senserim. Pro Cluent. 126. Quem iidem isti censores ærarium reliquissent. De Cl. 106. Isque et orationes reliquit, et annales. Pro Mur. 32. Quem L. Muræna vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum, reliquit. Pro Cæc. 103. Jus suum dissolute relinquere. Pro Dom. 97. Pro Syll. 88. *bis.* 10. Att. 11. Incer. Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit, &c. *Ibidem.*

Jam mare Tyrrhenum longo penitusque palumbes
Relliquit.

Relinquor, eris. Pro Cæc. 100. Non adimitur iis civitas, sed ab his relinquitur atque deponitur. 1. cont. Rull. 17. Ne libertatis quidem retinendæ spes relinquitur. Pro Cæc. 9. Nunc vero quis est, qui vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere? Ver. 3. 114. Multis autem non solum granum ullum, sed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur. 2. de Fin. 45. Ut perexigua pars ipsi relinquatur, &c. 44.

Adverb. *Admodum, cupide, dissolute, feliciter, fortiter, sapienter, in perpetuum, indigne, omnino, plane, prorsus, studiose, turpiter.*

Reliquiæ, arum, *residua, τὰ λείψανα, τὸ περίλειμμα.* 2. de Nat. 138. Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus. Ad Brut. 3. Reliquias hostium Brutus persequitur. 9. Fam. 16. Magnæ reliquiæ cœnarum. Pro Syl. 1. In his pristinis fortunæ reliquiis miseris et afflictis. Pro Dom. 96. Vidi, si vicissem, tenues reip. reliquias, si victus essem, nullas futuras. Pro Quin. 50. Bonorum emptores quasi carnifices conveniunt ad vitæ reliquias lacerandas. 2. de Leg. 56. C. Marii reliquias dissipari jussit Sulla. 14. Fam. 2.

Vestigia. 2. de Div. 104. Reliquiæ earum rerum moventur in animis, de quibus vigilantes cogitavimus.

Adjuncta. *Angustæ, tenues, illustres, miseræ et afflictæ, intermortuæ, magnæ, meliores, pristinæ.*

Reliquus, a, um, *residuus, rejectus, reliqua pars, ὑπόλοιπος, λοιπός.* 1. Att. 11. Qu. Fr. Argiletani ædificii reliquum dodrantem emit. 16. 16. Ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem solverent. 1. Off. 160. Deinceps gradatim reliqua reliquis debentur. 3. de Leg. 16. Si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit. Postquam in Sen. 22. Si mihi nullum esset officium in omni vita reliquum, nisi, &c. *Ib.* Tamen exiguum reliquæ vitæ tempus ad commemorandam gratiam mihi relictum putaretur. Ver. 2. 65. Erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellem. Pro Clu. 22. Hunc tantum unum ex multis fortuna reliquum esse voluit. 9. Fam. 15. Neminem præter te reliquum habeo, in quo, &c. 13. 39. Ex qua familia reliquus est M. Titurnius. 9. 18. Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, Romam pervehi. Div. 18. Si qua spes reliqua est, 1. cont. Rull. 13. Deinde reliquum tempus sancit, &c. 10. Fam. 7. In reliquum. 1. Att. 14. Alexandria, reliquaque Ægyptus. 1. de Div. 68. Reliqua divinationis brevi confecta sunt. 3. Att. 8. Hæc cura addita, vix mihi vitam reliquam fecit. 3. Fam. 13. Nullum onus officii cuiquam reliquum fecisti. Ver. 2. 185. Quibus iste nihil reliqui fecerat. 3. 104. Duarum civitatum mihi reliquos feci agros. 2. de Fin. 101. Cum reliqui nihil sit. De Prov. 7. Qui locus in Græcia tam sanctus est, in quo ullum simulachrum reliquum sit? 1. Off. 59. Addendo deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. Pro Sul. 89. Quod fortuna in malis reliqui fecit. *Ib.* Quid enim est huic reliqui? quod, &c. De Ami. 6. Qualem in reliqua Græcia reperiri neminem, Athenis unum accepimus, &c. 1. Qu. Fr. 1. 34. Non de reliqua et sperata gloria laboramus, sed de parta dimicamus. *de reliqua: id est, futura.* Pro Sest. 73. Spe reliquæ tranquillitatis præsentes luctus fugi. *id est, futuræ.* 16. Att. 12. De reliquo quid ego tibi dicam? 6. Fam. 20. De reliquo ita velim tibi persuadeas, &c. 1. de Orat. 100. De reliquo jam nostra culpa erit, si te dimiserimus. 7. Fam. 31. Quod quando uterque nostrum consecutus est, reliquum est, ut officiis certemus inter nos, &c. 6. Att. 4. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. *Ib.* 5. Dies enim XXXIII. erant reliqui. 15. 15. Cum ex reliquis, quæ Non. April. facit, abundare debeam, cogor mutuari. Ver. 3. 115. Quibus nihil non modo de fructu, sed ac de bonis

quidem suis reliqui fecit. *Ibidem.* 126. Reliquos aratores collegisse et recreasse videatur. *Ib.* Reliquos hos esse ex tuo scelere, importunitate, avaritia, crudelitate. *Ib.* Reliquos? prope lugubri verbo calamitatem provinciæ Siciliæ significat. 2. Att. 10. Acta quæ essent usque ad 8. Kal. Jun. cognovi ex tuis litteris, reliqua expecto. *Ib.* 8. Reliqua quam mihi timenda sunt video. Ver. 3. 103. Agros decumanos, &c., ex omni reliquo vectigales fuisse. Pro Syl. 88. Vita reliqua. Ver. 3. 128. In reliquum tempus vectigalibus prospexi. 10. Att. 11. Si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt. 3. Off. 35. Quam reliqua omnia. 7. Att. 14. Reliquum est ut quid agatur, &c. explores. Pro Cornel. 2. Reliqui sunt de consularibus inimici.

Syntaxis. *Nullum jam est mihi officium reliquum in omni vita, nisi. Ex qua familia reliquus est Cæsar. In reliquum. Nullum officium cuiquam reliquum facere. Addendo, deducendoque quid reliqui tandem? De reliquo quid dicam? Quæ sit reliqui summa. Reliquum est, ut &c.*

Reluceo, es, *refulgeo*, ἐκλάμπω. 2. de Nat. 107. Stella relucet. Et in Arat.

Rema, æ. 1. de Div. 107.

Certabant, urbem Romam Remamne vocarent.

Remanendum. 10. Att. 11. Litteræ, quibus maxime ad remanendum commoveri posses.

Remaneo, es, *maneo, resto, resideo*, ὑπομένω, ἀναμένω. 4. Ac. 148. Catulus remansit, nos discessimus. 6. Fam. 3. Aut eorum qui discesserint, aut eorum qui remanserint &c. 7. Att. 14. Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. 8. 24. Quod Lentulum voluisti hic remanere, Cæsari gratum. 1. Off. 36. Catonis filius amore pugnandi in exercitu remansit. 1. C. 7. Cum tu discessu cæterorum, nostra, qui remansissemus, cæde contentum te esse dicebas. Pro S. R. 27. In qua muliere vestigia antiqui officii remanent. Pro Pomp. 54. Rhodiorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis remansit. 4. Off. 36. A peregrino enim recessit, et proprie in eo, qui contra ferret arma, remansit. 1. Tuscul. 26. Sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem. 9. Att. 4. Proxime te gaudere ostendunt, me remansisse.

Remansio, onis, *mansio*, ὑπομονὴ, καταμονή. 3. Qu. Fr. 1. Tuam remansionem etiam atque etiam probo. Pro Lig. 4. Profectio certe animum tuum non debet offendere: num igitur remansio?

Remedium, dii, *medicina, medicamentum, cautio, provisio, fomentum*, ἄκος, βοήθημα. Div. 9. Hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitror. 5. Fam. 12. Remedia incommodorum. *Ibid.* 15. Sed quod illius tanti vulneris, quæ remedia esse debent, ea nulla sunt. Pro Sull. 66. In adversis fortunis sine ullo remedio atque allevamento permanere. 13. in A. 25. Veneficum appellas eum, qui tuis veneficiis remedia invenit. Pro Cl. 67. Is acrioribus remediis saluti suæ subveniendum putavit. Div. 70. Hoc remedium est ægrotæ ac prope desperatæ reipublicæ. Pro Cluen. 27. Quærere remedium ad aliquam rem. 2. de Natur. 126. Pantheræ remedium habent, quo cum sint usæ, non moriuntur. Ver. 5. 26. Ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium comparat. 5. Tusc. 74. Remedia ad tolerandum dolorem. Ver. 3. 129. Ut homines injuriæ tuæ remedium morte ac suspendio quærerent.

Adjuncta. *Acre, præclarum, salutare.*

Syntaxis. *Unum his incommodis remedium est. Sine ullo remedio atque allevamento permanere. Remedia malis invenire. Acrioribus remediis saluti suæ subvenire. Remedium ægrotæ ac prope desperatæ reip. Quærere remedium ad aliquam rem. Habere remedium. Comparare sibi remedium ad &c.*

Remeo, as, *remigro, redeo*, ἐπανέρχομαι. 2. de Nat. 118. Neque remearet aer, cujus ortus aqua omni exhausta esse non posset.

Remex, igis, *qui remos agit*, ἐρέτης, κωπηλάτης. Ver. 5. 85. Classis infirma propter dimissionem propugnatorum et remigum. 4. 76. In nautis remigibusque exigendis. Pro Flac. 31. Imperare remiges. 2. de D. 114. Remex ille de classe Coponii. 12. Fam. 13. Habere delectum remigum. 2. de Orat. 40. Remigem aliquem aut bajulum nobis oratorem descripseras. 13. Att. 21. Arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. 1. de Orat. 153. Cum remiges inhibuerunt. 3. Tusc. 66. Ut remiges hortarentur.

Remigatio, onis, *impetus, pulsusque remorum, remigium*, ἐρεσία. 13. Att. 21. Inhibitio autem remigum motum habet et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim.

Remigium, gii, *remigatio, vel remigum multitudo*, κωπηλασία. 5. Tusc. 114. Quæ acies, quod remigium, &c.

Remigo, as, *navem remis propello*, κωπηλατέω, ἐρέσσω. 13. Att. 21. Non enim sustinent remos, sed alio modo remigant. 4. Tus. 9. Utrum igitur, mavis nos statim vela facere, an quasi e portu egredientes paullulum remigare.

Remigro, as, *redeo, remeo*, ἐπανέρχομαι, μετοικῶ. 9. Fa. 18. Romam tibi remigrandum est. 5. Tusc. 62. Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret. 1. Acad. 13. Remigrare in domum veterem e nova. 1. Tuscul. 118. Remigrare in domum suam.

Reminiscendo. *Ib.* 57. Declarat se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere.

Reminiscens, tis. Pro Lig. 36. Aliquem de re aliqua reminiscentem recordari.

Reminiscor, eris, *recordor*, ἀναμιμνήσκομαι. 4. Fam. 5. Ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt. 1. Tusc. 29. Reminiscere quæ tradantur mysteriis. De Sen. 79. Homines scire pleraque antequam nati sint, quod jam pueri, cum artes difficiles discunt, ita co-

leriter res innumerabiles arripiant, ut non tum primum accipere videantur, sed. reminisci et recordari.

Remisse, *leniter*, ἀνειμένως, ἐκλελυμένως. 3. de Orat. 100. Agere versum leniter, remisse, non actuose. Pro Cœl. 33. Remisse, leniter, urbane agere cum aliquo.)(. *graviter, severe, prisce*. Ver. 4. 76. Iste nihilo remissius atque etiam vehementius instabat. 1. de Orat. 254. Tu qui multo dicis remissius et lenius quam solebas. Pro S. R. 11. Omnes hanc quæstionem, te prætore, de manifestis maleficiis quotidianoque sanguine haud remissius sperant futuram.

Remissio, onis, *languor, abjectio*, ἄνεσις, ἀπόπεμψις. 5. Fam. 2. Si humanitas appellanda est in acerbissima injuria remissio animi et dissolutio. 9. 24. Remissio animorum.)(. *severitas*.

Dejectio, diminutio, inclinatio. De Clar. 313. Remissio et moderatio vocis. 2. de Orat. 212. Remissio lenitatis in oratione. 1. 261. Demosthenes una continuatione verborum binas contentiones vocis et remissiones continebat.

Intermissio. De Am. 78. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus levandæ.

Decrementum, detractio. 7. Fam. 26. Jam senescentis morbi remissio. 4. C. 13. Remissio pœnæ.

Relaxatio. 1. Off. 146. Oculorum obtutus, superciliorum remissio, aut contractio.

Otium, solatium. 2. de Orat. 22. Ad omnem animi remissionem ludumque descendere. Pro Cœl. 39. Quem non quies, non remissio delectarent. 2. de Orat. 72. Tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, &c. contorquendus.

Remissurus, a, um, ἀποστελῶν. 10. Fam. 9. Ut sine his nihil de meo studio perseverantiaque sim remissurus. Ver. 1. 30. Menses mihi tres cum eripuissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remissurum putastis.

Remissus, a, um, *lenis, demissus, contractus*, ἀνειμένος, ἀφεθείς.)(. *contentus*. Pro Cœl. 13. Cum tristibus severe, cum remissis jucunde vivere. 2. de Orat. 193. Leni animo et remisso esse. Postq. ad Quir. 23. Qui ulciscendo remissior fuit. 4. C. 12. Sin remissiores esse voluerimus. 3. de Fin. 2. Remissus in disputando.)(. *acer in disputando*. Pro Mur. 52. Remissior in petendo. 1. de Orat. 154. Tardiores tibicinis modos et cantus remissiores facere. 2. 95. Quædam dicendi meliora et remissiora genera viguerunt. De Senect. 28. Sermo quietus et remissus.

Timidus. 6. in A. 3. Hodie nescio qua re objecta Senatus remissior fuit. 1. de Div. 123. Respondit in agro ambulanti ramum adductum cum remissus esset, in oculum recidisse. Pro Sul. 47. Noli putare, id omnino a me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum. 3. ad Her. 48. Si huic fuerit remissum.

Syntaxis. *Lenis et remissus animus. In ulciscendo remissus. Dicendi genus remissius.*

Remitto, is, *retro mitto*, ἀναδίδωμι, ἀποστέλλω, ἀνίημι. 7. Att. 22. Mulieres, ut scripseram ad te, Romam remittebam. 9. 11. Demetrii librum de concordia tibi remisi. 16. Fa. 5. Volebam ad te Marionem remittere, quem ad me mitteres, cum, &c. Top. 19. Remittere nuncium.

Dimitto. Pro Cluent. 6. Opinionem jam mente ante comprehensam libenti animo remittere. Pro Planc. 56. Ut eorum reprehensionem vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis.

Condono, concedo. 5. Fa. 10. Meam animadversionem et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi et condono. Ver. 3. 219. Verum hoc quoque vobis remitto. 1. de Orat. 246. In qua tibi remittunt omnes istam voluptatem, et ea se carere patiuntur. *id est, relinquunt*. Pro Planc. 73. Tibi remitto atque concedo, ut eum defendas. 14. Att. 14. Ego vero tibi istuc, mi Antoni, remitto. 2. de Leg. 24. Remitto hoc tibi. Pro Fl. 38. Neque in toto Æmonensium testimonio commovebor: etenim quibus istam laudationem remittam? Pro Sull. 84. Sed etiamsi quid mihi conceditur, id reddo ac remitto. 4. Acad. 106. Sed tibi aut concedendum est ita esse, aut memoriam mihi remittas oportet. *Id est, concedas memoriam esse*. 1. Qu. Fr. 2. Te rogo, ut procuratoribus Flavii remittas de diminuendo, et de Apollonidiensibus nequid perscribas. 10. Att. 3. Questi sunt, quod non idem quoque sibi, quod mihi, remisisset.

Minuo, diminuo, detraho. Ver. 3. 82. Remittere alicui de summa. 1. in A. 12. Remittere aliquid de severitate cogendi. Div. 48. Ex eo, quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet. De Cl. 202. Ad infirmitatem laterum perscienter contentionem remittere. 8. in A. 19. Remittere iracundiam. Pro R. P. 31. Nec enim fuit Gabinii, remittere tantum de suo. Ver. 1. 150. Remisit D. Bruto cx. millia. 5. 58. Remisisti quod non oportebat, accepisti quod non licebat.

Trado. 10. Att. 18. Dionysio ego quidem non modo placabilem me præbuissem, sed totum remisissem.

Profero, produco. Ver. 4. 21. Navem imperare ex fœdere debuisti, remisisti in triennium.

Laxo, relaxo. 2. de Leg. 38. Varius canendi sonus tum remittit animos, tum contrahit. Hortens. Quæro enim non quibus intendam animum rebus, sed quibus relaxem ac remittam.

Sedor, demulceor. De Cl. 130. Qui, cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis. 10. Att. 6. Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit.

Intermitto. 4. de Fin. 77. Urgent tamen et nihil remittunt.

Perdo. Ver. 1. 25. Hic tu fortasse eris di-

Egens, ne quam horam de meis legitimis horis remittam.

Abjicio. 4. 137. Requiescere, et curam animi remittere.

Contraho. Orat. 59. Intendere et remittere sonum vocis.

Depono, relinquo. 8. in A. 25. Provinciam remitto, exercitum depono. 7. *Ib.* 2. Antonius remittit nobis Galliam citeriorem. Brut. 15.

Adverb. *Aliquantulum, dissolute, largiter, perscienter, quamprimum, recte, tardius.*

Remoror, *retineo, retardo,* ἐπέχω, ἀνέχω, βραδύνω. Pro Pom. 40. Sed hæ res quæ cæteros remorari solent, illum non retardarunt. 3. Att. 13. Scio te me his epistolis potius et meas spes solitum esse remorari. 1. C. 4. Num unum diem postea L. Saturninum mors et reip. pœna remorata est? 1. ad Her. 26. Ne parva quidem dubitatio potest remorari damnationem.

Remotio, onis, ἀπώθησις, ἀπόστασις. 2. de Invent. 86. Remotio criminis est, cum intentio facti in alium, vel in aliud dimovetur.

Remotius, *adverb.* πορρωτέρω. 1. de Nat. 88. Stellæ aliæ propius a terris, aliæ remotius, &c. spatia conficiunt.

Remotus, a, um, *alienus, abhorrens,* ἀπωσθείς, ἀποσκευασθείς. 5. Fa. 4. Si quisquam fuit unquam remotus et natura, et ratione, atque doctrina ab inani laude, et sermonibus vulgi, ego profecto is sum. 2. de Invent. 56. Hoc a religione et sapientia vestra remotissimum est. Ver. 3. 193. Defensio remota ab utilitate reipublicæ, et sejuncta a voluntate legis. 5. 69. Remotus a navigando. 14. Att. 12. Vestorius homo remotus a dialecticis. 1. de Inv. 8. Procul remotus a vero. Pro Clu. 2. Altera pars, quæ procul a judicio remota est. 2. de Inv. 164. Hoc a brevitate præcipiendi remotum est. *Ib.* 67. Hæc a vulgari intelligentia remotiora sunt. 1. Off. 63. Scientia, quæ est remota a justitia, calliditas appellanda est. 2. con. Rul. 31. Cum tu a Gracchi æquitate ac pudore longissime remotus sis. Orat. 32. Sermo a forensi strepitu remotissimus. Pro Font. 11. Testis cupidus, iratus, ab religione remotus. 13. Fam. 10. A cupiditate remotissimus.

Distans. 1. de Inv. 39. Res a memoria nostra remotæ. Ver. 5. 79. Locus arbitris remotus. Pro S. R. 130. Ego hæc a Chrysogono mea sponte, remoto Sex. Roscio, quæro.

Dejectus. 1. Qu. Fr. 1. 20. Sublata latrocinia, cædes repressæ, oppidorum furta esse depulsa, remotam illam calumniam, &c. Ver. 5. 80. Remotus et ablegatus vir.

Immunis. Pro Mur. 73. Ille a culpa remotus est.

Omissus, posthabitus, dimissus. 2. de Nat. 98. Remota subtilitate disputandi. 7. Fam. 11. Remoto joco.

Solitarius. 7. Fam. 20. Locus remotus, salubris, amœnus.

Removeo, es, *amoveo, dimoveo, moveo, abduco, aufero, rejicio, deduco, subduco, transfero, arceo, abstraho, avoco, averto, deterreo,* ἀπωθέω, ἀποσείω. 2. de Orat. 309. Ea secerni arbitror oportere, et ex oratione removeri. Pro S. R. 23. Multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio removebat. 16. Fam. 12. Accepimus conditiones, sed ita ut removeat præsidia ex iis locis, quæ occupavit. 2. cont. Rull. 22. Remove te a suspicione alicujus commodi. Pro Clu. 43. Removere se ab aliquo negotio. 10. Fam. 18. Removere se a certamine. 4. Att. 8. Quid sit, quod se a me removit, si modo removit, ignoro. Pro Dom. 22. Quod idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo removisses. Orat. 5. Sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt. 10. Att. 18. Tu novum morbum removisti. 2. Qu. Fr. 5. Catonem Lentulus a legibus removit. 1. Off. 69. Multi et sunt et fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem, expetentes, a negotiis publicis se removerunt, ad otiumque perfugerunt. De Am. 79. Removere se ab amicitia alicujus.

Adverb. *Belle, diligenter, honeste, parumper.*

Syntaxis. *Removere præsidia ex locis, se a suspicione, a certamine, se ab aliquo negotio, se artibus suis. A legibus removit Catonem Lentulus. Se removere a negotiis publicis. Aliquid clam de medio removere. Removere se ab amicitia alicujus. Remotus a vero. A cupiditate remotissimus. Res a memoria nostra remotæ. Remotus et ablegatus. A culpa remotus. Remoto joco, remota subtilitate disputandi. Locus arbitris remotus.*

Remunerandus, a, um, ἀντιδοτέος, ἀντευεργετητέος. Postquam ad Quir. 22. Ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quam beneficii remunerandi. *Ibidem.* 23. In beneficiis remunerandis. 15. Fam. 13. Tibi ad me ornandum semper datur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem. De Clar. 15. Ut a te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, si non pari, at grato tamen munere. 2. de Inv. 161. Remunerandi voluntas.

Remuneratio, onis, *gratia, vicissitudo studiorum vel officiorum,* ἀμοιβὴ, ἀνταπόδοσις, ἀντίδωρον. 2. Off. 68. A quo celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. 2. de Invent. 66. Remuneratio officiorum. De Ami. 49. Nihil est remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum vel officiorum jucundius.

Remunero, as, *retribuo, compenso, beneficium reddo, mutuam gratiam refero, parem gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam restituo, mercedem do, repono,* ἀντιδωρέομαι. Postquam in Sen. 28. Quibus officiis T. Annii beneficia remunerabo? Qu. de Pet. 29. Et quoniam nullum aliud tempus futurum sit, ubi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent.

Remuneror, aris. 3. Fam. 9. Consideran-

dum est, quonam te remunerer genere. 9. 8. Ut possem te remunerari quam simillimo munere. 8. Att. 1. Tu, si tibi eadem causa est, me remunerere, sane velim. 2. Fam. 6. Remunerando cumulandoque illustrare.

Syntaxis. *Officiis multis amicum remunerare. Hoc te officio remunero. Quo te genere remunerer. Remunerando cumulandoque beneficium illustrare. In beneficiis remunerandis. Remuneratio officiorum et benevolentiæ.*

Remurius, *Locus fuit Romæ, ubi Remus auspicium, et consilium condendæ urbis cepit, et in quo habitavit: ut Dionys. Halicar. et Sex. Pom. et Plutarchus in Romulo testantur.* 6. Ant. 14. His quoque divisit Remurium. *alii legunt,* Remuria: *alii,* Semurium: *sed mendose, ut mihi videtur. Fabius Pictor habet* Remurius, *qui et Aventinus, quem collem ait Remo consecratum fuisse. Sed et hic vereor, ne sit mendum,* Remurius *pro Remurus. Communem ego lectionem retinendam censeo, quæ* Semirium *habet; Cum (ut annotavit Dionysius Lambinus,) in nullo manuscripto secus legatur, et constet ex Macrobio lib.* 1. *Saturn. cap.* 10. *Semirium agrum eo nomine fuisse, quem Laurentia populo Rom. legaverat. Vide Hadrian. Turneb. lib.* 3. *Advers. c.* 3.

Remus, *Romuli frater.* 1. de Div. 107.

Remus, mi, ἐρετμός. 4. Acad. 19. Neque vero hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo respondeam. 3. Tusc. 25. Res tetra, detestabilis, omni contentione, velis (ut ita dicam) remisque fugienda. Ver. 5. 70. Navigium quod erat factum sex remorum numero, &c. 1. de Orat. 153. Intermisso impetu pulsuque remorum. *Lege,* Navis. 4. Tuscul. 9. Remis navim propellere. Acad. Ejus *maris* unda, cum est pulsa remis, purpurascit. 4. Acad. 79. Infracto remo commoveri.

Syntaxis. *Res velis remisque fugienda. Impetus, pulsusque remorum. Navim remis propellere. Infracto remo.*

Renascor, eris, *denuo nascor, exorior, renovor,* ἀναφύομαι. Br. 4. Primi cujusque mali excidendi causa est, ut aliud renascatur illo pejus. *Ib.* 14. Renatum enim bellum est. 11. Fam. 14. Sed bellum istic renatum homines mirantur. De Somn. 20. et 1. Tuscul. 54. Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. 4. Att. 2. Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci.

Renavigo, as, ἀναπλέω. 14. 17. Perpaucis diebus in Pompeianum, post in Puteolana et Cumana regna renavigare.

Renavo, as. 1. 11. Renavabo operam. *aliter,* renovabo.

Renes, num, νεφροί. 2. de Natu. 137. Humores, qui ex renibus vesicaque profunduntur. *id est,* urina. 2. Tusc. 60. Ex renibus laborare.

Renovatio, onis, *redintegratio,* ἀνανέωσις. 2. de Natu. 118. A quo rursum renovatio mundi fieret. De Cl. 250. Usurpatione et renovatione doctrinæ. 11. Fam. 18. Renovatio timoris magnam molestiam afferebat.

Renovatus, a, um, *instauratus,* ἀνανεωθείς, ἀνακαινισθείς. 2. de Nat. 61. Templum Honoris a M. Marcello renovatum. 12. Fa. 15. Fœdus, quod renovatum erat. 1. de Fin. 57. Sapientes bona præterita grata recordatione renovata delectant.

Refocillatus. 2. de Nat. 118. Vaporibus altæ renovatæque stellæ refundunt eadem.

Iterum statutus. De Ar. 21. Quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur.

Confirmatus. De Pro. 19. Ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus.

Renovo, as, *renovationem facio, refrico, integro, redintegro, repræsento,* ἀνακαινίζω, ἀνανέω. 2. de Div. 7. Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renovare cœpimus. Act. 1. Ver. 11. Renovare et instaurare aliquid. Postquam ad Quir. 8. Qui suo fletu memoriam mei desideriumque renovaret. 1. Acad. 11. Hæc inclusa habebam, et, ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo. 12. Fam. 28. Renovare amicitiam. 7. 18. Renovare commendationem. 4. 7. Renovare bellum. 1. Att. 11. Renovare operam. 2. contra Rull. 34. Renovare veteres colonias, et deducere novas. Pro Mur. 16. Memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare. Pro Qu. 70. Nolo hanc rem commemorando renovare, cujus memoriam deleri oportere arbitror. 3. de Or. 1. Acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. 2. 199. Et animos judicum ad Qu. Cæpionis odium, a quo erant ipsi propter judicia abalienati, renovabam atque revocabam. Pro Deiot. 8. Tu vetus hospitium renovare voluisti. 1. in A. 1. Atheniensiumque renovavi vetus exemplum. 2. Qu. Frat. 11. Appius vult, inquam, renovare honores eosdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet.

Instauro, reficio. Pro Mur. 33. Mithridates se rege Armeniorum adjuncto novis opibus copiisque renovavit.

Renovor, aris. 2. de Inv. 49. Animus aut renovatur ad ea, quæ restant, aut omnibus jam dictis exuscitatur. 1. 25. Animus defessus audiendo aut admiratione integratur, aut risu renovatur. 2. ad Her. 47. Ut renovetur, non redintegretur oratio. Div. 61. Hoc institui, atque adeo institutum referri ac renovari moleste ferunt.

Syntaxis. *Renovatio mundi, renovatio timoris. Fœdus renovatum. Grata recordatione renovare bona præterita. Stellæ vaporibus renovatæ. Instaurare ac renovare belli reliquias. Renovare studia. Memoriam alicujus desideriumque renovare. Renovare amicitiam, commendationem, operam, veteres colonias. Memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare. Rem aliquam commemorando renovare. Veterem animi curam molestiamque re-*

novare. *Renovare vetus exemplum, hospitium, eosdem honores. Se novis opibus copiisque renovare. Renovare animum ad ea, quæ restant. Animum defessum renovare risu.*

Renunciandus, a um, *exponendus*, ἀναγορευτέος. 13. Fam. 10. Qua in re et amorem ejus in suscipiendo negotio perspexi, et fidem in conficiendo ac renunciando.

Renunciatio, onis, *nunciatio*, ἀπαγγελία. Ver. 1. 88. Renunciationemque ejus, quæ erat in publicas litteras relata, illorum legibus tolli jusserat. Pro Mur. 18. Non idem est ordo dignitatis et renunciationis. Pro Planc. 14. Renunciatio suffragiorum.

Renunciatur, *defertur*, ἀπαγγέλλεται. 4. Fa. 5. Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, &c. 1. Qu. Fr. 2. Renunciari tibi, Licinium plagiarium tributa exigere.

Renunciatus, a, um, *pronunciatus*, ἀναγορευμένος. Pro Pomp. 2. Prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum. Ver. 5. 37. Tu cum esses prætor renunciatus. Ver. 2. 129. Eo modo sacerdos Climachias renunciatus est. Act. 1. Ver. 19. Renunciata conditio est.

Renuncio, as, *significo*, ἀναγορεύω, ἀπαγγέλλω. *Ibid.* Renuncio tibi, te hodiernis comitiis esse absolutum. 8. Fam. 10. Eosque Parthos esse, Senatui renunciavisse. Ver. 1. 88. Qui Milesiis rem gestam renunciarat. 2. de Div. 74. Nunc imperant pullario: ille renunciat, &c.

Expono. 6. in A. 16. Cum legati renunciarint, quod certe renunciabunt, Antonium non esse in vestra potestate.

Pronuncio. 2. de Orat. 260. Renunciare aliquem consulem.

Refello. Ver. 2. 89. Renunciare hospitium alicui, et domo emigrare. Act. 1. Ver. 1. Renunciare conductionem. 1. de Orat. 230. Renunciare Stoicis. 9. A. 1. Renunciare legationem.

Renuncior, aris. Ver. 2. 127. Ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renunciaretur.

Syntaxis. *Renunciatum mihi est de obitu filiæ. Prætor primus Centuriis cunctis renunciatus. Renunciare aliquem Consulem. Renunciare hospitium alicui, renunciare conductionem, legationem. Renunciare Stoicis.*

Renuens, tis, ἀνανεύων. Pro R. P. 36. Quibus superciliis renuentes huic decem millium crimini.

Renuo, is, *omitto, aspernor*, ἀναίνομαι, ἀνανεύω. Pro Cœl. 27. Qui nullum convivium renuerit, qui unguenta sumserit, qui Baias viderit.

Reor, eris, *puto, censeo, arbitror*, νομίζω, ἡγέομαι. 2 Off. 32. Illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur. Topic. 78. Rentur eos esse, quales se ipsi velint. 3. de Orat. 72. Quem quidem antea rebar ita dicere, ut, &c. 1. Academ. 26. Quintum genus Aristoteles quoddam esse rebatur. 2. de Div. 5. Quos quidem plures quam rebar, esse cognovi. De Ar. 49. Tum vero est ratus se posse. 7. Att. 3. Nicias nomen rebatur oppidi esse Piræa. 3. de Natur. 15. Rebantur enim fore, &c.

Repagula, orum, *sunt vectes, quibus januæ clauduntur, et firmantur*, ἔμβολον, μοχλός. 1. de D. 74. In templo Herculis valvæ clausæ repagulis, subito se ipsæ aperuerunt. Ver. 4. 94. Convulsis repagulis, effractisque valvis demoliri signum conantur. 5. 38. Perfringere omnia repagula juris, pudoris et officii.

Repandus, a, um, *incurvus, reflexus*, ἀνάσιμος. 1. de Nat. 83. Sospita cum pelle caprina, et calceolis repandis.

Reparo, as, *recupero, iterum acquiro*, ἀνασκευάζω, ἀνακαινίζω. Ver. 3. 199. Perdere id, quod alio Prætore reparare possit.

Repastinatio, onis, *secunda aratio: nam repastinari ager is dicitur, cujus natura fodiendo mutatur*, βωλοστροφία. De Sen. 54. Quid agri fossiones repastinationesque proferam?

Repedandum, *remeandum*, ἀναποδιστέον. 3. de Leg. 18. Domum cum laude repedandum. *Al. leg.* reportandum.

Repellendus, a, um. 2. de Orat. 72. Adversarius, qui sit et feriendus et repellendus.

Repello, is, *propello, propulso, refuto*, ἀπωθέομαι, ἀποσείω. Pro Mil. 52. Repellere vim. Pro Sest. 83. Vim vi repellere. 1. de Fin. 30. Repellere dolorem a se. Pro Cornel. 32. Ipsæ enim leges te a cognitione sua judicio publico repulerunt. Pro Cæc. 33. Armis repellere, fugare, et avertere aliquem. 1. C. 27. Cum te a consulatu repuli. 1. Off. 137. Gravitatem retinere, iracundiam repellere. Pro Mil. 78. Ego Clodii furorem a cervicibus nostris repuli. Pro Dom. 54. Homines audaces ab ejus templi aditu ascensuque repulisti. 7. Att. 17. Alterum consulatum a rep., ne data quidem occasione, repulimus.

Repellor, eris. 1. de Orat. 46. Repelli oratorem a gubernaculis civitatum, et excludi ab omni doctrina. 3. 60. Non repelletur inde, quo aggredi cupiet. Qu. de Pet. 42. Ab impediendo ac lædendo repelluntur. 1. Off. 137. Ut severitas adhibeatur, contumelia repellatur. Pro Mur. 30. Pericula repelluntur. Pro Sest. 85. Repellebantur alii omnino aditu. *alias*, pellebantur.

Rependo, is, *reddo, repono*, ἀντισταθμίζω, ἀμείβομαι. 2. de Orat. 269. Cui pro Gracchi capite erat aurum repensum.

Repens, tis, *repentinus*, αἰφνίδιος. 3. Tuscul. 29. Ne me imparatum cura laceraret repens. *Ibid.* 32. Hostium repens adventus.

Repente, *statim, subito, repentino*, ἐξαίφνης, ἀπροσδοκήτως. 3. C. 10. Is recitatis litteris conscientia convictus repente conticuit. 1. Off. 120. Amicitiam magis decet sensim dissuere, quam repente præcidere. 2. in A. 65. Modo egens, repente dives. Pro Sull. 75. Ista importunitas repente exarsit. *Ib.* Ista vis repente erupit. Pro Cl. 12. Repente exorta est mulieris importunæ nefariâ libido,

4. Fam. 4. Repente præter spem dixit, &c. Div. 57. Repente e vestigio. Act. 1. Ver. 17. Ecce autem repente, &c. *Ib.* Cum iste repente, &c. 1. de Orat. 252. Repente et subito. Pro Sest. 144. Sed me repente, judices, de fortissimorum et clarissimorum civium dignitate et gloria dicentem, &c. horum adspectus in ipso cursu orationis repressit.

Syntaxis. *Repente amicitiam præcidere. Modo egens, repente dives. Repente præter spem. Repente e vestigio. Repente et subito.*

Repentino, *repente*, αἰφνιδίως. Pro Qu. 14. Et moritur repentino.

Repentinus, a, um, *improvisus, insperatus, inexpectatus, repens, inopinatus*, αἰφνίδιος. 2. de Orat. 225. Quæ fuit illa, quanta vis, quam inexpectata, quam repentina. 2. cont. Rul. 59. Unde iste amor tam improvisus ac tam repentinus? 3. Tusc. 40. et 45. Omnia repentina et inopinata graviora. 5. Fa. 8. Non repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidi. Pro Cluen. 174. Repentina morte periit. 1. Off. 27. Leviora sunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata et præparata inferuntur. 3. cont. Rull. 10. Repentinus Sulla nobis exoritur. De Clar. 242. Ignoti homines et repentini, quæstores celeriter facti sunt. 2. de Invent. 28. Idcirco aliquem Callidium vocari, quod temerario et repentino consilio sit. Pro Dom. 13. Repentinos impetus comparare. 1. Fam. 9. Repentinam ejus defensionem Gabinii quam proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset. Pro Sest. 140. Repentina vi perculsi.

Syntaxis. *Inexpectatus, repentinus. Improvisus, ac repentinus amor. Repentinum et inopinatum. Repentino motu id accidit. Repentini Consules facti. Temerarium ac repentinum consilium. Repentina morte perire. Repentinus Sulla nobis exoritur. Repentinos impetus comparare. Repentina vi perculsus.*

Reperiendus, a, um, εὑρετέος. Ver. 3. 110. Mihimet ineunda ratio et reperienda via est, qua, &c.

Reperio, is, *invenio*, εὑρίσκω. 2. de Fin. 29. Reperiam multos, vel potius innumerabiles, qui, &c. De Cl. 325. Sed si quærimus, cur, &c. causas reperiemus verissimas. 7. Att. 3. Quid ad hæc repereris? solvamus, inquis. De Cl. 8. Quibus armis quemadmodum uterentur, reperiebant. 1. de Nat. 108. Nec vos exitum reperitis, resque tota vacillat ac claudicat. 10. Fam. 15. Nostræ sollicitudinis hic finem reperiemus.

Adverb. *Difficillime, nusquam, recte, peræque, usquam.*

Reperior, ris. 2. de Nat. 9. Si conferre volumus nostra cum externis, cæteris pares, aut etiam inferiores reperiemur, religione autem multo superiores. De Cla. 118. Iidem traducti a disputando ad dicendum, inopes reperiuntur. Pro Fl. 94. Tum vel hoc maxime moliuntur, ut vestræ mentes, vestræ sententiæ optimo cuique inimicissimæ reperiantur. Br. 15. Facilius in timore benigni, quam in victoria grati esse reperimur. De Cl. 65. In orationibus Catonis omnes oratoriæ virtutes reperiuntur. Pro Cœl. 44. In M. Cœlio nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum æs alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido.

Repertus, a, um, εὑρετὸς, εὑρεθείς. 1. Tusc. 114. Post diem tertium, qui ut illuxit, mortui sunt reperti. In Clod. In unius hominis perditi judicio plures similes reperti sunt.

Repetendus, a, um, *requirendus*, ἀπαιτητέος. Pro Mil. 10. Cum ei, qui expectare velit, ante injusta pœna luenda sit, quam justa repetenda. 10. in A. 20. Ne mors quidem in repetenda libertate fugienda.

Revocandus, petendus, exordiendus, commemorandus. 2. de Leg. 46. Cum scias, a quo sit capite repetendum. 3. Fam. 16. Eventisque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis novi cogitemus. 1. de Leg. 17. Natura juris ab hominis natura repetenda est. Pro Planc. 64. Tamen eum postea fuisse maximis in rebus arbitror, ut non ita mihi multum sit ex Quæsturæ laude repetendum. 1. de Orat. 4. Ac mihi repetenda est veteris cujusdam memoriæ non sane satis explicata recordatio &c.

Repetens, tis, *resumens, memorans.* De Fat. 35. Similiter superiora repetentem regredi in infinitum licet. Pro Arch. 1. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, et pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde usque repetens, video hunc, &c. 1. de Orat. 1. Memoria vetera repetenti &c.

Repetitio, onis, *ornatus Rhetoricus*, ἀπαίτησις, ἐπανάληψις. 3. 204. Ejusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio. 4. ad Her. 20. Repetitio est, cum continenter ab uno atque eodem verbo, in rebus similibus et diversis principia sumuntur, &c.

Repetitus, a, um, ἀπαιτηθεὶς, ἐπανειλημμένος. 3. Fa. 5. Tamen quoniam ex alto repetita sunt, nonne, &c. 3. de Orat. 158. Transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere. 13. Att. 37. Deinde somno repetito, simul cum sole experrectus sum. Parad. 4. Cum esset juris et æquitatis repetita memoria. 2. de Inv. 6. Ac veteres quidem scriptores artis usque a principe illo atque inventore Thysia repetitos unum in locum conduxit Aristoteles. 3. de Orat. 89. Quorsum igitur spectat hæc tam longa, tam alte repetita oratio? 13. Fa. 29. Expectare te arbitror hæc tam longe repetita principia quo spectent. Div. 67. Hæc majorum consuetudo longo intervallo repetita atque relata. Orat. 11. Ac video hanc primam ingressionem meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed ex media philosophia repetitam. 1. de Div. 25. Divinatio est ab omni æternitate repetita. 2. 119. Somnia

quorum defensio repetita quam longe est. Pro Sest. 3. Vereor ne quis forte miretur, quid hæc mea oratio tam alte ac tam longe repetita velit.

Repeto, is, *exigo, peto, reposco, revoco, cum ad res ablatas et judicia pertinet, ἀναλαμβάνω, ἀπαιτέω.* Pro Fl. 106. Ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spopondi, dignitatem. Pro Plan. 101. Repetere promissa. 2. ad Her. 19. Quod argentario obtuleris expensum, a socio ejus recte repetere possis. Pro Clu. 104. Repetere ab aliquo rationem de pecuniis repetundis. Div. 19. Quo nomine abs te sestertium millies repeto. Div. 18. Repetere jus suum. Pro Sul. 89. Quæ erepta sunt, non repeto. Pro Cluen. 65. Repetere ab aliquo, quod ei dederis. 1. Off. 36. Repetere res ablatas bello. Pro S. R. 67. Furiæ, quæ parentum pœnas a consceleratis filiis repetant. Pro Dom. 144. Vos qui maxime me repetistis atque revocastis.

Exordior, incipio, renovo, revoco, facio, recordor, restituo, assumo. De Fat. 4. Longo intervallo hæc studia repeto. 1. de Leg. 18. Alte vero et a capite repetis, quod quærimus. *Ib.* 20. Juris ortum a fonte repetere. *Ib.* Repetam stirpem juris a natura. *Ib.* A principio, a stirpe, a capite, a fonte repetere. *id est, arcessere.* Pro Mur. 30. Ferro rem repetunt. Pro Clu. 66. 11. Atque ut intelligas, &c. paulo longius exordium rei demonstrandæ repetam. 1. de Div. 2. Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, motus stellarum observaverunt. 1. de Orat. 91. Neminem fuisse disertum dicebat, cum repeteret usque a Corace nescio quo et Thysia. Ver. 4. 105. De quo paulo altius ordiar, et repetam memoriam religionis. 1. de Inv. 1. Cum res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex litterarum monumentis repetere instituo. Deiot. 20. Obsecro, Cæsar, repete temporis illius memoriam. 1. de Orat. 23. Repetamque non ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. 1. Qu. Fr. 2. Si omnium mearum litterarum præcepta repetes, intelliges, &c. 1. Tuscul. 116. Repetunt ab Erichtheo Codrum, qui se, &c. 1. de Fin. 65. Repetere aliquid ab ultima antiquitate. 1. ad Her. 14. Repetere aliquid ab ultimo initio. *Ibid.* 15. et 2. de Nat. 25. Repetere ab ultimo. 2. ad Her. 34. Repetere aliquid nimium longe. 1. de Invent. 91. Petere aliquando ultra quam satis est, et repetere longius quam necesse sit. 6. Fam. 16. Repetere initium amicitiæ ex parentibus. 11. 28. Quantum memoria repetere præterita possum. 1. de Nat. 17. Quamobrem, Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas. 5. de Fin. 51. Prætermissa repetimus, inchoata persequimur. 2. de Div. 98. L. Taruttius urbis nostræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus.

Repetor, eris, *memoror.* 15. Att. 11. Ego negabam oportere præterita repeti. 1. de Inv. 28. Ab ultimo repetetur.

Accipior, haurior. 5. Tusc. 34. Hujus sententiæ gravitas a Platonis auctoritate repetatur.

Reposcor. De Clar. 46. Cum res privatæ judiciis repeterentur.

Adverb. *Alte, altius, altius paulo, amplius, longissime, longe, longius, quam longe.*

Syntaxis. *Repetere libertatem. A capite, a fronte, a principio repetere. Eventa aliorum memoria repetere. Naturam juris ab hominis natura repetere. Veteris memoriæ non satis explicatam recordationem repetere. Inde usque repetens. Ex alto repetere. Transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere. Scriptores artis usque a principe atque inventore repetere. Longe repetita oratio. Consuetudo longo intervallo repetita atque relata. Ex media Philosophia repetere, ab omni æternitate, alte ac longe. Longo intervallo studia repetere. Repetere ab ultimo, ab ultima antiquitate, ab ultimo initio, longius quam necesse sit. Prætermissa repetere. Somno repetito. Repetere promissa, expensum, rationem, jus suum, pœnas ab aliquo.*

Repetundarum, *de pecuniis repetundis, captæ pecuniæ, εὐθύνας ὑπέχειν, εὐθύνας διδούς.* Ver. 4. 56. et 2. Off. 75. L. Piso frugi legem de pecuniis repetundis primus tulit. De Cla. 106. Judicium de pecuniis repetundis. Div. 10. Pro Clu. 104. Ab aliquo rationem repeti pecuniis repetundis. *Ib.* 148. Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ.

Repleo, es, *refercio, ἀναπίμπλημι, ἀναπλήθω.* De Pro. 4. Ut vix exhaustas domos replere possent. Pro Mur. 50. Qui consumpta replere vellent.

Repleor, eris. 1. de Orat. 191. Vel passim licet carpentem et colligentem undique repleri ista juris civilis scientia. Pro Sest. 77. Meministis tum judices, corporibus civium Tyberim repleri, cloacas referciri.

Repletus, a, um, *ἀναπλησθεὶς, διάπλεως.* Pro Pomp. 44. Referto foro, repletisque omnibus templis.

Replicans, tis, *ἀναπτύσσων.* 1. de Div. 127. Traductio temporis novi nihil efficientis, sed primum quidque replicantis.

Replicatio, onis, *ἀνάπτυξις, ἀναπλοκή.* 1. de Nat. 33. Replicatio mundi. *id est, conversio.*

Replico, as, *repeto, ἀναπτύσσω.* Pro Sul. 27. Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus invenies. 3. de Legib. 31. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescunque, &c.

Reponendi. 2. de Nat. 156. Scientia condendi ac reponendi fructus.

Repono, is, *colloco, ἀνατίθημι, ἀποσκευάζω.* 2. de Nat. 125. Grues in tergo prævolantium

capita reponunt. 5. Tusc. 36. In se ipso spem omnem reponet sui. Pro Sull. 92. In vestra humanitate totam causam repono. Oec. 1. Ut quidque suo loco reponeret.

Appono. 12. Att. 7. Si in libris tuis Aristophanem reposueris pro Eupoli. 4. ad Her. 37. Et pro eo, id quod magis idoneum est, reponit.

Conservo. 7. Fam. 18. Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas.

Annumero, numero, recenseo, adscribo, reputo. 1. de Nat. 38. Homines mortuos reponere in deos. 10. Att. 8. Reponere aliquem in suis. 2. de Orat. 198. Si placuerit, vos hanc defensionem in aliquo artis loco reponetis. Postq. ad Quir. 17. Vos in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram, iisdem centuriis, quibus collocaveratis, reposuistis. Pro Sest. 143. Quos equidem in deum immortalium cœtu ac numero repono. De Opt. 17. Tamen hunc in numero non repono. 2. de Nat. 55. Reponere stellas in numero deorum.

Adapto, restituo. Pro Sest. 58. Hanc Pompeius erexit, atque insigne regium, quod de suo capite abjecerat, reposuit.

Sufficio. Ver. 2. 52. At vero præclarum diem reposuisti, Verrea ut agerent.

Rependo. 13. Att. 13. Ergo hæc ad Varronem transferamus, Catulo et Lucullo alibi reponemus. 1. Fam. 9. Næ tibi ego quidem reponam, cum veneris.

Reponor, eris. 10. in A. 15. Nam si alii propterea laudantur, quod pro libertate arma ceperunt: cur non M. Brutus in eadem causa reponatur? Ver. 3. 210. Reponi in numero proborum hominum. Brut. 16. Reponi in locum alterius. 1. de Inven. 39. In fabularum numerum reponantur.

Syntaxis. *Condere et reponere fructus. Reponere caput, spem, causam omnem in judice. Reponere multa falsa in libro. Reponere in numero deorum, in deos, in diis, in suis, in digno loco, in cœtu ac numero Senatorum. In eadem causa me reponas. In locum alterius reponi. Quid ego tibi reponam?* id est rependam.

Reportandum, *acquirendum*, ἀνακομιστέον. 3. de Legib. 18. Nihil præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque a sociis est reportandum.

Reportatus, a, um, *revectus*, ἀνακομισθείς. Postq. in Sen. 17. P. Lentuli beneficio non solum reducti sumus in patriam, sed equis insignibus et curru aurato reportati.

Restitutus. Ver. 2. 112. Quæ tabula a te revulsa, nunc a me reportata est.

Reporto, as, *refero, reduco, reveho*, ἀνακομίζω, ἐκφέρω. Ver. 4. 64. Statuerunt id secum in Syriam reportare. Postq. in Sen. 33. Respub. simulatque revocata est, me secum pariter reportavit. 4. Att. 16. Exercitum a Britannia reportabant.

Consequor, obtineo. Pro Pomp. 8. Ab aliquo victoriam reportare. 6. Att. 1. Reportare benevolentiam omnium ex provinciis.

Affero. Ver. 5. 127. Ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult reportare.

Defero, denuncio. 2. cont. Rull. 60. Si est æquum prædas ac manubias suas imperatores non in ornamenta urbis conferre, sed ad decemviros, tanquam ad dominos reportare, &c.

Syntaxis. *Laudem a cunctis reportare. Reportare exercitum ab insula. Reportare litteras alicui, solatium, rem ad judices. Reportari in patriam. Reportare victoriam ab aliquo.*

Reposcendum, ἀπαιτητέον. De Am. 32. Propensiores ad bene merendum, quam ad reposcendum esse debemus.

Reposco, is, *repeto*, ἀπαιτέω, ἐξαιτέω. Postq. in Sen. 9. Altera a me Catilinam amatorem suum reposcebat. Ver. 3. 32. Bona sua reposcere ac persequi lite atque judicio. *Ib.* 1. Reposcere rationem vitæ ab altero. Div. 27.

Repositus, a, um, *situs*, ἀποτεθείς, ἀποθησαυρισθείς. 1. Q. Fr. 3. Omnes in vita mea partem aliquam tuæ vitæ repositam esse dicebant.

Restitutus. Ver. 1. 145. Columnæ dejectæ eisdem lapidibus repositæ sunt.

Impositus. 4. 5. Sacra in capitibus reposita sustinebant.

Nixus. 9. Fam. 14. Respub. in te reposita est.

Repræsentando, *solvendo pecunias*. 12. Att. 28. Si qua etiam jactura facienda sit in repræsentando.

Repræsentandus, a, um, *exprimendus*, ὑποδεικτέος. 16. Att. 2. Mihi videntur istorum animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam.

Repræsentatio, onis, *pecuniarum solutio*, προκαταβολή. 12. Att. 31. Si Faberianum venderem, explicare vel repræsentatione non dubitarem. 13. 29. Dolabellæ nomen jam expeditum videtur, ut etiam repræsentatione concludam.

Repræsento, as, *præsentem pecuniam solvo, præsentem alicui gratiam refero, personam gero, aliquid re præsenti exhibeo, præsto*, προκαταβάλλω, ὑποδεικνύω. 12. Att. 25. Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus, dum a Faberio repræsentabimus. 16. Fam. 14. Dies promissorum adest, quem etiam repræsentabo, si adveneris.

Antecapio, prævenio, παρίστημι. 5. Fam. 16. Neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possumus.

Exprimo, refero, in conspectu pono, ὑποτυπόω, ἀπεικάζω. Pro Sest. 26. Erat eo tempore Senatus in æde Concordiæ: quod ipsum templum repræsentabat memoriam consulatus mei.

Repræsentor, aris, *confirmor, restituor*. 2. in A. 118. Ego corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas civitatis posset. *id est*, restitui, recuperari.

Reprehendendus, a, um, ἐπιληπτέος. 1.

Fam. 9. Et si accusandi sunt, qui, &c. magis etiam reprehendendi, qui, &c. 2. de Nat. 162. Arripere aliquid ad reprehendendum.

Reprehendo, is, *increpo, arguo, redarguo, accuso, verbis castigo, exagito, insector, asperius appello, in crimen voco, damno, condemno, culpo, ἐπιλαμβάνομαι, ἐγκαλέω, εὐθύνω*. Pro Planc. 86. Nunc discessum meum quasi reprehendere et subaccusare voluisti. Pro Cluent. 98. In eodem genere, in quo quis offenderit, alios reprehendere. Pro Lig. 23. Gravissimis verbis aliquem reprehendere. 10. Att. 3. Visum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cum, &c. Ver. 5. 45. Nunc non modo te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Orat. 26. Reprehendere et exagitare aliquem. 5. Fa. 12. Cum reprehendes ea, quæ vituperanda duces.

Retraho, manu abduco. 4. Ac. 139. Laboro, ut assentiar Epicuro: revocat virtus, vel potius reprehendit manu.

Reprehendor, eris. 1. de Nat. 28. Xenophanes de ipsa mente ita reprehenditur, ut cæteri, de infinitate autem vehementius. Part. 129. Reprehendi in aliquo vitio.

Adverb. *Brevi, gravius, verius, leviter, libere, male, magnopere, merito, pergraviter, plane, recte, vere, commode, valde, subtiliter, vehementer, vehementius, vulgo.*

Syntaxis. *Arripere aliquid ad reprehendendum. Reprehendo et subaccuso. In eodem genere, in quo tu offendis, alium reprehendes? Vituperatione magna reprehendo. Reprehendo et exagito. Reprehendi in aliquo vitio*, vel *de*.

Reprehensio, onis, *vituperatio, ἐπιτιμὴ, κολασμὸς, ἐπίληψις*. Pro Mur. 11. Reprehensio vitæ. 10. Att. 3. Nec reprehendo, quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. 1. Off. 144. At hoc idem Sophocles, si in athletarum approbatione dixisset, justa reprehensione caruisset. 10. Fam. 23. Dum a reprehensione temeritatis absum. 1. de Fin. 1. Incurrere in varias reprehensiones. Orat. 1. Vereri reprehensionem prudentum. 12. in A. 25. Culpæ reprehensio, et stultitiæ vituperatio.

Confutatio, refutatio oratoria. 1. de Inv. 78. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut elevatur. *aliter*, allevatur. 3. de Orat. 98.

Adjuncta. *Bella, falsa, familiaris, difficilis, et lubrica, inanis, justa, levior, minima.*

Syntaxis. *Justa reprehensione carere. Reprehensionem fugere. In reprehensionem incurrere. Vereri reprehensionem. Abesse a reprehensione.*

Reprehensor, oris, *exagitator, accusator, φιλόμωμος*. Pro Planc. 8. Ut patres reprehensores essent comitiorum. De Opt. 18. Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur. 4. Acad. 7. Restat etiam unum genus reprehensorum, quibus Academiæ ratio non probatur.

Reprehensus, a, um, *ἐλεγχθείς*. Pro C. Cor. 1. In quo cum multa reprehensa sunt, tum imprimis celeritas actionis.

Repressor, oris, *vindex, ἀναστέλλων, ἀνασταλτικός*. Pro Sest. 144. Repressor cædis quotidianæ.

Repressus, a, um, *cohibitus, ἀνασταλείς, ἐπισχόμενος*. Ver. 4. 41. Itaque furor ejus paululum repressus est. 7. Att. 25. Fuga, quæ, parabatur, repressa est.

Suppressus. Pro Cœl. 71. Memoria non extincta illa quidem, sed repressa vetustate. Pro Mur. 32. Quem L. Muræna repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.

Reprimo, is, *contineo, comprimo, coerceo, ἀναστέλλω, πιέζω*. 3. Fam. 8. Hos ego sermones lacessivi nunquam, sed non valde repressi. 10. 18. Quæ si adventus meus represserit, agam gratias fortunæ. De Arus. 1. Reprimere impudentiam alicujus. De Som. 5. Reprimere fletum. Pro Sest. 117. Vix homines odium suum a corpore ejus impuro represserunt. 2. de Div. 69. Reprimere fluvium redundantem. Pro Pom. 13. Impetus hostium reprimere ac retardare. Br. epist. pr. in 7. Repressi impetum, ardoremque restinxi. Pro Sest. 95. Qui furorem exultantem repressit. 4. Att. 15. Nunc reprimam susceptam objurgationem.

Reprimor, eris. 1. C. 30. Hæc reipub. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest. 1. de Fin. 2. Quod semel admissum coerceri reprimique non potest.

Syntaxis. *Reprimere paratam fugam, fluvium redundantem. Repressa vetustate memoria. Reprimere furorem, fletum. Coercere ac reprimere. Impetus hostium reprimere ac retardare.*

Reprobo, as, *improbo, rejicio, ἀποδοκιμάζω, ἀποκρίνω*. 4. Aca. 130. Qui cum Zenonis fuisset auditor, reprobavit illa, quæ ille, &c. 1. de Fin. 22. Quod ipsa natura asciscat et reprobet. De Am. 24. Atque hoc quidem omnes mortales et intelligunt, et reprobant. *aut*, re probant, *distincte legendum est: aut*, probant, *simpliciter*.

Repromissio, onis, *restipulatio*. Pro Qu. R. 39. et 56.

Repromitto, is, *restipulor, stipulanti promitto, vel spondeo, ἀντεγγυάω, ἐπαγγέλλομαι*. De Cla. 18. Non mehercule tibi repromittere istuc quidem ausus sum. Pro Qu. R. 37. Repromittis tu abhinc triennium Roscio. Quid? recita istam restipulationem clarius. Postquam ad Quir. 24. In referenda gratia hoc vobis repromitto, semperque præstabo, me, &c.

Repudiandus, a, um, *ἀποθετέος*. 1. Off. 89. Iracundia omnibus in rebus repudianda est.

Repudiatio, onis, *rejectio, ἀπόπεμψις, ἀπόστασις*. Pro Mur. 9. Repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit. 1. Att.

Repudiatus, a, um, *ἀποπεμφθείς, ἀποστα-*

μένος. Orat. 13. Eloquentia forensis spreta a Philosophis et repudiata.

Repudio, as, *recuso, respuo, aspernor, ἀποβάλλω, ἀπωθέω*. Pro Cæc. 48. Cum te obstitisse et repudiasse dicis, certe hunc voluisse concedis. 2. Att. 19. Sed ego hoc non repudio. Pro Quin. 46. Conditionem æquissimam repudiare. Orat. 25. Funditus repudiare aliquid. 2. de Orat. 3. Consilium Senatus a rep. repudiare. Pro Cl. 201. Cujus vota ac preces a vestris mentibus repudiare debetis. 3. in A. 26. Provinciam magno animo et constanti C. Gestius repudiavit. Pro C. Cornel. 1. Populus legem hanc flagitabat, illam repudiabat. Con. C. Anto. Hunc honestissimarum rerum defensorem populus Ro. autore te, repudiare potest?

Adjunc. *Certe, constanter, fortiter, sapienter, contumaciter, funditus, ingrate, impie, plane, superbissime, valde.*

Syntaxis. *Spernere et repudiare. Obstare et repudiare. Funditus repudiare. Repudiare a sua mente alicujus vota, precesque. Conditionem repudiare.*

Repuerasco, is, *ad puerilem ætatem redeo, iterum puer fio, ἀνανηπιόομαι*. 2. de Orat. 22. Eosque incredibiliter repuerascere esse solitos. De Sen. 83. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, et in cunis vagiam, *aliter*, repueriscam.

Repugnans, tis, *ἀντιμαχόμενος, ἀντιστάμενος*.)(. *consentaneum, congruum, consequens*. 3. de Orat. 188. Qui aliquid repugnante natura faciunt. 2. 187. Adversantem et repugnantem capere. 1. Off. 110. Adversante et repugnante natura. Pro Cæl. 12. Contrariæ diversæque atque inter se repugnantes naturæ ex repugnantibus locis. Top. 19. et 53. 2. de Orat. 170.

Repugnanter, *invite, ἐναντιουμένως, ἐναντίως*. De Am. 91. Alterum patienter accipere, non repugnanter.

Repugnantia, tiæ, *pugna, contentio, ἐναντιότης, ἀντιπάθεια*. 3. Off. 34. Panætius induxit eam, quæ videretur, non quæ esset, repugnantiam. 2. in A. 19. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non vides, nihil sapis. 3. Off. 17. Nec id, quod vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia comparari.

Repugno, as, *adversor, obsisto, reclamo, ἀνταγωνίζομαι, ἀντιμάχομαι, ἀντιστρατεύω*.)(. *pugno, consequor*. 5. Fam. 2. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi. Pro Rab. 15. Repugnare et resistere crudelitati. Pro Q. R. 51. Resistere et repugnare contra veritatem. 4. de Fin. 17. Qua facile posset repugnari obsistique fortunæ. 8. Attic. 19. Regiones ejusmodi obtinere, e quibus repugnemus. 5. de Fin. 77. Illud vehementer repugnat esse beatum, et multis oppressum doloribus. Top. 21. Repugnat enim recte accipere, et invitum reddere. 4. Ac. 41. Non enim quisquam repugnat. 8. Att. 19. Ut pars ad te accedat, ut non pugnet, sed locis suis repugnet. Aca. Quæ si tu alio nomine vis vocare, nihil repugno.

Adverb. *Acriter et diu, leviter, et erudite, apertissime, multum, plane, valide, vehementer.*

Syntaxis. *Adversantem et repugnantem capere. Adversante et repugnante natura. Contrariæ, diversæque atque inter se repugnantes rationes. Repugnare ac resistere crudelitati. Resistere et repugnare contra veritatem. Repugnare et obsistere fortunæ. Repugnat accipere, et reddere. Nihil repugno.*

Repulsa, sæ, *offensio, repudiatio a magistratu, ἀπόκρουσις*. 2. de Orat. 280. P. Rutilius repulsam tulit. 5. Tusc. 54. Cum bonus vir suffragiis præteritur, non ille a vano populo repulsam fert potius quam, &c. 2. cont. Rul. 3. Qui sine repulsa consules facti sunt. I. P. 2. Qui omnes honores sine repulsa obtinuit. 1. Off. 71. Qui cum offensiones, tum repulsas quasi quandam ignominiam timent et infamiam. Pro Pl. 51. C. Marius duas ædilitias accepit repulsas. *Ib.* Repulsam ferre et præteriri. 2. Off. 58. Mamerco prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. 1. *Ib.* 138. Summi et clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum retulit, sed ignominiam, etiam calamitatem.

Syntaxis. *Repulsam ferre, afferre, referre, accipere. Repulsam ferre, et præteriri. Omnes honores sine repulsa obtinere.*

Repulsus, a, um, *rejectus, ἀποκρουσθείς*. Orat. 36. Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus. De Pro. 6. Byzantii Mithridatis impetum ægre repulsum, et cervicibus interclusum suis sustinuerunt. De Arusp. 56. Repulsos videamus: nam deteriores qui sint, docebo.

Repulsus, us, *ἀνάκρουσις*. 1. de Div. 13.

Scopulorum sæpe repulsu. Poetæ.

Repungo, gis, *vicissim pungo, ἀντικεντρίζω, ἀντινύττω*. 1. Fa. 9. In quo possem illorum animos mediocriter lacessitus repungere.

Reputans, tis, *ἀναλογιζόμενος*. 1. Fa. 9. Tamen non reputans quid ille vellet, permanebam, &c. 1. Tusc. 115. Humanæ vitæ varia reputantes mala.

Reputo, as, *animo agito, cogito, ἀναλογίζομαι, ἐπισκέπτομαι, ὑπολογίζω*. Pro Deiot. 38. Hæc ego reputo, et dies et noctes cogito. Post. in Sen. 31. Quibus ego rebus objectis multa mecum ipse reputavi. 2. de N. 119. Hunc horum nihil unquam reputavisse, certo scio. Pro Pom. 21. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita reputo, ut vos hoc intelligatis, Lucullum a nullo, &c.

Sentio, animadverto. 5. Fa. 17. Cum tibi nil merito accidisse reputabis.

Decerno, statuo, intelligo. De Sen. 25. Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire, &c. *alias*, deputo.

Requies, etis, *quies, ἀνάπαυσις*. 1. Att. 15. Tantum requietis habeo, quantum cum uxore et filiola consumitur. 1. de Orat. 224.

Philosophorum autem libros reservet sibi ad hujuscemodi Tusculani requiem atque otium. Pro Arch. 13. Quantum temporis aliis conceditur ad requiem animi et corporis. 5. Fa. 14. Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus. 5. de Fin. 54. Si requietem natura non quæreret. 1. de D. 22.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

2. Off. 6. Oblectatio animi requiesque curarum. De Am. 103. In amicitia Scipionis requies mihi plena oblectationis fuit.

Syntaxis. *Multum habeo requietis. Ad requiem et otium in patria sibi aliquid reservare. Requies animi et corporis. Ex occupationibus requiem quærere. Curas relaxare requiete. Animi oblectatio, requiesque curarum. In amicitia requies oblectationis plena.*

Requiescendum. 9. in A. 6. Hortari aliquem ad requiescendum. 1. de Orat. 1. Initium requiescendi fore.

Requiesco, is, *conquiesco, acquiesco,* ἀναπαύω, ἀναπαύομαι. Ver. 4. 13. Cum diutius in eo negotio curaque fueram, ut requiescerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatium revertebar. 9. Att. 3. Ego tamdiu requiesco, quandiu ad te scribo. Pro Cœl. 79. Qui hoc unico filio nititur, in hujus spe requiescit. 2. de Orat. 234. Requiescam in Cæsaris sermone, tanquam in aliquo peropportuno diversorio. 1. Att. 15. Sollicitudines et angores amicorum consilio et sermone requiescunt. Pro S. R. 97. Nullam partem noctis requiescere. 1. Tus. 107. Requiescere in sepulcro. *Ib.* Ubi corpus requiescat a malis. 3. Off. 3. Requiescere a reipub. muneribus. 1. de D. 104. Puella defatigata petiit a matertera, ut sibi concederet paulisper, ut in ejus sella requiesceret. 8. At. 22. Crede mihi, requiesco paululum in his miseriis, cum quasi tecum loquor.

Requieturus, a, um. Contra conc. Qu. Met. Nisi eorum exitio, non requieturam.

Requirens, tis, ἐπιζητῶν. Orat. 33. Desiderium, quo conficior, congressus vestros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos. 5. de Fin. 57. Voluptatem requirentes.

Requiro, is, *quæro, postulo, flagito, deposco,* ἐπιζητέω, μαστεύω. Top. 1. A me eorum librorum sententiam requisisti. 5. Fa. 14. Te requisivi sæpius, ut viderem. Pro Cæl. 67. Ex quibus requiram, quonam modo latuerint. Pro Do. 3. Primum illud a te requiro, quæ tanta, &c. 11. Att. 2. Signum requirent, aut manum: dices iis, &c. 5. Tusc. 23. Qui beatus est, non intelligo quid requirat, ut sit beatior. Ver. 4. 7. Non requirebat ille cupido lenonis domum. I. P. 27. Cum experrecta tandem virtus clarissimi viri, et verum amicum, et optime meritum civem, et suum pristinum morem requisivit. Br. 14. Breves litteræ tuæ: breves dico? immo nullæ, &c. et requiris meas. Parad. 1. In quo equidem majorum nostrorum sæpe requiro prudentiam. 6. Att. 1. E quibus unum ἱστορικὸν requiris. 2. de Orat. 253. Cum gregales eum in campum non venisse requirerent. Aca. Tu fortasse verum dicis, sed requiram diligentius. 3. Tusc. 2. Haud erat sane quod quisquam studia doctrinæ requireret.

Adverb. *Æque, diu, diligenter, magnopere, multum, recte, valde, vehementer, ultra.*

Requiror, eris. 1. Qu. Fr. 2. Successorem habes perblandum, cætera valde illius adventu tua requirentur. Pro Qu. Constantia animi non requiritur. 1. Fa. 7. Non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam jucundum requiri.

Res, rei, *id quod est,* ens *dicunt nonnulli,* ἔργον, πρᾶγμα. 2. ad Her. 11. Res omnes obnoxiæ superstitionibus. 4. 10. Res quæ moveant risum. 6. Fa. 1. Res quæ non prodeunt in aciem. 4. Aca. q. 54. Si enim res ita se habeant. *Ib.* 30. Res abditæ et obscuræ. 5. de Fin. 78. Res asperæ rejiciendæque. 4. Acad. 126. Res commentitiæ. *Ib.* 17. Res evidentes. 1. 18. Res expetendæ fugiendæque. 2. de Fin. 90. Res exquisitissimæ ad epulandum. 4. Tusc. 52. Res formidolosæ. 1. Aca. 26. Res quæ gignuntur e terra. 4. Acad. 94. Res illustres. 1. 24. Res inusitatæ. De Sen. 17. Res magnæ non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum geruntur, sed consilio, autoritate, sententia. *Ib.* 31. Res mobiles et concitæ. 4. 91. Res multæ atque magnæ. 3. Off. 31. Res ad vivendum necessariæ. 1. Div. 122. Res obscuræ et incertæ. 1. Aca. 15. Res occultæ, et ab ipsa natura involutæ. 5. de Fin. 58. Res a natura occultatæ et latentes. 1. Aca. 5. Res ante oculos positæ. 1. Off. 4. 9. At. 4. Res privatæ, publicæ, forenses, domesticæ. 1. Off. 90. Res prosperæ, et ad voluntatem nostram fluentes. 4. Aca. 2. Res in negotiis gerendis, plus quam verba prosunt. 1. de Fin. 42. Res rectæ atque laudabiles eo referuntur omnes, ut cum voluptate vivatur. 1. Div. 35. Res vetustate robustæ. 2. de Nat. 34. Res salutares. 1. Tusc. 61. Res signatæ in mente. 1. Div. 101. Res turbidæ. 2. de Nat. 29. Rerum appetitus oriuntur a mente in homine. 3. 77. Rerum auctores, non fabularum. 3. de Orat. 123. Rerum copia verborum copiam gignit. 2. Fam. 7. Rerum discrimen. 1. de N. 54. Rerum formæ et figuræ efficiuntur ex atomis. 2. de Inv. 157. Rerum expetendarum et evitandarum genera tria. Part. 38. Rerum bonarum et malarum genera tria. Pro Quint. 11. Rerum cæterarum paterfamilias prudens et attentus *pro,* in rebus cæteris. Pro Deio. 7. Rerum exercitatio. 1. de Fin. 41. Rerum gerendarum initia omnino aut a voluptate, aut a dolore proficiscuntur. 2. de Orat. 359. Rerum memoria Oratoris propria. 1. de N. 19. Rerum molitio. 4. Aca. 30. Rerum innumerabilium multitudo. 1. de Nat. 39. Rerum communis natura, universa atque omnia continens. 4. Ac.

92. Rerum natura nullam nobis cognitionem dedit finium, ut ulla in re statuere possimus, quatenus. *Ib.* 84. Negat tantam similitudinem in rerum natura esse. 3. de Nat. 17. Esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset. 1. Acad. q. 41. Rerum notiones. 6. Fa. 1. Rerum et publicarum et suarum acerbitas. 1. At. 12. Rerum prolatio. 2. de Or. 63. Rerum ratio in historia quem ordinem desideret. 3. ad Her. 33. Rerum similitudines quomodo ad memoriam imaginibus exprimendæ. Orat. 122. Rerum tractatio admirabiliorem orationem efficit. 4. Aca. 46. Rebus perspicuis et evidentibus duas causas adversari. 1. Off. 11. Rebus præsentibus adjungere, atque annectere futuras. 1. de Nat. 14. Rebus novis nova sunt ponenda nomina. 1. ad Her. 2. Res quas orator habere debeat. 2. Phil. 69. Res suas sibi habere. *libelli remittendi formula.* 5. 14. Res judicare. Pro Deio. 27. Res cum aliquo jungere. 1. de Fi. 8. Res bonas verbis electis graviter ornateque dictas quis non legat? 1. Ac. 11. Res laude dignas gerere. 4. 72. Quum res non bonas tractent, similes bonorum videri volunt. 3. Tus. 30. Res humanas perceptas penitus et pertractatas habere. 2. At. 1. In res meas eum incitarent. 11. Fa. 21. Res novas quærere, et rem veterem devorare. 1. Div. 34. Res novas conjectura persequi. 4. Aca. 62. Res occultissimas aperire. 1. de Orat. 249. Invisere res rusticas vel fructus causa, vel delectationis. 1. de Nat. 38. Res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas dicit Perseus. 4. Ac. 87. Res jam universas profundam. 1. Off. 74. Res urbanas majores esse bellicis. 12. Fa. 2. Rebus bonis aut perditis. 4. Aca. 1. Rebus urbanis carere. 1. 17. Rebus congruere. 4. 15. Rebus congruere, nominibus differre. 1. de Na. 76. Rebus omnibus excellit natura divina. 1. ad Her. 8. A rebus ipsis benevolentia quomodo captanda. 1. Ac. 5. De rebus ante oculos positis nulla arte adhibita, vulgari sermone disputare. *hoc est, sine omni orationis elegantia, nulla vel dicendi vel disserendi arte adhibita: quod faciebant Epicurei.* 1. Off. 71. Sunt, qui in rebus contrariis parum sibi constent, voluptatem severissime contemnant, in dolore sint molliores, gloriam negligant, frangantur infamia. 4. Ac. 7. Ea est in ipsis rebus obscuritas, et in judiciis nostris infirmitas, ut non sine causa et doctissimi et antiquissimi invenire se posse quod cuperent, diffisi sint. De Fat. 30. In rebus quædam simplicia sunt, quædam copulata, ut Chrysippo placet. Qua in re, et quo in genere, *idem. Lege,* Genus. 1. de Or. 78. Vide ne plus ei tribuas, quam res et veritas ipsa concedat. *Ib.* 94. Id si difficile nobis est, sit tamen in re positum atque natura. 1. de Or. 20. Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio. 8. At. 2. Frumentaria res. 4. Ac. 17. Res idonea, de qua quæratur. 2. de Fin. 15. Res illustris et facilis. 3. 14. Res inusitata. Ver. 2. 31. Res judiciaria. 2. Div. 71. Res luctuosa. 1. 1. Res magnifica et salutaris. 2. de Fin. 2. Res eo melior, quo major sit. 4. Ac. 2. Res militaris. 1. de Nat. 9. Res alia ex alia nexa. 1. Tusc. 18. Res notissima. 2. Div. 60. Res nova atque admirabilis. 2. de Fin. 15. Res in vulgus pervulgata. Læl. 31. Res vilis atque contemta. 2. de Ora. 32. Res omnis, quæ ornate et graviter dici debeat, oratoris propria. 1. ad Her. 8. Res quibus contemptus sine invidia excitetur. 1. Tusc. 110. Si ita res feret. 2. Att. 21. Ut nunc res se habet. 15. Fam. 11. Res ipsa loquebatur. 3. At. 1. Res ipsa apud te pro me loqueretur. 1. Tusc. 47. et Læl. 44. Si res postularet. De Amsp. 54. Res recidat in unius imperium. 13. Fa. 8. Res autem hæc est. 1. Att. 10. Res eodem est loci, quo reliquisti. 3. de Leg. 11. Rem populum docendo. 11. Fam. 28. Rem potiorem oratione ducas. 1. Acad. 4. Rem a me sæpe deliberatam, et multum agitatam requiris. 4. 38. Rem objectam perspicuam approbare. 8. Fam. 11. Rei totius scena hæc est. Pro Leg. Manil. 28. Rei militaris scientia. 2. ad Her. 5. Rei turpitudo. 2. Attic. Rei magnitudo longam orationem desiderat. 1. Div. 68. Res commentitia. De Fat. 30. Res copulata et confatalis. 2. de Fin. 75. Res difficilis et obscura. Or. 72. Sine re nulla vis verbi est. 5. Tus. 32. Rem opinor spectari oportere, non verba. 10. Famil. 6. Tum enim cum rem habebas &c. De Sen. 78. Natura res eas continet. *Ib.* Pueri ita celeriter res innumerabiles arripiunt, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. 16. Att. 20. Id mihi sic erit gratum, ut nulla res gratior esse possit. *Ib.* Cujus permagna res agitur. *Ib.* Res ista est firma, quam Coss. de consilii sententia decreverunt. Cat. Ut majora omnia re, quam fama, viderentur. Pro C. Corn. 1. Quæ leges rem militarem impedirent. Acad. Quibus rebus hæc nomina imponam; Non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. *Ib.* Non enim res laudanda, sed spes, est.

Negotium. De Amic. 15. Quocum mihi conjuncta cura de re publica et de privata fuit. Pro Q. 12. Erat ei pecuaria res ampla, et rustica sane bene culta et fructuosa. *Ib.* 33. Judicium de re pecuniaria est? Pro Pom. 53. Cum neque privatam rem maritimam, neque publicam jam obire possemus. Pro Quin. 23. Hic cum rem Gallicanam cuperet revisere, &c. *Ibid.* 15. De tota illa re atque ratione Gallicana inter se communicant. *Ibid.* 19. Decidere de omnibus rebus rationibusque societatis. 9. Att. 2. Ex re et ex tempore consilium capere. 2. 15. Neque tantum est in re, quantus est sermo. De Opt. 2. In re optimum quæritur, in homine quod est, dicitur. 1. Offi. 144. Turpe valdeque vitiosum est, in re severa convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre ser-

monem. 1. Fa. 8. Rem te valde bene gessisse rumor erat. *Ib.* 7. Si rem istam ex sententia gesseris. 3. 1. Omnibus ei de rebus, quas curari a me voles, mandata des velim. 2. 9. Non ædepol quantam egeris rem, &c. 4. Ac. 112. Si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui, &c. Pro Cæl. 42. Revocare se ad curam rei domesticæ, rei forensis, Reipublicæ. 6. Fa. 18. Rei frumentariæ causa. Pro Dom. 12. Rei frumentariæ inopia. Pro Cl. 198. Qui res pecuniarias in agro Larinati habent. 13. At. 21. Quamdiu de nugis: de re enim nihil habeo, quod loquar. 6. At. 3. Res gestæ dignæ triumpho. 2. Qu. Fr. 12. Res gestæ hodierni diei. 2. ad Her. 14. Res judicatæ. 7. Att. 24. Rem miseram! malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Post. red. in Sen. 10. Conficere rem suam non minus strenue, quam publicam. 3. de Ora. 56. A re civili abhorrere. 4. Acad. 4. Rei militaris occupatio. Ver. 5. 42. Rem navalem administrare. 4. Attic. 15. Res divina. 3 de Nat. 47. Facere rem divinam alicui deo. 8. At. 1. Si rem frumentariam tibi ex provinciis suppeditari vis. Ad Brut. 18. Inopia rei frumentariæ. 3. Off. 80. Ut res nummaria de communi sententia constitueretur. Pro S. R. 84. Tecum mihi res est, T. Rosci. De Cl. 317. Cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse. 9. Famil. 20. Cum homine edaci tibi res est. Pro Flacc. 44. Cum civitate mihi res est acerrima. Pro Sest. 37. Erat huic res cum exercitu C. Marii. Læl. Ut res cœpit ire. Hortens. Quæro non quibus intendam animum rebus, sed quibus relaxem ac remittam.

Facultas, ars, negotium, scientia. 2. de D. 76. Rem bellicam administrare. 1. de Orat. 131. Rem militarem discere. *Ibid.* 210. De rebus ad rem militarem pertinentibus. Pro Pom. 28. Rei militaris scientia. Ver. 5. 42. Res navalis. De Sen. 54. Liber, quem de rebus rusticis scripsi. I. P. 54. Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Qu. Martius.

Causa. 2. de Nat. 1. Utraque re valuisti. 4. Tus. 23. Qua oratione minime necessaria prætermissa, ea, quæ rem continent, pertractemus. 4. Ac. 111. Superius illud ea re esse concessum.

Bona, opes, patrimonium. 9. Fa. 13. Res familiaris vix equestris. 2. Off. 54. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus. 1. Tusc. 75. Res familiaris ministra est et famula corporis. 1. Off. 92. Res familiaris non libidini potius luxuriæque, quam liberalitati beneficentiæque pateat. *Ibid.* Res familiaris primum bene parta sit, nullo neque turpi quæstu, neque odioso. *Ibid.* Res familiaris quam plurimis, modo dignis, se utilem præbeat. 2. Off. 87. Res familiaris quæri debet iis rebus, a quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia et parsimonia; eisdem etiam rebus augeri. 2. de Orat. 97. Res familiaris mea. 11. in A. 4. Constituere rem familiarem suam. 2. Tusc. Res domestica, et familiaris. 4. At. 3. Re familiari comminuti sumus. 3. de N. 87. Honoribus aucti, aut re familiari. Ad Br. 18. Rei familiaris jactura tolerabilis est. 9. Fa. 13. Res familiaris valde exigua. 9. Att. 6. Res privatæ. *id est,* bona privatorum. Pro R. P. 38. Augere rem bonis et honestis rationibus. Par. 6. Qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis. 2. de Orat. 274. Homo fatuus postquam rem habere cœpit, est mortuus. 9. Fam. 16. Rem habere. De Sen. 58. Xenophontis liber de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur. Pro Mur. 30. Rem ferro repetere. 2. C. 10. Res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit. 2. Off. 64. Rem familiarem dilabi sinere, flagitiosum est. 1. C. Haud magna in re. *id est, in fortuna tenui, et angustia rei familiaris.* Pro Qu. 9. Res aut honos agatur. 11. Famil. 21. Rem veterem comederit. 2. Off. 73. Non esse in civitate duo millia hominum, qui rem habeant. Oecon. 1. Cum vero paratæ res sub tectum essent congestæ, alium esse oportuit, qui et illatas custodiret.

Commodum, utilitas, usus, beneficium. Pro Clu. 196. Summa est enim hominis in communem municipii rem diligentia, in singulos municipes benignitas. 13. Fa. 4. Rei alterius deese. 2. P. 5. Contra rem alicujus venire. Pro. S. R. 115. Si ex eo non paulum nescio quid in rem suam convertit. Ver. 3. 115. Quod si tua res non ageretur, a te potius postularent, ne etc.

Factum. 4. ad Her. 1. Nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. 1. de Fin. 24. Reque ex utraque parte audita. Pro Cæl. 53. Rem tanti sceleris nemini fuisse credendam. 2. de Orat. 103. Cum rem penitus causamque cognovi, &c.

Eventus, exitus, effectus. 4. Fa. 11. Re præstare aliquid. Orat. 107. Adolescens non tam re et maturitate, quam spe et expectatione laudatus. Pro Do. 142. Omnes qui aut re, aut spe sunt boni. Pro Cl. 47. Servus, ut ipsa res demonstravit, frugi. 1. de D. 50. Ita res somnium comprobavit.

Occasio, opportunitas. 14. Att. 6. Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. 7. 8. Animadverteram posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire.

Promiscua. Pro Clu. 54. Verbo ille reus erat: re quidem vera, et periculo, et tota accusatione Oppianicus. 3. Off. 76. 9. Fam. 15. Re ipsa est. Pro Rosc. Amer. 123. Qui recuset, eum profecto, tametsi verbo non audeat, tamen reipsa de maleficio suo confiteri. Ver. 2. 127. Re ac ratione cum aliquo esse conjunctum. 10. Att. 1. Tam re esse triste quam verbo. 3. de Nat. 53. In cœlum translatos non re, sed opinione esse dicunt. 4. de Fin. 60. Re consentire, verbis discrepare. 2. de Fin. 52. Ut in omnibus factis

re, non teste moveamur. 1. 15. Oratio me istius Philosophi non offendit, re mihi non satisfacit. 1. de Div. 28. Qui re omissa nomen tantum tenent. 2. Tusc. 30. Sed re succumbere non opportebat verbis gloriantem. 11. Att. 5. Rem ad summam negotii vides. 1. Off. 32. 1. de Orat. 250. In rem præsentem venire. 13. Fa. 76. Rem cum eo conficiatis, ut quam possessionem habet in agro Fregellano a vobis emptam, eam liberam et immunem habere possit, &c. 1. Off. 73. Ad rem gerendam qui accedit, caveat ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. 2. ad Her. 20. Rem peragere. Pro Cl. 39. Rem transigere. Pro Rosc. Am. 44. Vides, Eruci, quantum distet argumentatio tua a re ipsa, atque a veritate. Orat. 214. Nihil ad rem, extrema illa longa sit an brevis. Parad. 1. Quum re ac factis longe aliter judicavissent. 13. Fa. 15. Re doctus. Incer. Cum ex adversis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur.

Adjuncta. *Absurda, abdita, et obscura, idonea, finitima, mobilis et concitata, occulta et ab ipsa natura involuta, perspicua et evidens, abscondita, agraria, ampla et honesta, apertior, artificiosa, digna, dignior, ignota, involuta, magna et salutaris, major atque utilior, mirifica, necessaria, nummaria, pacata, acerba et indigna, adventitia, hereditaria, aliena, nova, atque improvisa, nota et manifesta, scelerata ac nefaria, turpis et nefaria, vendibilis, usitata, acerrima, adversa.*)(.*secunda, solida, expressa, jucunda, ficta et adumbrata, flagitiosa, fragilis, caducaque, humilis, et contempta, imbecillis, inanis, injusta, læta, perutilis, splendidior, afflicta, contraria, dissimilis, externa, prospera, plena officiorum, præclarissima, proclivis, uxoria, bellica, urbana, gravis seriaque, honesta et digna, magna et maxime utilis, ardua, plenaque laboris et periculorum, maxima, et maxime necessaria, obscura, difficilis, non necessaria, occulta, et admirabilis, præsens, prospera, et ad voluntatem nostram fluens, secundissima, seria, otiosa, amica, et maxime necessaria, minime apta, ambigua, antiquissima, aperta, atrox, celebratissima, gloriosior, commendatior, aperta, et simplex, atrocissima, infirma et nugatoria, apta colligataque, ardua, et difficilis, extranea, familiaris, grandis, amplior, excelsa, multa, et expers animi, occulta, et necessaria, privata, publica, religiosissima, turpis, et humilis et illiberalis, vera, verisimilis, apta, habilis, accommodata, aspera, fluxa, cælestis, carissima, et suavissima, laudabilis, varia, vera, et gravis, bona.*)(.*mala, honesta.*)(.*turpis, utilis.*)(. *inutilis, civilis, contorta, et difficilis, crudelis, nefanda, nefaria, misera, indigna, et nova, præstans atque immensa, ridicula, stomachosa, et quasi submorosa, recondita, forensis, civilisque, magnifica, militaris, nota, ac illustris, mediocris, tenuis, cœca, et ab aspectu judicioque remota, calamitosa, quæstuosa, miseranda, celeberrima, clara, et testata, pervulgata, et manifesta, iniquissima, et acerbissima, turpior, et iniquior, sanctissima, capitalis, censoria, inopinata ac recens, pulcherrima, chara, cautior, non dubia sed aperta, atque manifesta, immunis, pecuniaria, pecuaria, vetus, certa, propriaque, forensis, et communis, horrida, jejuna, incognita, minuta, optima, pervulgata, privata, atque parva, severa, tristis, tragica, urbana et expedita, comes et adjutrix, illustrior, inusitata, manca, clara et immortalis, commentitia, infinita, recta atque laudabilis, communis, confatalis, controversa, et plena dissensionis, egregia, debilis, desperata, detestabilis, divina, domestica, et familiaris, minima tenuissimaque, præstabilis, remotissima, dissoluta, divulsaque, non illiberalis, tam improvisa, tamque nova, exigua, et vix equestris, eximia, impolita et acerba, expers virtutis, exquisitissima, facilior quotidie et melior, immobilis, cum ampla, tum casta, firma, fœda, honorificentior, fructuosa, frumentaria, gloriosissima, grata, gravior, improba, manifesta, concessa, incredibilis, parvula, incommoda, inenodabilis, inexplicabilis, inimicissima, intima, judicata, par, justior et major, integra.*)(. *inclinata, integra, et minus infracta, suspiciosa, non inveterata, sed recens, invidiosa, judiciaria, levis, levior, misera atque acerba, et calamitosa, luctuosa, luculenta, lugubris, mirabilis, molesta, naturalis, navalis, nautica, obscura, atque difficilis, occultissima, perfecta, et absoluta, sordida, atque deformis, perniciosa, salutaris, pestifera, utilis ac salutaris, odiosa, operosa, perdita, opportuna, patria, atque avita, popularis, physica, placata ac minime turbulenta, recens, sempiterna, terrestris, testatior, terribilis, tranquilla, tributaria, tristis, amara, turbida, verbosior, vilissima.*)(. *pretiosissima, utilis, et suavis.*

Resaluto, as, *ἀντιπροσαγορεύω, ἀντασπάζομαι.* 2. in A. 106. Cum omnes eum salutassent, constabat, neminem esse resalutatum.

Resarcio, is, *restituo, reficio, ἀκέομαι, ἀναῤῥίομαι.* Pro Cæl. 38. Discidit vestem? resarcietur. 1. Fa. 9. In meis damnis ex autoritate Senatus resarciendis.

Rescindo, is, *infirmo, resero, dissolvo, labefacto, ἀναῤῥηγνύω, ἀναῤῥήγνυμι, ἀνασχίζω.* 13. in A. 5. Acta Antonii rescidistis, leges refixistis. 6. Att. 1. Rescindere constituta ab alio. De Pro. 10. Is pactiones sine ulla injuria factas rescidit. Ver. 1. 111. Rescindere voluntates mortuorum. Pro Sul. 63. Rescindere rés judicatas. Par. 125. et pro Pl. 10. Rescindere judicium. 2. cont. Rull. 3. Q. Fr. 1. Fundum audio te hunc Bombilianum velle rescindere. *Ibid.* Augures possunt consilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere. Ver. 2. 62. Metellus rescindit de Epicrate et Heraclio. *Ibid.* 140. Totam triennii præturam rescidistis.

Refello. Ibid. 63. Rescindere injurias alterius, et irritas facere.

Rescindor, eris. Pro Do. 40. Quæ contra

auspicia essent acta, per Senatum rescindi posse. Pro Cæc. 40. Quæ armis gesta sunt, jure rescindi posse. 1. in A. 23. Quibus cum provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur? Ver. 5. 12. Res judicatæ rescindantur. Pro Dom. 2. Quæ furore improborum in Repub. ab aliis oppressa, &c. gesta sunt, rescinduntur.

Syntaxis. *Rescindere acta constituta ab alio, factas pactiones, mortuorum voluntates, res judicatas, judicia, injurias, easque irritas facere.*

Rescisco, *scio, intelligo, cognosco,* ἀναγνωρίζω, ἐπιγινώσκω. 8. Fa. 12. Id postquam resciit, excanduit. 3. Off. 91. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis.

Rescribo, is, *per litteras respondeo,* ἀντιστέλλω, ἀντιγράφω. 1. Fa. 9. Rescribam tibi ad omnia, quæ quæris. 4. Att. 15. Ad eam epistolam rescribam igitur. 1. 4. Non mihi grave duxi rescribere ad te de illius querimoniis. 7. 16. Rescripsi ad Trebatium. *Ibid.* 25. Pompeio statim rescripsi, non me, &c. 5. 12. Cui rei fugerat me rescribere. 1. 8. Ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid. 3. 15. Eo serius ad tuam epistolam, cui ego statim rescripseram, redditæ sunt meæ litteræ. 13. 23. Antemeridianis tuis litteris heri statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis. *Ibid.* 6. Epistola, quam ad eum rescripseram. 1. 8. Eo factum est, ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid.

Chirographo describo. 16. 2. H-S. CCCC. si in præsentia solverimus, reliqua rescribamus.

Adverb. *Certius, genuine, fraterne, humanissime, luculente, sane luculente, stomachose.*

Rescriptus, a um, *descriptus,* ἀναγεγραμμένος, ἀντιγραφθείς. 3. Tus. 3. Ex quo perspicuum est, et cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis et carmina.

Resecandus, a, um, ἀποκοπτέος. 4. Tusc. 45. Hæc resecanda esse fatentur, evelli penitus dicunt nec posse, nec opus esse. 2. C. 11. Quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare.

Reseco, as, *exseco, excido,* περικόπτω. De Am. 18. Neque id ad vivum reseco, ut illi, qui hæc subtiliter disputant. 1. At. 15. Resecare libidinem, et coercere juventutem.

Resecor, aris. 4. Tus. 57. Nimia resecari oportere.

Resectus, a, um, ἀνακοπείς, ἀποκεκομμένος. 2. de D. 96. Lingua inhærens scalpello resecta liberatur. I. P. 43. Resectis palpebris vigilando necari.

Syntaxis. *Ad vivum resecare. Libidinem resecare. Nimia sunt resecanda.*

Resero, as, *aperio,* ἀναμοχλεύω, ἀνοίγω. 2. Off. 54. Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus. Or. 171. Non ausi reserare. *ex Ennio.* 7. in A. 2. Ut reserare nos exteris gentibus Italiam juberet.

Reservatus, a, um, διαπεφυλαγμένος. Pro Cæcin. 28. Is testis expectatus, et ad extremum reservatus, dixit, &c. Pro S. R. 151. Ad eamne rem vos reservati estis? 1. contra Rull. 12. Idcirco a judicibus prætermissam putant, quod sit ipsis reservata. Con. C. Anto. Te non absolutum, verum ad aliquod severius judicium ac majus supplicium reservatum.

Reservo, as, *servo, conservo,* διαφυλάττω, διατηρέω. Ad Br. 18. Omnino tempora integram tibi causam reservant. 6. Fa. 1. Rem totam vobis integram reservavi. 9. 1. Ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem. Pro S. R. 82. Si quid est, quod ad testes reservet, ibi nos, &c. Pro Pla. 13. Si te temporibus aliis reservasti. Pro Sest. 50. Atque ille vitam suam ad reipublicæ statum reservavit. Pro Cæl. 59. Dii præsentis fraudis pœnas in diem reservant. De Prov. 47. Inimicitias in aliud tempus reservare. 3. Qu. Fr. 1. Minutio me et Labeoni reservabam. 1. de Or. 224. Philosophorum autem libros reservet sibi ad hujuscemodi Tusculani otium. 1. At. 17. Hoc autem in congressum nostrum reservabo. Orat. 160. Usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Pro Fl. 106. Nomen clarissimum reipublicæ reservate. Pro Sest. 29. Quid hoc homine facias? aut quo civem importunum reserves? In Clod. Erras, Clodi, non te judices urbi, sed carceri reservarunt. Pro Mur. 45. Suam operam accusationi reservant. I. P. 4. Ego agrum Campanum melioribus autoribus reservavi.

Reservor, aris. 2. Q. Fr. 7. Sed cætera, ut tu scribis, præsenti sermoni reserventur. Ver. 5. 78. Est certa lex, quo hoc reservetur. Pro Sull. 77. Quod ad tempus existimationis partæ fructus reservabitur.

Syntaxis. *Ad extremum reservari. Reum ad severius judicium reservare. Tempora integram causam tibi reservant. Rem totam tibi integram reservavi. Reservare ad testes. Reservare se aliis temporibus,* vel *ad alia tempora, ad reip. statum. Inimicitias in aliud tempus reservare. Scientiam sibi reservare. Quo reserves importunum civem? Te judices carceri reservarunt. Cetera præsenti sermoni reserventur.*

Resideo, es, *consisto, remaneo, moror,* ἀναπαύομαι, ἀποκάθημαι. Pro Milo. 52. Cur non ante occurrit, ne in villa resideret? 11. At. 6. In oppido aliquo mallem resedisse.

Perduro, permaneo. Pro Cor. 20. Si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset. 14. At. 14. Ut ne quas inimicitias residere in familiis arbitretur.

Latito. 1. C. 12. Nam si te interfici jussero, residebit in rep. reliqua conjuratorum manus.

Supersum. Pro Deiot. 9. Nemo unquam te placavit inimicus, qui ullas resedisse in te

simultatis reliquias senserit. 5. Fam. 7. Facile plus officii residere apud me patior. 1. Tusc. 104. In corpore mortui nullus residet sensus. 5. Fam. 16. Si in morte sensus ullus residet.

Immineo, impendeo. Pro Dom. 61. Cum horum etiam tectis ac sedibus residere aliquod bellum semper videretur. 1. C. 31. Periculum autem residebit, et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus.

Vigeo, sum, reluceo. 12. Fa. 3. Etiam nunc residet spes in virtute tua. De Sen. 61. Cujus non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat autoritas. 5. Fam. 5. Si quid residet in te amoris erga me.

Sedor. 3. Tusc. 26. Cum timor animo resedisset. 8. Fam. 2. Marcelli impetus resederunt. De suis consi. Tarditate modorum et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

Hæreo. Brut. 16. Cujus culpa in te residet. 1. At. 14. Hujus incommodi culpa ubi resideat, facilius possum existimare, quam scribere. 1. Q. Fr. 1. 22. Res gestæ, in quibus nulla potest residere inertiæ suspicio. Ad Brut. 18. Cum tantum resideat intra muros mali.

Declino. I. P. 82. Si montes resedissent, amnes exaruissent.

Sedeo. Pro S. R. 59. Residere, deinde spatiari. 3. de Fin. 10. Sed resideamus, inquit, si placet: itaque fecimus.

Residere, *vel* Resideri, *pro* Feriari, *Lege*, Denicales.

Residuus, a, um, *reliquus*, λοιπὸς, ὑπόλοιπος. 10. Fa. 11. Cupio nullam residuam sollicitudinem esse. 1. 9. Cum illud odium, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen, insciente me, fuisset. 2. cont. Rull. 58. Quid relatum, quid residuum sit. Pro Cl. 94. Locus ab judicibus Fausto Sullæ de pecuniis residuis non est constitutus.

Resigno, as, *aperio, solvo*, ἀποσφραγίζω, ἀνασφραγίζω.)(. *obsigno.* 11. Att. 9. Nam quod litteræ resignatæ sunt, habet, opinor, ejus signum Pomponia. Pro Arch. 9. Cum Gabinii levitas et calamitas omnium tabularum fidem resignasset.

Resilio, lis, *refugio*, ἀναπηδάω. Pro S. R. 79. Scopulum offendis ejusmodi, ut non modo ad hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.

Resipisco, is, *ad me redeo, me colligo*, ἀναλογίζομαι, μεταγινώσκω. Pro Sest. 80. Cum primum resipuisset. 4. Att. 7. Vix aliquando, te autore, resipui.

Resistens, tis, *obsistens, repugnans.* Cont. conc. Qu. Met. Congredi non licet cum resistente.

Resisto, is, *repugno, obsisto*, ἀνθίστημι, ἀνταίρω, ἀντιπαρατάττομαι. 7. Att. 5. Sero resistimus ei, quem aluimus contra nos. 2. cont. Rull. 14. Vis tribunitia nonnunquam libidini restitit consulari. 1. Fa. 5. Cæteris injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. 2. Att. 1. Restitit et pervicit Cato. 2. de Or. 48. Consilia, quibus illi Tribuno pleb. pro Republica restitissem. Pro Q. R. 51. Resistere et repugnare contra veritatem. 5. Fa. 17. Fortiter resistere dolori. 4. 6. Sed opprimor interdum, et vix resisto dolori. 5. 2. Fratri tuo reipublicæ causa restiti. 10. 21. Resistere hostibus.

Par sum. 7. Atti. 3. His ille rebus ita convaluit, et nunc in uno cive respublica ad resistendum imbecilla sit: quæ mallem tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. 11. 15. Non possum tanto dolori resistere.

Remaneo. 5. Tuscul. 80. Beata vita resistet extra fores carceris.

Persto. 4. de Fin. 50. Sed ego in hoc resisto.

Insisto. Pro Mur. 84. Nihil est jam, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus.

Adverb. *Acriter, acutius, acerrime, vehementer, aperte, fortiter, fortissime, necessario, studiosius, perfacile, vehementissime.*

Resoluturus, a, um, *dissoluturus*, ἀναλύσων, καταλύσων. 14. in A. 38. Senatum, quæ sit antea pollicitus legionibus nostris, ea summo studio, republica recuperata, resoluturum. *aliter*, persolut urum.

Resonans, tis, ἀνίαχος, κατηχής. 1. Qu. Fr. 1. 33. Theatrum natura ita resonans, ut usque Romam voces referantur.

Resono, as, *persono, percrepo*, ἠχέω, κλάγγω. 1. Tusc. 96. Cum venenum obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret. 2. 33. Fremitibus resonando multum flebiles voces refert. *Poetæ.* Oecon. 1. Ex ejusmodi vocum concordia, ipsis canentibus, amicum quiddam et dulce resonat.

Respondeo. 3. Tusc. 3. Gloria virtuti resonat, tanquam imago. De Cl. 171. In vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam et resonat urbanius. 2. de Div. 33. Jam nervos in fidibus aliis pulsis resonare alios, &c. 2. de Nat. 149. Cornua, quæ ad nervos resonant in cantibus.

Reddor. Ibid. 144. Sonus in fidibus testudine resonatur, aut cornu.

Syntaxis. *Gloria virtuti resonat tanquam imago. In voce recinit et resonat quiddam urbanius.*

Respectans, tis, *respiciens*, καθορῶν. Pro Sest. 13. Verum hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes et respectantes relinquamus. De Sen. 85. Antonius vero non me deserens, sed respectans in cœlum profectus est.

Respecto, as, ἐπισκέπτομαι, καθορῶ. Pro Planc. 45. Ne par his munus in sua petitione respectent.

Respectus, us, ἐπίσκεψις, λόγος. 5. in A. 49. Itaque cum respectum ad Senatum et ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset.

Prospectus. 1. de D. 68. Fugientibus miserabilem espectum incendiorum fore.

Adversus aspectus. Ad Brut. ep. pr. in 1. Meus quidem animus in acie est, neque respectum ullum quærit, nisi me utilitas civitatis forte converterit.

Respergo, is, *aspergo, perfundo, conspergo, διαῤῥαίνω.* Ver. 5. 98. Cum prætoris oculos prædonum remi respergerent.

Respersio, onis, *διάῤῥανσις.* 2. de Div. 48. Habes et respersionem pigmentorum, et rostrum suis, et alia permulta. 2. de Leg. 60. Ne sumptuosa respersio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Respersus, a, um, *aspersus, περιῤῥανθείς.* Pro S. R. 68. Pæne dicam respersas manus sanguine paterno videant oportet. 3. in A. 4. Quorum sanguine os uxoris respersum esse constabat. 3. de Or. 10. Simulachrum sanguine respersum.

Respiciens, tis, *rationem habens.* 2. de Nat. 16. Epicurus non aptissimus ad jocandum, minimeque respiciens patriam.

Retro aspiciens. 1. de D. 69. Et noctu ad oppidum respicientes, flagrantes onerarias sc. *Naves* videbatis. 2. de Leg. 28. Respiciens ad opem ferendam.

Respicio, is, *parco, rationem habeo, curo, φροντίζω, καθοράω.* Pro R. P. 41. Cæsarem in tanta fortuna sua aliena respicere magnum est. Ver. 3. 127. Saltem populi Romani commoda respicite, si sociis prospicere non laboratis. Pro Planc. 91. Respicere salutem suam. 2. in A. 118. Respice quæso aliquando remp. Antoni. 2. de Fin. 79. Si adeundum erit vitæ periculum, ne tum quidem te respicies, et cogitabis, &c. 2. Fam. 16. Quod rogas, ut respiciam generum meum, adolescentem optimum, &c. Con. C. Ant. Nec se jam tum respexit cum notatus est. 10. Fa. 11. Si modo Remp. respicere velit. Ver. 3. 26. Caves tamen Siculis, et miseros respicis aratores.

Adjuvo. 1. Att. 13. Nisi quis nos Deus respexerit. 7. 1. Nisi Deus respexerit remp. Brut. 14. Quod ipsum, si remp., cui suspectus es, respicis, tibi jam jamque faciendum est.

Animadverto. Pro Arc. 1. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. Ad Br. ep. pr. in 1. Majores partes animi te Cassiumque respiciunt.

Aspicio. Postq. in Sen. 5. Ex superioris anni caligine et tenebris lucem in rep. respicere cœpistis. 5. Tusc. 6. Tam longe retro respicere non possum. 10. Fa. 33. Cum vastitatem Italiæ respexerint.

Retro aspicio. 1. de D. 49. Tum ei dux ille præcepit, ne respiceret. De Ar. 2. Sed vecors repente constitit, deinde respexit, et simul ad Cn. Lentulum Cos. aspexit. 1. de D. 73. Respexitque, et equum alacrem lætus aspexit.

Adverb. *Iracundius, morose, longe, retro, longissime, melius quam.*

Respirando. 2. de Nat. 138. Animæ pars redditur respirando, pars concipitur cordis ventriculo. 3. Qu. Fr. 1. Romæ respirandi locus non est. Pro Qu. 87. Alicui vix respirandi potestatem dare.

Respiratio, onis, *interpunctio, interspiratio, διάπνευσις, ἀνάπνευμα.* Orat. 53. Distincta alios et interpuncta intervalla, moræ, respirationesque delectant.

Exhalatio. 2. de Nat. 27. Aer oritur ex respiratione aquarum, et earum quasi vapor habendus est.

Spirandi actus. De Un. 16. Neque erant aere circumfusa extrema mundi, ut respirationem requirerent.

Respiro, as, *expiro, reddo, ἀναπνέω.* 2. de Nat. 135. Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque a pulmonibus respirat ac reddit.

Spiritum duco, anhelo. 3. de Fin. 48. et 4. 64. Qui demersi sunt in aqua, respirare non possunt.

Recreor, quiesco, animum erigo. Para. 2. Tuæ tibi occurunt injuriæ, quæ te respirare non sinunt. 2. Att. 24. Respirabo, si te videro. 1. de Fin. 53. Improbitas nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. Pro S. R. 22. Respirare libere. 7. Att. 13. Cum autem Dolabella venit in mentem, paullum respiro. 10. 1. Accepi litteras, et paullum respiravi. Pro Cl. 183. Hoc modo innocentiæ defensio interclusa respirat. 6. Fam. 2. Si civitas respiraverit, dignitate tua frui tibi licebit. Pro Clu. 200. Qui erigere animum, et paullum respirare a metu cœpit. De Arusp. 48. Respirare a metu cædis, emergere a fluctibus servitutis, reviviscere, &c. Pro Sest. 71. Respirasse homines videbantur, nondum re, sed spe reip. recuperandæ. Pro Qu. 53. Cupiditas atque avaritia respirasset paullulum. Pro Mil. 4. Respiravi, liberatus sum. Pro Qu. 39. Quem nunc respirare libere non sinis.

Desisto, cesso, intermitto. 8. in A. 20. Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit.

Syntaxis. *Animæ pars redditur respirando. Non est respirandi locus. Alicui respirandi potestatem dare. Arteria a pulmonibus respirat ac reddit animam eam, quæ ducta est spiritu. Respirabo, si te videro. Respirare libere. Paullum respiro, cum &c. Si civitas respiraverit. Erigere animum, et paullum a metu respirare. Respiravi, liberatus sum.*

Resplendeo, es, *refulgeo, στίλβω, ἐκλάμπω.* 2. de Fin. 23. Resplendeat his vestis. *aliter,* respondeat.

Respondendi. De Cl. 13. Rutilius magnum munus de jure respondendi sustinebat. 2. de L. 29. Facultas respondendi juris. 1. de Orat. 198. Multi in respondendo jure, autoritate plus quam ingenio valent. De Cl. 306. Q. Scævola quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.

Respondens, tis. Orat. 143. Alteros enim respondentes audire sat erat.

Respondeo, es, *refero, responsum do, re-*

sponsum reddo, rescribo, ἀντῶ, ἀποκρίνομαι, ὑπολαμβάνω. 1. Att. 13. Quæris ex me quid acciderit, &c. ego respondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. 1. Fam. 10. Quanquam qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas: partim contumeliosum, quod male respondeas. 1. in A. 2. Respondere ad ea, quæ quæsita sunt. In Vat. 16. Respondere ad interrogata. 4. Fam. 13. Quo facilius quibus est iratus respondere tristius possit. 3. de Fin. 14. Ego tibi respondebo ad singula. Orat. 207. Respondere ad singulas res. 16. Att. 2. Sæpe ii, qui debent, non respondent ad tempus. De Fat. 7. Chrysippo primum de ipsa rerum contagione respondeamus. Pro Cæ. 19. Acute arguteque respondere alicui. 6. Att. 1. Habes ad omnia, non, ut postulasti χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, sed paria paribus respondimus. *Ib.* Ecce autem alia pusilla epistola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Ver. 1. 12. Videat, quid de illis respondeat, quos necavit. Pro Fl. 54. De quo toto respondit Hortensius. Pro Cl. 51. Ego ad respondendum surrexi. De Cla. 122. Ut etiam pro Bruto respondeam. *Ibid.* 169. Cujus orationi Cæpionis ore respondit Ælius. 1. de Orat. 208. Cum vobis non gravate respondero. De Ar. 17. Respondere graviter contra inimici contumeliam. Pro Mur. 3. Primum M. Catoni de officio meo respondebo. Pro Pl. 62. Aliquid alicui de jure respondere. 4. Acad. 19. Neque hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo et de collo columbæ respondeam. Pro Mu. 9. Alicui de jure consulenti respondere. Pro Planc. 62. Quæris, num jurisconsultus? quasi quisquam sit, qui sibi hunc falsum de jure respondisse dicat. 2. C. 24. Jam vero urbes municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis sylvestribus. 1. de Nat. 50. Ut omnia omnibus, paribus paria respondeant. Orat. 38. Ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant. 5. de Fin. 83. Respondent extrema primis, *id est, conveniunt.* De Ar. 49. Dixit, se velle ædificare alteram porticum in Carinis, quæ palatio responderet. 2. Fam. 15. Nam ea, quæ speras, &c. scio cui epistolæ tuæ respondeant. Orat. 114. Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. Brut. 7. Qui vestris paucorum respondeat laudibus. 3. de Fin. 8. Respondere majoribus suis. De Cl. 117. et 1. Tusc. 3. Respondere gloriæ majorum. Postquam in Sen. 22. Quæ memoria, quæ magnitudo observantiæ tot tantisque beneficiis respondere poterit? Brut. 1. Nihil minus hominis videtur, quam non respondere in amore iis, a quibus provocere. 15. Fa. 21. Cui quidem ego amori utinam cæteris rebus possem, amore certe respondebo. 2. 1. In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. *Ibid.* 5. Tua virtus opinioni hominum respondet. 4. Att. 9. Ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. *Ibid.* 3. Qu. fratris liberalitati pro nostris respondemus. 14. 13. Si bonitas tua responderit judicio meo, gaudebo. 1. Qu. Fr. 1. 34. Fac, ut omnia tua facta atque dicta nostris rebus istinc respondeant. 2. in A. 111. Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? De Am. 56. Ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterque respondeat. 1. de L. 17. Non enim quærimus, quid de quaque consultatione respondeamus. De Un. 42. Respondent autem dextra dextris, &c. Pro C. Cornel. 1. Quid ego nunc argumentis tibi respondeam?

Adverb. *Absurde, aspere, acute, argute, diligentissime, falso, æqualiter, pariter, amice, considerate, vehementer, audacter, bene, benigne, brevi, breviter, dilucide, commodissime, constanter, constantius, humane, cumulate, demisse, suppliciter, diligentius, dolenter, impudenter, memoriter, flebiliter, ferociter, plane, fidentius, levius, probe, graviter, litterate, non optime, lente, libere, separatim, honeste, honorifice, large, humanissime, liberaliter, liberalissime, improbissime, inhumane, inscite, luculenter, sane, male, mutuo, primum, parum fortiter, prolixe, perbenigne, planissime, recte, singillatim, tristius, venustissime, verissime.*

Respondeor, ris. Pro Mur. 28. Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. Pro Cæc. 68. Aliud judicari de jure, aliud responderi non oportet. 5. Fam. 7. Mutuo officiis non respondetur. 16. Att. 7. Si cui quid debetur, ut sit, unde par pari respondeatur. 4. ad Her. 48.

Adverb. *Confuse quid. de Clar.*

Syntaxis. *De jure respondere. Respondent extrema primis. Majoribus suis respondere. Amori amore respondere. Optatis meis fortuna respondit. Virtus tua opinioni hominum respondet. In hoc tibi non possum aliquid respondere. Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. Inter eos mutuo officiis respondetur. Par pari respondetur. Tristius respondere, acute arguteque.*

Responsio, onis, *responsum,* ἀπόκρισις. Ver. 5. 44. Fuit ista responsio quondam. Pro Cornel. 36. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, &c. I. P. 35. Is me responsione mimica homo promptissimus lacessivit.

Responsito, as, *frequenter respondeo,* ἀποκρίνομαι. 1. de Leg. 14. Summos fuisse in civitate nostra viros, qui id interpretari populo et responsitare soliti sunt. *Alias,* respondere.

Responsu. Pro Cl. 164. Videtis hæc quam sunt levia genere ipso, quam brevia responsu?

Responsum, si, *responsio,* ἀπόκρισις. 7. Att. 16. Hæc ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur. Ver. 5. 39. Ipsis autem tantis de rebus responsum nullum dedisti. Pro Planc. 34. Cum Senatus impediretur, quo minus equitibus Romanis responsum redderetur. 1. C. 19. A me quoque id responsum tulisti, me nullo modo posse. 1. de Orat. 239. Auferre responsum ab aliquo. 3. C. 9. Ex

aruspicum responsis. Pro Mur. 28. Responsa atque decreta jurisconsultorum. 1. de Orat. 250. Hominum peritorum responsa nobis cognoscenda sunt. Frag. ep. Cum legati responsa retulerint.

ADJUNCTA. *Firmum, gratum, probatum, liberale, præclarum, et dignum, recens, superbum, verum, et apertum, verissimum.*

SYNTAXIS. *Nullum do responsum, reddo. Responsum ferre ab aliquo, referre, auferre. Responsa et decreta jurisconsultorum.*

Respublica, cæ, *politia, communis res,* κοινὸν, δημόσιον, πολιτεία. 10. Fa. 5. Nihil ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius, quam de rep. bene mereri. 2. de D. 6. et 4. Acad. 27. A Platone Philosophiaque didiceram, naturales esse conversiones rerumpublicarum. Ver. 2. 138. Eo censu nullius civitatis resp. potuit administrari. Brut. 15. Hoc bello victores quam remp. simus habituri, nescio: victis certe nulla unquam erit. 1. Qu. Fr. 1. 23. Quod fortasse aliquando universæ reip. nostræ, nunc quidem profecto isti provinciæ contigit. *id est, Asiæ.* 1. Fam. 9. Atque hanc ille causam sibi ait non attingendæ reip. fuisse. *Ibid.* Capessere remp. *Lege,* Capesso. 1. de Inv. 4. Versari in publicis rebus. 1. Off. 156. et pro S. R. 3. Ad rempublicam accedere. 1. Fam. 8. Rei totius publicæ otium exoptandum est. 1. Att. 14. Quid dicam in publica re? 3. de L. 36. Summa respublica. *id est, Romana. Ibid.* Municipalis respublica. 1. Qu. Fr. 1. 23. Plato fore beatas respublicas putavit, si aut docti aut sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. 2. 1. Qui judicia impedivisset, eum contra rempub. esse facturum. 1. Off. 35. In quo si mihi obtemperatum esset, si non optimam, at aliquam rempublicam, quæ nunc nulla est, haberemus. *Ibid.* 155. Nam et erudierunt multos, quo meliores cives in rebus suis publicis essent. 2. de Leg. 5. Necesse est, eam patriam charitate præstare, qua reipublicæ nomen universæ civitatis est. 8. Att. 11. Ut gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori Reip. beata civium vita proposita, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit: hujus enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse effectorem volo. Con. C. Anto. Duas uno tempore conantur in Remp. sicas distringere. De proscript. A Rep. submoveri. *Ibid.* His legibus solutis stare ipsa Resp. non potest.

ADJUNCTA. *Ægrota, ac prope desperata, afflicta et perdita, aliena, amantissima, minima, tenuissima.)(. maxima, et florentissima, beata, bona.)(. mala, grata.)(. ingrata, tranquilla, chara, charissima, communis, conjunctissima, turbulenta, florens, fortunata, germana, imbecilla, infirma, et misera, commutabilisque, justa, labens, et inclinata, libera, salva et honesta, major, melior, maxima, misera, misera, et prostrata, miserior, municipalis, nova.)(. vetus, plena sollicitudinis, nuda magistratibus, summa, tenuis, optima, perturbata, perdita, urbana, quieta, sana, universa.*

Respuo, is, *aspernor, repudio,* ἀποπτύω, ἀναβάλλομαι. 2. Tusc. 16. Ergo id natura respuit. 3. de Orat. 97. Gustatus, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit. Pro Planc. 44. Sequestremne Plancium? respuerent aures, nemo agnosceret, repudiaretur. Part. 15. Quod aures respuunt, immutandum est. De Fat. 47. Dicere aliquid, quod omnium mentes aspernentur ac respuant. 12. Att. 19. Nunc omnia respuo. Pro Cæl. 36. Calcitrat, respuit. Pro Cæc. 56. Respuere aliquid, et pro nihilo putare. 2. de N. 24. Reliquiæ cibi, quas natura respuit. 13. Att. 37. Aspernari ac respuere aliquem. 3. Tusc. 79. Sunt enim qui respuant. Pro Mur. 74. Sed eam (*puta orationem*) usus, vita, mores, ipsa civitas respuit.

Respuor, eris. 7. Att. 25. Cæsaris interdicta respuentur.

SYNTAXIS. *Quod aures respuunt, immutandum est. Id natura respuit. Gustus aspernatur ac respuit. Respuere aliquid et pro nihilo putare. Dicere aliquid, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.*

Restinctio, onis, *sedatio,* ἀπόσβεσις. 2. de Fin. 9. Voluptas restinctionis sitis in motu est.

Restinctus, a, um, ἀποσβεσθείς. Top. 52. Restinctus ignis. Orat. 27. Restinctis animorum incendiis. 1. de D. 61. Illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata atque restincta.

Restinguo, is, *sedo, comprimo,* ἀποσβέννυμι. 2. de Fin. 9. Restinguere sitim. Ad Brut. ep. pr. in. 7. Repressi impetum, ardorem restinxi. 1. de Fin. 43. Restinguere ardorem voluptatum. 1. de Orat. 219. Eorum, qui audiunt, mentes aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere. 2. de Nat. 148. Eloquentia cupiditates iracundiasque restinguimus. 13. Att. 10. Sermunculum omnem aut restinxeris, aut sedaris. Orat. 5. Nec ipse Aristoteles cæterorum studia restinxit. 3. C. 2. Restinguere ignem vel incendium.

Restinguor, eris, *pereo.* Pro Sest. 47. Animos hominum morte non restingui.

Extinguo. Pro Qu. R. 17. Ignis in aquam conjectus continuo restinguitur et refrigeratur.

SYNTAXIS. *Sedatus ac restinctus. Voluptatum ardorem restinguere. Non restinguitur animus morte. Restinguitur ignis, et refrigeratur aqua.*

Restipulatio, onis, *repromissio,* πρόκλησις ἐγγυήσεως. Pro Q. R. 37. Recita istam restipulationem clarius. *Ibid.* Quid enim restipulatio clamat? Quod a Flavio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.

Restipulor, aris, *repromitto*, ἀνθομολογέομαι. Pro Qu. R. 35. Cur igitur decidit, et non restipulatur, neminem amplius petiturum? *Ib.* Hic porro nunc restipulatur, quod jam pridem ipse exegit. *Ib.* 56. Ex jurisperitorum consilio et autoritate restipulari ab aliquo. *id est, vicissim sponsionem ab aliquo rogare et petere.*

Restituendus, *revocandus ab exilio*, ἀνιστητέος. Pro Mil. 37. Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset injusta ejiciendi? 1. Att. 8. De nostro amico placando, aut plane restituendo. 6. 1. De Memmio restituendo, ut Curio cogitet, te audisse puto.

Restituo, is, *instauro*, ἀνανεῦμαι, ἀνίστημι. Pro Cæc. 23. Prætor edixit, ut, unde dejecisset, restitueret. Pro R. P. 44. Rabirii dignitas, ex qua illi nihil detrahi potest, quod non facile restituat. 4. Tuscul. 51. Cum Ajax Danais inclinantibus prælium restituit. Pro S. R. 61. Restitue nobis aliquando veterem illam tuam calliditatem. Pro C. Cornel. 1. Qui restituerunt eam potestatem. *Ib.* Leges sacratas ipsi sibi restituerent. Hortens. Ut ea sibi ratio vera restituat, quæ consuetudo vitiosa detraxerit.

Refero. Qu. de Pet. 16. Restituere gratiam alicui.

Corrigo. 2. de Divinat. 96. Restituere et corrigere depravata.

Veniam alicui do. 2. in A. 56. Antonius Lenticulam de alea condemnatum restituit.

Repono. Pro S. R. 114. Damnatus per arbitrum et rem restituit, et honestatem omnem amittit.

Adverb. *Æque, dissolute, honorifice, perniciose, turpiter, plane.*

Restituor, eris, *reponor.* 12. Fam. 25. Ut statua, quam turbo dejecerat, restitueretur. Pro Cæc. 36. Prætor aut vim fieri vetat, aut restitui factam jubet. 10. Att. 4. Omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur. Ver. 5. 73. Pollicetur sibi magnæ curæ fore, ut omnia civitatibus, quæ cujusque fuissent, restituerentur. 2. *Ib.* 12.

Reficior, instauror. Pro Cæl. 38. Effregit fores, restituentur.

Syntaxis. *Restituere aliquem, id est, revocare ab exilio. Restituere ædes quæ corruerunt. Gratiam alicui restituere. Depravata restituere, atque corrigere. Condemnatum de alea restituere. In antiquum statum restituere aliquem.*

Restitutio, onis, ἀποκατάστασις, ἀνάστασις. 2. cont. Rull. 10. Restitutio damnatorum. I. P. 35. Nemini est triumphus honorificentius, quam mihi salus restitutioque perscripta.

Restitutor, oris, ἀποκαταστάτης, ἐπανορθωτής. Pro Mil. 40. P. Lentulus restitutor salutis.

Restitutus, a, um, *refectus, instauratus*, ἀνασταθεὶς, ἀποκατασταθείς. Pro Clu. 98. Condemnatos ambitus in integrum esse restitutos. 1. Fam. 5. Et nisi per te sit restitutus, desertum se atque abjectum fore. Pro Flac. 100. Prædia a nostris magistratibus in integrum restituta. 1. de Div. 99. Cæciliæ Qu. F. somnio modo, Marsico bello, templum a Senatu Junoni Sospitæ restitutum.

Repositus. Pro Dom. 87. Rursus illi sunt in suam pristinam dignitatem restituti.

Redditus. Pro Dom. 75. Salutem redditam sibi ac restitutam accipere debuit.

Resto, as, *maneo, remaneo, resideo*, ὑπολείπομαι, ἐνίσταμαι. 8. Att. 3. At si restitero, idem fecero, quod L. Flaccus. *id est*, si non discedam. 4. C. 4. Qui ad Catilinam accipiendum Romæ restiterunt. 3. Off. 110. Ita incolumis in patria Regulus restitisset. Pro Lig. 5. Ligarius post adventum Vari in Africa restitit. Pro Mur. 79. Qui ab illo in speculis relicti, in cervicibus nostris restiterunt.

Relinquor, supero, supersum, ita residuum et reliquum est. Pro Qu. 33. Illud etiam restiterat, quod heri fecerunt, ut te in judicium adducerent. 8. Att. 7. Unum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. 3. Qu. Fr. 1. Nihil ei restabat præter balnearia. 2. de Div. 70. Restat etiam de Chaldæis, &c. 2. de Invent. 109. Quid nobis ex eo genere restet, et quare restet, admonendum videtur. Pro Mar. 28. Hæc igitur reliqua pars est, hic restat actus. 2. de Nat. 44. Restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius. Pro Qu. 41. Restat, ut aut, &c. Brut. 15. Longa sunt quæ restant, prætereunda tamen. 3. Off. 2. Qui e divisione tripartita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam. Pro Sull. 74. Quæ tamen ei sola in malis restiterunt. *Scil. studia amicorum.* Pro M. Scau. Cum ex multis unus ei restaret paternus inimicus.

Restricte, *anguste, stricte*, περιεσταλμένως, στενῶς. 2. de Leg. 45. Hæc illi placent, sed ego cætera non jam restricte præfinio. 2. de Fin. 42. Nec tamen, cur id tam parce, tamque restricte faciant, intelligo.

Restrictus, a, um, *parcus, avarus, tenax*, κατασταλεὶς, φειδόμενος. 3. Fam. 8. Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. 2. Off. 61. In iis tamen, qui, &c. restricti nullo modo esse debemus. 10. Att. 13. An existimas illum in hoc genere lentulum, aut restrictum? nemo est minus.

Resupinus, a, um, *supinus*, ὕπτιος, ἀνακύπτων. 1. de Div. 44. Exin prostratum, resupinum, &c. *Accii.*

Retardando. 2. de Nat. 53. Stellam tum antecedendo, tum retardando mirabiliter multa efficere.

Retardatio, onis, *commoratio*, ἀναβολὴ, μέλλησις, διατριβή. 5. in A. 30. Unde est adhuc bellum, nisi retardatione, et mora?

Retardatus, a, um, ἀναβληθεὶς, ἀναβραδυνθείς. Pro Sest. 67. Excitavit illam suam non solutam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem bene gerendæ reip.

Retardo, as, *moror, remoror, moram affero, moram facio, moram et impedimentum infero*, βραδύνω, κατέχω. Pro Pomp. 22. Ut eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. 1. Tusc. 76. Sive retardabis, sive properabis. Pro Pomp. 13. Reprimere ac retardare impetus hostium. Div. 33. Ut animos istius et impetus retardaret. I. V. 2. Ut ferocitatem istam tuam comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. Pro Pomp. 40. Sed hæ res, quæ cæteros remorari solent, illum non retardarunt. 7. in A. 12. Sed animi vires, corporis imbecillitas non retardavit. I. P. 77. Quam certi homines non studium ejus a me alienassent, sed auxilium retardassent. Postq. in Sen. 20. Quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, autoritas vestra revocavit. 5. Fam. 17. Posteriora autem tempora me a scribendo retardarunt. 1. ad Her. 27. Ne qua possit animum tuum defatigatio retardare. Pro Arch. 12. A nullius me unquam tempore aut commodum aut otium abstraxit, aut voluptas avocavit, aut denique somnus retardavit. 1. Att. 17. Pro Pomp. 22. Illum in persequendi studio mœror, hos lætitia retardavit. 10. in A. 11. Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum diceres. De Senect. 57. Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus.

Retardor, aris. 2. de Nat. 103. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt.

Syntaxis. *Retardata consuetudo. Retardatio et mora. Loquacitatem retardare. Retardare auxilium. Reprimere ac retardare impetum. A scribendo aliquem retardare. Ad agrum fruendum non retardat senectus. Stellarum cursus retardati.*

Rete, *plaga, laqueus*, ἄγρευον, σαγήνη, γρῖπος. 2. de Nat. 103. Ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ ex inopinato observant.

Retego, is, *aperio, evolvo*, ἀνακαλύπτω. 4. Att. 7. Quare in hoc thecam nummariam non retexeris, in aliis eris cautior.

Retentio, onis, ἐπίσχεσις, ἐποχή. 13. 11. Semper Carneades προσβολὴν pugilis, et retentionem aurigæ similem facit. 4. Ac. 59. Ex his illa necessario nata est ἐποχὴ, id est, assentionis retentio. *Ibid.* 78. Illud certe, opinatione et perceptione sublata, sequitur omnium assensionum retentio.

Retento, as, *sustento, retineo*, ἀναπειράομαι. 1. de Div. 17.

Quæ penitus sensus hominum vitasque retentat. 2. 63.

Namque omnes memori portentum mente retentant. Poetæ.

Retentus, a, um, κατασχεθεὶς, ἐπισχεθείς. 2. de Div. 75. Jus augurum reip. causa conservatum ac retentum. 1. Tusc. 1. Studia retenta animo, remissa temporibus. 2. de Fin. 2. Qui mos a posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum revocavit. 5. Tusc. 84. Sunt autem hæ de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ.

Retexens, tis, ἀναλύων. 4. Acad. 95. Dialectica quasi Penelope telam retexens.

Retexo, is, *dissolvo, renovo*, ἀνυφαίνω, ἀναλύω. 11. Fam. 27. An quod adolescens præstiti, nunc, ætate præcipitata, commutem, ac me ipse retexam? *Ib.* 14. Novi timores retexunt superiora. 5. de Fin. 84. Audeo dicere, inquit; Non potest, nisi retexueris illa. Ver. 2. 63. Omnino erant Metelli hujusmodi, ut totam suam præturam retexere viderentur. *id est*, irritam facere. 2. in A. 32. Itaque jam retexo orationem meam, *id est*, quod negabam confiteor.

Retexor, eris. 2. de Orat. 158. Ea, quibus ante exorsa, et potius detexta prope retexantur.

Syntaxis. *Telam retexere. Se ipsum retexere. Novi timores retexunt superiora. Totam suam Præturam retexere. Jam retexo orationem meam.*

Reticendo. 3. ad Her. 21. Arteriæ reticendo acquiescunt. Pro Cl. 1. Subterfugere reticendo, et obscurare dicendo. *Lege*, Convinco.

Reticentia, æ, *taciturnitas*, ἀποσιώπησις. 3. Off. 65. A jurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. 14. in A. 33. Nec reticentia superiorum insepulta esse poterit,

Est item figura rhetorica. 3. de Orat. 203.

Reticeo, es, *conticeo, obmutesco*, ἀποσιωπάω. 2. de Orat. 232. Hic cum Sulpitius reticuisset, inquit Crassus, &c. 1. Qu. Fr. 2. Nihil nec temere dicere, nec astute reticere debeo. 5. Famil. 2. Quæ statueras tibi in Senatu de mea laude esse dicenda, reticuisti. 1. in A. 29. Non possum de utriusque nostrum errore reticere.

Reticulum, li, τὸ δικτύδιον, πλεγμάτιον. Ver. 5. 27. Reticulum tenuissimo lino, et minutis maculis, plenum rosæ.

Retinendus, a, um, ἐφισπητέος. 1. Off. 104. Ludendi est etiam quidam modus retinendus. Pro Cor. 31. Sui quemque juris, et dimittendi et retinendi esse dominum. 3. Off. 105. Qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium. Act. 1. Ver. 46. Retinenda religio &c. 2. 78. Ut ne prædonum quidem prætor in fide retinenda consuetudinem conservaret. Pro C. Cor. 1. Qui non modo cum Sulla, verum etiam illo mortuo, semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt.

Retinens, tis, κατέχων. 1. Qu. Fr. 2. Homo sui juris dignitatisque retinens. Pro Planc. 55. Homo nimium retinens equestris juris.

Retineo, es, ἀναλαμβάνω, ἐπέχω. X. *dimitto.* 13. Att. 14. Quare nisi jam profecti sunt, retinebis homines. 1. de L. 52. Quin labebar longius, nisi me retinuissem. 1. Fam. 7. Illum suspicantem, te ab se alienatum, illa epistola retinuisti. 4. Acad. Quos natura

ipsa in officio retinere non potuisset. 1. de Fin. 2. Veritus, ne movere hominum studia viderer, retinere non possem. Con. C. Ant. Pastores retinet.

Conservo. De Am. 72. Retinent tamen charitatem in pastores. 2. Off. 41. Qui summos viros cum infimis pari jure retineret. Ver. 3. 22. Est contumacia, quam hic in perditis rebus retinet. 3. contra Rull. 2. Ut eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis. Pro Quint. 59. Ut amicos parsimonia retineret. Pro S. R. 33. Memoria retinere. Pro Pomp. 19. Pro Sul. 91. Retinere vestigium pristinæ dignitatis.

Usurpo. Pro Clu. 99. Pecuniam acceptam nomine judicii retinere atque supprimere. Pro Flac. 56. Quod non retinet alienum.

Colo. Pro Qu. 75. Cogitent ita se graves esse, ut, si veritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere.

Tueor. Ver. 3. 37. Retinere jus suum contra aliquem.

Delecto. 5. Fam. 12. Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum.

Adverb. *Diligenter, diutius, mediocriter, vehementer, perpetuo, vehementius, vix.*

Retorqueo, es, *reflecto,* ἀντιστρέφω, ἐπιστρέφω. 2. C. 2. Catilina retorquet oculos sæpe ad hanc urbem. De Sen. 83. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neque tanquam pilam retorserit.

Retractandus, μεταχειριστέος. 8. Att. 9. Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando. Pro Muræn. 54. Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus a me retractandus est.

Retractatio, onis, *revocatio, recognitio,* μεταχείρισις, ἐπανόρθωσις. 5. Tusc. 82. Ut sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos. 13. Att. 25. Conficies igitur, et quidem sine ulla dubitatione et retractatione. 14. in A. 38.

Retractatus, a, um, *limatus,* διορθωθείς, μεταχειρισθείς. 16. Att. 3. Ἀρχέτυπος crebris locis inculcatus et refectus, sed tamen idem σύνταγμα misi retractatius.

Retractus, a, um, ἀνασπασθείς. 6. in A. 10. Hic ita mœstus rediit, ut retractus, non reversus videretur.

Retraho, is, *retro aut in contrariam partem traho, abstraho, revoco,* ἀναλαμβάνω, ἀνθέλκομαι. Pro Cæl. 63. Licinium, cum jam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. 5. Fam. 14. Non habeo certum, quæ te res hinc maxime retrahat. De Sen. 83. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neque tanquam pilam retorserit. 2. de Fin. 56. Scipio Annibalem in Africam retraxit. Pro Sest. 34. Retrahere aliquem a repub. Pro Cæl. 64. Cum se retraxit, ne pyxidem traderet.

Retrahor, eris. Part. 137. Genus hoc calliditatis et calumniæ retrahitur in odium judicis.

Retrecto, as, *detrecto,* ἀρνιάζω, ἀνθέλκομαι. 1. Tusc. 76. Sive retrectabis, sive properabis.

Retribuo, is, *rependo, refero,* ἀμείβω, ἀνταποδίδωμι. Pro Qu. R. 44. Non mihi detraham, cum illis exactæ ætatis severissime fructum, quem meruerunt, retribuam.

Retro, *a tergo,* ὄπισθεν, ὀπίσω. 1. de Div. 49. Tum ei Deus præcepit, ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. 8. Fam. 15. Retro ad Alpes versus iter mihi incidit. De Som. 9. Orbes qui versantur retro contrario motu atque cœlum. In Arat.

Sed conversa retro cœli semper loca portat.

3. de N. 31. Cum eadem vicissim retro commeant. 5. Tus. 6. Tam longe retro respicere non possunt. *Ibid.* 87. Ut omnia, quæ sine honestate sint, longe et retro ponenda censeat. 5. de Finib. 83. Vide rursus retro, dato hoc, dandum erit et illud. Part. 24. Et idem quasi sursum versus retroque dicatur.

Retrorsum, *retro,* ὀπισθοφανῶς. 2. de N. 84. Deinde retrorsum vicissim ex æthere aer oritur.

Syntaxis. *Retro et a tergo. Retro ad Alpes versus iter incidit. Retro versantur orbes contrario motu atque cœlum. Longe retro respicere. Longe et retro ponere.* id est, negligere. *Retrorsum vicissim ex æthere aer oritur.*

Retrusus, a, um, *reconditus,* ἀπωσθείς, ἀπόκρυπτος. Ver. 1. 7. Simulachra deorum jacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita. Qu. de Pet. 34. Abditum et retrusum. 1. de Orat. 87. Hæc sunt penitus in media philosophia retrusa atque abdita.

Retundo, is, *obtundo,* ἀπαμβλύνω, ἀναστομίζω. 3. C. 2. Iidem gladios in rempub. districtos retudimus. Pro Sul. 83. Cujus nuper ferrum retudi. Pro D. 63. In me omnia, quæ ego quondam retuderam, conjurationis tela adhæserunt. 16. Att. 14. In præsentia belle iste puer retundit Antonium. Pro Clu. 123. Censorii styli mucronem multis remediis retuderunt. 12. Fam. 14. Retundere improbitatem alicujus. 8. 6. Quo facto retudit sermones.

Retusus, a, um, *obtusus,* ἀπαμβλυνθείς. 1. de Div. 79. Aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa.

Revectus, a, um, ἀνακεκομισμένος, ἀνηγμένος. De Cl. 225. Sed ad paullo superiorem ætatem revecti sumus: nunc ad eam, de qua aliquantum locuti sumus, revertamur. Ver. 4. 77. Diana Segestam Carthagine revecta.

Revello, is, *refigo,* ἀνασπάω. I. P. 25. De corpore alicujus tela revellere. Pro Cæc. 70. Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit judiciorum. Ver. 4. 26. Nec prius illam crucem, quæ fixa est ad portam, revellistis. 5. Att. 20. Honorificis verbis omnes injurias revellimus superiores.

Revellor, eris. 13. Fam. 36. Tabulam, in

qua nomina civium incisa erant, revelli jussit. Ver. 4. 52. Revelli claustra, effringi fores. Pro Mur. 33. Janua, qua effracta et revulsa, tota pateret provincia.

Syntaxis. *Vincula judiciorum, tabulam, crucem revellere. Injurias revellere verbis honorificis. Janua effracta et revulsa.*

Revenio, is, *redeo, ἐπανέρχομαι, ἐπάνειμι.* 1. de Orat. 175. Cum miles domum revenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam. *Ibid.* 181. Cum postea Mancinus domum revenisset.

Revera, *reapse, reipsa, ἀληθῶς, ἀτεχνῶς.* 3. Fam. 5. Et revera confirmata amicitia, et perfecta fide, commemoratio officiorum supervacua est. Pro Cor. 7. Cujus igitur crimen est? revera nullius. 2. ad Her. 11. Res eo modo exponi, quomodo revera gestæ sunt. 1. Fam. 4. Qui nunc populi Rom. nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere, &c. Ver. 3. 63. Cujus mortis causam fugitivi sustinent, re quidem vera nemo dubitat, quin, &c. Pro Clu. 54. Verbo ille reus, re quidem vera et periculo, et tota accusatione Oppianicus. 3. Att. 23. Cum revera ita sit, &c. Pro R. P. 44. Sint illa magna, quæ revera magna sunt. Pro. Qu. 56. Hæc ille, si verbis non audet, re quidem vera palam loquitur. Pro Dom. 72. Quando igitur est turpe? revera quando est pœna peccati, opinione autem hominum, si est pœna damnati. Act. 1. Ver. 144. Quam quum poscebat, verbo illam poscere videbatur, revera judicia poscebat. 1. 11. Quod iste M. Marcelli et P. Africani monumenta, quæ nomine illorum, revera populi Rom. et erant, et habebantur, &c. Pro Quint. 7. Adversarium habet Quintius verbo Sex. Nævium, revera hujusce ætatis homines disertissimos, florentissimos, &c.

Reverens, tis, *εὐλαβής.* 1. Tusc. 73. Multa adversa reverens oratio. 2. de Orat. 122. Dicam enim non reverens assentandi suspicionem.

Reverentia, tiæ, *honor, observantia, εὐλάβεια.* 1. Off. 99. Adhibenda est igitur quædam reverentia adversus homines.

Revereor, eris, *vereor, colo, cultu quodam et honore dignor, αἰδοῦμαι, ἐντρέπομαι.* 2. Att. 19. Sed mihi nihil est molestius, quam Statium manumissum: nec meum imperium, omitto imperium, non simultatem meam revereri saltem. 4. ad Her. 25. Difficile est virtutem revereri, qui semper secunda fortuna sit usus. 2. de In. 66. Observantia per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur et colimus.

Reversio, onis, *reditus, ἀναστροφὴ, ἀντιστροφὴ, ἐπαναστροφὴ, ἐπιστροφή.*)(*profectio.* 1. in A. 1. Exponam vobis breviter consilium profectionis, et reversionis meæ. 16. Att. 7. Reditu vel potius reversione mea lætati sunt. 2. de Nat. 102. Sol binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit. 2. de Fi. 102. Cum omnium siderum eodem, unde profecta sunt, fiat ad unum tempus reversio. 3. de N. 24. Reversio et motus febrium. Pro Sul. Reversionem facio.

Syntaxis. *Reditus, vel potius reversio. Reversio et motus febrium. Reversionem facere.*

Reverto, is, *revertor, remigro, revenio, advenio, recurro, refero me, μεταστρέφω, νοστέω.* 8. Att. 3. Ipse ne quo inciderem, reverti Formias. 5. Tusc. 107. Multi egressi, nunquam domum revertere. Pro S. R. 26. Legati Ameriam re inorata reverterunt. 1. de Divin. 26. Itaque persæpe revertit ex itinere, cum jam, &c. 6. Fa. 6. Deinde ut in eam civitatem viri boni, et nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reverterunt. 3. 8. Dicuntur omnes revertisse. *Ib.* 10. Epheso Laodiceam revertit. 10. 28. Ad illum animum meum reverti pristinum. 9. 24. Nisi ad superiorem consuetudinem revertisses.

Revertor, eris, *reverto, revenio, redeo, refero me, reversionem facio, remigro, ἐπαναχωρέω, ἀναστρέφω.* Pro Mur. 89. Unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti. 9. Attic. 5. Ad propositum revertar: festinationi meæ et brevitati litterarum ignosces. 1. de Div. 47. Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar. Pro Dom. 136. Sed ut revertar ad jus publicum, &c. Pro S. R. 12. Ut ad me revertar, &c. 2. de In. 168. Utilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus: quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur.

Revincor, eris, *convincor, ἐλέγχομαι.* Pro Arch. 12. Quære argumenta, siqua potes: nunquam hic nec suo, neque amicorum judicio revincetur.

Reviresco, is, *fruticor, renovor, revivisco, ἀναθάλλω.* De Prov. 34. Quæ quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, et ad renovandum bellum revirescent. 4. ad Her. 46. Reipublicæ rationes, quæ malitia nocentium exaruerant, virtute optimatium reviruere.

Reviso, is, *inviso, iterum viso, ἐπισκέπτομαι.* 1 Att. 15. et 16. Revise nos aliquando. 1. Fa. 10. et 12. At. 49. Quare cum poteris, revises nos. Pro Quint. 23. Hic cum rem Gallicanam cuperet revisere, &c.

Reviviscens, tis, *ἀναβιόων.* 4. Fa. 4. Ut speciem aliquam videar videre, quasi reviviscentis reipub.

Revivisco, is, *in vitam redeo, renascor, ἀναβιόω.* I. P. 67. Is ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat. Postq. in Sen. 4. Si revixissent hi, qui hæc pæne delerunt. Ad Bru. 16. Sed ne patri quidem meo, si reviviscat, concesserim. 4. de Fin. 61. Si reviviscant illi, &c. 13. in Ant. 38. Ut facilius reviviscat Pompeianorum causa toties jugulata. Pro Mil. 80. Qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex nunquam esset. 6. Fam. 10. Ut jam simul cum repub. ne-

cessario reviviscat atque recreetur. 2. de Natur. 96. Cum autem sol illuxisset, tum ut revixisse sibi viderentur. Ver. 5. 159. Cum ex illorum metu mortis quasi luce libertatis recreatus revixisset. 5. Att. 16. Adventu nostro reviviscunt justitia, abstinentia, &c. 6. 2. Omnes *civitates* suis legibus et judiciis usæ αὐτονομίαν adeptæ revixerunt. 7. in A. 1. Senatus ad autoritatis pristinæ spem reviviscit. De Ar. 48. Reviviscere, respirare a metu cædis, emergere a fluctibus servitutis. Par. 5. Reviviscat M. Curius, &c.

Syntaxis. *Reviviscere ac recreari. Reviviscens libertas, causa toties jugulata, resp. justitia. Senatus ad autoritatis pristinæ spem reviviscit. Quasi luce libertatis recreatus revixit. Reviviscere et respirare a metu cædis.*

Revocandus, ἀνακλητέος. Pro Dom. 140. Identidem se ipse revocando dubitans, &c. 2. de Orat. 44. Non omnia, quæcunque loquimur, ad artem et ad præcepta sunt revocanda.

Revocans, tis, ἀνακαλῶν. 12. in Ant. 8. Quis revocante, et receptui canente Senatu properet dimicare? 6. Fam. 7. Scripsi de te parce et timide, non revocans me ipse, sed pæne refugiens. De Amic. 60. Aliquis omnia ad suam potentiam revocans.

Revocatio, onis, ἀνάκλησις. 3. Tusc. 33. Revocatio ad contemplandas voluptates. 13. in A. 15. Receptui signum aut revocationem a bello audire non possumus.

Revocatus, a, um, ἀνακληθείς. 1. Qu. Fr. 2. Testor omnes deos, me hac una voce a morte esse revocatum, quod, &c. 10. Fam. 1. Posteaquam de meo cursu reipub. sum voce revocatus. 3. cont. Rull. 1. Qui provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur. Pro Au. Gabin. Amicitiæ ex inimicitiis revocatæ in gratiam.

Revoco, as, *voco, reduco*, ἀνακαλέω, καταβιβάζω. Pro Mur. 26. Unde tu me vocasti, inde ibi ego te revoco. De. Prov. 13. Deducere et revocare aliquem de provincia. 10. Fam. 11. Equitatum revocavi. Pro. Dom. 144. Vos qui maxime me repetistis atque revocastis. Pro C. Corn. 1. Ne quem in judicium oratio mea revocare videatur.

Refero. 3. Off. 84. Hoc ego nihil inutilius puto, cum ad veritatem cœpi revocare rationem. 2. de Fin. 43. Revocare omnia ad scientiam. Pro Dom. 15. Nonnulli illam rem ad illam rationem conjecturamque revocabant, qui, &c.

Resumo. 4. Ac. 51. Simul atque se ipse commovit, ad seque revocavit, &c. 7. Fa. 20. Revocare vires amissas.

Avoco, removeo, abstraho, retraho. 1. Tusc. 37. Revocare mentem a sensibus. 3. Att. 15. Revocare aliquem a turpi consilio. Pro Clu. 12. Eam non filii dolor, non filiæ mœror a cupiditate revocavit. 3. C. 10. Revocare aliquem a furore vel a scelere.

Inflammo, comparo. De Cl. 323. Hortensius revocare se ad industriam cœpit. 3. de Orat. 117. Meque ad meum munus pensumque revocabo. De Cl. 11. Ego me ad pristina studia revocavi.

Instauro, aggredior. De Cl. 115. Studium philosophiæ nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum et semper auctum, hoc rursus summo autore et doctore revocavi. 1. Tus. 1. Retuli me ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi. 2. de Orat. 199. Judicum animos ad Qu. Cæpionis odium, a quo erant ipsi propter judicia abalienati, renovabam atque revocabam. De Opt. 15. Ad quam eos quasi formulam dicendi revocent. Pro Sull. 46. Animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam, revoco ipse.

Excito. Post. in Sen. 22. Qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem revocavit.

Recupero. 7. Fa. 26. Sed si morbum depulero, facile (ut spero) illa revocabo. Incer. Nullum unquam verbum, quod revocare vellet, emisit.

Adverb. *Acrius, arroganter, identidem, rursus.*

Revocor, aris. 1. Off. 135. Danda igitur opera est, ut, etiamsi aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. 2. de Div. 145. Hæc ratione explicari, et ad naturam revocari facile possunt. Pro Cæc. 38. Ad incertum revocari possessiones omnium. Pro S. R. 113. In minimis rebus etiam negligentia in crimen mandati judiciumque infamiæ revocatur. Incer. Cum ex adversis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur.

Revolo, as, *retro volo*, ἀναπέτομαι. 2. de Nat. 125. Dux ipse, quia non habet ubi nitatur, revolat.

Revolvens, tis, ἀναστρέφων. *Ibid.* 106. Draco subter supraque revolvens sese.

Revolvor, eris, *referor*, ἀναστρέφομαι. 2. de Orat. 135. Omnia ab homine ad communes generum summas revolventur.

Rapior. 4. Ac. 18. Ita imprudens eo, quo minime vult, revolvitur.

Redeo. 2. de Orat. 130. Nec quoties causa dicenda est, toties ad ejus causæ seposita argumenta revolvi nos oportet. 2. de Di. 13. Primum eodem revolveris, nam, &c. 2. ad Her. 27. Neque eodem identidem revolvamur. 13. Att. 26. Revolvor identidem in Tusculanum.

Reus, rei, *ille unde petitur, qui causam dicit, qui lege aliqua tenetur, qui aliqua culpa tenetur, erroris qui arguitur, is de cujus re disceptatur*, αἴτιος. Ver. 2. 94. Si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet. Pro Pl. 55. Cur is abs te reus non factus est? 13. Fam. 54. Ut socrus adolescentis rea ne fiat. 2. de Orat. 183. Reos autem appello, non eos modo qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur. *Ibid.* 321. Reos appello, quorum res est. Pro Sul. 81.

Parens tuus, Torquate, Catilinæ reo de pecuniis repetundis fuit advocatus. De Ar. 42. Clodius cum propinquis suis decidit, ne reos faceret. *Ibid.* 45. Laudare reum. Pro Sest. 35. Cum equester ordo reus a consulibus citaretur. Pro Mil. 36. Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. 3. Qu. Fr. 3. Facere aliquem reum de ambitu. 1. C. 28. Leges, quæ de civium reorum supplicio rogatæ sunt. Ad. Brut. 4. Alienæ igitur culpæ me reum facis. Ver. 5. 108. Referre aliquem absentem in reos. 2. in A. 56. Absens in reos relatus. Pro Muræn. 46. Reus nocens. Pro Mil. 41. Milo reus ad populum accusante P. Clodio. *Ibid.* 44. Milo reus est præclari facti. *Ibid.* 51. Tota denique rea citaretur Hetruria, &c. Pro Deiot. 42. Hieras totam causam suscipit, et criminibus illis pro rege se supponit reum. 4. Att. 15. Tres candidati fore rei putabantur, &c. Div. 50. Inopia reorum.

Adjuncta. *Absens, improbus, nocens, perditus, afflictus, infirmus, et enervatus, audax, pecuniosus, profusus, perditus, nocens, et perditus, nocentissimus, innocens, invidiosus, consularis, extraordinarius, familiaris, humilis, sordidus, locuples, mæstus et sordidatus, nobilis, nocens et perniciosus, turpis.*

Syntaxis. *Capitalis rei reum facere, de furto, de ambitu. Citatur audaciæ reus. Alienæ culpæ reus. Referre aliquem in reos. Præclari facti reus citatur. Italia rea. Crimini se reum pro aliquo supponere. Reus nocens. Absens in reos relatus.*

Revulsus, a, um, ἀποσπασθείς. I. P. 23. Id autem templum sublato aditu, revulsis gradibus, armis tenebatur. 5. in A. 9. Nisi septis revulsis introiri non potest.

Rex, regis, *dominus*, βασιλεύς. 2. Off. 41. Apud Medos, ut ait Herodotus, fruendæ justitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Pro Sest. 57. Rex sedens cum purpura et sceptro, et illis insignibus regiis, præconi publico subjicitur. 3. Off. 83. Ecce tibi qui rex pop. Rom. dominusque omnium gentium esse concupierit. Pro Pomp. 24. Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam, ut regale iis nomen magnum et sanctum esse videatur. 12. Fam. 1. Non regno, sed rege liberati videmur: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Pro R. P. 29. Regum imperia. 3. de Fin. 75. Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit.

Rex sacrorum, *qui rebus sacris præest.* De Ar. 12. L. Claudius rex sacrorum. Pro Dom. 38. Rex sacrorum.

Rex ærarii, *qui ærario custodiendo præest.* 2. con. Rul. 15.

Adjuncta. *Privatus, et eurieus, afflictus, perditusque, inimicissimus, potentissimus, superbissimus et crudelissimus, amicissimus, amicus.) (. inimicus, antiquissimus, et clarissimus, nobilis, barbarus, clarissimus, consularis, continens, doctissimus, sapientissimus, finitimus, firmus, maxime necessarius, fidelissimus, atque amicissimus, invitus, generosus, impius, gravissimus, ignobilis, illustris, bene moratus, opulentus, impudens, superbus, locupletissimus, magnus, opulentissimus, maximus, modestior, probior, integrior, peregrinus, perpauper, potentissimus, et nobilissimus, sceleratus, et impius, stultissimus, crudelis, immoderatus.*

RH

Rhadamanthus, *judex apud inferos.* 1. Tusc. 10.

Rhamnusius, Antiphon, *orator, a Rhamno oppido Græciæ.* De Clar. 47.

Rheda, dæ, *genus vehiculi*, ἀπήνη, ῥαίδιον. 2. in Ant. 58. Sequebatur rheda cum lenonibus. Pro Milon. 28. Obvius fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. *Ib.* Cum Milo cum uxore veheretur in rheda penulatus, &c. 5. Att. 17. Hanc epistolam dictavi sedens in rheda. 6. 1. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis et rheda equis juncta.

Rhedarius, rii, τοῦ ῥαιδίου ἡνίοχος. Pro Mil. 29. Adversi rhedarium occidunt.

Rhegyum, *urbs Calabriæ.* 12. Fam. 25.

Rhegyni, *populi.* Ver. 4. 26.

Rhenus, ni, *fluvius.* I. P. 81. Rheni fossa gurgitibus illis redundans.

Rhetor, oris, *orator, dicendi artifex et doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor*, ῥήτωρ. 1. De Orat. 84. Qui rhetores nominarentur, et qui dicendi præcepta traderent. 2. in Ant. 42. Rhetor magister declamandi. 1. de Inv. 6. Vis et artificium rhetoris. De Clar. 42. Concessum est rhetoribus mentiri et in historiis, ut &c. 3. Qu. Fr. 1. Cicero noster, dum ego adsum, non cessavit apud rhetorem. *Ib.* 3. Pæonius rhetor, homo, opinor, valde exercitatus et bonus. *Ib.* Quæ potest turpitudinis esse tanta defensio? cupio audire, ut videam, ubi rhetoris tanta merces, ubi campus Leontinus appareat. 2. in Ant. 101. Quasi rhetor ille disertum facere posset. 2. de N. 1. Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, neque sine philosophia rhetorem quamvis eloquentem. 1. Off. 132. Contentionis præcepta rhetorum sunt, nulla sermonis. 2. de Finib. 17. Quasi vero perpetua oratio rhetorum solum, non etiam Philosophorum sit. *Ib.* Latius loquuntur rhetores, dialectici autem compressius. Orat. 61. Sed et Græce ab eloquendo rhetor, et Latine eloquens dictus est. 2. de Natur. 1. Rhetor eloquens. Orat. 93. Hanc hypallagen rhetores, metonymiam grammatici vocant. *Ib.* 42. Plato exagitator omnium rhetorum. 3. de Orat. 78. Corax et Pamphilus rhetores. 2. de Invent. 7. Magnus et nobilis rhetor Isocrates. 3. de Finib. 4. Artes rhetorum totæ sunt forenses ac populares.

Adjuncta. *Antiquissimus, eloquentissimus,*

atque studiosissimus, magnus et nobilis, imprimis nobilis, doctissimus, magnus, eloquens.

Rhetorica, *ars rhetorica, rhetoris ars, vis oratoria, oratoris facultas, ratio dicendi, copia dicendi, ῥητορική.* 1. ad Her. 1. 1. de In. 6. Artificiosa eloquentia, quam rhetoricam vocant. 2. de Fin. 17. Zeno omnem vim eloquendi in duas partes tributam esse dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticamque pugno similem esse: quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. *Ib.* Dicamque, si potero, rhetorice: sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, cum populariter loquamur, esse interdum paulo hebetiorem. 4. de Finib. 7. Scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legat.

Rhetorica, orum, *rhetorum res, sive præcepta, ῥητορικά.* De Fat. 4. Mihi rhetorica vestra sat nota sunt.

Rhetorice, *rhetorico more, copiose, splendide, ornate, ῥητορικῶς.* 2. de Fi. 17. Rhetorice igitur num mavis, quam dialectice disputari? 3. Tus. 63. At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quæ verba contorquet! De Cl. 43. Rhetorice et tragice ornare aliquid. 3. de Fi. 26. Potest id quidem fuse et copiose, et omnibus electissimis verbis, gravissimisque sententiis rhetorice et augeri, et ornari.

-Rhetoricoteros, *magis rhetor, vel major orator, ῥητορικώτερος.* 3. de Orat. 169

Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis. Lucilii.

Rhetoricus, a, um, *ῥητορικός.* 1. de Orat. 133. Nostro more aliquando, non rhetorico loquamur. *Ibid.* 87. Quæ arte sua rhetorici illi doctores complecterentur. 2. de N. 168. Exercitationes rhetoricæ. 2. de Orat. 10. Rhetorici quidam libri, quos tu agrestes vocas.

Rhodanus, *fluvius.* 10. Fam. 11.

Rhodos, *insula.* 2. Att. 1. 3. Off. 50.

Rhodii, populi. 3. Off. 50.

Rhopographia, *virgultorum stirpiumque descriptio, qualis ad ripas amnium esse solet, vel natura, vel arte facta, ῥωπογραφία. Lege,* Ripula.

Rhythmus, *ῥυθμός, vide,* Numerus.

Rhythmici, orum, *qui studiose numeros ligant, quos musici canant ad lyram: et omnino rhythmici sunt poetæ lyrici, ῥυθμικοί.* 3. de Orat. 118. Nec sunt hæc rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda.

RI

Ricinium, nii, *pallii genus, sive vestimentum quadratum, σινδόνιον, εἶδος ἐσθῆτος ἐντάφιον* 2. de L. 59. Extenuato sumptu, tribus riciniis et vinculis purpuræ, et decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. *Ibid.* 64.

Rictus, us, *os, præsertim minax et hians, γελασῖνος.* Ver. 4. 94. Rictus simulachri Herculis, et mentum paulo attritius.

Rideo, es, *risum edo vel facio, γελάω.* Ver. 3. 62. Ridere convivæ, cachinnari ipse Apronius. 7. Fa. 25. Vereris, ne, &c. rideamus *γέλωτα σαρδόνιον, proverb.* 2. Qu. Fr. 2. Risi nivem atram, teque hilari animo esse et prompto ad jocandum valde me juvat. 5. de Fin. 91. M. Crassus, quem semel ait in vita risisse Lucilius, et ea re ἀγέλαστον vocatum. 14. Att. 15. De hæresi Vestoriana, et de Pherionum more Puteolano, risisse me satis, nihil est necesse me rescribere.

Derideo. 2. Fa. 9. Dedisti nobis, quem semper ridere possemus. De Ar. 8. Cum riseritis impudentiam hominis, tum, &c.

Adverb. *Familiariter, docte, valde, vehementer.*

Ridicule, *facete, γελοίως, γελοιαστικῶς.* Ver. 4. 148. Theomnestus quidam homo ridicule insanus. 4. ad Her. 10. Ridicule facere. 9. Fam. 22. Dicere aliquid ridicule. 2. de Orat. 243. Colligere multa non modo acute, sed etiam ridicule ac facete.

Ridiculum, li, *jocus, facetiæ, digna res quæ omnium irrisione ludatur, γελοῖον.* 2. de Orat. 286. Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur. Orat. 87. Altero utetur in jaciendo mittendoque ridiculo. *Ibid.* Vitabit etiam ridicula quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quæ plerunque sunt frigida. *Ibid.* Ridiculum subobscœnum. 1. Off. 134. Per ridiculum dicere aliquid.

Adjuncta. *Civile, facetum, frigidum, patiens ac lentum, quæsitum, fictum, stomachosum, et quasi summorosum, frequens, subobscœnum.*

Ridiculus, a, um, *jocularis, γελοῖος.* 1. Att. 10. Facie magis quam facetiis ridiculus. 2. de Orat. 217. Inveni ridicula et falsa multa Græcorum. Pro. Arch. 8. Est ridiculum ad ea, quæ habemus nihil dicere; quærere quæ habere non possumus. Div. 59. Ridiculum est putare, &c.

Syntaxis. *Ridicula sententiose dicere. Jacere mittereque ridiculum. Ridiculum quæsitum, non ex tempore fictum, sed domo allatum. Per ridiculum dicere aliquid. Ridiculus facie, non facetiis. Id agere est ridiculum. Ridicule dicere, facere. Homo ridicule insanus.*

Rigeo, es, *conglacio, congelo, ῥιγόω.* 1. Tusc. 69. Quod aut frigore rigeant, aut urantur calore.

Rigidus, a, um, *durus, erectus, rudis, αὐθάδης.* 1. de Nat. 102. Ibes sunt aves excelsæ, rigidis cruribus, procero rostro. De Cla. 70. Canachi signa rigidiora sunt, quam ut imitentur veritatem.

Rigo, as, *respergo.* 1. de Div. 20.

—Quæ parvos Mavortis sanguine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat.

4. ad Her. 10. Isti cum se fontes esse dicant, et omnium rigare debeant ingenia, non putant, &c.

Rima, æ, *hiatus, κλεισθρία.* 14. Att. 9. Ta-

bernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Orat. 231. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat.

Rimor, aris, *scrutor, inquiro, ἐρευνάω*. 1. de Div. 130. Sed tamen id quoque rimatur, quantum potest.

Ringor. *Lege*, Subringor.

Ripa, pæ, ὄχθη. 2. de N. 98. Liquores perlucidi, amnium riparum vestitus viridissimi. De Cl. 316. Fluvium extra ripas diffluentem coercere. 2. in A. 26. Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam navi se applicuisset. 1. de Div. 58. Eodem equo adversam ascendi ripam. *Ibid.* Ad quandam magni fluminis ripam. De Clar. 54. Cum plebs prope ripam Anienis consedisset. 1. de Leg. 15. In viridi et opaca ripa inambulare. Pro Mil. 75. Ripa lacus.

Adjuncta. *Adversa, contraria, viridis, opacaque.*

Ripula, læ, *ripa*. 15. Att. 16. Hæc rhopographia ripulæ videtur habitura celerem satietatem.

Syntaxis. *Viridissimi riparum vestitus. Diffluens fluvius extra ripas.*

Risus, us, γέλως. 6. Att. 3. In quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum movere solet. 2. de Orat. 235. Quo pacto concitetur risus, quomodo existat, atque ita repente erumpat, viderit Democritus, *et Ibid. de risu.* 2. in A. 73. Qui risus hominum de te erat? &c. 14. P. 1. Lætitiæ risus satis maximæ præclarissimæque pugnæ. Ver. 4. 27. Risus populi atque admurmuratio omnium facta est. 8. Fam. 9. Post repulsam vero risus facit, civem bonum ludit, et contra Cæsarem sententias dicit. 2. Q. Fr. 5. In tabulam magni risus consequebantur. 5. Fa. 2. Visa est oratio non injucunda, et mediocris quidam risus est consecutus. De Cl. 292. Equidem in quibusdam risum vix tenebam. 2. Q. Fr. 9. Memimi miros risus nos edere.

Adjunct. *Magnus, mirus, major, maximus, mediocris.*

Syntaxis. *Movere risum, concitare. Risus et admurmuratio facta. Miros risus edere. Risum tenere. Qui risus hominum de te est?*

Rite, *recte*, προσηκόντως. 1. de Nat. 52. Hunc Deum rite beatum dixerimus, vestrum vero laboriosissimum. 2. 62. Quorum animi cum æternitate fruerentur, dii rite sunt habiti. 2. de Fin. 37. Quæ potest appellari rite sapientia. 1. de D. 21. Veteres rite deos coluerunt. De Arusp. 23. Si ædilis verbo aberravit, ludi non sunt rite facti. Pro Dom. 134. Is nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit. 1. ad Her. 23. Testamentum ipso præsente conscribunt, testes rite affuerunt. 1. de L. 22. Ratio cum perfecta est, nominatur rite sapientia.

Ritualis, le, νόμιμος. 1. de D. 72. Rituales libri hi erant Hetruscorum de ritibus et disciplina civitatis.

Ritus, us, *mos, consuetudo rata et firma, præcipue sacra*, θεσμοθεσία. 2. de Leg. 40. Deinceps in lege, ut de ritibus patriis colantur optimi. *Ibid.* 22. Ex ritibus patriis optima colunto. 3. de Nat. 51. Certæ tempestates pop. Rom. ritibus consecratæ sunt. Pro Dom. 132. Quibusnam verbis, aut quo ritu ejus domum consecrares. 2. de L. 20. Quo modo et ritu fiant, discunto. *Ibid.* 27. Ritus familiæ patrumque servari.

Mos etiam pravus. De Am. 31. Qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt. 2. P. 62. Erat ei vivendum latronum ritu.

Rivalis, lis, *æmulus, quasi competitor*, ἀντεραστής. 3. Qu. Fr. 8. Pompeius quam se Ipse amans sine rivali.

Rivalitas, tis, ζηλοτυπία. 4. Tusc. 56. Æmulatio, quæ rivalitati similis est.

Rivulus, li, τὸ ῥύαξ. Pro Cæl. 19. Ut rivulus accersitus et ductus ad ipso capite. 2. de Orat. 117. Tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre.

Rivus, vi, νᾶμα. Top. 33. Rivorum a fonte deductio. De Fat. 6.

Rixa, xæ, *lis, jurgium*, ἔρις. Ver. 4. 148. Ecce autem nova turba atque rixa. Pro Cæcin. 14. Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam. 9. Fam. 22. Academiæ nostræ cum eo magna rixa est. Ac. In quorum rixam si Academicus incurrerit, &c.

Rixor, aris, *jurgio contendo*, ἐρίζω. 2. de Orat. 240. Cum esset cum ea Tarracinæ de amicula rixatus.

R O

Roboro, as, *corroboro, confirmo, sancio*, ἐπικρατύνω. Orat. 42. Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipsa se postea colorat et roborat. 1. Off. 112. Cato gravitatem suam perpetua autoritate roboravit.

Roboror, aris. 12. Fam. 10. Ut hæc autoritate tua roborarentur.

Syntaxis. *Orationem roborare et colorare. Gravitatem suam autoritate roborare.*

Robur, oris, *quercus*, δρῦς. 2. de D. 85. In robore insculptas fuisse priscarum litterarum notas. *Ib.* 86. Quis robur illud incidit, dolavit, inscripsit? Pro Mur. 74. Lacedæmonii qui quotidianis epulis in robore accumbunt. 4. Aca. 100. Dolatus e robore.

Vis, virtus, firmitas, nervi, firmamentum, δύναμις. Pro Pom. 10. Altera pars quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. Pro Dom. 67. Cum jam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset. De Ar. 19. Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos superavimus. Pro Cæl. 73. Cum autem paullum jam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est. Pro Cl. 153. Cn. Tintinnius, C. Mecœnas, illa robora populi Rom. Pro Mur. 58. Venio nunc ad Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis. 5. de Fin. 12. Dummodo plus in virtute teneamus firmitatis et roboris. 6. Att. 5. Auxilia sane bona Galatarum (hæc enim sunt nostra robora.) Orat. 34. Versari in optimorum civium vel flore vel robore. Pro Font. 16.

Equites tantum habuerunt animi, tantum roboris, ut, &c. 1. Tusc. 95. 2. de Orat. 343. Virtutes quæ in animi magnitudine et robore positæ sunt. 7. Fam. 1. Quantum in cujusque animo roboris est et nervorum. 10. 33. Nam et robur, et soboles militum interiit. 2. contra Rull. 96. Si paullum assumpserint vetustatis ac roboris, non continebuntur. Pro S. R. 149. Messala, qui si jam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret. 10. in A. 16. Alter virtutis robore firmior, quam ætatis, cum his profectus est. Pro Mil. 102. Milo est incredibili quodam robore animi septus. 1. Off. 15. Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur.

Syntaxis. *Multum firmamenti ac roboris habere. A firmissimo robore copiarum suarum relictus. Cum paullum jam roboris accessisset ætati. Versari in civium vel flore, vel robore. Virtutes in animi magnitudine ac robore positæ. Quantum est in eo roboris ac nervorum. Satis ætatis ac roboris habere. Virtutis robore firmior, quam ætatis. Robore animi septus. Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur.*

Robustus, *fortis, valens, potens, nervosus, habens firmamentum et robur, multum virium habens, maximis corporis viribus, lacertosus,* ῥωμαλέος. 2. con. Rul. 83. Robustus, et valens, et audax satelles. 2. C. 20. Homo ætate confectus, exercitatione robustus. Pro Pl. 21. Non enim tribum Tarentinam, sed solidam et robustam, et assiduam frequentiam præbuerunt. Cæl. 7. Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset. 2. in A. 63. Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus. 5. P. 31. Malum inveteratum sit plerunque robustius. 1. de D. 35. Res vetustate robustas calumniando velle pervertere. 4. Tusc. 50. Robusta illa et stabilis fortitudo. Div. 48. In clamando video eum esse bene robustum. Pro Sul. 47. Quod si esses usu atque ætate robustior, &c. 9. Att. 2. Quanto et honor hic illo est amplior, est ipse robustior.

Provectior. De Ar. 42. Deinde jam robustus, &c. *id est, grandior factus.* 1. Off. 67. Robustus animus. 5. in A. 43. Cn. Pompeius ætate robustior.

Syntaxis. *Robustus et valens. Homo exercitatione robustus. Solida et robusta et assidua frequentia. Robustior improbitas. Res vetustate robusta. Robusta et stabilis fortitudo. In clamando bene robustus. Usu et ætate robustus. Robustus animus.*

Rodo, is, *corrodo, derodo, exedo,* κατατρώγω. 2. de Div. 59. Quasi vero quicquam intersit, mures noctem et diem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. *Ib.* Quod clypeos Lanuvii mures rosissent.

Translate, carpo. Pro Cor. 57. Qui aliquem in conviviis rodunt, in circulis vellicant, ubique carpunt.

Rogandus, a, um, *orandus,* δεητέος. Brut. 16. Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus videatur. Ver. 5. 58. Quo tempore etiamsi precario essent rogandi, tamen ab iis impetraretur. 3. Off. 44. Mos rogandi judicis, quæ salva fide facere possit. 4. Tusc. 78. Aut rogandi sunt, orandique, ut, &c.

Rogans, tis, δεόμενος. 4. Fa. 4. Cæsar dixit, se Senatui roganti de Marcello ne hominis quidem causa negaturum.

Rogatio, onis, *rogatus, obtestatio, preces,* δέησις. 3. Qu. Fr. 1. Ego Curtium rogatione tua diligo. 3. de Orat. 201. Rogatio, et huic finitima percontatio.

Est item lex de quibusdam, non omnibus: sic dicta, quod rogando *populo feratur.* De Cl. 89. T. Libo tribun. plebis rogationem in Galbam privilegii similem tulit. Pro Corn. 33. Rogatio, quæ de Pompeio a Gellio lata est. Pro Sul. 65. Sulla eam rogationem de se ferri non vult. Pro Clu. 140. Dissuasio rogationis ejus, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur. Postq. ad Quir. 10. Tribunitiis illis rogationibus sunt restituti. Pro Dom. 50. Si retulit falsum S. C., tum est rogatio, si non retulit, nulla est. Pro Sest. 25. Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. 2. de Orat. 197. Tribuni ex templo pulsi, cum rogationi intercedere vellent. 2. Qu. Fr. 2. Perferre rogationem.

Adjuncta. *Ambitiosa, necessaria, consularis, gratiosissima, justa, similis privilegii, tribunitia.*

Syntaxis. *Rogationem ferri, promulgari de alicujus pernicie. Intercedere rogationi. Perferre rogationem.*

Rogatiuncula, læ, *rogatio legis, per contemptum sic appellata,* τὸ δημάτιον. Pro Dom. 51.

Interrogatiuncula. 1. de Fin. 39. Chrysippum hac esse rogatiuncula delectatum.

Rogator, oris, *qui rogat, petit, quærit, qui cistas defert colligendis suffragiis per tribus,* αἰτητής. 2. de N. 10. Aruspices responderunt, non justum fuisse comitiorum rogatorem. 1. de Div. 33. et 2. 74. Qui rogator centuriæ fuisset. I. P. 36. Vos rogatores, vos custodes fuistis tabularum. Postq. in Sen. 27. Quando tot rogatores, &c. 16. Att. 17. Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris.

Rogatum, ti, ἐρώτημα. Pro Fl. 10. Is nunquam mihi ad rogatum respondet, accusatori plus quam ad rogatum.

Rogatus, us, *rogatio,* ἐρώτησις. 1. de N. 15. Ad eum ipsius rogatu accersituque veneram. De Amic. 4. Ut prodessem multis tuo rogatu. 7. Fam. 1 Rogatu eorum, qui, &c. 13. 36. Rogatu meo impetravit. 1. Att. 7. Ego ejus rogatu rogo.

Syntaxis. *Accersitu, rogatuque alicujus ad ipsum venire. Rogatu alicujus impetrare, rogare.*

Rogatus, a, um, δεηθείς. Ver. 4. 17. Tametsi rogatus de Cymbea, tenetis memoria quid responderit. 1. At. 10. Primum scito, me non esse rogatum sententiam. Div. 63. Ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat.

Populari rogatione. Pro Sest. 53. Illo die mihi pernicies, Gabinio et Pisoni provincia ro-

gata est. 1. C. 28. Leges quæ de civium reorum supplicio rogatæ sunt. Pro Dom. 50. Hæc lex jure rogata est. Pro Cæc. 95. Si quid jus non esset rogari, ejus ea lege nihilum rogatum.

Adjuncta. *Injuste, nominatim, valde ac diligenter.*

Rogo, as, *oro, precor, quæso, deprecor, obsecro, obtestor, αἰτῶ.* 1. Qu. Fr. 2. Hoc te ita rogo, ut majore studio rogare non possim. 3. *Ib.* 5. Quod me de faciendis versibus rogas, incredibile est, &c. De Am. 40. Neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Postq. in Sen. 16. Quem in Senatu tertio loco sententiam rogaris. 2. Qu. Fr. 1. Facilius de privatis me primum sententiam rogavit. 9. Att. 18. Cæsar volet, ut Coss. roget prætor, vel dictatorem dicat. 13. Fa. 1. Nunc a te illud primum rogabo, nequid facias, &c. 14. Att. 13. Meo jure te hoc beneficium rogo. 10. 11. Mi Planci, rogo te atque etiam oro sic medius fidius, ut, &c. 4. ad Heren. 10. Sed hujus exemplum aliunde rogabo, tibique ostendam. 1. Tusc. 17. Si te rogavero, nonne respondebis? 5. de Fin. 82. Quid me istud rogas, inquam? Stoicos roga. Orat. 2. Quod quoniam me sæpius rogas &c. Ver. 1. 72. Rogare et orare, ne &c. 4. 12. Profecto hinc natum est, Malo emere quam rogare, proverbium. 3. Fam. 8. Nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt. Ver. 4. 64. Iste petit a rege, et eum pluribus verbis rogat, uti, &c. I. V. 10. Tum respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. 16. Att. 18. Quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo. 5. Tusc. 91. Cum postridie rogarent eum.

Cum populo ago de lege, de rogatione legem fero, statuo. 3. de L. 9. Quod tribuni plebem rogassent, ratum esto. Pro Flac. 30. Nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies rogamus. Pro C. Corn. 1. Legem dedit, an tulit, an rogavit, an hortatus est?

Rogor, aris. 11. Att. 25. Cæsar ne rogari quidem se passus de illo. 3. de Ora. 211. Demosthenes cum rogaretur, quid in dicendo esset primum, respondit, &c.

In rogatione populari, de legibus. 3. Att. 23. Cum lex abrogaretur, illud ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat.

Adverb. *Acrius, arroganter, contumaciter, auspicato, blande, concinne, breviter, perpusillum, diligenter, diligentissime, etiam atque etiam, iterum atque sæpius, nominatim, familiariter, proprie, imprudenter, parum prudenter, magnopere, modeste, penitus, plane, precario, prorsus, tacite, vehementer.*

Syntaxis. *Rogatus sententiam. Provincia alicui rogata. Lex de alicujus supplicio rogata. Siquid jus non est rogari. Illud a te peto et rogo. Hoc te ita rogo, ut majore studio rogare non possim. Quod me rogas de &c. Sententiam rogare de re aliqua. Te hoc beneficium rogo. Rogare et orare. Aliquid de aliquo rogare. Vehementer etiam atque etiam rogo.*

Rogus, gi, *lignorum strues ad cadavera cremanda comparata, πυρά.* 2. de L. 59. Hoc plus, inquit, ne facito rogum, ascia ne polito. 1. de D. 47. Calanus Indus cum ascenderet in rogum ardentem, inquit, &c. 3. de Nat. 84. Dionysius in Tympanidis rogum illatus est. 3. de Fin. 76. Usque ad illum a Cyro extructum rogum. 1. Tus. 85. Metellum multi filii, filiæ, neptes, nepotes in rogum imposuerunt.

Vitæ finis, mors. Pro Qu. 99. Eum existimatio bona usque ad rogum prosequatur.

Roma, æ. 2. Contr. Rul. 95. Roma in montibus posita, et convallibus, cœnaculis sublata atque suspensa. 1. de Div. 107.

Certabant, Urbem Romam Remamne vocarent.

Post red. in Sen. 1. Roma arx omnium terrarum. De Pet. Cons. 40. Roma civitas ex nationum conventu constituta. 1. de Ora. 196. Roma domus virtutis, imperii et dignitatis. *Ib.* 105. Roma domicilium imperii et gloriæ. 4. C. 11. Roma lux orbis terrarum, et arx omnium gentium. 1. Div. 101. Roma sexennio post Veios captos a Gallis capta. *Ib.* 89. Romæ et reges augures, et postea privati eodem sacerdotio præditi, rempub. religionum autoritate rexerunt. 1. Qu. Fr. 1. 18. Romæ, ubi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia. 4. At. 14. Redii Romam Fonteii causa ad vii. Idus Qu. 3. de Nat. 21. Roma in terris nihil melius. Incer. Romam conditam Olympiadis sextæ anno tertio.

Romani. Pro Leg. Man. 7. Romani præter cæteras gentes laudis et gloriæ avidi. 14. At. 12. Romani cives facti Siculi lege Antonii. 9. Fam. 19. Romani veteres atque urbani sales. 1. Tus. 3. Romani serius quam Græci poeticam acceperunt. 1. Di. 95. Romani nihil in bello sine extis agebant, nihil domi sine auspiciis. 1. Off. 35. Romani Tusculanos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos, victoria parta non modo conservarunt, sed etiam in civitatem acceperunt. Pro Mur. 74. Romani tempora voluptatis laborisque dispertiunt, &c. 1. Tus. 1. Romani omnia aut invenerunt per se sapientius, quam Græci, aut accepta ab illis fecerunt meliora. 1. Div. 102. Romani omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. Pro Cæc. 99. Romani eos vendere solebant, qui milites facti non essent. 3. de Ora. 40. Romani minus quam Latini litteris studebant. Pro Leg. Man. 55. Romani omnibus navalibus pugnis Carthaginenses vicerunt. 4. Acad. 147. Romanorum antiqua jurisjurandi formula et consuetudo. 1. de Or. 15. Romanorum ingenia multum cæteris hominibus omnium gentium præstiterunt. 3. 39. Suavitas sermonis Atticorum et Romanorum propria. 4. Tusc. 3. Apud priscos Romanos morem hunc epularum fuisse, autor est Cato in Originibus, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam virorum clarorum laudes atque virtutes.

Romanus, a, um. 1. de Nat. 83. Romana

Juno talis non est, qualis Sospita. 2. 5. Populi Romani omnis religio in sacra et in auspicia divisa. 16. Att. 2. Populum Romanum manus suas non in defendenda repub., sed in plaudendo consumere. 10. 7. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. 7. Fam. 18. Romano more commendare. *Ib.* 5. Romano more loqui. 1. de Orat. 24. et Ver. 5. 36. Romani ludi. 4. Att. 14. Nunc Romanas res accipe.

Romilla, *tribus.* 2. cont. Rul. 78. Respondit, a Romilla tribu se initium esse facturum. *Lege,* Tribus.

Romulus, li, *Quirinus.* 3. C. 2. Romulum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaque sustulimus. 1. de L. 3. Romulus post excessum suum dixit Proculo Julio, se deum esse, et Quirinum vocari: templumque sibi dedicari in eo loco jussit. 3. C. 19. Romulus quem inauratum in Capitolio parvum ac lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. 3. Off. 41. Peccavit igitur, pace vel Quirini vel Romuli dixerim. 1. de D. 107. Romulus pulcher. *Ib.* 3. Romulus urbem auspicato condidit. *Ib.* 31. Romulus non solum auspicato Romam condidit, sed etiam optimus augur fuit. 3. de N. 5. Romulus auspiciis, Numa sacris constitutis, fundamenta jecit nostræ civitatis. 3. Off. 41. Romulus, cum ei visum esset utilius solum, quam cum altero regnare, fratrem interemit. 1. de Or. 37. Romulus consilio magis et sapientia, quam eloquentia usus est. 2. Div. 45. Romulus et Remus cum altrice bellua vi fulminis icti conciderunt. *Ib.* 81. et 1. 107. Romulus et Remus ambo augures fuerunt. 3. C. 19. Romuli statua de cœlo tacta. Som. Scip. 17. Romulo moriente, deficere sol hominibus extinguique visus est.

Rorans, tis, ὑετίζων. De Sen. 46. Pocula, ut in Symposio Xenophontis, minuta atque rorantia.

Ros, roris, *humor ille, qui sereno cælo noctibus fluit,* δρόσος. 1. de Div. 14.

Cum primum gelidos rores aurora remittit. Ib. 20.
Martia quæ parvos Mavortis sanguine natos,
Uberibus gravibus vitali rore rigabat.

Rosa, sæ, ἀνθεμον, ῥόδον. Ver. 5. 27. Pulvinus perlucidus Melitensi rosa fartus. 5. Tus. 73. An tu me in viola putas, aut in rosa dicere? 3. 43. Sertis redimiri et rosa. 2. de Fin. 65. Clamat virtus beatiorem fuisse, quam potantem in rosa Thorium.

Roscius, scii, *histrio nobilis.* Pro Qu. R. 30. 1. de Ora. 130. Roscius hoc jamdiu est assecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. De Cl. 289. Roscium esse in scena. 1 de Orat. 124. Noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. 1. de L. 11. *De Roscio.*

Rosia, *oppidum Italiæ.* 4. *Att.* 14. Rosiæ vixi cum Axio, &c.

Rostratus, a, um, ἔμβολας ἔχων. 2 de Inv. 98. Rostrata navis.

Rostrum, ri, *os avis, deinde etiam aliorum quorundam animalium et rerum,* τὸ ῥάμφος. *Lege,* Frustum. 1. de Nat. 102. Ibes aves excelsæ rigidis cruribus, corneo proceroque rostro. 2. 122. Unguium tenacitas, aduncitas rostrorum. 1. de Div. 23. et 2. 48. Sus rostro humi A litteram impressit. 2. de Nat. 123. Rostrum in camelis. In Arat. Rostrum canis. 2. de Legibus 6. Hoc quasi rostro finditur Fibrenus. Pro C. Corn. 1. Circuitis rostris.

Adjunc. *Acutum, procerum, corneumque.*

Rostra, *templum, sive forum Romæ ante curiam Hostiliam, in quo erat suggestum rostris navium captarum ornatum, ubi oratores conciones ad populum habere consuerant,* ἔμβολος. Brut. 15. Lepido statuam in rostris statuimus. I. V. 26. Cum Vectius perorasset, descendissetque de rostris. I. P. 7. Semper in rostris curiam, in Senatu populum defendi.

Rota, tæ, *orbis,* κύκλος. In Pis. 22. In quo me tum quidem fortunæ rotam pertimescebat. In Arat.

Hunc tangit rota fervida solis.

Item patibulum. 5. Tus. 24. In rotam beatam vitam non ascendere.

Rotunde, *concinne, explicate,* στρογγύλως. 4. de Fin. 7. Ista ipsa, quæ tu breviter, regem, dictatorem, divitem, solum esse sapientem, a te quidem apte et rotunde.

Rotundo, as, *rotundum facio,* στρογγυλόω. De Un. 31. Cumque similem universitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit.

Syntaxis. *Apte et rotunde dicere. Orbem rotundare ad volubilitatem.*

Rotundus, a, um, *globosus, conglobata figura,* στρογγύλος. 1. de Nat. 24. Forma rotunda ullam negat esse pulchriorem Plato. 2. 117. Sunt enim rotunda, quibus formis minime noceri potest. De Som. 6. Stellæ globosæ et rotundæ. De Univers. 15. Deus mundum ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur: et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant; cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur: idque ita tornavit, ut nihil fieri possit rotundius. 2. de Nat. 46. Volubilis et rotundus Deus. 3. de Or. 176. Cœlum rotundum esse. 5. Tusc. 69. Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo. 2. de Fin. 36. Quadratum rotundum. De Clar. 271. Verborum apta et quasi rotunda constructio. Or. 40. Thucydides præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus.

Syntaxis. *Stella globosa, atque rotunda. Volubilis ac rotundus. Medius ac infimus locus in rotundo:* id est mundo. *Apta et quasi rotunda verborum constructio. Thucydides non satis rotundus.*

R U

Rubeo, es, *erubesco, pudet,* ἐρυθραίνομαι. Ver. 2. 187. Hærere humo, aversari, rubere.

15. At. 4. Rubeo, mihi crede: sed jam scripseram, delere nolui.

Ruber, ra, um, *ἐρυθρὸς, ἐρυθρωδής*. 1. de Nat. 97. Rubrum marc. 4. ad Her. 64. Hunc dico rubrum, brevem, incurvum, canum, subcrispum, cæsium.

Rubicon, onis. 6. in A. 5. Ut exercitum circa flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret.

Rubor, oris, *ἔρευθος*. 4. Tusc. 19. Ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur. 1. de N. 75. et 4. ad Her. 15. Ille fusus et candore mixtus rubor. Orat. 79. Fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur. 2. de Or. 242. Præstare ingenuitatem et ruborem suum verborum obscœnitate vitanda.

Rubra saxa, *locus*. 2. Philip. 77.

Rubrica, cæ, *terra rubra, ἡ μίλτος, κινναβάριον, χρῶμα*. 3. ad Her. 37. Rubrica delibutus.

Ructans, tis. 5. Tus. 100. Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boves. 12. Fa. 25. Ructans et nauseans.

Ructo, as, *cruditatem exhalo, ἐρεύγομαι*. 2. in A. 63. Cui ructare turpe esset, is vomuit.

Ructor, aris, *ructo*. Festus li. 16. Cicero tamen, Ructaretur, dicit.

Ructus, us, *cruditatis exhalatio, et ructus oris est, crepitus ventris, ἐρυγμός*. 9. Famil. 22. Stoici crepitus aiunt æque liberos, ac ructus esse oportere.

Rudens, tis, *τὸ πεῖσμα*. 1. de Div. 127. Sed est quasi rudentis explicatio. 8. Fa. 2. Clamor tonitruum, et rudentum sibilus. 5. Tusc. 40. Rudentibus apta fortuna.

Rudere, *quod asinorum est, nominatione factum*. 3. ad Heren.

Rudis, de, *imperitus, indoctus, impolitus, ignarus, inscius, hebes, tardus, pinguis, stupidus, ἄπειρος, ἀγνώμων*. Ver. 2. 17. Tametsi Verres non provinciæ rudis erat et tyro. *Ib.* 87. Nos qui rudes harum rerum sumus. 4. Academ. 2. Rudis rei militaris. Pro Corn. 47. C. Marius non rudis exemplorum. Pro Flac. 16. Homines imperiti, rerum omnium rudes ignarique. Pro Sest. 47. Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilii aut ingenii? &c. 1. de Orat. 218. Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque hospes esse debet. 6. in A. 17. et pro Mar. 23. Ignarus et rudis in repub. 4. Fam. 1. Rudis esse videbar in causa. 1. de Orat. 248. In communi vita non esse hebetem, neque rudem. *Ib.* 32. Sermo facetus, et nulla in re rudis. 3. de Nat. 7. Rudem me discipulum atque integrum accipe. 2. de Orat. 133. Genus hominum rude, hebes, et impolitum. 3. de Orat. 183. Rudis et indocta oratio. 1. 5. Quæ pueris nobis inchoata et rudia exciderunt. De Cl. 293. Forma ingenii admodum impolita et plane rudis. 1. de Orat. 40. C. Barbo ignarus legum, hæsitans, rudis in jure civili. *Ib.* 174. In minoribus navigiis rudem esse se confiteri. 2. de Div. 103. Epicurus hebes ac rudis. 2. Qu. Fr. 9. Villa aperta, ac ne rudis quidem etiam nunc. Postq. in Sen. 13. Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus. 1. de Finib. 5. Rudem esse omnino in nostris poetis.

Syntaxis. *Rudis ac tyro provinciæ, rei militaris, rerum omnium. Imperitus, rudis, ignarus. Rudis, ignarus, consilii et ingenii expers. In ea re rudis, peregrinus, hospes. Hebes ac rudis in. Rudis ac integer discipulus. Rudis, hebes, impolitus. Inchoatum ac rude. Ignarus, hæsitans, rudis. Rudis ac ferus ego id scripsi. Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus. Rudem esse in re aliqua.*

Rudis, dis, *virga, qua donabantur, qui vacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro vacatione ipsa sumitur, βακτηρία*. 2. in A. 74. Tam bonus gladiator, rudem tam cito accepisti.

Rudius homo: *id est, Ennius, a Rudiis oppido, quæ fuit Ennii patria*. Pro Arch. 22.

Ruga, gæ, *cum cutis in senectute contrahitur, πτυχίον*. De Sen. 62. Non cani, non rugæ repente autoritatem afferre possunt. Post. in Sen. 14. Hic vos rugis supercilioque decepit.

Ruina, næ, *casus, tempestas, procella, pernicies, ὑπόπτωσις*. 2. de Or. 353. Hoc interim spatio conclave illud concidit: ea ruina oppressus Scopas cum suis interiit. 2. de Div. 20. Ruina igitur oppressus esset. *Ib.* 40. Dii habitantes, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum. 1. C. 14. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. 11. Att. 22. Ruina impendet. 5. de Finib. 83. Utinam quidem id dicerent, jam ruinas videres. Pro Cl. 96. Non fuit illud judicium, &c. sed vis, ut sæpe dixi, ruina, atque tempestas. 1. de Leg. 39. Si Academia invaserit in has rationes, nimias ruinas edet.

Ruinosus, a um, *qui ruinam minatur, εὔπτωτος*. 3. Off. 54. Ædes male materiatæ, ruinosæ.

Syntaxis. *Ruina oppressus. Ruinæ fortunarum. Ruina impendet. Ruina atque tempestas, non judicium. Edere ruinas.*

Ruminatio, onis, *recordatio, ἀναπεμπασμός*. 2. Att. 8. Quid ageretur de ruminatione quotidiana.

Rumor, oris, *fama, θρύλλημα*. 12. Fam. 9. Ex Asia nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. 15. 17. Rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. 1. 8. Rem te valde bene gessisse, rumor erat. 2. 8. Perferet multa etiam ipse rumor. Pro Mur. 35. Totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. 3. de Nat. 13. Rumoribus, inquit, mecum pugnas: ego autem a te rationes requiro. Pro Deiot. 25. Graves rumores sparsi sunt. *Ibid.* At misit qui rumores Africanos exciperent, et celeriter ad se referrent. 16. Att. 5. Sed tamen rumoris nescio quid afflaverat. Frag. epi. Ventidianis rumoribus concalfecimus.

Fama, gloria levis. I. P. 57. Inanem ru-

morem aucupari. 14. A. 10. Rumoribus improbissimis dissipatis. 9. Fam. 2. Rumor raucus. 3. Qu. Fr. 8. Rumor dictatoris injucundus bonis.

Adjuncta. *Bonus, non bonus, falsus, magnus, constans, durior, creber, et non bellus, maximus, firmus, gratus, optatus, gravis, improbissimus, inanis, jucundus, injucundus, plenus timoris, raucus, secundus, tristior, varius.*

Syntaxis. *Rumor constans, sed sine autore. Rumor est te, &c. Perferet rumores. Rumoris aura. Rumoribus pugnare, non rationibus. Spargi rumores. Excipere rumores, et referre ad aliquem. Afflat nescio quid rumoris. Rumorem levem aucupari. Rumores dissipari.*

Rumpo, is, *dissolvo, discindo,* διαῤῥήττω. 4. C. 8. Cæsar adjungit gravem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit. 1. Tusc. 74. Nec tamen ulla vincula carceris ruperit. Pro Corn. 13. Fœdera negligere, violare, rumpere. 4. ad Her. 20. Rumpere fœdera.

Rumpor, eris. I. V. 10. Ut aliquando ista, quæ sunt inflata, rumpantur. 2. de Di. 33. Inflatas rumpi vesiculas. 1. de Orat. 241. Constat agnoscendo rumpi testamentum.

Angor, crucior. 3. Qu. Fr. 9. Ego his malis reipub., quibus antea rumpebar, nunc ne moveor quidem.

Rumusculus, li, *levis rumor,* θρυλλίδιον. Pro Cl. 105. et 3. de Leg. 35. Imperitorum hominum rumusculos aucupari.

Ruo, is, *ruinam edo, præcipito, præceps agor vel feror,* καταῤῥήγνυμαι. Pro Pomp. 19. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. Pro Mar. 14. Ut sine ulla spe ad interitum ruerem voluntarium. 7. Att. 7. Ego bonos viros sequar, etiamsi ruent. Pro Dom. 141. In agendo ruere, et sæpe peccare. 5. de Fin. 29. Quidam in mala scientes ruunt, &c. 1. de Fin. 34. At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atque turbentur, &c.

Festino, advolo. 7. Att. 19. At illum ruere nunciant, jamjamque adesse.

Syntaxis. *Ruere ad interitum voluntarium. In mala sciens ruit. Ruit ac turbatur feræ instar. In agendo ruere ac sæpe peccare.*

Ruptus, a, um, *irritus,* διαῤῥαγείς. 1. de Orat. 173. Testamentum ruptum, aut ratum.

Rursum, et Rursus, *denuo, iterum,* αὖ, αὖθις. Pro Mur. 15. Quo loco si tibi sumis, &c. facis, ut rursus plebs in Aventinum sevocanda videatur. 7. Att. 25. Rursus autem, &c. denique, &c. De Cl. 47. Rem laudando augere, vituperando rursus affligere: *id est, contra.* 1. de Orat. 110. Neque rursum eam totam, sicut plerique faciunt, repudiavi. 1. Tusc. 45. Et rursum, &c.

Rus, ruris, *locus extra urbem, ubi agri sunt, et villæ: idcirco pro villa capitur,* ἀγροικία. Pro Cl. 141. Forte evenit, ut ruri in Privernati essemus. 3. Off. 112. Pater filium ab hominibus relegavit, et ruri habitare jussit. 13. Att. 47. Atticam rure esse arbitrer. 5. Fam. 20. Cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te. Pro S. R. 133. Habet animi causa rus amœnum et suburbanum. 5. Tusc. 102. Cum in sua rura venerint, &c. 2. de Orat. 22. Rus ex urbe tanquam ex vinculis evolare. 15. Att. 6. Rure jam redieram: quæris, an ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam? 3. Off. 2. Ob eam causam, urbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus.

Syntaxis. *Ruri, et rure esse, habitare. In sua rura venire animi causa. Rura peragrare. Rus ex urbe evolare.*

Russus, a, um, *ruber.* 2. de Div. 57. Galli gallinacei, ut ait Ennius, favent faucibus russis, cantu plausuque premunt alas.

Rusticanus, a, um, *rusticus,* ἀγροικικός. Ver. 1. 127. et 5. 34. Homines rusticani ex municipiis. 1. de Orat. 239. Rusticanus quidam, &c. 2. Tusc. 53. C. Marius rusticanus vir, sed plane vir. Pro S. R. 44. Tamenne hæc attenta et rusticana vita, relegatio appellabitur? *Ibid.* 43. Homines illius ordinis ex municipiis rusticanis. 8. Att. 21.

Rusticatio, onis, ἀγραυλία. De Amic. 103. Peregrinationes rusticationesque. Oecon. 1. Labores pacis ac belli, id est, rusticationis et militarium stipendiorum.

Rusticatus, us, *rusticatio.* 12. Att. 1. In rusticatu garrire et scribere.

Rustice, *importune, duriter, inurbane,* ἀγροίκως. 3. Off. 39. Urgent rustice sane: negant enim, &c. 12. Att. 35. Mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice.

Rusticor, aris, *ruri habito,* ἀγραυλέω. 2. de Orat. 22. Lælius semper fere cum Scipione solitus erat rusticari. 12. Att. 1. Sin rusticatur, &c. Pro Arch. 16. Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Rusticulus, li, ὑπαγροικός. Pro Sest. 82. Rusticulus non incautus.

Rusticus, ci, *rusticanus, agrestis, inurbanus, insuavium morum, difficilis,* ἀγροῖκος.)(. *urbanus.* 2. de Fin. 77. et 3. de Nat. 11. P. Vacienus homo rusticus. Pro Sest. 97. Sunt municipales rusticique Romani. Pro S. R. 75. Vita rustica parsimoniæ magistra est. *Ibid.* 48. Vita rustica honestissima atque suavissima. Orat. 81. Sermo non modo urbanorum, sed etiam rusticorum. Pro S. R. 75. In rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita ejusmodi maleficia non gignuntur. 3. de Orat. 39. Rustica vox, et agrestis. *Ibid.* Rustica asperitas. 1. 69. Nicander Colophonius poeta de rebus rusticis scripsit. *Ibid.* 249. Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere. Pro S. R. 143. Homo imperitus morum, agricola, et rusticus. Pro S. R. 42. Hunc in rustica prædia relegarat.

Syntaxis. *Rusticus et agrestis. Vita, mores, vox, res rustica. Imperitus morum, agricola et rusticus.*

Ruta, tæ, *herba amara, et contra venena valens*, πήγανον. 16. Fa. 23. Ad cujus rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est. 9. 22.

Ruta, orum, et Ruta cæsa, *cujusvis generis supellex, lapides etiam ac ligna*. 2. de Orat. 226. Dicet, te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solium tibi paternum recepisse. Part. 107. Cum quæritur, quæ sunt ruta cæsa. Topic. 100. Rutis cæsis receptis in venditione.

Rutilus, a, um, *coruscus*, πυῤῥός. De Som. 9. Rutilus horribilisque Mars. In Arat. Rutilum lumen.

Rutula, *ruta pusilla*, πηγανίδιον. 8. Fam. 22.

Rutuli, *populi*. 3. de Orat. 106.

Nos sumu' Romani, qui fuimus Rutuli. Ennii.

DE LITERA S.

S Litera ex Latinis dicta semivocalium una.

Elidebatur ab antiquis, molesti sibili causa ut hic apparet.

2. de Nat. 106. Tortu' draco serpit, &c. *Ibid.* 110.

Magnu' leo tremulam quatiens e corpore flammam.

Orat. 153. Multi' modis, vas' argenteis, palm' et crinibus, tecti' fractis. *Ibid.* 161. Qui est omnibu' princeps.

SA

Sabazius deus: *id est, Dionysius, seu Bacchus.* 2. de Legib. 37. *Lege*, Abazea.

Sabini, *populi*. 1. Off. 38. In Vat. 37. et pro Corn. 31.

Sabinus, a, um. Pro Cor. 31. Fœdus Sabinum. Pro Ligar. 32. Possum fortissimos viros Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ, roburque Reip. proponere.

Saccus, ci, θύλαξ. Vat. 95. Cum iste coria, cilicia, saccos imperaret.

Sacellum, li, *cella, templum privatum*, ναΐδιον. 2. cont. Rul. 36. Sunt loca publica urbis, sunt sacella. 1. de D. 104. Ea exivit in quoddam sacellum ominis capiendi causa. De Arusp. 31. Cum de domo tua dixero: in qua tamen ita est inædificatum sacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum.

Sacer, cra, crum, *religiosus, consecratus, habens religionem*, ἱερός.)(. *profanus.* Pro Dom. 31. Arrogans est de religione, de rebus divinis, cæremoniisque sacris pontifices docere conari. 13. Fa. 11. Sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri. 2. de Leg. 31. Signa sacra et religiosa. De Clar. 54. Quum plebs montem Aventinum, qui Sacer appellatus est, occupavisset. Pro Dom. 38. Itaque populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit.

Sacerdos, tis, *flamen, minister publicus Dei, sacerdotio præditus, qui sacris præest, antistes fani*, ἱερεύς. Ver. 2. 128. Cephaledi mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oportet. 4. 99. Sacerdotes Cereris atque illius fani antistites, probatæ mulieres. Pro Fon. 37. Virgo sacerdos Vestæ. Ver. 4. 110. Præsto mihi sacerdotes cum infulis et verbenis fuerunt. Pro Corn. 55. Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. *Ibid.* Sacerdos illa, quæ Græcum illud sacrum monstraret et faceret. 1. Tusc. 113. Sacerdos advecta in fanum. Pro Do. 143. Sacerdotes deorum immortalium. De Arusp. 28. Sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxisti. 2. de Leg. 20. Divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Pro Do. 38. Itaque populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes. *Ibid.* 1. In judicio sacerdotum populi Romani. De Cla. 127. Hic, qui in collegio sacerdotum esset, condemnatus est. Pro Dom. 111. Religiosus libertatis sacerdos. *Ibid.* 103. Sacerdos castissimus. I. P. 88. Popularis sacerdos. Pro Sestio 39. Sacerdos stuprorum. 2. in A. 110. Sive quod tyranni sacerdos es, sive quod mortui.

Adjuncta. *Barbarus, castissimus, divinus, expulsus, et exspoliatus, necessarius, popularis, sibyllinus, maximus, novus, publicus, religiosus.*

Sacerdotium, tii, *sacerdotis munus*, ἱερατεία, ἱεράτευμα. Ver. 2. 127. Itaque Jovis illud sacerdotium amplissimum Theomnesto datur. *Ibid.* Cujus nomen exisset, is haberet sacerdotium. 2. cont. Rul. 18. Populus per religionem sacerdotia mandare non poterat. *Ibid.* Amplitudo sacerdotii. *Ibid.* Hoc idem in cæteris sacerdotiis. Pro Rab. 27. L. Flaccus homo in sacerdotio, cæremoniisque, quibus præerat, diligentissimus. Pro Dom. 2. Eligere amplissimos viros ad sacerdotia. *Ibid.* 37. In sacerdotium venire. *Ibid.* 135. Inire sacerdotium. *Ibid.* 136. Licinia virgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio prædita. De Arusp. 21. Te appello, Lentule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi. 2. Fam. 7. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces. 3. 10. Amplissimi sacerdotii collegium. 15. 4. Sacerdotium denique cum consequi possem, non appetivi. 8. Att. 3. 1. de Div. 89. 2. in A. 80. De Senect. 61. Civis qui in urbe sua sacerdotio sit amplissimo præditus. Brut. 5. Lex Domitia, et lex Julia de sacerdotiis. Pro Dom. 105. Qui et sacra privata coluerunt, et publicis sacerdotiis præfuerunt. De Sen. 30. Metellus Pont. max. viginti et duos annos ei sacerdotio præfuit.

Adjuncta. *Amplissimum, populare, publicum, sanctissimum.*

Syntaxis. *Dare alicui sacerdotium, man-*

dare, habere. Amplitudo sacerdotii. Eligere aliquos ad sacerdotia. In sacerdotium venire. Inire sacerdotium. Sacerdotio præditus. Sacerdotium appetere, consequi. Sacerdotiis præesse.

Sacramentum, ti, *solemne jusjurandum, ὁρκωμοσία*. 7. Fam. 32. Pugna, si me amas, nisi arguta apparebunt, ut sacramento contendas mea non esse. 1. de Orat. 42. Agerent enim tecum lege Pythagorei, quibuscum tibi justo sacramento contendere non liceret. Pro Mil. 75. Injustis judiciis et sacramentis fundos alienos petere. Pro Dom. 78. Si Decemviri sacramentum in libertatem injustum judicassent, tamen quotiescunque vellet quis, hoc in genere se rem judicatam referre posse voluerunt. Pro Cæcin. 97. Postea sacramentum nostrum justum judicarunt. 1. Off. 36. Obligare aliquem secundo militiæ sacramento: quia priore amisso, jure pugnare cum hostibus non posset.

Sacrandi. 2. de Leg. 22. Ne quis agrum consecrato: auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.

Syntaxis. *Sacramento contendere. Injustis judiciis et sacramentis petere. Sacramento obligare aliquem. Prius amittere sacramentum.*

Sacrarium, rii, *locus, ubi res sacræ reponuntur et asservantur, ἱεροφυλάκιον*. Ver. 4. 4. Erat apud Heium sacrarium cum magna dignitate in ædibus a majoribus traditum perantiquum, in quo, &c. *Ibid.* Ut ad illud sacrarium redeam. *Ibid.* Sacrarii religio. 13. Fam. 2. C. Avianus, qui habitat in tuo sacrario. Pro Mil. 87. Ante ipsum sacrarium Bonæ deæ. 2. C. 13. Aquila illa argentea, cui Catilina sacrarium scelerum domi tuæ fecerat. 1. 24. Cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuerat.

Adjuncta. *Intimum, patrium, perantiquum.*

Sacratus, a, um, ἱερωθείς. Pro Dom. 43. Hoc vetant sacratæ leges. 2. de Leg. Verba ex sacratis legibus. Pro C. Cornel. 1. Leges sacratas ipsi sibi restituerent. Pro Sest. 16.

Sacrificatio, onis, ἱερουργία. 2. de Natu. 67. In dea Vesta omnis precatio et sacrificatio extrema est.

Sacrificium, cii, *sacrum, res divina, sacra, ἱερεῖον*. De Cla. 56. Cum M. Pompilius sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis. Brut. 15. Cujus Laurentiæ vos pontifices ad aram in Velabro sacrificium facere soletis. De Arusp. 12. Sacrificium quod fiebat pro salute pop. Rom. 1. Att. 9. Cum sacrificium pro populo fieret. De Arusp. 32. Qui sacrificia gentilia illo ipso in sacello, statuto loco, anniversaria factitarunt. Ver. 4. 128. Anniversaria sacrificia. De Arusp. 37. Sacrificium, quod fit incredibili cæremonia a populo Rom. 3. de Orat. 70. Ut illud ludorum epulare sacrificium facerent. 2. de Inven. 97. Præbere hostias ad sacrificium. Pro Mil. 46. Statuta sacrificia. 1. Tusc. 113. Solemne est statutum sacrificium. 5. in Ant. 24. Is neque sacrificiis solemnibus factis, neque votis nuncupatis est profectus. 3. 2. Certus dies non ut sacrificii, sic consilii expectari solet. In Clod. Qui omnia sacrificia nosset.

Adjuncta. *Anniversarium, epulare, extremum, gentile, occultum, sanctum, augustum, religiosum, solemne, et statutum, vetus, vetustum, occultumque, nocturnum, occultius, nocturnum ac solemne, solemne ac publicum, publicum, solemne, statutum.*

Syntaxis. *Sacrificium facere, factitare. Ad sacrificium hostias præbere. Sacrificia statuere.*

Sacrilegus, a, um, *qui furatur, sacra, ἱερόσυλος*. 2. de Leg. 40. Sacrilego pœna est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum. Pro Dom. 112. Imago meretricis a fure sublata, a sacrilego collocata. De Arusp. 33. Impurus et sacrilegus.

Sacro, as, *consecro, dedico, ἱερόω*. 1. de Div. 22.

Quod patriæ vocis studiis nobisque sacrasti.

Pro Corn. 33. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut pœna, cum, &c. *aliter*, sanctiones sacratæ.

Sacrosanctus, a, um, πανάγιος. *Ibid.* 35. Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populum plebemve sancitum est. *Ibid.* 33. Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset. 2. C. 18. Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?

Sacrum, cri, *sacrificium, ἱερὸν, θῦμα*. Pro Corn. 55. Sed cum illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret et faceret, ex Græcia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt. *Ibid.* Sacra Cereris summa majores nostri religione confici, cæremoniaque voluerunt. *Ibid.* Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. 3. de Nat. 58. Dionysius quartus, cui sacra Orphica putantur confici. 2. de Leg. 22. Sacra privata perpetua manento. *Ibid.* 47. De sacris hæc sit una sententia, ut conserventur semper, et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege posui, perpetua sint sacra. *Ibid.* 19. Nec ulla vitiorum sacra solemnia obeunto. *Conficere sacra, et facere sacra, et multa alia de sacris. Lege*, Sacer. 1. Att. 15. Anniversaria sacra. *Ibid.* Memmius Luculli uxorem suis sacris vitiavit. 2. de Leg. 22. Sacrum sacrove commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. *Ibid.* Sacra privata, sacra gentilitia. Pro Dom. 34. Quid sacra Clodiæ gentis intereunt? *Ibid.* Nec amissis sacris paternis in hæc adoptiva venisti. De Arusp. 33. Ne quis te sacra illa tua facientem videre possit. Orat. 144. Quibus verbis sacrorum alienatio fiat. 2. de Leg. 22. Sacrum committere, et sacrum commissum expiare. *Lege*, Commissum. 2. cont. Rull. 18. Quod per populum creari fas non erat, prop-

ter religionem sacrorum. Pro Dom. 36. Ne quid de sacrorum religione minuatur. Pro Flacc. 69. Istorum religio sacrorum. Pro Font. 39. Qui cum omnium sacris delubrisque bella gesserunt. Pro Dom. 105. Qui et sacra privata coluerunt, et publicis sacrificiis præfuerunt. De Arusp. respon. 57. Iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine obruit. *Ibid.* Occulta, et maribus non invisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere pervertit. Hortens. Sive vates, sive in sacris initiisque tradendis divinæ mentis interpretes.

Adjuncta. *Sacra, adoptiva, paterna, privata, anniversaria, gentilitia, nocturna, perpetua, solemnia, inaudita et nefaria, non solum invisa, sed etiam inaudita, patria, summa.*

Syntaxis. *Sacra facere pro aliquo. Sacrum religione cæremoniaque confici. Sacra curare, conservare, prodere alicui, obire. Sacra interire. Sacra amittere. Sacrum committere, et commissum expiare. Nequid minuatur de sacrorum religione. Sacra privata colere. Sacra inexpiabili scelere pervertere. Sacra et initia tradere.*

Sæpe, *frequenter, frequens, magna ex parte, identidem, crebro,* πολλάκις. 1. de Inv. 1. Sæpe et multum hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus, &c. Pro Qu. 3. M. Junius in hac causa multum et sæpe versatus. *Ibid.* 96. Sæpe ac diu, &c. 2. de Inv. 15. Semel ac sæpius. Pro Font. 16. Semel atque iterum, ac sæpius. 9. Att. 5. Etsi hoc effeci sæpe et sæpius mihi facturus videor. 13. Fam. 42. Id ut re experiatur, iterum et sæpius te rogo. Pro Pomp. 30. Testis est iterum ac sæpius Italia. 2. de Fin. 41. Interdum vel potius nimium sæpe. 1. Famil. 7. Quod antea tibi sæpe significavi. *Ibid.* Pompeium scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse. 3. ad Her. 15. Minus sæpe. 3. Off. 69. Quod si sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius.

Sæpenumero, συνεχῶς. De Senect. 1. Sæpenumero mirari soleo, &c. 16. Fam. 21. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem. 1. de Orat. 1.

Syntaxis. *Sæpe et multum. Semel ac sæpius. Semel atque iterum, ac sæpius. Sæpe ac sæpius. Nimium sæpe.*

Sævio, is, *sævitiam in aliquem adhibeo, exerceo, crudelitatem adhibeo,* χαλεπαίνω. In Vatin.

Sævitia, æ, *crudelitas,* χαλεπότης. Part. 11. In judicio aut sævitiam aut clementiam judicis sibi proponet orator. 2. Off. 24. Heris sane adhibenda sævitia in famulos, si aliter teneri non possunt.

Sævus, a, um, *ferus, crudelis,* χαλεπὸς, δεινός. 3. de Orat. 155. Undique venti erumpunt sævi, existunt turbines. 2. de D. 115. Unde superstitiosa primum, sæva evasit vox fera. Pro Cœl. 18. Medea amore sævo saucia. 2. Tusc. 20. Sæva gens.

Saga, φαρμακίς. *Lege,* Sagio. 1. de Div. 65. Ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt. 2. 129. Sagarum superstitio.

Sagacitas, tis, *calliditas, solertia,* ἀγχίνοια. 2. de Nat. 158. et 151. Canum incredibilis ad investigandum sagacitas narium. Ver. 1. 105. Qua est iste sagacitate in his rebus. 4. 29. Tuam tantam fuisse sagacitatem.

Sagaciter, *callide,* ἀγχινῶς. 1. de Orat. 223. Sagaciter pervestigare quid sui cives cogitent, &c. 2. 186. Odoror quam sagacissime possum, quid sentiant, &c. 6. Att. 4. Illud præterea μυστικώτερον tu sagacius odorabere.

Sagatus, a, um, σαγηφόρος. 14. in A. 2. Deinde cras sagati prodeamus. Pro Font. 23. Galli sagati brachatique. Frag. ep. Cum reliqui consulares sagati vellent descendere.

Sagax, cis, *callidus, acutus, prudens,* ἀγχίνους. 5. Tuscul. 67. Nihil est in homine sagaci et bona mente melius. 1. de Div. 65. Sagire enim sentire acute est: ex quo sagaces dicti canes. 1. de Leg. 22. Homo animal providum, sagax, &c. 1. C. 19. Quem tu ad supplicandum sagacissimum fore putasti. 10. Fam. 23. Sagax ad pericula prospicienda. 2. de Fin. 45. Mentem acrem, et, ut ita dicam, sagacem. 1. de Div. 22.

Hoc adeo penitus cura videre sagaci.

Syntaxis. *Sagax et bona mens. Sagax ad pericula prospicienda. Cura videre sagaci. Mens acris et sagax.*

Sagina, næ, *cibus, offæ ad saginandum apta,* λίπος. Pro Flac. 17. Qui multitudinem illam non autoritate, sed sagina tenebat.

Saginor, aris, *pinguesco,* λιπαίνομαι. Pro Sest. 78. Qui ab illo pestifero ac perdito cive jampridem reipub. sanguine saginantur.

Sagio, is, μαντεύομαι. 1. de Div. 65. Sagire enim sentire acute est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt, et sagaces dicti canes. *Ibid.* Is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur præsagire.

Sagitta, æ, *jaculum, quod arcu jacitur, vel balista,* βέλος. Ver. 4. 74. Sagittæ pendebant ab humero. 2. Att. 1. Configere aliquem sagittis.

Sagittarius, rii, *arcitenens, sagittipotens,* τοξότης. 5. in Ant. 18. et 5. Att. 20. Certum agminis locum tenebant barbari sagittarii. 15. Fam. 4. Usi sagittariis.

Sagittipotens, tis, ὁ καὶ ἡ βελεμνάτης. In Arat.

Mense sagittipotens solis cum sustinet orbem.

Sagra, ræ, *fluvius.* 2. de Nat. 6. Cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio devicissent. 3. 13. De Sagra Græcorum est vulgare proverbium: Qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam ea, quæ apud Sagram.

Sagulum, li, *sagum,* περιθωρακίδιον. I. P. 54. Lictores togulis acceptis sagula rejecerunt.

Sagum, gi, *vestis militaris, index belli, ut toga pacis,* σάγος. Ver. 5. 93. Sagum sumit,

lucebat jam fere. 14. in A. 2. Propter cujus periculum ad saga issemus. *Ibid.* Ad saga ire, et redire ad togas. 8. 32. Cum est in sagis civitas. 5. P. 31. Tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dico oportere.

Syntaxis. *Sagum sumere. Ad saga ire. In sagis est civitas. Justitium indicere, saga sumere.*

Saguntum, ti, *urbs Hispaniæ*. 5. in A. 27.

Saguntinus, a, um. Pro Corn. 23. Saguntinus propugnator.

Saitæ, *populi quidam Ægyptii*. 1. de Nat.

Sal, salis, ἅλς. 2. 160. Sui, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. De Ami. 69. Verum est illud, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. 1. de Orat. 150. Urbanitatis quidam lepos, quo, tanquam sale, perspergatur omnis oratio.

Sal, et Sales, *urbanitas, facetiæ, joci*, ἀστειότης. 2. 98. Alter inusitatum nostris oratoribus leporem quendam et salem est consecutus. *Ibid.* 216. Nullam artem esse salis. 9. Fam. 16. Salis enim satis est, sannionum parum. 21. de Nat. 74. Salem istum, quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolite consumere. 5. Tus. 55. Specimen humanitatis, salis, suavitatis, leporis. 2. Att. 10. Litteræ sparsæ sale humanitatis. Orat. 87. Sales, qui in dicendo mirum quantum valent. 9. Fam. 15. Accedunt non Attici, sed salsiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. 2. in A. 20. Aliquid salis ab uxore mima trahere potuisti. 1. Qu. Fr. 2. Sal dicendi.

Adjuncta. *Barbari, salsiores, veteres, urbani.*

Syntaxis. *Lepor et sal. Salis nulla est ars. Specimen humanitatis, salis, suavitatis, leporis. Sale carere. Salem consumere. Litteræ sparsæ sale humanitatis. Sales in dicendo mirum quantum valent. Salsiores, quam illi Atticorum, Romani sales. Aliquid salis ab alio trahere. Sal dicendi.*

Salacia. De Univ. 35. Oceanus Salaciaque cœli terræque filii.

Salacon, onis, σαλάκων, *mollis, delicatus; qualis fuit Salaco, Autolyci pater, qui hoc nomine male audiit. Vel insolens, et suas opes admirans: quo vitio laborant divites, ut Aristoteles in Rhetoricis docet; quos ob id Salacones appellat. Tigellium igitur quendam his de causis Salaconem Cicero appellare videtur. Erasmus tamen alia affert in adagiis.* 7. Fam. 24. Cognosti meam causam, et istius Salaconis iniquitatem.

Salamin, inis, *insula et urbs*. 6. Att. 1. Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat.

Salamina, æ, *Salamis*. 1. Tuscul. 110.

Salaminius, a, um. Pro Ar. 19. 1. Tuscul. 110. Salaminium trophæum.

Salamis, is, *Salamina*. 1. Off. 75. Diceturque Salamis clarissimæ testis victoriæ.

Salaria, *via quædam*. 3. de Nat. 11.

Salax, cis, ἀσελγής. 6. Att. 3. Levis, libidinosus, salax. *aliter*, sagax.

Salebra, æ, *locus asper et inæqualis*, ῥῆγμα. Orat. 39. Alter enim sine ullis salebris, quasi sedatus amnis, fluit. 2. de Fin. 30. Incidere in salebras. 5. 84. Hæret in salebra.

Salernum, ni, *urbs*. 4. ad Her. 64. Frater venit ex Salerno.

Saliaris, re, *Saliorum proprius: unde saliarem in modum cœnare: id est, opipare et apparate*. 5. Att. 9.

Salictum, cti, *locus salicibus consitus*, ὁ ἰτεών. 2. cont. Rul. 36. Salicta ad Minturnas. 1. de Div. 40. Peramœna salicta.

Salientes, *a salio, sunt fontes tubis aut fistulis aquam fundentes: sic dicti, quod aqua ascendens primum, deinde etiam descendens saliat*, κρουνοί. 3. Qu. Fr. 1. Mirifica suavitate villam habebis, piscina et salientibus additis.

Salii, orum, *flamines Martiales, sive Martis sacerdotes*. 1. de Div. 30. Curia Saliorum deflagravit. Pro Dom. 38. *Lege*, Flamen.

Salinæ, arum, *loca, ubi sal fit*, τόποι, ἐξ οὗ ἅλες ἐξορύττονται. Pro Pomp. 16. Publicanorum familiæ, quas in salinis habent. 2. de Nat. 132. 7. Fam. 32. Salinæ ab ora maritima remotissimæ.

Pro salibus, et jocis, ex ambiguo. Ibid. Quibus in litteris omnia mihi perjucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur,

Salmacis, dis. 1. Off. 61. Salmaci, da spolia sine sudore et sanguine. *Poetæ.*

Salpini, *populi*. 2. cont. Rull. 70. Salpinorum pestilentiæ fines.

Salsamentarius, rii, *qui salsamenta facit, aut vendit*, ὁ ταριχηρός. 4. ad Her. 68. Ut si salsamentarii filio dicas: Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.

Salsamentum, ti, *quod sale conditum est in diuturnum cibum et usum*, ὁ τάριχος. 2. de Div. 117. De vino aut salsamento putes loqui, quæ evanescunt vetustate.

Salse, *facete*, σκωπτικῶς. 2. Orat. 275. Quæ salse dicuntur. *Ibid.* 221. Salsissime dicere aliquid.

Salsus, a, um, *facetus*, γελοῖος. 2. in A. 42. Salsus homo. 2. de Orat. 217. Multa sunt ridicula et salsa Græcorum. *Ibid.* 228. Esse facetum atque salsum. 9. Fam. 15. Accedunt non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. 2. de Orat. 270. Genus est perelegans, et cum gravitate salsum. Orat. 90. Quidquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium est.

Saltatio, onis, ὄρχησις. 3. de Fin. 24. Actio histrionis est saltatio saltatoris. Pro Mur. 13. Intempestivi convivii multarum deliciarum comes est extrema saltatio. De Cl. 225. Sextus Titius tam mollis et solutus in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset.

Saltator, oris, ὀρχηστής. 1. Off. 150. Adde his, si placet, unguentarios, saltatores. Pro Mur. 13. Saltatorem appellat L. Murænam Cato : maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris. 8. de Fin. 24. Histrioni actio, saltatori motus est certus datus. Pro Deiot. 28. Si saltatorem avum habuisses.

Saltatorius, a, um, ὀρχηστικός. I. P. 22. Cum illum suum saltatorium versaret orbem.

Saltatrix, cis, ὀρχήστρια. I. P. 18. Cum illa saltatrice tonsa.

Saltem, *at certe, at saltem, tamen*, ἀλλὰ μήν. 3. cont. Rull. 1. Qui provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur. 8. Att. 16. Quare nunc saltem ad illos calculos revertamur. Pro Flac. 35. Fratres saltem exhibe. Pro S. R. 54. Vere nihil potes dicere, finge aliquid saltem commode. I. P. 24. At fuit incessus saltem Capua dignus. 9. Fam. 8. Atque aliquo si non bono, at saltem certo statu civitatis. 9. Att. 4. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem. 4. de Fin. 57. Saltem aliquid de pondere detraxisset.

Salto, as, *salio*, ὀρχέομαι. 3. de Orat. 83. Negarem posse eum satisfacere in gestu, nisi palæstram, nisi saltare didicisset. I. P. 22. Cum collegæ tui domus cantu et cymbalis personaret, cumque ipse nudus in convivio saltaret, &c. Pro Mur. 13. Nemo enim fere saltat sobrius. 2. C. 23. Qui in conviviis nudi saltare consueverunt. Pro Deiot. 26. Deiotarum in convivio nudum saltavisse. 3. Off. 93. et 76. Luce palam in foro saltare. Orat. 226. Egesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pene Demosthenem, saltat, incidens particulas.

Saltus, us, *campus, ager*, ἄλσος. Pro Qu. 28. Quintius de saltu agroque communi vi detruditur. *Ibid.* 79. Quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? *Ibid.* Dejici de saltu. De Senect. 19. Nec enim excursione, nec saltu uteretur, sed consilio et ratione. 8. Fam. 5. Tuus porro exercitus vix unum saltum tueri potest. 2. Att. 1. Terentiæ saltum perspeximus. Con. C. Anton. Saltibus prope addictis.

Salubris, bre, *salutaris, incorruptus, sanitatem afferens, utilis*, σωτήριος.)(. *pestilens*. 2. de Orat. 290. Nec amœnum, nec salubrem locum censeo. 9. Fam. 12. Gratulor Baiis nostris, si quidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt. 1. de Div. 130. Salubrisne an pestilens annus futurus sit. *Ibid.* 79. Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres. Part. 56. Loci salubres. 1. de Div. 61. Qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. Pro Dom. 16. Dixi sententiam reip. saluberrimam et necessariam. Orat. 90. Quicquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium est. Pro C. Corn. 1. Spectaculum consulum calamitate, re, et tempore salubre ac necessarium.

Salubritas, tis, *affectio sanitatem afferens*, ὑγίεια.)(. *pestilentia*. 1. de Div. 131. Quorum ex habitu et colore, tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percepi. 2. de Legib. 3. Ego vero cum licet plures dies abesse, et amœnitatem et salubritatem hanc sequor. 2. cont. Rull. 94. Salubritas urbis, vel alicujus loci. De Cl. 51. Eloquentia omnem illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem perdidit, ac pœne loqui dedidicit. Pro Mur. 29. A jurisconsultis salubritas quædam, ab oratoribus salus ipsa petitur.

Syntaxis. *Salubris sententia. Quod est salubre in oratione, id proprium est. A jurisconsultis salubritas, ab oratoribus est salus. Salubritatem perdere.*

Salubrius, *adverb.* ὑγιεινοτέρως. De Senect. 57. Ubi enim potes refrigerari salubrius?

Salveo, es, συγχαίρω. 16. Fam. 9. Vale, salve. 4. Att. 13. Dionysium jube salvere. *Ibid.* 14. Dionysium velim salvere jubeas. 7. 7. Alexin humanissimum puerum velim salvere jubeas. 6. 2. Valebis igitur, et valere Pyliam et Cæciliam nostram jubebis, et salvebis a meo Cicerone.

Salum, li, *mare*, ἅλς. Pro Cæc. 88. Hoc opinor optaret, ut non in salum, sed in ipsam urbem, quam petebat, restitueretur. 3. Tusc. 67. Nec tam ærumnoso navigassem salo.

Salvo, as, *salutem do, salutem fero atque affero, salutem reddo, saluti sum*, διασώζω. I. P. 78. Me posse iterum rempub. salvare, si cessissem : infinitam cædem fore, si restitissem. *alias servare.*

Salus, tis, *incolumitas, sanitas*, σωτηρία. 10. Famil. 29. De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex litteris tuorum. 3. de Nat. 91. Ægrorum salus ab Hippocrate data.

Requies, bonum.)(. *exitium*. Ver. 2. 154. Is est nimirum Soter, qui salutem dedit. 1. de Orat. 32. Dare salutem, liberare periculis. 2. de Fin. 118. Ferre opem et salutem indigentibus. Pro Dom. 134. Accipere salutem ab aliquo. 2. de Orat. 200. Ego qui multis civibus saluti existimor fuisse. 1. Famil. 6. Et si minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta est. *Ibid.* 7. Multum interest, utrum laus minuatur, an salus deseratur. 6. Retinere salutem. Brut. 5. Et fugæ portus erat in tuis castris, et subsidium salutis in tuo exercitu. 16. Att. 4. Atticam cupio suaviari ; ita mihi dulcis salus per te missa ab illa ; referes igitur ei plurimam salutem. Pro Dom. 75. Ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit. Postquam ad Quir. 15. Non dubitavi, quin is me confectum consularibus vulneribus consulari medicina ad salutem reduceret. Pro Sull. 23. Municipium unde iterum jam salus huic urbi missa est. Pro Mur. 29. A jurisconsultis salubritas quædam, ab oratoribus salus ipsa petitur. Pro Font. 11. Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest. 2. de Orat. 35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, et integritas ad

salutem vocatur. Pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis fuit. Pro C. Corn. 1. Cum salutem populo Rom. afferret. Pro M. Scau. Ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur Dii. Hortens. Prædiis et amicis omnibus aptissime ad salutem corporis usus est.

Vita. De Ar. 35. Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem, utitur. 11. Att. 14. Salus ab aliquo data. 1. Qu. Fr. 22. Saluti servire. 2. Att. 19. Saluti, si me amas, consule.

Salutandi ratio. 7. Fam. 33. Ego vero multam salutem et foro dicam, et curiæ. 5. Tusc. 90. Anacharsis Hannoni salutem. 4. Att. 9. Is misit ad me statim, qui mihi salutem nunciaret. 7. Fam. 14. Salutem enim mihi verbis tuis nunciavit. 4. Att. 47. Dionysio plurimam salutem. 13. 22. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quidem. *Ib*. At tu et illi, et Pyliæ salutem plurimam. 5. 20. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes. 6. 4. Pyliæ, et puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dices. 14. Fam. 1. Tulliolæ salutem dic.

ADJUNCTA. *Bona, chara, charissima, communis, desperata, dubia, non dubia, dulcis, prope fatalis, improvisa atque repentina, incredibilis, summa, infestior, integra, magna, major, multa, perpetua, perspicua, propria, plurima, posterior, precaria, publica, universa, utilis.*

SYNTAXIS. *Ægrorum salus ab Hippocrate data. Dare salutem, liberare periculis. Ferre opem et salutem indigentibus. Accipere salutem ab aliquo. Esse saluti multis. Affligere salutem alicujus. Deserere salutem. Retinere salutem. Subsidium salutis in aliquo esse. Referre alicui plurimam salutem. Salutem accipere, reddere, restituere. Ad salutem reducere. Inde huic urbi missa salus. Salus a te petitur. Hominum integritas per eloquentiam vocatur ad salutem. Multum posse ad salutem alterius. Afferre salutem alicui. Deprecari salutem ab aliquo. Uti præsidiis ad salutem. Saluti servire. Saluti consulere. Multam salutem Musis dicere. Salutem alicui nunciare. Plurimam salutem illi nunciabis verbis meis. Salutem illi adscribes. Salutem dices.*

Salutaris, re, *salubris*, σωτήριος. De Sen. 56. Culturâ agrorum hominum generi universo est salutaris. 1. de Div. 85. Stella salutaris ad corpus puerorum. 3. de Fin. 66. Jupiter salutaris. 3. Fam. 8. Quo in capite sunt quædam nova salutaria civitatibus. 4. Tuscul. 58. Salutare remedium. 6. Fa. 6. Salutare consilium. De Cl. 15. Tractatio litterarum mihi salutaris fuit. 1. de Nat. 38. Res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas. 3. 69. Ratio pestifera multis, admodum paucis salutaris. 2. 34. Accessus ad res salutares, a pestiferis recessus. 3. 23. Mundo nihil pulchrius, nihil nobis salutarius. Ad Brut. 2. Salutaris severitas vincit inanem speciem clementiæ. 2. de Nat. 27. Salutaris et vitalis calor. Pro Mil. 20. Civis beneficus et salutaris. 9. Att. 6. Sic ergo habeto, salutares te mihi litteras misisse. Pro Mil. 14. Littera salutaris.

Salutariter, *utiliter*, σωτηρίως. De Cl. 8. Quibus armis quemadmodum salutariter uterentur, non reperiebant. 10. Fam. 21. Nihil non salutariter cupio.

SYNTAXIS. *Agrorum cultura. Jupiter, stella, remedium, consilium, severitas salutaris. Civis beneficus et salutaris. Salutares litteras mittere. Nihil non salutariter cupere.*

Salutatio, onis, *persalutatio*, *consalutatio*, ἄσπασμα. De Cl. 13. Grata salutatio. Ad Brut. ep. pr. in 4. Itaque hæc scripsi ipsa in turba matutinæ salutationis. 7. Fam. 28. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum &c. I. P. 96. Quis te communi salutatione dignum putat? De Univ. 2. Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumpsimus.

ADJUNCTA. *Aptior et gratior, grata, communis, gratior, matutina.*

Salutator, oris, ἀσπαστής. Quin. de Pet. 27. In salutatoribus &c. qui domum tuam veniunt, iis significato, &c. *Ib*. Deductorum officium, quod majus est, quam salutatorum.

Saluto, as, *salutem dico*, *salutem nuncio*, *consaluto*, *persaluto*, ἀσπάζομαι. 3. Att. 23. Domus te tota nostra salutat. *Ib*. 60. Dionysius te omnesque vos salutat. 4. 2. Illum salutavi, postea jussi valere. 14. 12. Octavius quem quidem sui Cæsarem salutabant. 2. in A. 58. Quam, homines ex oppidis obviam prodeuntes, non vero illo et inimico nomine, sed Volumniam salutabant. 1. C. 16. Quis te ex hac tanta frequentia salutavit? 13. in A. 4. Salutare benigne, comiter appellare unumquemque. 2. *Ib*. 4. Quem nunquam viderat, ac nunquam salutaverat. De Univ. 2. Cratippus Ephesum venit, mei salutandi et visendi causa. 6. Attic. 2. et 13. 9. Paulo post Cuspius hic salutandi causa, sed mansit invitatus. De Senect. 62. Salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli. Pro Planc. 33. Cum ille eum salutasset, ut fit, dixissetque, &c. De Cla. 10. Quem postquam salutavi: Quid vos, inquam, &c. Pro Fl. 42. Qui ita est ambitiosus, ut nos quotidie persalutet. Pro S. R. 56. Quod si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerint, opinor iis crura suffringantur. 2. in A. 106. Anagnini obviam ei descenderunt, ut istum, tanquam si esset consul, salutarent. 14. Att. 22. Eram continuo Pyliam salutaturus.

ADVERB. *Benigne, liberius paullo, maxime, negligentius, plane.*

Salvus, a, um, *conservatus*, *incolumis*, *integer*, σῶος. Div. 71. Ut hæc, quæ dixi, retinere incolumia ac salva possimus. 10. Att. 28. Cæsar te salvum amplissimumque cupiet. 9. 11. Pompeius veniet iratus, et iis maxime, qui eum maxime salvum volebant. Pro Planc. 2. Qui me salvum videre noluerunt. 1. Fam. 9. Ut possimus salvum te venisse gaudere. 1. de Div. 55. Is pedibus suis salvus rever-

tit. 2. de Inv. 169. Salvus et incolumis. 12. Fam. 23. Nullam partem sanæ et salvæ reip. gestare potuisti. 6. 22. Oro, obtestorque, te ut nobis salvum conserves. Pro Pomp. 55. Socios salvos præstare possumus. Pro Clu. 33. Ut id, quod conceperat, servaret, ut salvum parere posset. 3. C. 25 Ut omnes salvi conservaremini. Postquam in Sen. 23. Rempubl. salvam velle. 5. Att. 20. Te in Epirum salvum venisse, vehementer gaudeo. 2. Fam. 2. Ut ne quid agi cum populo aut salvis auspiciis, aut salvis legibus posset. Pro Pom. 21. Atque hæc omnia salvis populi Romani sociis, atque integris vectigalibus gesta sunt. Pro S. R. 4. Utrumvis salvo officio facere potes. De Prov. 45. Proscriptionem illam salvis auspiciis rogatam esse dicebant.

Syntaxis. *Te salvum amplissimumque cupio. Omnia sua salva et incolumia retinere. Salvum se conservare alteri. Sana et salva resp. Salvis auspiciis, salvis legibus, salvis sociis, salvo officio.*

Samarobrina, næ, *oppidum, in quo sunt homines duri atque horridi, cui opponitur Tarentum molle.* 7. Fam. 12.

Samarius exul. 11. in A. 5. *proverbium.*

Samii, *populi.* Ver. 1. 52.

Samius, a, um. Pro Mur. 75. Atque ille stravit lectulos, &c. et exposuit vasa Samia. 4. ad Her. 65. Nos Samiis delectabimur. Ver. 1. 50. De Nat. 3. Samia Juno.

Samnis, tis. 2. Off. 75. C. Pontius Samnis. 2. Tuscul. 41. Samnis spurcus homo. 2. de Orat. 325. Ut Samnitum *prolusio*, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.

Samnium, nii, *oppidum.* 16. Att. 11. Iter faciens in Samnium venit Cales, mansit Theani.

Samothracia, *insula.* 3. de Natur. 89. In Pis. 89.

Sampsiceramus, *Pompeius, a regulo quodam in Syria Sampsiceramo devicto : ut est apud Strabonem.* 2. Att. 14. 16. 24.

Samus, mi, *insula et oppidum.* Ver. 4. 71. Juno Sami colebatur. 1. 50.

Sanabilis, le, *qui ad sanitatem reduci potest, ἰατός.* 4. Tusc. 80. Animi sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine, sanabiles tamen.

Sanandus, a, um, *ἰατέος.* Pro Mar. 25. Quæ quidem tibi nunc omnia belli vulnera sananda sunt, quibus præter te mederi nemo potest. *Lamb. legit*, curanda.

Sanatio, onis, *sanitas, salus, ἴασις.* 4. Tuscul. 35. Eorum igitur malorum in una virtute posita est sanatio. *Ib.* 60. Hæc est propria et certa sanatio, si doceas, &c. 3. 5. Ad corporum sanationem.

Sanatus, a, um, *ὑγιασμένος.* 2. de Div. 135. Qua radicula inventa Ptolemæus sanatus dicitur.

Sanciendus, a, um, *νομοθετητέος.* 10. in A. 17. De quibus confirmandis et sanciendis legem comitiis centuriatis ex autoritate nostra laturus est. 2. de Leg. 37. Famam mulierum ut multorum oculis lux clara custodiat, diligenter sanciendum est.

Sancio, is, *fero, decerno, constituo, scisco, confirmo, κυρόω, διατάττομαι.* Pro Plan. 44. Leges, quas Senatus de ambitu sancivit. Brut. 5. Nec, quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit. 10. Att. 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis esset. Pro Dom. 80. Qui de libertate ea jura sanxerunt. Ver. 4. 114. Tamen in eo qui violasset, sancire vos velle oporteret. 13. in A. 11. Utrum igitur augurem populus libentius sanciet, Pompeium, an Antonium? 2. de Fin. 101. Cum tam accurate tamque diligenter caveat et sanciat, ut, &c. Postquam in Sen. 8. Ut vestram in posterum dignitatem autoritatemque sanciret. Pro Pl. 47. Noli observantiam sancire pœna. 1. de Leg. 20. Sancire aliquid scriptis. 1. Tusc. 27. Nec cæremonias violatas tam expiabili religione sanxissent, nisi, &c. 3. cont. Rull. 7. At hoc Corneliæ leges non sanciunt. Pro Flac. 67. Prætor sanxit edicto, ne ex Asia frumentum exportari liceret. 3. cont. Rull. 13. Hæc, quæ dubia sunt, per vos sancire vult. 4. C. 8. Cæsar digna scelere hominum perditorum sanxit. *Ib.* 12. Si quis de servis supplicium quam acerbissimum sanxerit. 1. de Fin. 35. Ut dolore suo sanciret militaris imperii disciplinam. Pro S. R. 70. Solon de eo nihil sanxit, quod antea commissum non erat. 14. Att. 23. Antonius circumibat veteranos, ut acta Cæsaris sancirent. Pro Cornel. 33. Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus plebsve sanxit. 2. de Leg. 22.

Sancior, iris, *statuor.* 3. cont. Rull. 3. Genus id agrorum certo capite legis confirmatur atque sancitur. 13. in A. 42. Nam quid erat aliud, quod inter eos fœdere ac fide sanciretur? De Am. 40. Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Postquam ad Quir. 13. Cum pactiones provinciarum, cum omnia cum omnibus fœdera sanguine meo sancirentur. Pro Sest. 24. Id fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant.

Punior. 3. de Legib. 46. Ut in suo vitio quisque plectatur, vis capite; avaritia, multa; honoris cupiditas, ignominia sanciatur.

Sancitur, *statuitur, νομοθετεῖται.* 2. ad Her. 15. Quod posteriori lege sancitum sit. 3. Off. 55. Erranti viam non monstrare; quod Athenis execrationibus publicis sancitum est. *Ib.* 65. De jure prædiorum sancitum est apud nos jure civili, ut in his vendendis vitia etiam dicerentur. Ver. 2. 123. Leges, in quibus eadem illa sancta sunt, et hoc amplius. 2. de Legib. 65. Lege sancitum est, ne quis, &c. 3. Off. 69. Hoc quanquam nulla lege sancitur, naturæ tamen lege sancitum est. De Ar. 32. Hoc si minus jure civili perscriptum est, lege tamen naturæ et communi jure gentium sancitum est, ut nihil, &c.

Adverb. *Diligenter, diligentissime, in posterum, penitus.*

Syntaxis. *Confirmare et sancire. Sancire leges, jura, Cæsarem augurem. Consul capite sanxit, si quis. Cautum et sancitum est. Observantiam pœna sancire. Scriptis aliquid sancire. Edicto sanxit Prætor. De fure supplicium sancire, de re aliqua sancire. Vis capite sancitur. Sancire pactiones alicujus capite, sanguine. In lege id sancitum est.*

Sancte, *auguste, ὁσίως, ἁγίως*. 1. Qu. Fr. 2. Cum te sanctissime gereres. 1. de Nat. 56. Pie sancteque colere deum. 2. de Nat. 62. Auguste sancteque consecrare aliquem. Pro Qu. R. 7. Hæc delentur statim, illa servantur sancte.

Sanctimonia, æ, *sanctitas, ἁγιασμός*. Pro Qu. 55. Quid mihi, inquam, cum ista summa sanctimonia. Pro Rab. 30. Mentes quæ ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrarunt. Pro Qu. 93. Habere domum clausam pudori et sanctimoniæ. 4. ad Her. 45. Omnis sanctimonia nuptiarum.

Sanctio, onis, *νομοθέτημα*. Pro Cornel. 33. Sanctiones sacratæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur. Pro Corn. 36. Sanctio fœderis. 2. ad Heren. 15. Plus valet sanctio permissione.

Sanctitas, tis, *sanctimonia, sanctitudo, ὁσιότης*. 1. de N. 3. Pietas, sanctitas, religio, quæ omnia pure et caste deorum numini tribuenda sunt. *Ib.* 117. Sanctitas est scientia colendorum deorum. 4. Fam. 3. Existimant quasi lumen aliquod elucere sanctitatem tuam. 2. de Fin. 73. Tueri se sanctitate sua. Pro Cœl. 32. Si matremfamilias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. 3. in A. 15. Quod in juventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? 2. Off. 11. Deos placatos pietas efficiet et sanctitas. Postq. red. in Sen. 33. Mecum deorum et hominum sanctitates omnes et religiones affuerunt.

Adjunc. *Major atque melior, patria, vetus.*

Sanctitudo, inis, *sanctitas, ἁγιασμός*. 4. de Repub. Eosdem terminos hominum curæ atque vitæ, sic pontificio jure sanctitudo sepulturæ. Nonius.

Syntaxis. *Pie sancteque colere Deum. Auguste sancteque consecrare. Deorum religio et sanctimonia. Habere domum clausam pudori et sanctimoniæ. Pietas, sanctimonia, religio Deorum numini tribuenda. Sanctitas et scientia Deorum colendorum. Tueri se sanctitate sua. Deos placatos pietas efficit et sanctitas. Deorum et hominum sanctitates omnes et religiones.*

Sanctus, a, um, *augustus, religiosus, castus, inviolatus, ἅγιος*. Pro Planc. 80. Qui sancti? qui religionum colentes? nisi qui meritam diis immortalibus gratiam justis honoribus et memori mente persolvunt. 1. Off. 26. Nulla sancta societas, nec fides regni est. *Ennii. Ib.* Difficillimum est, sanctam servare societatem. 2. de Inv. 114. Præmia virtutis sancta et casta esse oportet. 3. de Leg. 9. Tribuni sancti sunto. Ver. 5. 48. Homo sanctus et religiosus. 2. de Natur. 45. Achillem Astypalea insula sanctissimum colit. Pro Rab. 11. Qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Rom., integrum jus libertatis defendo esse oportere. Postqu. ad Quir. 18. Qua sanctissimi homines pietate erga deos esse solent. Pro Qu. 26. Nullum est officium tam sanctum atque solemne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. Pro S. R. 70. Nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violet audacia. *Ib.* 109. Jus sanctum atque integrum. Pro Qu. 5. Profecto nihil est tam sanctum atque sincerum in civitate &c. 5. Tusc. 36. Ex hoc Platonis sancto augustoque fonte. Postq. ad Quir. 18. Numenque vestrum æque mihi grave et sanctum, ac deorum immortalium futurum est. De Ar. 19. Id semper omnibus sanctum, augustumque et religiosum esse visum est. Pro Ar. 19. Sit igitur sanctum apud vos hoc poetæ nomen. Ver. 3. 134. Neque apud te sancta religio societatis fuisset. 7. Att. 20. Pecuniam de sanctiore ærario auferre. 12. 20. Me id multo magis movet, quod mihi est sanctius et antiquius. Pro Q. R. 44. Vir natura sanctus et religiosus. Pro Flac. 71. Homines sunt tota Asia sanctissimi frugalissimique. 4. Fam. 13. P. Nigidio uni omnium doctissimo et sanctissimo. 3. de Fin. 68. Amor sanctus. 1. de Orat. 229. Cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiæ, cum illo nemo neque integrior, neque sanctior in civitate. Pro Arch. 18. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas: quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.

Syntaxis. *Sanctam servare societatem. Præmia virtutis casta et sancta. Homo natura sanctus et religiosus. Esse sanctissima pietate erga Deos. Officium sanctum atque solemne. Jus sanctum atque integrum. Quidquid est in civitate sanctum, sincerum, augustum. Sanctius ærarium. Nihil est mihi sanctius atque antiquius. Sanctum Poetæ nomen.*

Sane, *hercle, oppido, sane quam, licet, ἀληθῶς*. De Fat. 10. Stilpo Megaricus philosophus, acutus sane homo, et probatus temporibus illis. 2. de Div. 67. Non sane hoc quidem mirabile. Pro Qu. 12. Res rustica sane bene culta. 2. cont. Rul. 13. Oratio sane longa. 2. de Orat. 264. Res sane difficilis. 12. Fa. 19. De Parthici belli suspicione quod scribis, sane me commovit. 1. 9. Sane moleste Pompeium id ferre constabat. 3. 5. Sane autem vellem posse obsequi voluntati tuæ. 1. Att. 1. Sane sum perturbatus. 2. Qu. Frat. 6. Nam quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. 8. 10. Sane quam litteris tuis sum commotus. *Ibid.* 1. Sane quam eos sermones repressit. 4. 5. Sane quam, pro eo ac debui, graviter molesteque

tuli. 8. *Ibid.* 4. Sane quam multis incutit metum. 3. de Nat. 40. Dii mihi quidem sane multi videntur. 14. Att. 7. Quædam sane pessima. 4. ad Her. 64. Huic sane magna est in mento cicatrix. De Cl. 41. Themistocles, ut apud Athenienses, non ita sane vetus. 2. de Leg. 8. Sane quidem hercule est ita, &c. 4. Acad. 105. Hæc sint falsa sane: invidiosa certe non sunt. 4. ad Her. 64. Age, inquit, duc tecum Sosiam, sane deinde, &c.

Syntaxis. *Sane quam illum puduit. Sane quidem hercule ita est. Hæc sint falsa sane; invidiosa certe non sunt.*

Sanguen, *sanguis.* 5. de Fin. 30. Quis enim est, aut quotusquisque, cui, mors cum appropinquet, non refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu. Horten. Ut ait Ennius: Refugiat timido sanguen, atque albescat metu.

Sanguinarius, a, um, *sitiens sanguinem, crudelis, trux, αἱματωπός.* 2. Att. 7. Hæc sanguinaria juventus inimicissima est.

Sanguineus, a, um. 2. de Div. 60. Imber lapideus aut sanguineus.

Sanguinolentus, a, um, *sanguine atratus, ὁ καὶ ὁ αἱματώδης.* 2. ad Her. 52. Sanguinolenta palma.

Sanguis, inis, *vitalis in animante succus, αἷμα.* 2. de Nat. 138. Eoque modo ex his partibus et sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. 1. 48. Nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. 2. de Div. 58. Nec enim sanguis, nec sudor, nisi ex corpore est. 3. Off. 32. Membra quædam amputantur, si et sanguine et tanquam spiritu carere cœperunt. 1. de Orat. 225. Nec iniquo judicio exsorbeatur sanguis tuus. 6. Att. 1. Sanguinem mittere. 2. de Orat. 310. Reliquæ duæ sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debent. Orat. 76. Etsi non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem. De Cla. 36. Succus ille et sanguis incorruptus. *Ibid.* 282. Sanguinem verum depravare, et vitiosum colligere. Postquam in Senat. 14. Cognatio materna transalpini sanguinis. Pro S. R. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem maternus paternusque sanguis. 1. de Div. 98. Quid quod fluvius atratus sanguine fluxit? *Ibid.* Quid cum sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, &c. imber defluxit? 1. Tusc. 116. Menœceus largitus est Patriæ suum sanguinem. *Ibid.* Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo.

Adjuncta. *Ater, civilis, communis, tribunitius, domesticus, incorruptus, vetus, vitiosus, multus, paternus, plurimus, paternus maternusque, pristinus, timidus.*

Syntaxis. *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Sanguis in corporibus fusus. Succus et sanguis incorruptus. Habere sanguinem. Sanguine carere. Sanguinem largiri, mittere, elicere. Oratio, quæ non plurimi sanguinis est, sed habet tamen succum aliquem. Sanguinem verum depravare, vitiosum colligere. Maternus paternusque sanguis. Cognatio transalpini sanguinis.*

Sanies, ei, *putridus corruptusve sanguis, aut humor, τὸ ἀποῤῥέον.* I. P. 43. Saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro. 1. Tuscul. 107.

Sanitas, tis, *salus, valetudo bona, integra valetudo, integritas valetudinis, corporis bona habitudo, corporis firma constitutio, firma corporis affectio, ὑγεία.* 4. Tuscul. 30. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus, sanitas est. De Opt. 8. Qui incorrupta sanitate sunt. De Clar. 51. Eloquentia omnem illam salubritatem Atticæ dictionis quasi sanitatem perdidit. *Ibid.* 278. Sic oratoris vel sanitate vel vitio pro argumento ad diluendum crimen usi sumus. De Clar. 283. Insulsitatem et insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit, sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam orationis, probat.

Ratio, consilium rectum. I. P. 46. Suum quemque scelus de sanitate ac mente deturbat. 11. in A. 37. Ego autem veteranos tueri debeo, sed hos, quibus sanitas est, certe timere non debeo. Pro Sull. 83. Adeone vobis alienus a sanitate videor? 4. Tusc. 23. Pravarum opinionum conturbatio, et ipsarum inter se repugnantia sanitate spoliat animum, morbisque perturbat. Ver. 2. 98. Ne salutis quidem tuæ ratio te potuit ad officium sanitatemque reducere. 12. Fam. 10. Quibus ad sanitatem redeundi potestas facta est. Pro Sull. 17. Ille convertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem.

Syntaxis. *Corporis temperatio sanitas est. Esse sanitate incorrupta. Perdere sanitatem. Oratoris sanitas. Atticæ dictionis salubritatem perdere, quasi sanitatem. Sanitatem, integritatem quasi religionem orationis probare. De sanitate et mente deturbare aliquem. Homo alienus a sanitate. Sanitate spoliare. Ad sanitatem reducere, redire, se convertere.*

Sannio, onis, *scurra, qui omnibus modis risum movere nititur, χλευαστής.* 2. de Orat. 251. Quid potest esse tam ridiculum, quam sannio est. 9. Famil. 16. Salis enim satis est, sannionum parum.

Sano, as, *curo, medeor, ad salutem reduco, sanum facio, salutem do, reddo, restituo, libero, morbum depello, ὑγιόω.* 3. de Nat. 70. Vomica Phæræi Jasonis, quam medici sanare non potuerunt. Pro Milon. 68. Remp. ægram et labentem sanare et confirmare. Ver. 5. 120. Avaritiæ vulnera crudelitatis remediis sanare. 5. Att. 17. Sanare vulnera, quæ sunt imposita provinciæ. 2. C. 17. Quos ego non tam ulcisci studeo, quam sanare. *Ibid.* 11. Quæ sanari poterunt, quacunque ratione sanabo. 2. de Orat. 303. Quæ sanare non possunt, exulcerant. Pro Syll. 28. Horum voluntates nefarias nec sanare potui, nec tollere. 4. C. 2. Multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi. 5. Famil. 16. Con-

solatio quæ levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. 13. Att. 13. Valde me momorderunt epistolæ tuæ, eædem tamen sanaverunt. 2. de Div. 135. Ejus autem radiculæ vim esse tantam, ut Ptolemæum facile sanaret.

Sanor, aris. 1. Qu. Fr. 2. Quem denique, præter Tuscenium, cujus causa sanari non potest, non mitigavi? Pro Sul. 76. Ut convalescere aliquando et sanari civitas posset. 4. Tusc. 81. Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Ad Brut. 17. Remp. desperatam sanari posse.

Syntaxis. *Sanare vomicam. Remp. ægram et labentem sanare. Avaritiæ vulnera sanare. Non tam ulcisci, quam sanare aliquos nobis adversos. Sanare voluntates nefarias. Sanare dolorem. Convalescere et sanari civitatem.*

Sanus, a, um, *firmus, valens, validus, salubris, salvus, qui firmo corpore est, qui incorrupta sanitate est, integer, sanæ mentis,* ὑγιής. 2. in Ant. 101. Quasi medicus ille te sanum fecisset. Pro Sest. 135. Non ea est medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur. 12. Fam. 23. Nullam partem sanæ ac salvæ reip. gustare potuisti. Orat. 99. Bacchari inter sanos vinolentus videtur. De Opt. 8. Attici oratores sani et sicci. Pro Sest. 97. Qui integri sunt et sani. *Ibid.* Sani, et boni, et beati. De Cl. 202. Nihil erat in ejus oratione nisi sincerum, nihil nisi siccum atque sanum. *Ibid.* 51. Asiatici oratores nimis redundantes, Rhodii saniores, et Atticorum similiores. Pro Sest. 23. Remp. capessere bene sanum non oportere. 3. Off. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, et eo medicamento sanus factus fuerit. 3. de L. 24. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? 2. de Div. 94. Sanus homo. *id est, sanæ mentis.* 3. Off. 95. Aliquis sanæ mentis. 9. Att. 6. Litteræ sana mente scriptæ, quomodo in tanta insania? *Ibid.* 18. Male sanus. *id est, insaniens.* 4. Acad. 87. Visa imbecilliora esse dicebas (*puta dormientium &c.*) quam vigilantium, siccorum, sanorum. *Ibid.* 89. Quisquam sanissimus, tam certa putat quæ videt, quam &c.

Adverb. *Bene, male, vix satis.*

Syntaxis. *Sanum aliquem facere. Sana ac salva resp. Attici oratores sani, siccique. Integer, et sanus. Sanus, bonus, et beatus. Sincera, sicca, sanaque oratio. Homo sana mente,* vel *sanæ mentis. Sana mente scribere. Malesanus,* id est, insanus.

Sapiens, tis, *bene sanus, magni consilii, divina mente et consilio præditus,* σοφός. 1. Off. 16. Qui maxime perspicit, quid in quaque re verissimum sit, quique et acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Pro Cl. 84. Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. 4. C. 3. Misera mors viro sapienti non potest accidere. De Am. 6. Cato quasi cognomen jam habebat in senectute sapientis. *Ibid.* Unum accepimus Apollinis oraculo sapientissimum judicatum. De Am. 6. L. Acilius apud patres nostros sapiens appellatus. 2. Off. 40. C. Lælius, is qui sapiens usurpatur. 3. de Orat. 135. Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur. 2. de Fin. 7. Epicurus se sapientem profiteri est ausus. 2. de Div. 61. Sæpius mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse. 1. Off. 46. Quoniam vivitur non cum perfectis hominibus, pleneque sapientibus, sed, &c. *Ibid.* Homo non perfectus, nec sapiens. 1. de Orat. 179. M. Buculeius homo meo judicio stultus, et suo valde sapiens. *Ibid.* 196. Ulysses vir sapientissimus. I. P. 63. Themista sapientior. *Proverbium.* 10. in A. 17. Quis sapientior ad conjecturam rerum futurarum? 8. Att. 16. Sapiens excusatio. 3. Off. 16. Sapientem Stoicorum more neminem reperiri. 3. Tusc. 14. Nemo sapiens, nisi fortis. 5. 104. Ille vero sapiens nostras ambitiones levitatesque contemnet, honoresque populi etiam ultro delatos repudiabit. 4. 37. Ergo is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, sibique ipse placatus, ut neque tabescat molestiis, neque frangatur timore, nec sitienter quid appetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens, quem quærimus, &c. *Ibid.* 49. Sapiens nullo tempore beatus, juxta Epicurum. *Ibid.* 77. Sapiens consolatione non eget. 5. 76. Dolorem vero sapiens extimescet? is enim huic sententiæ maxime repugnat. 3. 20. Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. 4. 57. Ex quo efficitur, ut sapiens divina imitetur, humana omnia inferiora ducat virtute. 4. Acad. 99. Qui a vobis sapiens inducitur. 4. Tusc. 38. Sapiens ita acrem in omnes partes aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore vivendi: ut quemcunque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat. 3. 19. Sapiens nunquam irascitur. *Ibid.* Sapiens vacat iracundia. 4. Acad. 67. Sapiens nihil opinatur. *Ibid.* Sapiens distinguere potest falsa a veris et quæ non possint percipi, ab iis, quæ possint. *Ibid.* 57. Sapiens cum ei res similes occurrunt, quas non habet denotatas, retinet assensum: nec unquam ulli viso assentitur: nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit. 5. Tusc. 48. et 2. de Fin. 103. Sapiens semper temperatus est, semper constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine: semper igitur beatus. 4. Acad. 136. et Parad. 6. Sapiens solus rex, solus dives, solus formosus, &c. 5. Tuscul. 48. Sapiens ab omni concitatione animi semper vacat. 4. 8. Sapiens utrum omni perturbatione animi possit vacare, necne. 2. de Nat. 39. Sapiens igitur

est mundus, et propterea deus. 2. de Leg. 17. Sapiens temperatio juri consulum superbiori et violentiori accessit creatione tribunorum. 5. Tusc. 81. Sapientis est enim proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere nihil invitum: splendide, constanter, graviter, honeste omnia: nihil ita expectare, quasi certo futurum: nihil cum acciderit, admirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur: omnia ad suum arbitrium referre: suis stare judiciis. 4. Acad. 45. Sapientis esse dixit Epicurus, opinionem a perspicuitate sejungere. 9. Fa. 16. Sapientis nihil esse præstare, nisi culpam. 4. Acad. 9. Sapientis vel maxime esse videtur, statuere quid sit sapiens. Ad Br. 15. Sapientis negabant Stoici fugere. 4. Tusc. 13. Præsentis mali sapientis affectio nulla est. 3. 15. Sapientis animus nunquam est perturbatus. *Ibid*. Sapientis animus ita semper est affectus, ut ratione optima utatur. *Ibid*. 19. Sapientis animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. 4. Acad. 135. Sapientis animum nunquam neque cupiditate moveri, neque lætitia efferri placet Stoicis. 5. Tusc. 48. In animo sapientis semper placidissima pax. 1. de Nat. 1. Sapientis gravitate atque constantia indignum est, aut falsum sentire, aut, quod non satis explorate perceptum sit, sine ulla dubitatione defendere. 4. Acad. 109. Sapientis nullum decretum, nisi comprehensum, perceptum, cognitum. De Un. 44. Sapientis naturæ causas primas, conquirere. 4. Acad. 27. Sapienti satis non est, decretum non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debet, quod moveri nulla ratione queat. 4. Acad. 36. Sapienti accidere posse dicunt Academici, ut cum omnia fecerit, diligentissimeque circumspexerit, existat aliquid, quod et verisimile videatur, et absit longissime a vero. Par. 5. Soli sapienti contingit, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. 4. Tusc. 37. Quid aut in studiis humanis, aut in tam exigua vitæ brevitate magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum? 3. 80. Sapienti aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine: aut ita parvum malum, ut id obruatur sapientia, vixque appareat. 4. Acad. 48. Sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctio appareat. *Ibid*. Sapientem, si assensurus sit, etiam opinaturum, falsum esse Stoici dicunt. 1. de Nat. 23. Qui animantem sapientemque mundum esse dixerunt. 4. Acad. 134. Sapientem vel in omnibus tam corporis quam fortunæ bonis beatum esse. 5. Tuscul. 29. et 30. Sapientem non esse semper beatum, si corporis et fortunæ incommoda sint in malis numeranda: cum vel in his omnibus uno tempore esse possit. Par. 5. Nisi sapientem liberum esse neminem. 5. Tusc. 22. In malis autem sapientem esse posse, si essent ulla corporis aut fortunæ mala. 4. Acad. 29. Sapientem esse non posse, qui aut cognoscendi esse initium ignoret, aut extremum expetendi, ut, aut unde proficiscatur, aut quo perveniendum sit, nesciat. 3. Tusc. 19. In sapientem non cadit gaudere alieno malo. *Ibid*. 21. In sapientem non cadit invidere: ergo ne misereri quidem. 4. Acad. 59. Sapientem nihil opinari, id est, nunquam assentiri rei vel falsæ vel incognitæ. 3. Off. 62. et 7. Fam. 6. Nequicquam sapere sapientem: qui ipse sibi prodesse non quiret. *ex Ennio*. 4. Acad. 135. Sapientem nunquam timere, nunquam dolere censuerunt Stoici. 5. Tuscul. 95. Itaque hac usurum compensatione sapientem putat Epicurus, ut voluptatem fugiat, si ea majorem dolorem effectura sit: et dolorem suscipiat majorem efficientem voluptatem. 4. Acad. 132. A sapiente nihil tam alienum, quam rei falsæ assentiri. 1. de Nat. 23. Sapientes incommoda, quæ sunt invita, commodorum compensatione leniunt. 2. de Fin. 7. Septem sapientes non suo, sed populorum omnium suffragio nominati sunt. 5. Tusc. 72. Quod si gaudere talibus bonis animi, id est, virtutibus, beatum est, omnesque sapientes iis gaudiis perfruuntur, omnes eos confiteri beatos esse necesse est. 3. de Orat. 135. Sapientes omnes Græciæ, præter Thalem Milesium, civitatibus suis præfuerunt. 1. de Nat. 123. Sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos censent Stoici. 1. de Fin. 61. Sapientum nemo non beatus. 5. Tusc. 8. Sapientum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem. 5. Fam. 17. Sapientes turpitudine et delicto suo, non casu et aliorum injuria commoveri. 5. Tusc. 28. Omnibus enim virtutibus instructos et ornatos, tum sapientes, tum viros bonos dicimus. Cat. 83. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. 4. Acad. 13. Duos vero sapientissimos et clarissimos fratres, &c. Pro Mur. 28. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia. Acad. Academico sapienti ab omnibus cæterarum sectarum, qui sibi sapientes viderentur, secundæ partes dantur. *Ibid*. Zeno si interrogetur quis sit sapiens? respondebit eum esse, quem ipse descripserit. *Ibid*. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.

Adverb. *Perfecte, plane, sero, valde.*

Syntaxis. *Is, qui sapiens usurpatur. Ille se sapientem profitetur. Sapiens homo ad conjecturam. Alieno gaudere malo in sapientem non cadit.*

Sapienter, *scite, σοφῶς.*)(. *temere.* 1. Fam. 7. Si cecidisset, ut volumus, omnes te et sapienter et fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos et cupide, et temere fecisse dicturos. Pro Dom. 1. Pontifices, religiones sapienter interpretando. 4. in A. 6. Sapienter et considerate facere aliquid.

Sapientia, æ, *prudentia, rerum cognitio, philosophia, lumen animi, ingenii, consiliique, σοφία.*)(. *temeritas.* 4. Tuscul. 51. Sapientia

est rerum divinarum et humanarum scientia, cognitioque, quæ causa cujusque rei sit. 1. de Fin. 42. et 4. Acad. 23. Sic sapientia, quæ ars vivendi putanda est. 1. Off. 153. Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant. 2. 5. Sapientia est (ut a veteribus philosophis definitum est) rerum divinarum, humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur, scientia. 4. de Fin. 1. Sapientia hominis custos et procuratrix. 1. de Invent. 5. Sapientia moderatrix omnium rerum. 3. Tuscul. 56. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. *proverbium.* Pro Muræn. 75. Perversa sapientia Tuberonis, vel Stoicorum. 13. in Ant. 6. Næ ego istam eruditam sapientiam non audiam. De Cl. 212. Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. 2. Off. 5. Quid enim per deos optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? 3. de Orat. 140. Habere sapientiam junctam eloquentiæ. Orat. 70. Sed est eloquentiæ, sicut ceterarum rerum, fundamentum sapientia. Part. 76. Prudentia, calliditas, quæque gravissimo nomine sapientia appellatur. 3. de Orat. 56. Dicendi faciendique sapientia. *Ibid.* 53. Hanc cogitandi pronunciandique rationem, vimque, veteres Græci sapientiam nominabant. *Ibid.* 111. Sitne in humano genere sapientia. Pro Muræn. 30. Sapientia domina rerum. 2. de Orat. 154. Sapientia constituendæ civitatis. 2. Off. 10. Hi versutos homines et callidos admirantes, eorum malitiam sapientiam judicant. 1. de Leg. 22. Ratio quum adolevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. *Ibid.* 58. Sapientia est mater omnium bonarum artium, a cujus amore Græco verbo philosophia nomen invenit, qua nihil a diis immortalibus uberius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. Pro Mur. 30.

Tollitur e medio sapientia, vi geritur res. Ennii.

4. Fam. 3. Sapientia præditus prope singulari. 3. Tusc. 42. Qui si virtutes ebullire volent et sapientias, &c. Hortens. Litteris talibusque doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præparari decet. *Ibid.* Ex quo sapientia est appellata prudentia. De Consolat. Assentiamur eorum sapientiæ. Acad. Ad sapientiam cæci videmur.

Adjuncta. *Admirabilis, jucunda, admirabilis ac singularis, antiqua, præstans, callida, charior, comes naturæ et adjutrix, custos et procuratrix hominis, excellens perfectaque, erudita, gloriosa, præstans, divinaque, vera, incredibilis, ac pœne divina, copiose loquens, moderatior, uberior et elatior, accommodatior, magna, major, moderatrix omnium rerum, nec tacita, nec inops, mater omnium bonarum rerum, educatrixque, nova, oscitans et dormiens, tenuis, perfecta, perversa, præclara, præstantissima, princeps omnium rerum, singularis, summa.*

Sapientipotens. *Lege,* Bellipotens.

Sapio, is, *intelligo, sapientia præditus sum,* φρονῶ. 2. Off. 48. Quem intelligere et sapere plus quam cæteros arbitrantur. 2. Tuscul. 45. Non possum tantum virum nihil sapere dicere. 2. de Fin. 24. Nec enim sequitur, ut, cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. 1. de Div. 88. De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros umbrarum vagari modo. 2. 21. Nihil est tam valde vulgare, quam nihil sapere. Div. 55. Hic plane nihil sapit. 7. Fam. 16. Sero sapere. 1. de Div. 132. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. 7. Fam. 28. Quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus esse potest? Pro Quint. 16. Romæ sibi esse nummorum facultatem, quam si saperet, communem existimaret. 14. Att. 5. Ista conjuratio facile opprimeretur, si recte saperet Antonius. 1. Fam. 10. Istic, ubi solus sapere videare. 14. 1. Puer cum primum sapere cœpit. Incert. Meliora unguenta sunt quæ terram, quam quæ crocum sapiunt.

Syntaxis. *Intelligere et sapere. Cui cor sapit, ei non sapit palatus. Tibi semitam non sapis, et alteri monstras viam. Puer cum primum sapit. Hoc plane nihil sapit. Sero sapere. Recte sapere. Crocum sapere.*

Sapor, oris, *quod gustatu percipitur,* ὁ χυλός. Pro Cæl. 42. Qui non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur. 3. Tusc. 46. Voluptates, quæ sapore percipiuntur.

Sal, urbanitas. De Clar. 172. Tineam multa ridicule dicentem Granius obruerat nescio quo sapore vernaculo. Postq. in Senat. 13. Stipes Æthiops sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus.

Sappho. Ver. 4. 125.

Sarcio, is, *cursu tarditatem corrigo,* ἀκέω. 3. Fam. 1. Usuram longi temporis, qua caruimus, crebritate et magnitudine officiorum meorum sarciam. 13. 62. Deinde impudentia prosequere, sed idem sarciam.

Sarculus, li, *instrumentum quo segetes sarciuntur, id est, purgantur,* ἡ σκαλίς. 2. de Fin. 23. Cui nihil dempsit, jus et sarculos abstulerit. *Alii aliter legunt.*

Sardanapalus. 10. Att. 8. Nisi forte me Sardanapali vicem in suo lectulo mori malle censueris, quam exilio Themistocleo. 2. de Fin. 106. Sardanapalus rex Assyriæ. 5. Tusc.

Sardi, orum, *populi.* Div. 63. Ab Sardis rogatus. Pro Cor. 41. 7. Fam. 24. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem: *id est, Tigellium, et ejus nepotem.* Pro M. Scau. Ut M. Æmilius sordidissimæ, levissimæ, vanissimæ genti, ac prope dicam pellitis testibus condonetur.

Sardianus, a, um. 1. Qu. Fr. 2. Plato quidam Sardianus Epicureus, qui, &c. 13. Fa. 55.

Sardinia, æ, *insula.* De Prov. 15. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis gesta.

Sardonius, risus. *Lege,* Risus.

Sarissæ, *hasta Macedoniæ*, ἡ σάρισσα. 4. ad Heren. 43. Ut si quis. Macedonas appellarit, hoc modo: Non tam cito sarissæ Græcia potitæ sunt.

Sarmentum, ti, κλῆμα. Ver. 1. 69. Ligna et sarmenta circundare, ignem subjicere cœperunt. 2. de Orat. 88. In vitibus nova sarmenta cultura excitantur. De Sen. 52. Malleoli, plantæ, sarmenta. *Ibid.* Vitis putanda est, ne sylvescat sarmentis et in omnes partes nimia diffundatur. *Ibid.* Sarmentorum aliorum amputatio, et aliorum immissio.

Sarracum, ci, *genus vehiculi*, ἅμαξα ὑλοφόρος. I. P. teste Qu. lib. 8. cap. 3. Cum tibi tota cognatio in Sarraco advehatur. *aliter*, serracum.

Sartus, a, um, *integer*, *incolumis*, ἐπισκευασθείς. 13. Fa. 50. Hoc mihi da, ut M. Curium sartum et tectum, ut aiunt, ab omni detrimento conserves. *Ibid.* 11. Sarta tecta ædium sacrarum tueri. Ver. 1. 128. et 131. Opus illud quamvis sartum, tectum, integrumque esset.

Syntaxis. *Imperium, Remp., civitatem sartam tectam servare. Sic ipsum Cæsarem ab omni periculo, ab omni detrimento. Sarta tecta fani tueri. Sartum tectum, integrumque opus.*

Sat, *satis*, ἅλις. De Sen. 48. Tantum quantum sat est. 3. de Natu. 68. Qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprum: Pro S. Ro. 89. Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum facit.

Satelles, itis, *stipator*, *minister*, *administer*, *ministra*, δορυφόρος. 2. cont. Rull. 32. Janitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros et satellites potestatis. 14. Att. 5. Vides tyranni satellites in imperiis. Pro Qu. 80. Administri et satellites Sex. Nævii. 1. C. 7. C. Manlius audaciæ satelles atque administer suæ. 1. de Inv. 2. Ver. 3. 21. Minister ac satelles cupiditatum. De Pro. 5. Diligentissimus satelles scelerum, minister cupiditatum. 2. de Fin. 37. Virtutes quas tu satellites et ministras voluptatis esse voluisti. Ver. 3. 128. Quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit. 1. de Leg. 26. Hominem natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus tanquam satellites attribuit. 1. de Div. 106.

Hic Jovis altisoni subito pennata satelles.
Alcy. *Prævius Auroræ Solis noctisque satelles.*

Adjuncta. *Diligentissimus, perniciosissimus, robustus, valens, et audax.*

Syntaxis. *Ministri et satellites potestatis. Administri et satellites Nævii. Audaciæ suæ satelles atque administer. Perniciosissimæ satellites et ministræ voluptatis.*

Satiatus, a, um, κορεσθείς. De Senect. 47. Satiatus et expletus cupiditatibus. Ver. 4. 63. Ait se velle illud etiam atque etiam considerare, nequaquam esse satiatum. Top. 25. Non patiar te hinc non satiatum discedere. 1. Qu. Frat. 3. Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiata.

Satietas, tis, *fastidium*, πλησμονή. Pro Mur. 21. Hæc res multum affert hominibus satietatis ac fastidii. Ver. 5. 99. Non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt. 1. de Inv. 76. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. 2. de Orat. 177. Nec auditor defatigetur similitudinis satietate. 3. 96. Ab aliquo fastidio quodam et satietate abalienari. Orat. 174. Varietas occurrit satietati. 15. Att. 16. Hæc topographia ripulæ videtur habitura celerem satietatem. 13. 19. 4. ad Her. 33. Cito satietate affici. 2. Fam. 11. Mirum me desiderium tenet urbis, satietas autem provinciæ. Pro Mar. 28. Cum naturam ipsam expleveris satietate vivendi. De Sen. 76. Omnium rerum satietas vitæ facit satietatem. 2. Att. 5. Satietas nostri.)(. *desiderium.* 3. de Nat. 90. Quænam unquam ob mortem Myrtili pœnis luendis dabitur satietas supplicii? 2. Off. 56. In quo tamen ipso una cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. 2. Fa. 11. Atque in primis me tenet satietas actæ provinciæ. 9. 26. Sed earum etiam non satietas, sed quidam modus. 1. de Inv. 25. Cibi satietas, et fastidium subamara aliqua re relevatur. 1. de Div. 24. Nec tuendi satietas capere poterat. 2. Fam. 3. Nec quisquam est, quin satietate jam defessus sit. 4. ad Her. 38. Ad festivitatem disjunctio est apposita: quare rarius utemur ea, ne satietatem pariat. *Ibid.* 16. Ut satietas varietate vitetur. Ver. 3. 103. Satietatem fugere. 3. de Orat. 174. Musici, qui erant quondam iidem poetæ, machinati ad voluptatem sunt versum atque cantum, ut et verborum numero, et vocum modo, delectatione vincerent aurium satietatem. Pro Mur. 21. Ego mei satietatem magno meo labore superavi.

Syntaxis. *Res, quæ multum affert satietatis et fastidii. Affectus satietate exiit ex concione. Similitudo satietatis mater. Fastidio quodam et satietate abalienari. Varietas occurrit satietati. Habere satietatem. Cito satietate affici. Explere naturam satietate vivendi. Omnium rerum satietas vitæ facit satietatem. Satietas supplicii, urbis, provinciæ, voluptatis. Non satietas, sed quidam modus. Satietas me cepit. Satietate defessus sum. Satietatem cibi et fastidium amaris rebus relevare. Satietatem parere, dare, vitare, fugere, vincere, superare.*

Satio, as, *saturo*, *expleo*, *pasco*, *famem expleo*, *satietate afficio*, *satietatem affero*, *satietatem facio*, *satietate expleo*, κορέω. 2. de Finib. 25. Veniebat enim ad cœnam, ut animo quieto satiaret desideria naturæ. 11. in A. 8. Atque in ejus corpore lacerando cum animum satiare non posset, oculos pavit suos. Part. 96. Explere cupiditates, satiare odium. Orat. 215. Numerus satiat. De Arusp. 42. Satiare libidines alicujus. Pro Dom. 58. Qui ne absens quidem luctu meo mentes eorum satiare potui.

Satior, aris. 3. de Orat. 191. Ut neque hi satientur, qui audient, fastidio similitudinis.

Parad. 1. Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. 2. de Leg. 2. Equidem satiari non queo, &c. 3. de Fin. 7. Erat, ut scis, in eo inexhausta cupiditas legendi, nec satiari poterat legendo.

Syntaxis. *Cupiditatibus satiatus et expletus. Non satiatus discessit. Crudelitas aliena calamitate satiata. Satiare odium. Similitudinis fastidium satiat. Videndo satiari non queo.*

Satio, onis, *satus*, *ἡ σπορά*. Ver. 3. 38. Jugera sationum suarum profiteri. De Un. 40. Post autem sationem eam. *hic satio translatum est verbum ad res cœlestes.* Ver. 3. 112. Medimnum fere tritici seritur perpetua atque æquabili satione.

Adjuncta. *Æquabilis, perpetua atque æquabilis.*

Satis, *sat*, *sane*, *αὐταρκῶς*. De Orat. 73. Peccant, qui non vident quod est satis. Pro Qu. 40. Cum hominem nomino, satis mihi videor dicere. Pro S. R. 33. Hanc laudare pro dignitate nemo satis commode posset. 3. Off. 58. Homo infacetus, et satis litteratus. 2. de Fin. 62. Sic a me satis testium est dictum. Pro R. P. 45. Satis multa, &c. De Clar. 135. Hi dicebant de Republica, quod esset illis viris et consulari dignitati satis. Orat. 215. Animo satis est, auribus non satis. 5. Fam. 2. Si me defendi contra fratrem tuum, satis habeas, nihil me etiamnum tecum de eo conqueri. 4. ad Her. 1. Non satis habent præcipere de artificio, sed, &c. 12. Att. 24. Sed pusillum loci, ad hanc rem plus etiam satis. 1. in A. 38. Mihi fere satis est quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam. Parad. 1. Quæ verbis subtilius, quam satis est, disputari videntur. Pro Qu. R. 11. Satis superque habeo quod mihi dederis. 12. Fam. 1. Ego a te satis habeo. 9. Att. 9. Atque hoc in te satis habebit. 16. 6. et 1. Tusc. 109. Sed id satis superque. 9. Fam. 14. Sum avidus plusquam satis est gloriæ. 2. de Nat. 2. Contra Epicurum satis superque dictum. Ver. 5. 122. Plus quam satis opus est doleo. 6. Att. 1. Nec satis id efficitur in usuram menstruam. *Ibid.* Ea vix in fœnus Pompeii, quod satis sit, efficiunt. 2. de Orat. 174. Satis esse deberet, si, &c. Pro S. R. 150. Si non satis habes explere, &c. nisi etiam, &c. 4. ad Her. 1. Satis erit signi, quod, &c. Top. 1. Libri satis multi. 3. de Orat. 67. At si satis esse putatis, &c. Pro Planc. 92.

Satius est, *præstat, melius est*, *κρεῖττον*. 4. ad Her. 37. Est, cum non est satius, si, &c. *Ibid.* Non igitur satius est, &c. 2. de Inv. 100. Videbatur vel mori satius fuisse, quam esse cum iis. Ver. 2. 88. Mori satius est, quam turpiter vivere. 7. Att. 1. Video cum altero vinci satius esse, quam cum altero vincere.

Satin', *pro satisne*, *ἱκανῶς οὖν*. 1. de Nat. 115. Satin' est id ad illam abundantem bonis vitam beatissimam?

Syntaxis. *Satis a me testium dictum. Ego a te satis habeo. Videre quod est satis. Satis multa. Plus etiam satis ad hanc rem. Satis superque habeo, quod. Avidus plus quam satis. Animo satis esse. Mihi satis est, quod, &c.*

Satis accipio, is, *prædes accipio, ab aliquo caveo*, *ἱκανὸν λαμβάνω*. X. *satisdo.* Pro Qu. 44. Si veretur, ut res, judicio facto, parata sit, judicatum solvi satis accipiat; quibus a me verbis satis accipiet, iisdem ipse, quod peto, satisdet. Ver. 1. 115. Aut pro præde litis vindiciarum, cum satis accepisset, sponsionem faceret.

Satisdando, *τοῦ ἐγγυητὴν παρέχειν*. 5. Att. 1. De satisdando te rogo, ut satisdes.

Satisdatio, onis, *vadimonium*, *ἐγγύης παροχή*. *Ibid.* Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium.

Satisdato, *id est, ex satisdationis formula.* 16. Att. 6. Hoc quod satisdato debeo, peto a te, ut solutum relinquas. *Ibid.* 14. Sed illi turpe arbitror eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere.

Satisdatur, *ἐγγύη παρέχεται*. 1. 6. Ille satisdari abs te amplius non petit.

Satisdo, as, *prædes do, et, ut jurisconsulti loquuntur, fide jubeo, et vadimonia promitto*, *ἐγγυητὴν παρέχω*. X. *satis accipio.* Ver. 1. 146. Qui redemerit, satisdet damni infecti. *Ibid.* Cum sibi ipsum jubet satisdare Rabonium. Ver. 2. 60. Judicatum solvi satisdaturos esse dicebant. 13. Fam. 28. Si quid tibi satisdandum erit, amplius eo nomine non peti cures, ut satisdetur fide mea. Pro Quin. 30. Is postulat, ut procurator judicatum solvi satisdaret: negat Alphenus æquum esse, procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse adesset. *Ibid.* Non recusabat Quintius, quin ita satisdare juberet. *Ibid.* 44. Si veretur, ut res, judicio facto, parata sit, judicatum solvi satis accipiat; quibus a me verbis satis accipiet, iisdem ipse, quod peto, satisdet. *Ibid.* 45. Imo abs te satis accipiam, ego autem tibi non satisdabo. Pro Qu. R. 35. Quid ita satis non dedit amplius a se neminem petiturum? *Ibid.* Qui pro sociis transigit, satisdat, neminem eorum postea petiturum.

Syntaxis. *De satisdando rogare. Debere, vel promittere satisdato. Satisdare damni infecti. Judicatum solvi, satisdare. Judicatum solvi, satis accipere; eisdemque verbis satisdare.*

Satisfacio, is, *impleo, placo, morem gero, quod debeo solvo*, *πληροφορέω*. Pro Cor. 2. Amicis salutis meæ si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandam et habendam certe satis sum facturus. 1. Off. 103. Cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Pro Clu. 29. Satisfacere naturæ et legibus. *id est mori et exilio mulctari.* 10. Fam. 1. Satisfacere vitæ. *Ibid.* Satisfacere amicitiæ. 4. 8. Me satis nostræ conjunctioni amorique facturum. Ver. 3. 133. Oportuit illum non ante sibi satisfacere, quam tu omnium existimationi satisfecisses. Orat. 109. Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt. 2. Att. 21. Varro satis mihi facit. Div. 47. Satisfacere causæ et officio suo.

Top. 99. Cumulate satisfacere alicui. 9. Att. 9. Cumulatissime satisfacere alicui. 1. de Orat. 170. Neque illum in hoc jure civili, satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset. 16. 5. Is me in omni genere delectavit, in eoque maxime, in quo minime putabam, satisfaciebat. 14. in A. 26. Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondit. 1. de Leg. 5. Potes autem tu satisfacere in historia, cum sit opus unum hoc oratorium maxime. 2. in A. 49. Nunquam te mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum putabas. Pro Flac. 47. Hermippus Fusiis satisfacit, et fidem suam liberat. 1. de Fin. 15. Quamobrem tandem non satisfacit? 13. Famil. 7. Satisfacere Deo pie et caste. 4. ad Her. 15. Pueri tui modo me pulsaverunt, satisfacias oportet. Ver. 1. 79. Satisfacere publice. 5. Att. 18. Faciam tamen satis tibi, &c. et satisfaciam utrique. 4. 3. De nostra continentia et diligentia faciemus satis.

Morem gero. 2. 4. et Orat. 140. Satisfacere alicui quippiam petenti.

Satisfactio, onis, *purgatio*, πληροφόρημα. 4. Att. 6. Aliquid satisfactio videtur habere levitatis. 7. Fam. 13. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.

Satisfit, ebat, *satis habeo*, ἱκανὸν ποιεῖται. Pro Planc. 94. Pro R. P. 45. Ut omnium suspicioni satisfiat. 2. Fam. 16. Nam ad bellum quidem qui convenit? præsertim contra eum, cui spero me satisfecisse; ab eo, cui tamen satisfieri nullo modo potest? 13. 32. Quanquam a te quidem cumulate satisfit mihi, et omnibus meis. 14. 6. Vide quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle. 2. in A. 49. Cæsar ad me scripsit, ut mihi satisfieri paterer a te. Ver. 5. 129. Satis officio meo factum esse arbitror. *Ibid.* 138. Satis est factum promisso nostro ac recepto. 1. de Orat. 204. Mihi vero, inquit Mutius, satis superque abs te videtur istorum studiis esse factum.

Adverb. *Abunde, cumulatissime, facillime, affatim, breviter, caste, et pie, cumulate, mirabiliter, mirifice, plane, præclare, quam honestissime, tributim, valde, vehementer.*

Syntaxis. *Si minus ad referendam gratiam, ad habendam certe alicui satisfacere. Satisfacere naturæ, legibus, vitæ, amicitiæ, amori, sibi, omnium existimationi, causæ et officio suo. Cumulatissime alicui satisfacere. In re aliqua alicui satisfacere. Satisfacere alicui et fidem suam liberare. Satisfacere Deo pie et caste. Satisfacere alicui quippiam petenti. Satis est factum promisso nostro ac recepto. Satisfactionem alicujus accipere.*

Sator, oris, *seminator*, σπορεύς. 2. de Nat. 86. Omnium rerum sator et seminator mundus est. 2. Tusc. 21. Tuque cœlestium sator.

Satricum, ci, *oppidum*. 3. Qu. Fr. 1.

Satur, ra, rum, *saturus, plenus*, κατακορής. 1. de Div. 77. Esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur.

Magnum, atque grave, ad orationem relatum. Orat. 123. Satura jejune, grandia minute dicere.

Saturatus, a, um, *expletus*, κορεσθείς. 1. de Div. 61. Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Pro Pl. 20. Homines saturati honoribus. Ver. 3. 100. Ut aliquando expleti ac saturati discederent.

Saturnalia, orum, *Saturno consecratus dies festus, qui XIV. Cal. Januarii celebrabatur.* 5. Att. 20. Hilara sane Saturnalia. 3. C. 10. Aliis cædem Saturnalibus fieri placebat. 13. Att. 50. Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venit.

Saturnius, a, um, κρόνιος. De Som. 9. Illa stella, quam in terris Saturniam nominant.

Saturnus, ni, *Cœli filius*, κρόνος. 2. de Nat. 64. Saturnus appellatus est, quod saturetur annis. *Ibid.* Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum contineret: qui deus Græce idipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur; qui est idem χρόνος, id est, temporis spatium. *Ibid.* 63. Vetus opinio est exectum Cœlum a filio Saturno. *Ibid.* 53. Saturni stella, φαίνων Græce, triginta fere annis cursum suum conficit. *Ibid.* 119. Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit. 3. 44. De Un. 35. Saturnus Oceani et Salaciæ filius. 13. Att. 42. Saturni ἀσπάσιον templum.

Saturo, as, *satio, expleo*, κορέννυμι. 2. in A. 59. Antonius saturavit se sanguine civium. In Vat. 6. Dum odium, quod in bonos habebatis, saturare cuperetis. Pro Dom. 44. Explevi animos invidorum, placavi odia imperitorum, saturavi etiam perfidiam et scelus perditorum.

Saturor, aris. 2. de N. 128. Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate saturantur. *Ibid.* 64. Saturnus appellatus, quod saturetur annis.

Satus, a, um, σπαρείς. De Univ. 37. Satis, et quasi sparsis animis, &c. 1. Tusc. 60. Terra Cœlo aut sata, aut concreta. *Ibid.* 118. Non temere nec fortuito sati creatique sumus. De Senect. 59. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. 1. de Leg. 1. Hæc quercus sata est ingenio. *Ibid.* 24. Genus humanum sparsum in terras atque satum. Oecon. 3. Neque serit vitem, neque, quæ sata est, diligenter colit.

Satus, us, *satio*, σπορά. 1. Off. 118. Hoc Herculi Jovis satu edito potuit fortasse contingere. 2. Tusc. 13. Philosophia præparat animos ad satus accipiendos. 5. de Fin. 65. A primo satu. 1. de Div. 93. Herbam asperam credo non humano satu, sed avium congestu. De sen. 52. Vitium satus, ortus, incrementa. 1. de Div. 93. Quædam etiam oriebantur ex hominum pecudumve conceptu et satu. De Un. 35. Oceanum Saliciamque Cœli satu Terræque conceptu generatos editosque memorant. *Ibid.* Vos qui deorum satu orti estis.

Syntaxis. *Satus creatusque. Sati animi*

terra. Parentum optimorum satu editus. Animum parat philosophia ad satus accipiendos. A primo satu. Ex hominum pecudumque conceptu ac satu. Ex Cœli satu, Terræque conceptu generatus editusque.

Satyrus, ri, *bestia de genere simiarum*, σάτυρος. Ver. 4. 135. Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Vestæ est. 3. de Nat. 43. Nymphæ, Panisci, et Satyri.

Satyriscus, sci, *satyrus*, σατυρίσκος. 1. de Div. 39.

Sauciatio, onis, *vulneratio*, κατάτρωσις. Pro Cæc. 43. Et sauciatio quæretur, cum fugam factam esse constabit.

Saucio, as, *consaucio, vulnero*, τιτρώσκω. 14. Att. 24. Ille quem Brutus noster sauciavit.

Saucior, aris. Ver. 1. 67. Ipse Rubrius in turba sauciatur, servi nonnulli vulnerantur. In Vat. 13. Omnia tela sic in te conjicientur, ut nemo, per tuum latus, (quod soles dicere) saucietur.

Saucius, a, um, *vulneratus*, τραυματίας. 2. Tuscul. 38. Videmus ex acie efferri sæpe saucios. 2. C. 24. Gladiator ille confectus et saucius. Pro Cæl. 18. Medea amore sævo saucia. Brut. 10. Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti.

Saxa rubra, *locus inter urbem et Veios*. 2. in A. 77.

Saxetum, ti, *locus plenus saxis*, τραχών. 2. cont. Rul. 66. Quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxeus, a, um, λίθινος. 2. de Natu. 89. Moles saxea. *Actii.*

Saxulum, li. 1. de Orat. 196. Ithaca in asperrimis saxulis affixa.

Saxum, xi, *silex, lapis*, λίθος. De Fat. 6. Ex spelunca saxum in crura ejus incidit. Pro Cæc. 60. Glebis aut saxis aliquem de fundo præcipitem agere. *Ibid.* Qui saxa jacerent. Pro Dom. 14. Saxis facta lapidatio est. I. P. 43. Ut tu uspiam saxis fixus asperis, &c. 4. Acad. 100. E saxo sculptus, aut ebore dolatus. 14. Att. 16. De saxo in crucem.

Syntaxis. *Saxis facta lapidatio. Saxis fixum asperis pendere. E saxo sculptus, ex ebore dolatus.*

Saxifragæ undæ. 3. de Orat. 167. *Poetæ.*

S C

Scabellum, li, *scamnum*, ὑποπόδιον. Pro Cæl. 65. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

Scaber, bra, brum, *asperum*, καρχαλέος.) (. *leve.* 3. Tus. 26. Pectus illuvie scabrum.

Scabies, ei, κνισοδακνία. 1. de Leg. 47. Nos voluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernimus satis.

Scalæ, arum, κλίμαξ. 2. in A. 21. Negotiumque transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset. Pro Mil. 41. Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. *Lege*, Gradus.

Scalmus, mi, *lignum in navi, quo nituntur remi, dum aguntur*, σκαλμός. 1. de Orat. 174. Qui duorum scalmorum naviculam in portu everterit. 16. Att. 3. Hæc ego conscendens e Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. De Cl. 196. Qui in littore ambulans scalmum reperisset.

Scalpo, is, *incido*, ἀναξέω. 2. de Nat. 150. Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

Scalpellum, li, *chirurgi ferrum, quo quid scindit et aperit*, κοπίδιον. Pro Sest. 135. Cum sanæ parti scalpellum adhibetur. 2. de Div. 96. Quorum linguæ sic inhærent, ut loqui non possint, scalpello resectæ liberantur.

Scammonia, niæ, *herba*, σκαμμωνία. 1. de Div. 16. Quid scammoniæ radix ad purgandum possit. 2. 47. Scammoniam, aristolochiamque radicem.

Scamnum, ni, *sedes, scabellum*, ἀσκάντης. 1. de Div. 108. Aruspicio regni stabilita scamna solumque. *Ennii.*

Scando, is, *conscendo*, ἀναβαίνω. De Sen. 17. Cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii, &c.

Scantia sylva. 1. cont. Rull. 3. *bis.*

Scapha, æ, *linter, seu navicula, quæ longis navibus subservit*, σκάφη. 1. ad Her. 19. Omnes scapham conscenderunt. 2. de Inv. 154. In scapham confugere. *Ibid.* Gubernator navis in scapham aufugit.

Scaphium, phii, *scyphus, seu poculum in formam scaphæ naviculæ factum*, σκαφίον. Ver. 4. 37. Scaphia cum emblematis Lilybæi empta.

Scateo, es, *scaturio*, ἀτμίζω. 1. Tusc. 69. Fontes scatere. *Poetæ.*

Scaturio, is, *emano, effluo, erumpo*, πηγάζω. 8. Fam. 4. Totus, ut nunc est, hoc scaturit.

Scelerate, *nefarie, per scelus*, μιαρῶς. Pro Syl. 67. Scelerate aliquid facere. 1. C. 27. Bellum scelerate susceptum.

Sceleratus, a, um, *consceleratus, scelestus, impurus, nefarius, improbus, impius, scelere astrictus, scelere contaminatus*, ἀθέμιτος, πονηρός. 9. Att. 18. Ego hunc impurum et sceleratum puto. 2. C. 19. Quæ mente scelerata et nefaria cupierunt. Pro Mur. 62. Sceleratus et nefarius fueris, si, &c. 3. de Fin. 64. Illa vox inhumana et scelerata. De Ar. 28. Brogitarus impurus homo, et sceleratus. 11. in A. 1. Scelerata arma. Pro Cluen. 194. Sceleratæ preces.

Sceleste. 6. Att. 1. Sceleste suspicaris.

Scelestus, a, um, *sceleratus*, παράνομος. Pro S. R. 37. Scelestum ac nefarium facinus. *Ibid.* 62. Res scelesta, atrox, nefaria.

Scelus, eris, *flagitium, facinus, fraus*, πανούργημα, κακία. 1. de Orat. 220. Qui animorum motus in judicum mentibus concitent, scelus eos nefarium facere. Pro Dom. 81. Facere scelera. Pro S. R. 25. Multa

scelera et flagitia fieri. Pro Sest. 58. Edere scelus in aliquem. De Arusp. 59. Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita. Pro Sest. 108. Astringi scelere. 11. in A. 2. Suscipere scelus. Pro Mil. 32. Facere aliquid sceleris. Pro Clu. 194. Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendum. 1. Fam. 9. Quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. Pro Cl. 188. Infestum scelus et immane. 4. ad Her. 13. Scelus nefarium et truculentum. De Am. 27. Scelus detestabile. I. P. 44. Conscientia scelerum et fraudum suarum. Pro P. Opp. Verisimile non est, tantum scelus M. Cottam esse commentum. Quid? hoc verisimile est, tantum scelus Oppium esse conatum? Hortens. Qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt. De Consolat. Vitiis et sceleribus contaminatus. 2. Acad. Scelera ponere. Ver. 1. 9. Scelus in sese concipere. 6. *Ibid.* 72. Itaque hoc nefario scelere concepto, nihil postea tota in Sicilia neque sacri neque religiosi esse duxit. 2. Cat. 7. Quid enim mali, aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit? 7. Att. 11. Scelera moliri. 2. Cat. 1. Scelus anhelare. 9. Att. 10. Spes quædam me sustentabat, fore, ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. 1. ad Qu. Fr. 3. Reprehensionem sui sceleris pertimescere. *Ibid.* Qua in re video miser et sentio quid sceleris admiserim. De Arusp. 35. Nomen quidem Populi Rom. tanto scelere contaminavit, ut id nulla re possit, nisi ipsius supplicio expiari. In Pison. 85. Tua scelera Dii immortales in nostros milites expiaverunt. De Arusp. 5. Clodius Deos immortales eo scelere violavit, quo nemo antea. *Ibid.* Scelere sese devincire. Ver. 4. 71. Scelere se obstrictum esse sentire. Pro Flac. 41. Metuit homo doctus et sapiens, ne L. Flaccus nunc scelere se alliget. 3. Cat. 10. A scelere quempiam revocare. 5. in Ant. 20. Cum autem semel gladium scelere imbuisset, &c. Pro Cl. 189. Domus scelere omni affluens. Ver. 1. 9. Homo nefariis sceleribus coopertus. 12. in Ant. 15. Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus, hos, nunc omni scelere coopertos, tolerabiles censes Civitati fore? Pro Marc. 13. Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. Pro Sull. 38. Si hic esset in eodem scelere, &c.

Adjuncta. *Acerbissimum, apertum, alienum, clandestinum, consimile, consulare, impium, usitatum, detestabile, domesticum, incredibile, et inauditum, infestum et immane, potissimum, recens, suspiciosum, apertum ac manifestum, singulare, extremum, impunitum, immane, ac nefarium, importunum, inexpiabile, nefandum, indignum, turpe ac flagitiosum, indignissimum, insigne, par, intestinum, magnum, ac illustre, majus, manifestum, maximum, repentinum, sempiternum, meditatum, et cogitatum, merum, minus, pristinum, nefarium, nefarium ac manifestum, novum, summum.*

Syntaxis. *Facere scelus nefarium. Scelus concipere, moliri, anhelare, admittere, expiare. Scelera et flagitia facere. Edere scelus in aliquem. Scelere se devincire, obstringere, alligare, imbuere, affluere, cooperiri, liberari. Scelere astringi. Scelus suscipere, perficere. Facere aliquid sceleris. Scelus infestum et immane, truculentum, detestabile. Scelus comminisci, conari. Vitiis et sceleribus contaminari. A scelere revocare. In scelere esse.*

Scena, næ, *cavea, fabula*, σκηνή. Pro Mur. 39. Ludorum elegantia, et scenæ magnificentia. De Ar. 25. Omne servitium permissu magistratus liberatum, in alteram scenam immissum. 2. de Orat. 233. Miror eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. 3. de Nat. 69. Scena referta est his sceleribus. *Ibid.* 338. Maxima quasi oratori scena videatur concio. De Ami. 97. In scena, in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est. Brut. 9. Nunc populo et scenæ (ut dicitur) serviendum est. De Cl. 289. Roscium esse in scena. Pro Planc. 29. Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, at certe quum sunt prolata, laudantur. De Sen. 65. Idque tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. 3. de Orat. 220. Universam rem et sententiam, non demonstratione, sed significatione, declarans, laterum inflexione hac forti ac virili non ab scena et histrionibus, &c.

Scenicus, a, um, σκηνικός. 3. de Orat. 218. Gestus scenicus verba exprimens. Pro Planc. 30. Scenicæ personæ, ut mimi, histriones.

Histrio. 1. Off. 114. Ne scenici plus, quam nos, videantur habere prudentiæ.

Syntaxis. *Populo et scenæ servire. In scenam immittere servos. Scena referta sceleribus. Concio est quasi scena oratori.*

Sceptrum, tri, *virga regis*, σκῆπτρον. Pro Sest. 57. et 1. de Div. 21. Rex sedens cum purpura, et sceptro, et insignibus illis regiis.

Scheda, dæ, *tabella, pagella*, σχίδη. 1. Att. 17. Enitere, ut ne qua scheda depereat.

Schedula, æ, σχιδάριον. 15. Famil. 16. Hæc tertia jam epistola ante te oppressit, quam tu schedulam aut litteram. *Vetusti codices hic* scidulam *habent, et ad Atticum,* scidam: *et recte. Nam Charisius autor et doctus, et bonus, et antiquus,* scidulam *a scindendo, sive* schidulam ἀπὸ τοῦ σχίζειν *dici asserit.*

Schema, tis, σχῆμα. De Cla. 274. Verborum et sententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguitur omnis oratio. *Ibid.* 69. Sententiarum orationisque formæ, quæ appellantur σχήματα. *Ibid.* 141. Σχήματα enim, quæ vocant Græci, ea maxime ornant oratorem: eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententiis. Top. 34. Ornamenta verborum sententiarumque quæ appellantur σχήματα.

Orat. 83. Lumina quæ Græci quasi aliquos gestus orationis, σχήματα appellant. *Lege*, Ornatus.

Schœnobatica, σχοινοβατική. 8. Famil. 1. Qu. Pompeium Baulis schœnobaticam facere. *Alii* Embœnetica *legunt*.

Schola, læ, *gymnasium*, γυμνάσιον, σχολή. 2. Off. 89. Sed hoc de genere commodius a quibusdam optimis viris ad medium Janum sedentibus, quam ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. Orat. 95. E philosophorum scholis tales fere evadunt. 2. de Div. 31. Multa istiusmodi dicuntur in scholis. 1. de Orat. 56. Clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. 2. de Fin. 1. Primum deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum. I. P. 59. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola. 1. de Nat. 34. Ex eàdem Platonis schola Ponticus Heraclides. 1. de Orat. 102. Qui cum in schola assedissent, juberent, &c. *Ibid*. 105. Qui non Græci alicujus loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt. 5. de Fin. 89. Domi, in schola desinis. 2. In Epicuri schola. 9. Fam. 22. Habes scholam Stoicam. I. P. 60. Vertes te ad alteram scholam. 1. Tusc. 8. Itaque dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. *Ibid*. Ut jam etiam scholas Græcorum more habere auderemus. *id est disputationes*. 4. Acad. 81. At ille, nescio quis, qui in illis scholis nominari solet.

Syntaxis. *Gymnasia et philosophorum scholæ. Homo politus e schola. Habere scholas*: id est, disputationes. *Assidere in schola. Conferre quinque dierum scholas in totidem libros.*

Scholion, *responsio, vel purgatio, vel defensio, vel interpretatio brevior*, σχόλιον. 16. At. 7. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me. *Ibid*. Quid jam opus est σχολίῳ. 13. Att. 38. Σχόλια enim tibi video placere.

Sciens, tis, *prudens, gnarus, peritus, intelligens*, ἐπιστάμενος, εἰδώς. 1. de Invent. 58. Navis quæ scientissimo gubernatore utitur. Pro Pomp. 28. Quis eo scientior unquam fuit? 2. ad Her. 50. Tu scientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persequendum. Pro S. R. 55. Is aperte calumniari sciens videtur. Pro Quint. 51. Qui nihil alteri sciens incommodat. Pro Sull. 86. Nullum a me sciente facinus occultatur. Pro Cluent. 129. Habebit igitur te sciente et vidente curia malum Senatorem. 8. Fa. 6. Sciens, prudensque feci. Pro Pl. 41. Plancius offendit sciens neminem. 10. Att. 11. Ne te sciens prudensque eo demittas, unde, &c. Pro Corn. 13. Utrum inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem?

Syntaxis. *Utitur hæc navis moderatore scientissimo. Præceptorum sciens. Illo sciente et vidente. Sciens, prudensque fecit.*

Scienter, *scite, intelligenter*, ἐπισταμένως.)(. *inscienter*. 1. de Orat. 132. Iis, quæ habeas, modice et scienter uti. 2. 5. Scienter ac perite dicere. Orat. 175. Scienter versari in aliqua re. 1. de Div. 92. Scienter interpretari aliquid. 2. Off. 18. Iis, quibuscum congregamur, uti moderate et scienter.

Scientia, tiæ, *cognitio, intelligentia, doctrina, disciplina, prudentia, studium, rerum cognitio, virtus*, ἐπιστήμη.)(. *inscientia*. 1. de Nat. 1. Ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium philosophiæ esse scientiam. 1. Off. 18. Omnes ducimur et trahimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem. *Ibid*. 19. Omnis cogitatio, aut in studiis scientiæ cognitionisque versabitur, &c. 3. de Orat. 110. Aut cognitio rei scientiaque perquiritur. 1. Off. 63. Scientia, quæ est remota a justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda, inquit Plato. 5. de Fin. 48. Innatus est in omnibus cognitionis amor et scientiæ. 1. de Div. 91. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam, scientiamque perceperit. 2. in A. 10. Servii Sulpitii in legibus interpretandis scientia. Orat. 113. Dialecticorum scientia. 1. de Orat. 20. Omnium magnarum rerum atque artium scientiam consequi. *Ibid*. 46. Rerum majorum scientia. 5. de Finib. 26. Omnes artes in aliqua scientia versantur. 4. Acad. 146. Artem sine scientia esse non posse. 4. ad Her. 54. Certa scientia maleficii, non suspicio. 1. de Orat. 92. Cum hæc omnia audirentur ab iis, quibus non esset scientia tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura opinio. *Ibid*. 108. Res ab opinionis arbitrio sejunctæ, scientiaque comprehensæ. 6. Fam. 22. Comprehendere aliquid scientia. 2. de Orat. 30. Oratoris omnis actio opinionibus, non scientia continetur. *Ibid*. Res quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perveniat. *Ibid*. Pertractandorum animorum scientiam si quis volet magnam quandam artem dicere, non repugnabo. *Ibid*. 36. Ars quæ faciendorum verborum scientiam profiteatur. 3. de Orat. 53. Scientiæ suavitas, qua nihil est hominibus jucundius. 5. de Fin. 23. Herillus sensit nihil esse bonum præter scientiam. Orat. 160. Scientiam loquendi mihi reservavi, usum populo concessi. Pro Sull. 39. Cujus scientiam de omnibus constat fuisse, ejus ignoratio de aliquo purgatio debet videri. 1. Off. 142. Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 1. de Nat. 117. Sanctitas est scientia colendorum deorum. 1. de D. 2. Chaldæi diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici possent futura. *Ibid*. 83. Si dii futura significant, aliquas vias dant nobis ad significationis scientiam. 1. de Nat. 92. Miror in homine esse Romano tantam scientiam. 7. Fam. 3. Habere scientiam magnarum artium. 4. 5. Qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. 2. in A. 8. Quo me teste con-

vipces? an chirographo? in quo habes scientiam quæstuosam. 1. Off. 153. Prudentia est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. *Ibid.* Prudentia est rerum divinarum atque humanarum scientia. 1. de Orat. 59. Promere aliquid ex aliqua obscuriore scientia. *Ibid.* Regionum terrestrium aut maritimarum scientia. 4. de Fin. 14. Vivere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura eveniunt. 2. de Div. 23. Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior est, quam scientia. *Ibid.* 70. In providendis rebus esse augurandi scientiam. 2. de Div. 123. Musæ legendi, scribendi, cæterarumque artium scientiam somniantibus non dabunt. *Ibid.* 131. Si ea dii nobis objiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus. Pro Pomp. 28. Scientia rei militaris. 1. 32. Scientia auguratus. 1. de Leg. 18. Juris civilis scientia. 4. Fam. 3. Tua scientia excellens ac singularis. De jur. civ. Nec vero scientia juris majoribus suis Qu. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit. Hortens. Una essemus beati cognitione naturæ et scientia.

Adjunct. *Admirabilis, incredibilis, necessaria, obscurior, propria, vicina atque finitima, admirabilis, et incredibilis, et pæne divina, antiqua, certissima, civilis, par, excellens, et singularis, eximia, litigiosa, peregrina, et externa, præstabilis, perfecta, potior, prior, quæstuosa, stabilis, stabilis atque immutabilis, summa, tenuis, utilis.*

Syntaxis. *Cognitio et scientia. Disciplina et scientia. Scientia comprehendere quippiam. Oratoris actio non scientia continetur, sed opinionibus. Quæstuosam habere scientiam in aliqua re. Scientiam perquirere, percipere, consequi, alicui tradere. Omnis ars in aliqua scientia versatur. Ad scientiam pervenire. Alicujus rei scientiam profiteri. Habere magnarum artium scientiam. Tenere medicinæ scientiam. Promere aliquid ex aliqua obscuriore scientia.*

Scilicet, *videlicet, nam, enim, nimirum, nempe, quippe, certe, profecto,* δηλαδή. Orat. 120. Cognoscet etiam rerum gestarum ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis. 7. Att. 1. Quis? tu ipse scilicet. 2. de Orat. 222. Bona dicta non possunt teneri: hæc scilicet bona dicta, quæ falsa sunt. 3. 81. Similiter nunc de oratore loquor, summo scilicet. Pro Cæl. 52. Cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad necem scilicet legati. 2. de Div. 205. Negant enim id esse majestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat. 5. de Fin. 55. Sunt clariora indicia naturæ, maxime scilicet in homine. 11. Fam. 1. Qua mente esset Antonius, demonstravit, pessima scilicet et infidelissima. 10. 26. Tu cogitas ut domi tuæ sis, scilicet ne cum periculo stultus sis. 5. de Fi. 3. Me species quædam commovit, inanis scilicet, commovit tamen. 16. Fam. 3. Suspenso animo expecto te primum scilicet, deinde Marionem. 3. de Orat. 125. et 126. Sed annulum quem haberet, se sua manu confecisse; scilicet nimis hic quidem progressus est, sed, &c. Top. 50. Ab adjunctis posui exemplum, multa scilicet adjungi, quæ, &c. Pro Qu. 55. Quid ad hæc Nævius? ridet scilicet nostram amentiam. Brut. 16. Arma quærenda putavimus, scilicet ut novum dominum pateremur, an ut liberaremus remp.? 4. de Fin. 62. Istis alio tempore respondebo, tunc scilicet, cum tibi &c. 2. Tusc. 27. At vero nos docti scilicet a Græcia, legimus, &c. 1. Fam. 6. Me in summo dolore, quem ex tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod, &c. 12. Att. 1. Lecta epistola tua de Atticæ febricula, scilicet valde dolui. 5. Tusc. 114. Democritus luminibus amissis alba scilicet et atra discernere non poterat, at bona et mala poterat. 4. Att. 6. De Lentulo scilicet sic fero ut debeo. *Ib.* Quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. 2. de Or. 62. Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. 11. Att. 7. Quid tu in eo potes? nihil scilicet. 13. 3. A te litteras expectabam nondum scilicet: nam, &c. *Ib.* 28. Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, cras scilicet &c. Ad Br. 15. Est scilicet utriusque rei modus, sicut reliquarum. 1. Qu. Fr. 2. Te rogo ne quid perscribas contra Flavium, et Flavii causa et scilicet Pompeii facies omnia. 2. 5. Et quanquam te ipsum scilicet maxime, tamen etiam litteras tuas ante expecto. De Sen. 26. Senes semper agunt aliquid et moliuntur, tale scilicet, quale cujusque studium in superiori vita fuit. 8. Fam. 2. Quid alios putas? clamoribus scilicet maximis judices corripuerunt. 2. Off. 3. Illæ scilicet litteræ forenses et senatoriæ. 13. Famil. 26. Peto a te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere. 15. 14. Unus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi litteris non potest. Pro Mur. 42. Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti. 1. Qu. Fr. 4. Si hoc perficies, scilicet mirabile quiddam assequeris. 8. Fa. 13. Stomacho est scilicet Pompeius ita languenti, ut, &c. 7. 23. Scilicet ista quidem summa. I. P. 19. Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio nihil volebam. 1. de Div. 44. Scilicet si ista Juppiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. Pro Sul. 67. Scilicet is sum, qui, &c. Pro Qu. 83. Corrigeres hæc tu scilicet postea. 10. in A. 17. Scilicet hæc Pansa non vidit. 10. Fam. 26. Scilicet id agitur, &c. 13. Att. 33. Id populus curat scilicet. *proverbium.*

Syntaxis. *Maxime scilicet. Lectis tuis litteris scilicet lætatus fui. Cum venit, omnia scilicet mox perturbavit.*

Scindo, is, *conscindo, discindo, findo, diffindo,* ἐκρηγνύω. 3. Att. 15. Ne scindam ipse dolorem meum. 3. Tusc. 62. Scindere comam. 5. Fam. 20. Hanc epistolam cur non scindi velim, nulla causa est. 13. Att. 33. Ego ita egi, ut non scinderem penulam.

Scintilla, læ, *igniculus,* ἐμπύρευμα. 10. Fa.

14. Ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.

Scintillula, læ, σπινθηρίδιον. 5. de Fin. 43. In pueris virtutum quasi scintillulas videmus.

Scio, *habeo, teneo, cognosco, cognitum habeo, non ignoro, non sum nescius, me non præterit, scientia comprehendo, scientiam habeo, perspectum mihi est, me non fugit, mihi conscius sum, mihi certum est de aliqua re, δαῶ, εἰδέω, ἐπίσταμαι.* 5. Att. 16. Eversam in perpetuum provinciam nos invenisse scito. 12. 18. Sed scire certum velim. De Cl. 143. Non tam præclarum est scire latine, quam turpe nescire. 2. de Fin. 14. Omnes qui latine sciunt. 2. 15. Cum græce, ut videor, luculenter sciam. 2. Att. 23. Primum illud te scire volo, Sampsiceranum, &c. 12. Fam. 11. et 1. 9. Volo te scire, &c. 2. de Orat. 72. Magnum est quoddam opus, haud sciam an de humanis operibus longe maximum, dicere, &c. 5. de Fin. 7. Quem haud scio an recte dixerim, &c. 16. Att. 2. Sed non venerat, quod sciam. Pro Sull. 39. Nam de cæteris certe sciebat. *Ibid.* 67. De quo aliquid scire et existimare potuisset. Pro Sull. 39. Cum is, qui de omnibus scierit, de Sulla se scire negavit. 1. de Orat. 63. Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. *Ibid.* Neque, si id optime sciat, ignarusque sit faciundæ orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat, dicere. 1. de Orat. 58. De legibus instituendis, &c. Lycurgum scisse melius, quam Demosthenem. Pro Mur. 22. Ille tenet et scit, ut hostium copiæ arceantur. 1. de Orat. De quo ipso, si quid scis, velim scire. 16. Att. 21. Scio quam sis amicis jucundus. Frag. ep. Ex ipso scies.

Scior, iris. 2. de Orat. 30. Ars est enim earum rerum quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. 1. 222. Nihil certum sciri, nihil plane cognosci ac percipi posse.

Adverb. *Admodum, celeriter, certe, certo, græce, luculenter, latine, lente, mature, mediocriter, optime, plane, probe.*

Syntaxis. *Scire certum velim. Latine luculenter scire. De iis nihil scire aut existimare queo. De legibus instituendis melius ille scit, quam. Tenere et scire, ut, &c. De quo ipso si quid scis, velim scire. Scire te volo, &c. Non venit, quod sciam. Ex ipso scies.*

Sciscitor, aris, *scitor, quæro, percontor, πυνθάνομαι.* 1. de Nat. 17. Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. *Ibid.* 21. Ab utroque autem sciscitor, &c. 1. de Orat. 105. Cujus sciscitantur sententiam. 9. Att. 18. De Domitio (ut facis) sciscitare, ubi sit. 1. de Div. 76. Sciscitari de aliquâ re. 14. in A. 19. Sciscitare sententias.

Syntaxis. *Ab aliquo, et ex aliquo sciscitari de sententia, et sententiam.*

Scisco, is, *sancio, edico, scitum facio, κυρόω, νομοθετέω.* Pro Planc. 35. Plancus primus legem scivit de publicanis. Pro Cor. 27. Ut si Gaditani sciverint nominatim de aliquo cive Romano, ut is sit civis Gaditanus. 3. Off. 46. Durius etiam Athenienses sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. Pro Flac. 15. Quæ sfisceret plebs, aut quæ populus juberet, &c. De Pro. 36. Sciscere legem. 1. in Ant. 26. Populus quæ jure scivit, &c.

Sciscor, eris. 3. de Leg. 10. Creatio magistratuum, judicia, populi jussa, vetita, cum sciscentur suffragia, optimatibus nota, plebi libera sunto. 2. 13. Multa perniciose sciscuntur in populis.

Syntaxis. *Legem sciscere. Sciscere de aliquo nominatim, ut sit, &c. Quæ populus jure scivit. Multa perniciose sciscuntur.*

Scissus, a, um, *ἐσχισμένος.* 3. de Orat. 214. Vocis genus fractum, scissum.

Scite, *scienter, non inscite, ἐπιστημόνως.*) (. *inscite.* 5. de Fin. 8. L. P. 61. Rationes ad ærarium retuli, ita præscriptas scite et litterate, ut scriba, &c. 14. Att. 22. Scite dicere aliquid. 16. 1. Satis scite hoc quidem. Ver. 2. 87. Statua scite facta et venuste. 11. Fam. 16. Et ille, cui mandavi, satis scite et commode tempus ad te cepit adeundi. 1. de Leg. 39. Hæ rationes, quæ satis scite nobis instructæ et compositæ videntur.

Scitor, aris, *sciscitor, quæro, πυνθάνομαι.* Orat. 52. Sentiebam non te id scitari, qualem, &c. sed quærere, &c.

Scitum, ti, *jussum, ψήφισμα.* De Opt. 19. De hoc Ctesiphon scitum fecit, ut corona aurea donaretur. Pro Corn. 42. Cum Gaditanis scita ac jussa nostra comprobat. De Opt. 19. Lex erat Athenis, ne quis populi scitum faceret, ut quisquam corona donaretur, &c. Pro Dom. 129. Si tuus scriptor vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet.

Scitur, *μανθάνεται.* Ver. 3. 120. Id adeo sciri facillime potest ex litteris publicis. Pro S. R. 97. Nondum lucebat, cum hoc Ameriæ scitum est.

Scitus, a, um, *statutus, ψηφισθείς.* 1. de Legib. 42. Non omnia justa sunt, quæ scita sunt in populorum institutis atque legibus.

Ingeniosus, doctus, acutus, εὐφυής: 1. de Nat. 94. Scito sermone et Attico loqui. Pro Pl. 35. Ego autem id, quod mihi scitum esse videatur, non aspernor. Orat. 51. Scitum est enim, quod Carneades dicere solebat, Clitomachum, &c. 2. de Div. 51. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui dicebat, se, &c. 3. de Orat. 226. Scitum est enim, causam conferre in tempus, cum, &c. *proverbium.*

Syntaxis. *Rationes scite et litterate perscriptæ. Scite dicere aliquid. Statua scite facta et venuste. Scite et commode tempus capere. Scito sermone et Attico loqui. Scitum est, quod &c. Vetus illud scitum admodum est, conferre, &c.*

Scopæ, arum, *κόρημα.* Orat. 235. Isti, ut in proverbio, scopas (ut ita dicam) mihi vi-

dentur dissolvere. 7. Att. 13. L. Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas.

Scopulosus, a, um, σπιλαδής. Div. 36. Intelligo, quam scopuloso difficilique loco verser. 3. de Orat. 66. Mare inferum, Thuscum, scopulosum et infestum.

Scopulus, li, *saxum*, σκόπελος. Pro Rab. 25. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navim videres. Pro S. R. 79. Ubi scopulum offendis ejusmodi. 3. de Orat. 161. Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim. De Cl. 71. Cum neque musarum scopulos quisquam superaret. *Ennii.* De Consolat. non nasci, longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ. 3. de Orat. 164. Neque patiar iterum ad unum scopulum et telum classem Achivum offendere. *Poetæ.*

Syntaxis. *Suas rationes ad scopulum appellere. Ad scopulum afflicta navis. Scopulum offendere. Scopulos patrimonii. Scopulos superare. In scopulos incidere.*

Scopus, pi, *quo spectamus, propositum, finis propositus*, σκοπός. 15. Att. 28. Σκοπὸς hic est enim huic nostro, nihil præbere. 8. 11. Sed neutri σκοπὸς est ille, ut beati simus: uterque regnare vult.

Scorpius, pii, *nepa*, σκορπίος. 2. de Nat. 113.

Ut sese emergens ostendit scorpius alte,
Posteriore trahens flexum vi corporis arcum.
In Arat.

Scorpius infestus præportans flebile acumen.

Scortator, oris, *scortorum amator*, πόρνος. 2. C. 24. Cum hanc Catilina sit habiturus scortatorum cohortem prætoriam.

Scortum, ti, *meretrix, lupa*, πόρνη. Pro Mil. 56. Clodius semper secum scorta, semper lupas ducebat. De Ar. 59. Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus volutatus? 2. in A. 44. Primo vulgare scortum, certa flagitii merces. 2. C. 10. In vino et alea comessationes et scorta quærere. Pro Sest. 39. Mihi res erat cum scurrarum locupletum scorto.

Syntaxis. *Cum scorto libere volutari. Scorta quærere.* Σκοτικός. *Lege*, Obscuritas.

Scriba, bæ, *librarius, scriptor*, γραμματεύς. 5. Fam. 20. Ad ea, quæ scripsisti, commodius possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. *Ibid.* Accepi librum meum a meo servo scriba. 2. cont. Rull. 32. Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, &c. Pro Sull. 44. Tibi familiari meo prius etiam edituri fuerunt judicium scribæ mei, si voluisses, quam in codicem referrent. De Clar. 289. Gratiosi scribæ sint in dando et cedendo loco. I. P. 61. Scriba, qui rationes ad ærarium retulit, &c. Ver. 3. 85. *De scribis et ordine eorum multa.* Div. *Lege*, Librarius et Alexis. Pro Clu. 126. Scriba ædilitius. *Ibid.* Ut scribam jurati legerent eum, quem iidem isti Censores ærarium reliquissent.

Adjuncta. *Ædilitius, dignus, gratiosus.*

Scribendo, τῷ γράφειν. De Arus. 13. Cum omnes iidem scribendo adessent. Postqu. in Sen. 7. Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. 15. Fam. 6. Quod scribendo affuisti.

Scribo, is, *conscribo, exaro, litteras do, mitto, litteris consigno, scriptis mando, prodo, litteris prodo, publicis monumentis consigno, memoriæ trado, memoriæ propago, monumentis mando, sempiternis monumentis prodo, posteritati propago, historiæ mando, chartis promo, litteris memoriæque mando, hominum memoriæ sempiternæ trado, memoriæ posteritatique prodo, litteris consecro, immortalitati trado*, γράφω. 1. Fa. 9. Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, &c. De Clar. 76. Scripsere alii rem versibus, et luculente quidem scripserunt. 1. Fam. 9. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. *Ibid.* Scripsi tres libros in disputatione et dialogo. De Senect. 54. Liber quem de rebus rusticis scripsi. *inquit Cato.* Ver. 5. 111. Furius defensionem suæ causæ scripsit. 1. de Orat. 150. Caput autem, quam plurimum scribere, stylus optimus dicendi magister. Orat. 86. Instituere civitates, scribere leges. 9. Att. 18. Asperius de aliquo scribere vel loqui. 6. 5. Nulla res erat, de qua scriberem. 14. 12. Pridie scripseram litteras, quas, &c. 6. 1. His de causis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. 13. 32. Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexit, credo, quia διὰ σημείων scripseram. Pro Arch. 18. Cum litteram scripsisset nullam. 5. Tusc. 113. Scribere lineam.

Adverb. *Absurde, accurate, accuratissime, bene, luculente, melius, polite, acerbissime, operte, brevius, communiter, quam diligentissime, acutissime, ambitiose, familiariter, quam accuratissime, quam sæpissime, amicissime, publice, apertius, necessario, apte, ardentius, summatim, asperius, gravius, audacius, quam celerrime, bellissime, breviter, prudenter, cogitate, commodius, commodissime, continuo, serius, copiosissime, disertissime, gravissime, quam creberrime, severius, diserte, distribute, eleganter, ornate, explorate, facetissime, jocosius, festive, fraterne, iracundius, officiosus, graviter, pie, prudentissime, stulte, honeste, magnifice, humaniter, suaviter, subtilius, iniquius, græce, latine, optime, liberius, tardius, negligenter, nominatim, obscure, ornatius, raptim, timide, parce, parcius, tuto, parum plane, quam humanissime, temere, perhumaniter, pie, rite, plane, planius, quam planissime, recte, suavissime, verbosius, vere, verissime, verecundius, vulgariter.*

Syntaxis. *Scribere de aliquo asperius. Nulla res est, de qua scribam. Luculente scribere. Scribere leges. Scribere litteras. Scribere lineam.*

Scribor, eris. 2. de Leg. 10. Neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit. *id est, lex naturæ.*

Scribitur, γράφεται. 2. de Natur. 124. Eadem hæc avis scribitur conchis se solere complere, &c. *Ibid.* Legi, scriptum esse, avem quandam, &c. 1. de Div. 923. Scriptum est item, Socratem, &c.

Scriptio, onis, *scriptura, stylus,* συγγραφή. De Clar. 92. Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio. 10. Att. 19. Lippitudo, quæ impedit scriptionem meam. 2. de Orat. 5. Illud autem est hujus institutæ scriptionis ac temporis, neminem, &c. De Clar. 228. Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis litteris illustratum. 5. Tuscul. 121. A Bruto impulsi sumus ad Philosophicas scriptiones. 9. Fam. 12. Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magnopere dignam. 1. de Inv. 17. Controversia ex scriptionis genere nata. *Ibid.* 68. Ex scriptione, quæ in litteris est.

Scriptito, as, *scribo,* συχνάκις γράφω. 2. de Orat. 97. Sed ne te quidem, Antoni, multum scriptitasse arbitror. 7. Att. 12. Ad me scribas velim vel potius scriptites. De Cl. 286. M. Bibulus et scriptitavit accurate, cum præsertim non esset orator, et egit multa constanter.

Scriptor, oris, συγγραφεύς. 1. de Orat. 158. Omnes bonarum artium scriptores et doctores legendi et pervolutandi. Orat. 29. Vetustissimus ille scriptor et politissimus Lysias. Pro Arch. 24. Multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuit. 1. de Orat. 91. Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse. De Cla. 35. Scriptor subtilis atque elegans. 5. de Fin. Licinius Attilium ferreum scriptorem appellabat. Pro Dom. 47. At quid tulit legum scriptor peritus et callidus? Velitis, jubeatis, ut, &c. *Ibid.* Hoc scriptore, hoc consiliario, &c. *Ibid.* 129. Si tuus ille scriptor vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet. 2. Fam. 4. Domesticarum rerum tuarum habes et scriptores et nuncios.

ADJUNCTA. *Acutus, elegans, facetus, brevis, astrictior, sane bonus, creber et distinctus, grandis, valde peritus, præstans, prudentissimus, egregie subtilis atque elegans, astutus, doctus, ne mediocriter quidem disertus, ornatissimus, exercitatus et disertus, ferreus, non insanus, luculentus, peritus et callidus, pervetus, politus, præfractior, nec satis rotundus, sanus et dulcis, tranquillior, vetustissimus, et politissimus, sapientissimus.*

SYNTAXIS. *Ad dicendum scriptio proficit. Philosophicæ scriptiones. Scriptione dignum. Scriptores et doctores legendi et pervolutandi. Scriptores suarum rerum et nuncios habere.*

Scriptum, pti, *scriptura, monumentum, litterarum monumentum, monumentorum memoria,* σύγγραμμα. 5. Fam. 12. Ardeo cupiditate incredibili, nomen ut nostrum scriptis illustretur et celebretur tuis. 2. Off. 3. Ut scriptis actiones nostras mandaremus. 1. de Div. 20. Artis alicujus scripta ac monumenta volutare. 4. Tuscul. 71. Maxime vero omnium flagrasse amore Rhegynum Ibycum, apparet ex scriptis. 1. Fam. 9. Quod rogas ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, &c. 2. de Orat. 194. Id quod a Platone in scriptis relictum esse dicunt. 4. Fam. 4. Scriptorum subtilitas atque elegantia. 5. 12. In legendo scripto. De Clar. 301. Quæ commentatus sis, ea sine scripto verbis eisdem reddere. Pro Plan. 74. Oratio quæ propter ejus magnitudinem dicta de scripto est. 10. Fam. 13. S. C. ita perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est. 2. cont. Rull. 47. De scripto legis recitare aliquid. 4. Att. 3. De Clar. 46. et 10. in A. 5. De scripto dicere.)(. *memoriter recitare.* De Cl. 145. Crassus multa contra scriptum pro bono et æquo dixit. *Ibid.* 75. Hoc in Originibus scriptum reliquit Cato. 1. de Orat. 174. Tabellæ quibus id scriptum sit &c. Ver. 4. 124. Multi Græci de valvarum harum pulchritudine scriptum reliquerunt. De Arusp. 9. Responsum Aruspicum, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est, loca sacra, &c. Hortens. Itaque tibi concedo, quod duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet. *Forte,* Scrupis *legendum.*

ADJUNCT. *Absurdum, inutile, indignum, turpe, contrarium, privatum.)(. publicum, alienum, subitum, ambiguum, antiquius, dignum, plenum prudentia, continens, horridum, levius, potius, uberius, vendibilius, legitimum, probabile, verum et apertissimum, necessarium, vetus.*

SYNTAXIS. *Nomen scriptis illustratum et celebratum. Mandare scriptis. Artis scripta et monumenta volutare. In scriptis relinquere. Quæ commentaris, verbo reddis sine scripto. De scripto dicere orationem. Pro bono et æquo contra scriptum dicere. Scriptum relinquere aliquid, et de aliqua re.*

Scriptura, ræ, *scriptum,* γραφή. 6. Fam. 7. Cum mendum scripturæ litura tollatur. 10. 8. Plura illi mandata verbo, quam scriptura dedi.

Scriptio. 1. de Orat. 150. Si subitam orationem commentatio vincit, hanc ipsam profecto assidua et diligens scriptura superabit. 5. Fam. 21. Cum ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. 6. 7. Genus hoc scripturæ non modo liberum, sed incitatum atque elatum esse debet. 2. de Inv. Ex scriptura aliquid ad suam causam convertere. Top. 96. Scriptura contraria.

Item ratio est mancipum, id est eorum, qui portoria, aut pascua publica, aut decumas redimebant: unde magistri scripturæ et portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria et vectigalia describebant et colligebant. 5. Att.

15. Tu autem sæpe dare litteras tabellariis publicanorum poteris, per magistros scripturæ, et portus nostrarum diœcesium. Ver. 2. 169. In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. 11. Att. 10. P. Terentius meus necessarius, magnas operas in portu, et scriptura Asiæ pro magistro dedit. *Scriptura tamen pro eo vectigali etiam accipitur solo, quod e publicis pascuis, aut pecoribus percipitur.* Pro Pomp. 15. Nam cum hostium copiæ non longe absint, etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. *hic vides aliud esse portum, aliud decumas, aliud item scripturam.*

Adjuncta. *Assidua ac diligens, superior, et inferior.*

Scriptus, a, um, γεγραμμένος. Incert. Homeri carmen in membrana scriptum. *Ibid.* Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit, &c.

Adverb. *Absurde, accuratius, belle, acutissime, æquissimo, diligentissime, amantissime, præclarissime, amatorie, ambigue, contrarie, apertissime, anguste, amice, honorificentissime, moderate, benevole, prudenter, caute, commode, diligenter, communiter, mendosissime, copiose, suaviter, deterius, dulcissime, exiliter, elegantissime, exigue, vehementius, eruditissime, numerose, incaute, negligentius, inconsiderate, humanissime, suavissime, miserabiliter, severe, studiose.*

. Scrobs, bis, τάφρος. Oecon. 3.

Scrupulosus, a, um, *asper*, λιθαχώδης. 4. Tuscul. 33. E quibus tanquam e scrupulosis cotibus enavigavit oratio.

Scrupulus, li, *exiguus lapis est, qui in calceo latens interdum pedem lædit: inde ponitur pro re, quæ nobis sollicitudinem ac dubitationem affert. Est igitur* scrupulus *hic suspicio, sollicitudo, dubitatio,* ψηφίς. Pro S. R. 6. Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies noctesque stimulat ac pungit. Pro Cluent. 76. Hic tum injectus est hominibus scrupulus ac dubitatio. De Ar. 10. Sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur, non modo, &c. 1. Att. 15. Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo. 2. 4. Nummi potius reddantur, quam ullus sit scrupulus. 4. 15. Illud cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in insula &c. *id est, ne minimum quidem.* 5. 13. Exime de illo domestico scrupulum, quem non ignoras.

Scrupi, orum, *lapides quidam erant, quibus pro tesseris in ludo utebantur,* τραχεῖαι ψῆφοι. 1. de Orat. 217. Pila bene et duodecim scrupis ludere.

Syntaxis. *Scrupulum, qui stimulat ac pungit, evellere. Scrupulum ac dubitationem injicere. Residens scrupulus. Sollicitudinum scrupuli et aculei. Scrupulus argenti. Eximere scrupulum.*

Scrutor, aris, *inquiro, excutio,* ἀνακρίνω. Part. 8. Imo vero scrutabimur et quæremus. Ver. 2. 182. Scrutatus sum, quæ potui, et quæsivi omnia. 3. de Nat. 42. Qui interiores scrutantur et reconditas litteras. 1. Qu. Fr. 1. 9. Scrutari omni sordes, excutere unumquemque comitum. Pro S. R. 97. Non excutio te, non scrutor, si quid ferri habuisti. 2. de Orat. 146. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruuntur. Pro Dom. 39. Venio ad augures : quorum libros, si qui sunt reconditi, non scrutor. In Vat. 12. Cum omnium domos furacissime scrutarere. 2. de Div. 30. Scrutari plagas cœli. 10. Fam. 31. Qui locis omnibus dispositi scrutantur tabellarios. Pro S. R. 83. Desinamus ea scrutari, quæ sunt inania: quæramus, ubi maleficium est. I. P. 62. L. Crassus spiculis prope scrutatus est Alpes, ut, &c.

Syntaxis. *Non excutio te, non scrutor. Scrutari et quærere omnia. Interiores et reconditas litteras scrutari. Scrutari locos argumentorum, libros, domos, plagas cœli, tabellarios. Scrutari inania.*

Sculptus, a, um, *incisus,* γλυφθείς. 4. Acad. 100. E saxo sculptus, aut e robore dolatus.

Scurra, ræ, *sannio,* βωμολόχος. Ver. 3. 146. Qui a scurris semper potius gladiator, quam scurra appellatus sit. Pro Qu. 11. Facetus scurra. *Ibid.* 55. Scurram multo facilius divitem quam patremfamilias fieri posse. 1. de Nat. 94. Epicurus Socratem scurram Atticum fuisse dicebat. 2. de Orat. 247. Raritas dictorum distinguet oratorem a scurra. 4. ad Her. 15. Scurra exhausto pudore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet. Ver. 3. 146. Qui se ipse scurram improbissimum existimari vult.

Adjunct. *Facetus, locuples, improbissimus, petulans, atque improbus, vilis.*

Scurrilis, le, *obscœnus, qualis scurra esse solet,* βωμολοχικός. 2. de Orat. 239. Vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. *Ibid.* 244. Scurrilis dicacitas. *Ibid.* 245. 246.

Scutatus, a, um, ἀσπιδοῦχος. 2. in Ant. 108. Scutati milites. *id est, qui scuta gerunt, ut* hastati, *qui hastis utuntur.*

Scutella, læ, παροψίδιον. 3. Tuscul. 45. Demus scutellam dulciculæ potionis.

Scutulum, li, ἀσπίδιον. 1. de Nat. 83. Sospita cum hasta et scutulo.

Scutum, ti, *clypeus,* ἀσπίς. 2. Tuscul. 54. Ignavus miles abjecto scuto fugit quantum potest. 2. de Orat. 294. Abjecto vel rejecto scuto fugere. Pro Cæc. 62. Qui scutis telisque parati ornatique sunt. 4. Att. 3. Homines cum scutis et gladiis eductis. 2. de Orat. 266. Marianum scutum Cymbricum. 5. in A. 18. Ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. 2. de Div. 59. Quasi vero quidquam intersit, mures scuta, an cribra corroserint.

Scylla, læ, *alterum Siculi freti periculum. Est autem saxum sive scopulus, qui fluctuum appulsu et pugna latrare videtur. hinc fabula*

de Scylla in canes marinos conversa, quæ appulsos laceret nautas. Ver. 5. 145. Non Charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis fuisse arbitror. De Ar. 59. Quis unquam poeta fingendo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllam, tamque jejunis, quam, quibus istum videtis, Gelliis, Clodiis, Titiis rostra ipsa mandentem?

Scyllæum fretum. Pro Sest. 18.

Scyphus, phi, *poculum*, *σκύφος*. Ver. 4. 32. Jubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre. *Ibid.* 54. et 7. Fam. 22. Illuseras heri inter scyphos, &c.

Adjuncta. *Aureus, optimus, sigillatus.*

Scyros, *insula*. 5. Att. 12.

Scytale, les. 10. 12. Habes *σκυτάλην λακωνικήν. proverbium. De Scytale, id est, epistola Laconica, vide Gell. lib.* 17.

Scythes, thæ. 5. Tusc. 90. Anacharsis Scythes. Ver. 5. 149.

Scythia, æ, *regio barbara*. I. P. 18. Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus? 2. de N. 88.

Scythicus, a, um, 5. Tusc. 90. Scythicum tegmen.

SE

Se, *pro Sine*, vetustum. 2. de Leg. 60. Ast im cum illo sepelire urereve se fraude esto. *pro eum* et *sine*.

Sebusiani. Pro Qu. 80. Roma trans Alpes in Sebusianos biduo veniunt.

Secedo, is, *recedo, semigro, ἀναχωρέω*. 1. C. 32. Quare secedant improbi, secernant se a bonis. Pro C. Cor. 1. Propter nimiam dominationem potentium secedere.

Secernendus, a, um, *ἀποκριτέος*. Top. 31. Secernenda distinguere.

Secerno, is, *separo, distinguo, disjungo, ἀποκρίνω*. 1. C. 32. Quare secedant improbi, secernant se a bonis. 4. C. 15. Hos ego excipio, et secerno libenter. 5. Fa. 2. Ut a continentibus scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum nostrarum. Pro Sull. 3. Abs te quæro, cur me a cæteris principibus civitatis in hoc officio atque in defensionis jure secernas? 2. de N. 112. Belluæ sensu secernunt pestifera a salutaribus. 2. de Orat. 341. Illud tertium genus a præceptis nostris secreveram. 1. Tusc. 75. Secernere animum a corpore. Oecon. 1. Instrumentum et supellectilem distribuere cœpimus: ac primum ea secrevimus. Orat. 63. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, secernere.

Secernor, eris. 6. in A. 10. Nec enim secerni a fratre poterit. De Am. 95. Secerni blandus amicus a vero et internosci potest adhibita diligentia. 1. Off. 95. Hoc secerni ab illo non potest 1. C. 32. Muro denique secernantur a nobis.

Syntaxis. *Secernere se a. Excipere ac secernere. Pestiferum a salutari sensu secernere. Animum a corpore secernere. Secernere et internoscere aliquid ab aliquo.*

Secessio, onis, *abscessio, discessus, ἀναχώρησις*. Pro Mur. 49. Etenim seductiones testium, secessiones subscriptorum animadverti. Pro Lig. 10. Secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, non bellum.

Secius, *minus*, *ἧττον*, vel *ἧσσον*. 1. ad Her. 21. Impedimento est, quo secius lex feratur.

Seclusus, a, um, *secretus, ἀποκλεισθείς*. Ver. 5. 23. Supplicium a libero spiritu et communi luce seclusum. 2. de Orat. 162. Illuc eum rapiam, ubi non seclusa aliqua aquula teneatur, sed unde universum flumen erumpat. 1. Tusc. 72. Iis devium quoddam iter est, seclusum a consilio deorum.

Sæclum, li, *seculum*, *αἰών*. 1. de Leg. 2. Canescet sæclis innumerabilibus. *Poeta.*

Secandum, *κοπτέον*. 1. Off. 136. Ut ad urendum et secandum medici veniant.

Seco, as, *exseco, reseco, διαπρίσσω*. De Un. 21. Atque ita permixtum illud, ex quo hæc secuit, jam omne consumpserat. Q. de Pet. 8. Qui vivo stanti collum gladio secuerit. In Ar.

Quæ volat et serpens geminis secat aera pennis.

2. de Orat. 117. Atque isti quidem causas in plura genera secuerunt. Cont. C. Ant. Inspectante populo collum secuit hominis.

Secor, aris. 3. de Nat. 29. Omne corpus secari ac dividi potest. 5. Tusc. 73. Si uratur, torqueatur, secetur. 8. in A. 15. In corpore siquid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri et secari patimur. 2. Tus. 53. C. Marius rusticanus vir cum secaretur, vetuit se alligari: neque quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus.

Secretio, onis, *disjunctio, ἔκκρισις*. 1. Tusc. 71. Est enim interitus quasi discessus et secretio et diremtus earum partium, quæ, &c.

Secreto, *clam, remotis arbitris, ἀποῤῥήτως*. 7. Fa. 25. Secreto hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. 8. 1. Neque hæc incerta tamen vulgo jactantur, sed inter paucos, quos tu nosti, plane secreto narrantur. Ver. 4. 100. Ex his quæritur secreto quid esset actum. 7. Att. 8. Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.

Secretus, a, um, *separatus, sejunctus, seclusus, ἐκκεκριμένος*. 2. de N. 55. Habent suam sphæram stellæ inerrantes ab æetherea conjunctione secretam et liberam. *Ibid.* 137. Succus secretus a reliquo cibo. *Ibid.* Ab eo cibo cum est secreta bilis, &c.

Secta, ctæ, *familia, schola, disciplina, certa quadam disciplinæ formula, pars, factio, hæresis, studium, ratio vitæ, ratio Philosophandi, αἵρεσις*. Ver. 5. 180. Horum nos hominum sectam atque institutionem prosequimur. De Clar. 120. Brutus ex vetere Academia Philosophorum sectam secutus est. Brut. 3. Hostes omnes judicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. Pro Rab. 22. Quam tandem autoritatem, quam vocem, cujus sectam sequi velles? Pro Flacc. 104. Quotus enim quis-

que est, qui hanc in Repub. sectam sequatur. Pro Cæl. 40. Qui hanc sectam rationemque vitæ secuti sumus. 13. Fam. 4. Qui Cæsaris sectam atque imperium secutus. 2. de Nat. 57. Omnis natura artificiosa est, quod habet quasi vitam quandam et sectam, quam sequatur. 3. de Or. 42. 43. 44. 45. 46. 47. *usque ad* 55. *Philosophorum sectæ, familiæ, disciplinæ.* 15. Fa. 16. Hæresis, secta, disciplina.

Sectator, oris, *consectator, æmulus,* ἀκόλουθος. Pro Mur. 70. Quid opus, inquit, sectatoribus? *Ibid.* 71. Lex Fabia, quæ est de numero sectatorum. Pro R. P. 21. Num Gabinii comes est, vel sectator?

Syntaxis. *Sectam aliquam et institutionem prosequi. Sectam sequi, sectam rationemque vitæ, sectam atque imperium alicujus. Hæresis, secta, disciplina.*

Sectio, onis, *auctio,* δήμευσις. 2. in A. 64. Nemo fuit, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, præter Antonium. *Ibid.* 71. Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas. 1. de Inv. 85. Si dici possit ex hostibus equus esse captus, cujus prædæ sectio non venierit. De Leg. Agr. Prædam, manubias, sectionem, castra denique Decemviri vendent.

Sector, aris, *assector, comitor,* αἱρέω. Ver. 2. 169. Is prætorem circum omnia fora sectabatur. 4. 148. Qui illic ejusmodi est, ut eum pueri sectentur. Pro S. R. 77. Quid? ii servi ubi sunt? Chrysogonum judices sectantur. Pro Muræ. 70. At sectabuntur multi, &c. *Ibid.* Sectari aliquem totos dies. Quint. de Pet. 29. Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere constituant.

Sector, oris, *qui proscriptorum bona emit: vel quadruplator, qui quoque jure, quaque injuria, nomina de aliquo crimine defert,* ut *partem multæ vel bonorum auferat,* τομεύς. Pro S. R. 80. Scimus per ista tempora eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum. *Ibid.* 103. Sector, hoc est, qui bonorum S. Roscii emtor atque possessor est. 2. in A. 65. 13. 30. 15. Fa. 19. Antonius sector Pompeii.

Sæculum, *seclum, multorum annorum spatium, ætas,* αἰών. De Fat. 27. An hoc falsum potuisset esse, si esset sexcentis sæculis ante dictum? 2. de Orat. 21. Sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his Philosophi garrire cœperunt. Ver. 4. 73. Aliquot sæculis post Scipio Carthaginem cepit. *Ibid.* 122. Parietes, quorum ornatus tot sæcula manserat. 4. Ac. 15. Nihilne tot sæculis explicatum putamus? 2. in A. 54. Hujus rei ne posteritas quidem omnium sæculorum immemor erit. 4. Phil. 3. Nihil ex omnium sæculorum memoria tale cognovi. De Univer. 1. Cum aliquot sæcula in Italia viguisset. 2. C. 11. Propagare multa sæcula reipublicæ. 2. de N. 53. Sempiternis sæculorum ætatibus non mutari. 1. de D. 36. Nec sæculorum reliquorum judicium pertimescere. Par. 6. Ego etiam ipse fortasse in hujus sæculi errore versor. 9. in A. 13. Hujus sæculi insolentia. Pro Q. Gall. Quorum ætates non annis, sed sæculis, scimus esse disjunctas. De Clar. 39. Ut Atheniensium sæcula numerantur. *Ibid.* 75. Multis sæculis ante suam ætatem.

Futurum genus. De Senect. 24. Serere arbores, quæ alteri sæculo prosint.

Syntaxis. *Omnium sæculorum posteritas. Ex omnium sæculorum memoria cognoscere. Sæcula reip. propagare. Id alteri sæculo proderit. Sempiternæ sæculorum ætates.*

Secum, σὺν ἑαυτῷ. 8. Att. 22. Quis est, tanta præsertim de re, quin varie secum ipse disputet? 2. de Inv. 125. Ipsum secum admirari aliquid. 5. Att. 6. Qui etiam a me petierat, ut secum et apud se essem quotidie. 1. Off. Secum agere. X. *Cum altero contrahere.*

Secundarius, a, um, *secundus, proximus,* δευτέριος. 2. de In. 24. In hoc loco caput illud erit, si, &c. secundarium, si, &c. De Cl. 242. Qu. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. *Ubi fortassis legendum est,* Qu. Arrius Secundus, qui fuit M. Crassi quæstor. *Est enim Secundus cognomen Arriorum.*

Secundo, *adverbium, iterum, deinde,* δευτέρως. Incert. Semel hominem allocutus fueram, an secundo mihi redeundum esset, ignorabam. Pro Planc. 50. Equidem primum ut honore dignus essem maxime semper laboravi, secundo ut existimarer; tertium mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos.

Secundum, *post,* μετά. Act. 1. Ver. 30. Ita secundum Cal. Jan. magnas accusatoris minas ad nostrum arbitrium eludemus. *Ibid.* 34. Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea, ut ante primos ludos comperendinem. 1. de Orat. 264. Sed opinor secundum hunc diem: nam satis multa hodie dicta sunt. 3. Qu. Fr. 1. Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, ut sit pene par. 3. Att. 12. Spem ostendis secundum comitia. 2. Off. 11. Proxime et secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Ver. 2. 15. Secundum ea quæro, servarisne, &c. 4. Fam. 12. Duo vulnera accepit: unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. 3. de Orat. 221. In actione secundum vocem vultus valet. Orat. 60. Vultus secundum vocem plurimum potest. Ad Brut. ep. pr. in 2. Lepidus secundum fratrem affines habet quos odit proximos. 12. Attic. 16. Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. 3. ad Her. Si secundum principium confirmatione utamur. 2. de Div. 126. Secundum quietem videre, audire, agere.

Pro, Juxta, Ad, Ex. Ver. 5. 163. Secundum arbitrium tuum testes dabo. 4. Att. 2. Quisque eorum multa secundum causam nostram judicavit. *Ibid.* Prætor secundum me decrevit. 16. 20. Ut ea, quæ Coss. decreverunt secundum Cæsaris decreta, comprobes. Pro Fl. 50. Qui sententiam secundum Plotium se dicturum ostendit. Pro Qu. R. 3.

Secundum tabulas alicujus litem dare, et secundum aliquem judicare. *Ibid.* 15. Secundum nos judicari volumus. De Ar. 31. Qui domum secundum fratrem suum judicatam esse dicebat. 2. ad Her. 9. A testibus dicemus secundum autoritatem et vitam testium. 5. Att. 1. Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium. Ver. 2. 66. Quod judicium secundum Heraclium de compromissis factum erat. *Ibid.* 21. Judicare de absente secundum præsentem. Ver. 1. 114. Ita secundum eum possessio daretur. Top. 50. Dare possessionem secundum tabulas. 16. Att. 18. Coss. de consilii sententia decreverunt secundum Buthrotios. 3. Off. 25. 5. de Finib. 26. Secundum naturam vivere. 1. 30. Necesse est, quid aut secundum naturam aut contra sit, a natura ipsa judicari. 2. de Leg. 61. Habemus in duodecim Tabulis, sane secundum naturam quæ norma legis est. De Sen. 71. Quid autem tam secundum naturam est, quam senibus emori ? *Ibid.* Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. 3. Qu. Fr. 4. Testimonium secundum fidem et religionem gravissime dicere.

Non procul, ad, prope, vel propter. 8. Att. 19. Si Cæsar secundum mare ad me ire cœpisset, &c. 16. 8. Legiones Macedonicæ, quæ iter secundum mare superum faciunt.

Syntaxis. *Secundum Deum parentes amandi. Secundum aurem est morbus. Secundum tabulas dare possessionem. Secundum aliquem judicare:* id est, pro. *Secundum tabulas litem dare. Judicare de absente secundum præsentem. Secundum naturam vivere. Testimonium secundum fidem et religionem dicere. Facere iter secundum mare.*

Secundus, a, um, *alter, δεύτερος.* Orat. 50. Quoniam id secundum erat de tribus. 9. Fa. 16. Quando tu secundum Oenomaum Accii Mimum introduxisti. De Un. 28. Ad secundum supra terram ambitum. 1. Off. 36. Secundo eum obligare militiæ sacramento, quoniam, priore amisso, jure pugnare cum hostibus non poterat. 3. de Finib. 52. Quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum. Academ. Academico sapienti ab omnibus secundæ partes dantur. *Ibid.* Qui omnium cæterorum judicio sit secundus.

Secundus, a, um, *prosper, ad voluntatem nostram fluens, δεξιός* .)(. *adversus.* Pro Pomp. 23. Noster exercitus præliis usus erat secundis. 2. cont. Rull. 100. Nemo unquam tam secunda concione legem agrariam suasit. 2. Tusc. 4. Ut vel si totam velit vituperare, secundo id populo facere possit. 1. Att. 16. Secunda concionis voluntate. 3. de N. 83. et pro Pl. 94. Navis secundis ventis cursum tenens suum. 15. Fa. 3. Habere ventos secundos. 1. de Div. 27. Auspicia quæ alicui secunda evenerunt. 2. Att. 1. Cæsar cujus nunc venti valde sunt secundi. 3. de N. 88. Hominum prosperitates secundæque res. 1. Off. 90. Homines secundis rebus effrenatos, sibique præsidentes tanquam in gyrum rationis et doctrinæ duci oportet. Pro Sull. 66. Et secundas fortunas amittere, et in adversis sine ullo remedio permanere. *Ibid.* 75. Per quos res ejus secundæ quondam erant ornatæ, nunc adversæ sublevantur. 10. Att. 9. Omnia secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur. 2. Qu. Fr. 1. Clodium accusavi multis et secundis admurmurationibus cuncti Senatus. 1. Off. 90. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est.

Syntaxis. *Uti secundo prælio. Secunda concione dicere. Secunda concionis voluntas. Secundus populus, secundus ventus, secundæ res. Secundas fortunas amittere. Omnia secunda tibi accidant. Admurmuratio secunda Senatus.*

Securis, ris, *instrumentum, quo arbores dejicimus, et ligna scindimus, ἀξίνα.* 2. Qu. Fr. 10. Tenedia libertas securi Tenedia præcisa est. *proverbium.* Ver. 5. 22. Quamobrem fasces prætoribus præferantur, cur secures datæ. 1. Qu. Fr. 1. 10. Prætores cum fascibus et securibus lictores habuisse. Ver. 1. 75. Instat, ut securi feriantur. I. P. 83. Cum miser ille securibus hospitis sui cervices subjicere gestiret. *Ibid.* 184. Tu Rabocetum securi percussisti. Pro Flac. 19. Nostræ secures.

Impedimentum, ruina. Pro Mur. 48. Quam te securim putas injecisse petitioni tuæ. Pro Pl. 70. Infligere securim reipublicæ.

Securitas, tis, *requies curarum, ipsum esse sine curis, ἀσφάλεια.* 5. Tusc. 42. Qui autem illam maxime optatam et expeditam securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est) habere quis potest, cui, &c. 5. de Fin. 23. Democriti securitas quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν. 1. Off. 69. Ut tranquillitas animi adsit et securitas. 1. de N. 53. Nos beatam vitam in animi securitate ponimus. De Am. 45. Caput esse ad beate vivendum securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus. 15. Fa. 5. Vale, et instituto itinere securitatem diligentiamque sociis et reipublicæ præsta. 4. Att. 16. Miram securitatem videbis, cujus plurimæ mehercule partes sunt in tuo reditu.

Adjuncta. *Blanda, maxime optata, et expedita, mira.*

Securus, a, um, *sine cura, ἀδεής.* 10. Fa. 24. Si Africanæ legiones venerint, securos vos ab hac parte reddam. Pro Fla. 46. Securus Hermippus Tennum proficiscitur. 12. Att. 51. De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia conscribis.

Secus, *contra, aliter, παρά.* I. P. 68. Recte an secus, nihil ad nos. 3. de Fin. 44. Nobis aliter videtur: recte secusne, postea. 6. Fam. 4. Etsi idipsum nonnullis videatur secus. 3. de Orat. 117. Sed paulo secus a me atque ab illo partita sunt. 2. 24. Itaque il-

lud, quod dixi, &c. non dixi secus ac sentiebam. De Cl. 292. Nemo dicet secus. Part. 15. Longe secus. 4. Fa. 9. Quod non multo secus fuerit. Pro Muræ. 10. Tecum agam, Servi, non secus ac si meus esses frater. Pro Planc. 3. Cujus salutem non secus ac meam tueri debeo. 4. Att. 17. Quem tractat non secus ac si esset imperator. 3. Fam. 5. Non secus ac si te vidissem. Pro Qui. 32. Cum in altera re causæ nihil esset, quin secus judicaret ipse de se: quod judicium est gravissimum. 3. Fa. 6. De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse.

Secutor, oris, *gladiator*, ξιφιστής. 7. Att. 14. Secutorum in Ludo mille fuerunt, bis eruptionem facturi dicebantur.

Secutus, a, um, ἀκολουθήσας. 3. Acad. Vitam deviam secutis.

Sed, *at*, *autem*, *verum*, ἀλλά. 1. Att. 15. Non odio adductus alicujus, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ civitatis. 4. Acad. 66. Sed non de me, ut dixi, sed de sapiente quæritur. 2. de Orat. 299. Sed ego non de præstanti quadam et eximia, sed prope de vulgari et communi prudentia disputo. De Ar. 61. Sed tamen facile tacentibus cæteris reticuissem: sed hæc oratio omnis fuit non autoritatis meæ, sed publicæ religionis. 1. Fa. 9. Sed velle solum, &c. sed etiam, &c. Pro Rab. 13. Non modo hujus non sunt, &c. sed ne Romuli quidem, &c. sed Tarquinii, &c. 1. de Orat. 109. Sed sive est ars sive non, non est quidem ea negligenda. *Ibid.* 115. Sed sunt quidam, &c. 4. Fa. 15. Sed tametsi antea scripsi, tamen hoc tempore, &c. 13. 71. Sed tametsi omnium causa, quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi causa est.

Sedate, *tranquille*, *leniter*, ἡσύχως. Orator. 92. Sedate placideque loqui. 2. Tusc. 58. Placide et sedate ferre dolorem.

Sedatio, onis, *tranquillitas*, *placatio*, ἠρέμησις. Χ. *perturbatio*. 1. Off. 93. Temperantia et modestia, omnisque sedatio perturbationum animi. 3. Tusc. 65. Sedatio ægritudinis. *Ibid.* Quotidianæ neces sedationem mœrendi afferunt.

Sedatus, a, um, *tranquillus*, ἠρεμαῖος. 8. Att. 3. Hæc scripsi sedatiore animo, quam proxime scripseram. 2. de Inv. 154. Sedatis fluctibus, et tempestate commutata. Pro Clu. 103. Falcula paullo sedatiore tempore est accusatus. Orator. 39. Alter sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit. *Ibid.* 176. Isocrates in transferendis faciendisque numeris sedatior. 3. ad Her. 21. Sedata et depressa vox.

Sedecula, læ, *sedes*, ἕδριον. 4. Att. 9. Malo in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam &c. *Alii*, Sedicula, *legunt*.

Sed enim, *etenim*, ἀλλὰ δέ. Pro Arch. 3. Sed enim hoc non solum ingenii, sed etiam naturæ atque virtutis. Pro Cæl. 60.

Sedeo, es, *assideo*, ἧμαι. 4. Att. 6. Malo in illa tua sedecula sedere, quam in istorum sella curuli. 1. de Div. 104. Cum virgo staret, et Cæcilia in sella sederet. 2. in A. 44. Sedisti in quatuordecim ordinibus. 3. de Orat. 131. In solio sedens domi. 2. de Fini. 99. Sedere in solio ornatu regali. Pro R. P. 10. Modo vos in A. Gabinium judices sedistis. Pro Clu. 105. Sedistine judex in C. Fabricium? *Ibid.* Cum post paucos dies ex subsortitione sedisset. 1. Att. 13. Qui mœsti inter sui dissimiles sedebant. In L. Pison. Proxime Pompeium sedebam.

Maneo, *moror*. 12. Att. 43. Quid enim sedere totos dies in villa ista? Pro Milon. 55. Cum Milo veheretur in rheda penulatus, una sederet uxor. 16. Fa. 7. Si venti essent, nos hic Corcyræ non sederemus.

Sedes, dis, *sella*, *solium*, *sessio*, *subsellium*, ἕδρα. 1. de Orat. 29. Tum Crassum pulvinos poposcisse, et omnes in iis sedibus, quæ sub platano erant, consedisse dicebat. 4. C. 2. Hæc sedes honoris, sella curulis.

Locus, *vis*, *gradus*. 3. de Orat. 19. Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. 2. 358. Omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est. 2. de Fin. 37. Ut sola pono in summi boni sede, quam quærimus.

Domicilium, *fundamentum*, *patria*, *origo*. De Pro. 34. Nam si ille aditus Gallis patuisset, nunquam hæc urbs, summo imperio domicilium ac sedem præbuisset. Pro Mar. 30. Qui sedem stabilem et domicilium certum non habet. Parad. 1. Voluptas mentem ex sua sede et statu dimovet. 2. cont. Rull. 96. Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati. Pro Mur. 18. Omni in sede ac loco ferrum flammamque metuemus. Pro Cl. 171. Sceleratorum sedes atque regio. 1. Academ. 9. Sedes regionum et locorum. Pro Sull. 33. Urbs hæc sedes omnium nostrum, domicilium imperii. Pro Ar. 9. Is sedem omnium rerum et fortunarum suarum Romæ collocavit. 13. Fa. 4. Eorum domicilia, sedes, rem, fortunas, tuæ fidei commendo. Pro Cl. 188. Aliquam sibi domum sedemque deligere. 2. cont. Ru. 45. Sedes hospitalis. Ver. 3. 6. Sedes ac domicilium collocare. 1. cont. Rul. 28. Hæc sedes urbis atque imperii. 1. de N. 100. Hæc enim membra sunt sedes ac domicilium vitæ. I. P. 52. Mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis obviam procedere visa est. Incer. Mustella catulos suos quotidie transfert, mutatque sedem.

Adjunc. *Alta*, *amicissima*, *hospitalis*, *publica*, *pulcherrima*, *antiqua*, *apta*, *celsa*, *celsissima*, *certa*, *domestica*, *maxima*, *non importuna*, *naturalis*, *nota*, *patria*, *stabilis*.

Seditio, onis, *discordia*, *dissensio*, *vis*, *turba*, *impetus militum*, *motus populi*, ἀναστασία. Br. 2. Seditio quæ facta est in legione quarta. 1. de Div. 50. Magna seditio in castris ejus inter Pœnos et Siculos milites est facta.

Pro Mur. 83. Concitare seditionem et discordiam. 10. Fa. 32. Singulæ cohortes quandam seditionem fecerunt. *Ibid.* 34. Seditione facta. 5. Att. 14. Seditio militum sedata ab Appio. 2. de Orat. 124. Seditiones ornare, et demonstrare, multos sæpe impetus populi non injustos esse. *Ibid.* Multas seditiones esse factas et conflatas. 10. 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis esset. 2. de Orat. 199. Omnia seditionum genera collegi. 2. Att. 1. Seditione commota.

Seditiosorum manus. Pro Cl. 102. Incursio seditionis, vis multitudinis, impetus Tribunitius.

Adjuncta. *Concitata, et nocturna, gravissima, domestica, justa et prope necessaria, molesta, magna, perniciosa.*

Seditiose, στασιαστικῶς. Pro Cluen. 2. Conciones seditiose concitatæ. Pro Mil. 8. Seditiose interrogari.

Seditiosissime. 2. Att. 21. Multa cum seditiosissime diceret, vocem exprimere non potuit.

Seditiosus, a, um, *turbulentus*, στασιώδης. 2. de Orat. 48. S. Titius seditiosus civis et turbulentus. *Ibid.* 135. Quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus. 1. in A. 22. Adhortari adolescentes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives esse velint. 1. de Inv. 4. Seditiosa et tumultuosa vita. In Vat. 4. Nutricula seditiosorum omnium.

Syntaxis. *Seditionem facere. Concitare seditionem et discordiam. Seditionem sedare. Seditiones conflare, commovere. Incursio seditionis. Seditiose interrogari, dicere. Seditiosa et tumultuosa vita.*

Sedandus, a, um, καθεκτικός. 1. de Orat. 17. In eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis aut excitandis. 1. Off. 103. Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt.

Sedatus, a, um. 1. de Div. 61. Illa etiam parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata, atque restincta. 5. Att. 14. Seditio militum ab Appio sedata. Lim.

In medio populi sedatis vocibus effert.

Sedicula, *vide* Sedecula.

Sedo, as, *Sedationem affero, restinguo, mitigo, mollio, comprimo, contraho*, παύω, καταπαύω. Χ. *incito.* 1. in A. 1. Sedare discordias. 1. de Orat. 202. Quencunque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare, vel sedare. 2. in A. 46. Cum tanta mala florentissimæ familiæ sedavi, vel potius sustuli. 13. Att. 10. Sermunculum omnem aut restinxeris, aut sedaris. Ver. 3. 132.

Sedor, aris. 3. C. 6. Tum interventu Pontini pugna, quæ erat commissa, sedatur. 1. de Leg. 54. Hæc controversia tota sedari potest. 3. 24. At aliquando incenditur, et quidem sæpe sedatur. 2. 28. Ut bellum intestinum sine ullo tumultu aut motu sedetur.

Syntaxis. *Sedare discordias. In animis hominum motum sedare dicendo. Mala sedare, vel tollere. Sermunculos sedare, aut restinguere. Sedare pugnam, controversiam, bellum.*

Sed quid? *quid tum?* τί μὲν γάρ. 2. in A. 21. Sed quid? ego favisse me tibi fateor?

Seduco, is, *abduco*, παρασύρω. 5. Att. 21. Cum hæc disseruissem, seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere. 1. de Orat. 239. Sæpe audivi accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui cum Crassum seduxisset, ad eumque retulisset, responsum ab eo verum magis, quam ad suam rem accommodatum abstulit. 13. in A. 22. Nisi quod te Idibus Martiis a debita tibi peste seduxit. 1. Famil. 9. Cum inimicum meum modo severe seducerent, modo familiariter amplexarentur.

Seductio, onis, ἀποπλάνησις, παράληψις. Pro Mur. 49. Etenim seductiones testium secessionem subscriptorum animadvertebant.

Sedulitas, tis, *officium, diligentia*, ἐπιμέλεια. 8. Fa. 11. Cornelii operam et sedulitatem laudare possum. 1. 8. Idque cum sentiam, sedulitate mihimet ipsi satisfacere possum, re quidem ipsa, &c. 8. 1. Nimium arguta sedulitas. Pro Cæc. 14. Non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulataque sedulitate conjunctus. Pro Archia 25. Qui sedulitatem mali poetæ duxit aliquo tamen præmio dignam. 2. contra Rull. 12. Finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa, aut impudens videretur. 10. Fa. 15. Sedulitas mea et mihi et Reip. tulit fructum.

Adjuncta. *Arguta, digna, insidiosa, atque impudens, simulata.*

Sedulo, *diligenter*, ἀσπερχές. 3. Att. 12. Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum, &c. Pro Cluent. 58. Hoc quanquam sedulo faciebant, tamen, &c. 3. de Fin. 15. et 5. Famil. 10. Faciam omnia sedulo, quæ te sciam velle. 2. 11. Sed tamen sedulo fit, et imprimis a Patisco.

Sedulus, a, um, *officiosus, diligens*, σπουδαῖος. De Clar. 176. Eloquentes videbare, non sedulos velle conquirere.

Syntaxis. *Sedulitas et opera. Arguta sedulitas. Fictum officium, simulataque sedulitas.*

Seges, gitis, *arva, ager*, ἡ ἄρουρα. Orat. 48. Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicissimas frugibus. 1. Tusc. 69. Segetes largiuntur fruges. De Sen. 54. Segetibus et pratis et vineis et arbustis res rusticæ lætæ sunt. Ver. 3. 20. Neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis. 2. Tus. 13. Etsi in segetem sunt deteriorem datæ fruges, illæ tamen suapte natura enitent. Hortens. Segetes agricolæ subigunt aratris.

Ipsæmet fruges. Orat. 81. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. 5. de Fin. 91. Seges spicis uberibus et crebris.

Occasio, causa. Pro Mil. 36. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ?

Adjuncta. *Deteriores, fœcundæ, et uberes, lætæ segetes.*

Segesta, æ. Ver. 4. 72. Segesta oppidum pervetus in Sicilia, quod ab Ænea fugiente a Troja, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.

Segestani. Div. 4. 156.

Segestenses. Ver. 3. 83.

Segnior, oris, ἀργός. 8. Att. 13. Ego si cui adhuc videor segnior, dum ne tibi videar, non laboro. Pro Pont. 7. Ne segniores posthac ad imperandum cæteri sint. 1. de Finibus. 34. et pro Dom. 57. Nec me segniorem ad respondendum reddidisti.

Segnitia, æ, *inertia, segnities*, ἀργία. De Clar. 281. Vir sine arrogantia gravis, et sine segnitia verecundus. 1. de Finib. 5. Inertissimæ segnitiæ est, &c.

Segnities, ei, *segnitia*. 1. de Orat. 185. Castigemus etiam segnitiam hominum et inertiam.

Segregandus, a, um, ἀποδιοριστέος. 3. Off. 32. In figura hominis feritas et immanitas belluæ, a communi tanquam humanitate corporis segreganda. Pro Ar. 4. Aliquem a numero civium segregandum esse.

Segregatus, a, um, *seclusus*, ἀποδιορισθείς. 5. Tusc. 80. Beata vita sola relicta, et comitatu pulcherrimo segregata.

Segrego, as, *separo*, ἀποδιορίζω. 2. de Nat. 148. Eloquentia nos a vita immani et fera segregavit. 3. de Finib. 30. Qui virtutem a summo bono segregaverunt. De Arusp. 26. Qui antea voce præconis a liberis semovebantur, tuis ludis liberos a se segregabant. 3. de Orat. 180. Iambum, et Trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. 5. in A. 29. Exclusit illum a repub., distraxit, segregavit scelus illius.

Sejugatus, a, um, *sejunctus*, διαζευχθείς. 1. de Div. 70. Partem animi, quæ sensum habeat, non esse ab actione sejugatam.

Sejunctio, onis, *transitio, ornamentum verborum*, διάζευξις. 3. de Orat. 203.

Sejunctus, a, um, *sejugatus*, ἀποζευχθείς. Ver. 3. 193. Defensio remota ab utilitate Reip. sejuncta a voluntate legis. Orat. 61. Orator sejunctus ab Philosophorum eloquentia. 1. Fa. 9. Si hoc tempore omni, quo sejuncti fuimus, et una Romæ fuissemus, &c.

Sejungendus, a, um, ἀποζευκτέος. In Vat. 26. Quod me ex fortissimorum civium numero sejungendum non putaris.

Sejungo, is, *separo, segrego, semoveo*, ἀποζεύγνυμι. 3. de N. 61. Fortunam nemo ab inconstantia et temeritate sejungit. 10. Fam. 6. Sejunge te, quæso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum judicium, sed temporum vincula conjunxerunt.

Sejungor, eris. 1. C. 22. Dummodo tua calamitas a Reip. periculo sejungatur.

Selectio, onis, *electio, secretio*, ἐκλογή. 2. de Fin. 43. Ut eam rerum selectione expoliarent. 3. 20. et 12. Selectio. χ. *rejectio*. 3. de Leg. 23. Malorum enumeratio, vitiorumque selectio.

Selectus, a, um, *electus*, ἐξειλεγμένος. 1. de N. 86. Selectæ breveque sententiæ. Pro Cluent. 121. Prætores urbani jurati debent optimum quemque in selectos judices referre. Ver. 2. 32. Selecti e conventu judices.

Seleucia, *urbs in Antiochia*. 8. Fam. 14.

Seleuciana, provincia. 4. Att. 17.

Seligo, is, *deligo, sejungo*, ἐκλέγω. χ. *rejicio*. Orat. 47. Nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet ac seliget. *Ibid*. 103. Quæ exempla selegissem, nisi, &c. 3. de Fin. 22. Illud autem, ut feriat, quasi seligendum, non expetendum.

Sella, læ, *sedes*, ἕδρα. 4. C. 17. Nemo opifex inventus est, qui non ipsum illum sellæ atque operis et quæstus quotidiani locum salvum esse velit. 1. de D. 119. Illo die, quo primum in sella aurea sedit. Ver. 2. 94. Prætor palam de sella ac tribunali pronunciat, si quis, &c. 2. Philip. 85. Sedebat in rostris Cæsar in sella aurea coronatus. Ver. 3. 135. Imo vero in sella ac tribunali. Ver. 1. 124. Et hoc de sella vir optimus dixit. *Ibid*. 119. Qui ordo ad Pisonis sellam solitus est convenire.

Adjuncta. *Aurea, curulis, proxima, vacua.*

Sellularius, rii, ἑδραῖος. Incer. De plebeia fæce sellulariorum.

Selonium, nii. 1. Div. 79. Roscius, qui cum esset in cunabulis, educareturque in Selonio, qui est campus agri Lanuvini &c. 2. 66. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui: sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Selonio præsertim, ubi ad focum angues nundinari solent.

Semæ, aquæ Baianæ. 16. Fam. 24. Puto utrunque ad aquas Semas.

Semel, ἅπαξ. Pro Font. 16. Galli pecuniam semel atque iterum ac sæpius invitissimi dare coacti sunt. Pro Do. 76. Patria bis a me servata, semel cum, &c. iterum cum, &c. 2. de Inv. 15. Semel et sæpius, &c. 14. Att. 12. Antonius semel induxit animum, sibi licere quod vellet: *id est*, omnino. 5. in A. 20. Cum autem semel gladium scelere imbuisset, &c. Pro C. Corn. 1. Semel privatim a patre, iterum publice a lege coactus.

Semen, inis, *materia serendi*, σπέρμα. De Sen. 51. Terra cum gremio mollito et subacto semen sparsum excepit, &c. 1. de Div. 128. In seminibus inest vis earum rerum, quæ ex his progignuntur. De Sen. 52. Terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramosque procreat. 2. de N. 81. Seminis enim vim esse tantam, ut id, quanquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam, nactumque sit materiam, qua ali augerique possit, ita fingat et efficiat in suo quidque genere, partim ut tantummodo per stirpes alantur suas, partim ut moveri etiam et sentire et appetere possint, et ex sese similia sui gignere.

2. de Di. 95. Seminum vis, quæ ad gignendum procreandumque plurimum valet. *Ibid.* 68. Itane censes? ante coronam extitisse, quam herbarum conceptum esset semen? Pro S. R. 50. Attilius ille sua manu spargens semen. 2. in A. 55. Ut in seminibus causa est arborum et stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. 4. ad Her. 10. Triptolemus cum omnibus semen largiretur, &c. In Arat. Semina terræ mandare. 2. con. Rul. 94. Aliquid ingenerari hominibus a stirpe generis ac seminis.

Principium, origo, primordia. 1. de Div. 6. Quod Zeno in suis commentariis quasi semina quædam sparsisset. 1. C. 30. Stirps ac semen malorum omnium. 2. Off. 29. Nec vero unquam bellorum civilium semen et causa deerit, dum, &c. 2. de Div. 33. Semina malorum, quæ in his mediis inclusa sunt, &c.

Sanguis, natio, 2. cont. Rull. 90. Virtus, quæ propria est Romani generis atque seminis.

Sementis, is, *satio, σπορά.* 1. de Orat. 244. Nemo ignorat, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium. Ver. 3. 125. Semente prohibita, ac messe amissa. 2. de Orat. 261. Ut sementem feceris, ita metes. 3. de Nat. 75. Hanc igitur a diis tantam arbitramur malorum sementem esse factam? 4. Att. 7. Quod scribis, moleste fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis.

Semestris, stre, *sex mensium, ἑξάμηνος.* 10. Att. 7. Jam intelliges id vix semestre esse posse.

Semianimus, a, um, *exanimatus, semivivus, ὁ καὶ ἡ ἡμιθανής.* 1. de Div. 106. Anguis semianimus. *Ennii Poetæ.*

Semiassus, a, um, *semiustus, ὁ καὶ ἡ ἡμίοπτος.* 1. Tusc. 106. Heu reliquias semiassi regis.

Semicirculus, li, *ἡμικύκλιον.* 5. de Fin. 56. Circulos aliquos, aut semicirculos consectari.

Semidoctus, a, um, *ἡμίσοφος.* 2. de Orat. 177. Hæc apud doctores semidoctus ipse percurro.

Semiferus, a, um, *ἡμιθήριος.* 2. de Nat. 122.

> *Corpore semifero magno Capricornus in orbe, &c.*

Semigro, as, *secedo, ἀποχωρέω.* Pro Cæl. 18. Cælius permittente patre ab eo semigravit.

Semihora, ræ, *ἡμιώριον.* Pro Rab. 6.

Semiliber, a, um, *ἡμίδουλος.* 13. Att. 31. Obsecro abjiciamus ista, et semiliberi saltem simus.

Seminarium, rii, *semen, φυτευτήριον.* 2. C. 23. Qui ni pereunt, scitote hoc, in republ. seminarium Catilinarium futurum. I. P. 67. Ex illo fonte et seminario triumphorum arida folia laurea retulisti. 1. Off. 54. Id autem est principium urbis, et quasi seminarium reip. 3. in Anton. 4. Huc accedunt veterani, seminarium judicum tertiæ decuriæ.

Seminator, oris, *sator, σπορεύς.* 2. de N. 86. Omnium rerum seminator, et sator, et educator, et altor est mundus. 3. 66. Seminator omnium malorum.

Seminor, aris, *seror, φυτεύομαι.* 1. de L. 1. Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quam poetæ versu seminari potest.

Semiplacentinus, a, um, I. P. 14. Cæsonius Semiplacentinus. In L. Pison. Prius Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi est cœptus.

Semiplenus, a, um, *ἡμιπληρής.* Ver. 5. 63. Decem naves semiplenæ.

Semisomnis, et Semisomnus, *ἡμίϋπνος.* Ver. 5. 94. Cum is etiam semisomnis stuperet. 7. Famil. 1. Cum illi spectarent communes mimos semisomni.

Semissis, *assis dimidium, vel media pars, ἥμισυ.* Pro Sestio 55. Ut remissis semissibus et trientibus quinta prope vectigalium tolleretur. 5. Fa. 10. Simius non semissis homo contra me arma tulit. *Ibid.* 6. Omnino semissibus magna copia est. 1. ad Her. 21. Lex frumentaria de semissibus trientibus.

Semita, tæ, *trames, via, τρίβος.* Ver. 2. 57. Qua via modo exivit, eadem semita revertatur. 2. cont. Rull. 96. Angustissimæ semitæ. De Prov. 33. Semitam tantum Galliæ tenebamus antea. 2. Off. 58. Ut Oresti nuper prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuerunt.

Semivivus, a, um, *ἡμίζωος.* 7. Att. 2. Parthi repente Sibulum semivivum reliquerunt. I. P. 31. Abjecti hominis, et semivivi vox. Pro Sest. 126. Semivivis vocibus mercenariorum reclamatum est.

Semiustulatus, a, um, *ἡμίφλεκτος.* Pro Milo. 34. Cadaver P. Clodii infelicissimis lignis semiustulatum.

Semiustus, a, um, *ἡμίκαυστος.* 2. in A. 91. Ipsæ faces, quibus semiustum latus istius est.

Semotus, a, um, *ἀποχωρισθείς.* 2. de Fi. 44. Cæterorum sententiis semotis.

Semovendus, a, um, *ἀποχωριστέος.* 1. Acad. 34. Strato ab ea disciplina semovendus est. 2. de Fin. 39. A philosophia semovendas putabo. *sc. sententias.* 5. 21. Semovenda voluptas.

Semoveo, es, *sejerno, removeo, ἀποχωρίζω.* 3. de Orat. 19. Neque res lumen habere possunt, si verba semoveris.

Semoveor, eris. De Aruspic. 26. Qui antea voce præconis a liberis semovebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregabant.

Semper, *omni tempore, totos dies, dies omnes ac noctes, dies noctesque, in omni vita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquam non, omne tempus ætatis, ἀεί.* 1. Tusc. 53. Quod semper movetur, id æternum est. 1. Off. 31. Commutatur officium, ut non semper sit idem. 1. de Orat. 99. Semper ego a genere hoc toto sermonis refugi.

Sempiternus, a, um, *æternus, αἰώνιος.* 1. de Nat. 30. Plato dixit mundum fore sempiternum. 2. 53. Nihil immutat sempiternis ste-

culorum ætatibus. 4. C. 18. Ignis Vestæ perpetuus et sempiternus. De Som. 6. Ignes sempiterni. 2. de Orat. 169. Nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. De Ami. 32. Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Postquam ad Quir. 1. Sempiternam pœnam sustinere. 5. Fa. 12. Sempiterna gloria. 14. Att. 11. Illi non heroes, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sunt. Pro Rab. 39. Optimi et sapientissimi cujusque animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur.

SYNTAXIS. *Perpetuum ac sempiternum. Id spectat sempiternum tempus. In sempiterna gloria beatus.*

Semuncia, æ, τὸ τῆς οὐγκίας ἥμισυ. I. V. Semuncia auri. *Lege*, As.

Semurius, *locus. Lege*, Remurius.

Senariolus, τὸ στιχίδιον. 5. Tusc. 64. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in ejus monumento esse inscriptos acceperam.

Senarius, *versus, præsertim Iambicus, a sex pedibus dictus*, ἑξάμετρος. Orat. 189. Senarios et hyponacteos effugere vix possumus. *Ibid.* 184. Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus et versus intelligi possit.

Senator, oris, *pater conscriptus*, ὁ βουλευτής. 1. de Orat. 8. Senatores, qui consilio et prudentia regere Rempub. possint. *Ibid.* 215. Senator bonus, autor publici consilii, rector reipub. Postquam in Senat. 25. Cum cccc. Senatores essetis. De Senect. 56. In agris erant tunc Senatores: *id est, senes.* 3. de Leg. 40. Senatori tria jussa sunt: *ut adsit, nam gravitatem res habet*, cum frequens ordo est: ut loco dicat: *id est, rogatus:* ut modo, ne sit infinitus. Pro Clu. 154. Senatorem hoc quæri non posse, propterea quod ea conditione proposita petere cœpisset: quodque permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset: locus, autoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen et gratia, toga prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, provinciæ.

ADJUNCTA. *Bonus, clarissimus, et præstantissimus, constantissimus, diligens, fortis, fortissimus, fortis et constans, honestissimus, lectissimus, maculosus, rectissimus, tenuissimus, nobilissimus, præstantissimus, sanctus, et religiosus, locuples, et copiosus, vetus.*

Senatorius, a, um, βουλευτικός. Pro Fl. 43. Lysanias adeptus est ordinem senatorium. 2. Off. 3. Litteræ forenses et Senatoriæ. 1. Tusc. 1. Senatoriis muneribus liberatus. Pro Pom. 61. Cujus a senatorio gradu ætas longe abesset. Pro C. Cornel. 1. Senatoria subsellia.

Senatus, us, *ordo amplissimus, summus ordo, consilium publicum, amplissimum consilium, summum consilium*, βουλή. Pro Dom. 73. Senatus est summum populi Romani consilium. De Ar. 158. Senatus princeps salutis mentisque publicæ. Pro Sest. 137. Senatus reipub. custos, præses, propugnator. 2. C. 12. Senatum in ædem Jovis Statoris vocavi, rem omnem ad P. C. retuli. Pro Sul. 65. Cum in Capitolium nos Senatum convocassemus. 4. Acad. 137. Cum Diogenes et Carneades ad Senatum in Capitolio starent. 3. de Orat. 2. Senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. 6. Att. 1. Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat, ut fame Senatores quinque necarentur. 4. Famil. 1. Scripsisse, te frustra in Senatum, sive potius in conventum Senatorum esse venturum. 1. 4. Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Puppiam non potest. *Ibid.* 42. Dimittere Senatum. De Sen. 42. Ejicere aliquem e Senatu. Pro Flac. 42. In senatum venire. *Ibid.* In Senatum pervenire. De Sen. 19. Consilium, ratio, sententia: quæ nisi essent in senibus, non summum consilium majores vestri appellassent Senatum. 2. Qu. Fr. 12. Tyriis est senatus datus frequens. 4. in A. 14. Antonius Senatum, id est, orbis terræ consilium, delere gestit. 3. de L. 28. Senatus est dominus publici consilii. *Ibid.* Potestas in populo, autoritas in Senatu est. Con. conc. Qu. Met. Ad Senatum adduci jussi: in Senatu sunt positi. Frag. epist. Amici a te contemni ac despici, ac pro nihilo haberi Senatum volunt. *Ibid.* Ut mirum Senatus convicium exceperit.

ADJUNCTA. *Æquus, amicior, bonus, concors, constans, fortis, consultus, vehemens, et gratus, incolumis, custos, et præses, et propugnator reip., divinus, erectior, sapiens, firmissimus, bene firmus, firmior, frequens, invitus, frequentissimus, necessarius, gravis, inimicissimus, justus, lætior, sanctus, universus.*

Senatus, ti, *teste Charisio li.* 1. *Cicero quoque de Divin. In Ver.* Quod in unaquaque re beneficio senati.

SYNTAXIS. *Senatus princeps salutis, ac mentis publicæ. Vocare, convocare Senatum. Ad senatum stare. Dare alicui Senatum. Senatus frequens venit in curiam. Inclusus in curia Senatus. Habere Senatum. Dimittere Senatum. Ejicere aliquem e Senatu. In Senatum pervenire. Senatus dominus publici consilii, custos et præses, et propugnator Reipublicæ.*

Senatusconsultum, ti, *decretum Senatus, lex Senatus, autoritas Senatus*, τὸ τῆς συγκλήτου βούλευμα. 2. Qu. Fr. 8. S. C. factum est de ambitu in Afranii sententiam. De Ar. 8. Senatusconsultum, quod contra illum pro religione factum est. 1. Fam. 7. Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. 2. Qu. Fr. 3. Ad Apollinis S. C. factum est, ea, quæ facta essent ad VII. Id. Febr. contra remp. esse facta. 10. Fam. 13. Ita enim S. C. est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est. 5. Att. 21. S. C. ut neve Salaminiis, neve qui eis dedisset, fraudi esset. 9. 18. Cæsar volet S. C. facere, volet augurum decreta. I. P. 17. Consul edicit, ut Senatus S. C. ne optemperet. 3. in A. 24. Antonius effugere festinans, S. C.

de supplicatione per discessionem fecit, cum factum esset antea nunquam. 8. Att. 9. Quæ vero S. C. video? 5. in Ant. 36. Formula Senatusconsulti de D. Bruto. Pro C. Corn. 1. Quo de genere persæpe S. C. fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, cui derogaretur. Con. C. Ant. Qu. Mutium Senatusconsulto prohibete. Hortens. Confectis Senatusconsultis.

ADJUNCTA. *Falsum, verum, gravissimum, honorificum, honorificentissimum, magnificentissimum, necessarium, præclarum, odiosum.*

Senecta, ctæ, et Senectus, tis, *prope acta jam ætas, decursæque ultimum tempus ætatis, maturitas ætatis, ingravescens ætas, extrema exacta jam ætas, canities, vetustas,* γῆρας. Top. 32. Senectus est occasus vitæ. De Sen. 25. Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire ea ætate esse odiosum alteri. *Ibid.* 4. Senectutem ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptam. *Ibid.* 55. Senectus est natura loquacior. 5. de Fin. 32. Homo confectus senectute. 1. de Orat. 255. Subsidium bellissimum esse existimo senectuti otium. De Cl. 179. M. Fabius vixit ad summam senectutem. 1. Famil. 9. Populus Atheniensis prope jam desipiens senectute. De Clar. 265. Triarii plena litteratæ senectutis oratio. Orat. 169. Habet autem ut in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. De Cl. 8. Cum oratio canesceret, haberetque suam quandam maturitatem, et quasi senectutem. De Senect. 20. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. 8. in A. 31. Cum esset summa senectute, et perdita valetudine. De Sen. 60. Apex senectutis est autoritas. Hortens. Vixit ad summam senectutem valetudine optima. Acad. Qui secum ad senectutem usque vixissent.

ADJUNCT. *Animosa, et fortis, gravis, honesta, honorata, honoratior, imbecilla, iners, ignava, somniculosa, jucunda, non modo languida atque iners, verum etiam operosa, et semper agens aliquid, non molesta, sed etiam jucunda, loquax, misera, miserabilis, mollis et jucunda, odiosa, otiosa, placida ac levis, stulta, tolerabilis, calamitosa et præceps, non iners, litterata, summa, quieta et honorifica potius quam sollicita, severissima.*

SYNTAXIS. *Senectute confectus. Senectutem adipisci. Canescit jam oratio, et maturitatem quandam suam habet, ac senectutem. Homo senectute summa. Vivere ad summam senectutem. Plena litteratæ senectutis oratio.*

Senensis, se. De Clar. 73. Senense prælium. *Alii,* Senonense, *legunt.*

Senescens, tis, γηράσκων. 2. de Div. 33. Arbores simul cum luna senescentes tempestive cædi. 7. Famil. 26. Jam senescentis morbi remissio. 2. de Orator. 7. Laudem alicujus jam prope senescentem ab oblivione hominum vindicare.

Senesco, scis, *consenesco, senex fio,* γηράσκω. 2. Tusc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut jam quod natura fert in omnibus fere rebus, se nescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur. De Sen. 38. Sensim et sine sensu senescit ætas.

Senex, is, *ætate confectus, confectus senio,* γέρων. Pro Cæl. 38. Tristis ac decrepitus senex. Pro Sest. 24. Imbecillus senex. De Sen. 65. Morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles sunt senes. si quærimus, etiam avari. 1. de Div. 95. De Sen. 20. Senes: sic enim Lacedæmonii consilium publicum appellant. *Ibid.* 36. Senex stultus, credulus, obliviosus. 8. in A. 31. Qu. Mutius senex et debilis veniebat in curiam. De Sen. 24. Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. *Ibid.* 32. Illud vetus laudatumque proverbium, quod monet, Mature fieri senem, si diu velis esse senex. *Ibid.* 82. Ut de me aliquid more senum glorier. 2. C. 5. Exercitus collectus ex senibus desperatis.

ADJUNCTA. *Avarus, dissolutus, disertus, doctus, miser, moderatus nec difficilis, nec inhumanus, morosus, et anxius, iracundus, et difficilis, sapiens, stultus, credulus, obliviosus, debilis, imbecillus, tristis, ac decrepitus, delirus, desperatus, durus, et pæne agrestis, locuples, orbus, locuples, et festivus, prudentissimus, atque optimus.*

Seni, senum, ἕξ. Ver. 2. 122. Pueri annorum senum septenumque denum.

Senilis, le, γεροντικός. Pro Sest. 50. Senile corpus. 2. de Div. 50. Aliquis puerili specie, sed senili prudentia. De Senect. 36. Senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet.

Senior, oris, πρεσβύτερος. 2. de Leg. 9. Quæ vis non modo senior est, quam ætas populorum, sed æqualis Dei.

Senium, nii, *senectus,* τὸ γεράντιον. De Univ. 14. Ut unum opus totum atque perfectum absolveretur, quod omni morbo seniove careret. Pro Mil. 20. Tota civitas confecta senio est.

Senonensis, se. De Clar. 73. Senonense prælium. *Alii,* Senense, *legunt.*

Sensim, *pedetentim, leviter,* ἠρέμαιως.)(. *repente.* 3. Tus. 54. Sensim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor. 2. Off. 27. Sensim hæc consuetudo et disciplina minui cœpit. Pro Cæl. 25. Oratio sensim ac leniter accendit animos. 2. in A. 42. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset, tu cursim dicis aliena. Orat. 26. Post sensim incedens vidit, &c. 2. de Orat. 95. Sensim obscurari et evanescere memoriam. Ver. 3. 158. Non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat. 1. de Orat. 251. Græci qui vocem cubantes sensim excitant. 5. de Fin. 41. Progredientibus ætatibus sensim, tardeve potius, quasi nosmetipsos cognoscimus. 1. Off. 120. Sin minus, sensim erit pedetentimque mutatio facienda. 2. 9. Consuetudo sensim eo deducta est, ut &c. 3. de Orat. 176. Sensim ascendere.

SYNTAXIS. *Sensim ac pedetentim. Sensim*

ac leniter. *Sensim ac moderate. Sensim tardeque progredi.*

Sensum, si, *sententia, sensus animi, consilium*, τὸ αἴσθημα. 1. de Orat. 32. Hoc uno præstamus feris, quod colloquimur inter nos, et quod exprimere dicendo sensa possumus. 3. 52. Sensa mentis et consilia verbis explicare.

Sensus, us, *quinque illi sensus animi intelligentes, intima cogitatio*, αἴσθησις, αἴσθημα. 2. de N. 140. Sensus interpretes ac nuncii rerum, in capite tanquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt. 1. Tus. 46. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus: neque enim est ullus sensus in corpore: sed viæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares, a sede animi perforatæ. 1. de Nat. 70. Epicurus omnes sensus veri nuncios dixit esse. 1. de L. 26. Natura homini sensus tanquam satellites attribuit ac nuncios, et rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enodavit, quasi fundamenta quædam scientiæ. 2. con. Rul. 9. Ii quibus natura sensum dedit. 4. de Finib. 9. Neque sensuum fidem sine ratione, neque rationes sine sensibus exquiramus. Orat. 8. Quod neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu percipi potest. 1. de N. 106. Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu. 2. 144. Sensu auditus etiam dormientes egemus, a quo cum sonus est acceptus, etiam e somno excitamur. *Ibid.* 146. Ad sensus capiendos et perfruendos multæ artes repertæ sunt. De Sen. 38. Sensim et sine sensu ætas senescit. 3. Att. 15. Sensus præsentis memoriæ. Pro Mur. 74. Fovere hominum sensus, delinire animos, adhibere voluptates. 3. Off. 22. Si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut putaret, &c. Pro Cœl. 59. Cum jam cæteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reipub. reservavit. 2. de D. 107. Is habet sensum oculorum vera cernentium. De Som. 13. Sensus audiendi hebes. *Ibid.* Sensu audiendi carens. 1. de D. 70. Pars animi, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. De Un. 4. Omnia corpora sensus movent, sensusque moventia quæ sunt, eadem in opinione considunt. 2. de D. 110. Qui humanos sensus amiserit, divinos assecutus sit. *Ibid.* 9. Quæ sensibus percipiuntur. Quæ sensu accipiuntur. 1. 80. Ut eum vis quædam abstraxisse a sensu mentis videretur. 2. de Orat. 357. Ea animis effinguntur nostris, quæ sunt a sensu tradita atque impressa. 3. 193. Ea sunt in communibus infixa sensibus. Pro Cl. 17. Quod in communibus hominum sensibus, et in ipsa natura positum atque infixum est. 2. de Fin. 52. Oculorum sensus acerrimus. 2. in A. 115. Stupor sensus. 5. Tusc. 110. Etiamne si sensu carebit oculorum? si aurium? 2. de Orat. 357. Sensus videndi acerrimus. 2. de N. 42. Sidera animalia sensu acerrimo esse. Ver. 3. 46. Sensum expone, quem oculis animoque accepit. 3. de Nat. 32. Omne animal sensus habet: sentit enim calida, et frigida, et dulcia et amara: nec potest ullo sensu jucunda accipere, et non accipere contraria. *Ibid.* 36. Si voluptatis sensum capit, doloris etiam capit. Pro Sest. 47. Animos hominum sensusque morte non restingui. De Un. 7. Quod in cernendi sensum caderet. Hortens. Qui dies et noctes velit ita moveri suos sensus, ut moventur in summis voluptatibus.

Sensum, sententia, animus, mens, cogitatio, γνώμη, διάνοια, νόος, νοῦς. Par. 1. Vereor, ne cui vestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio. 2. de L. 3. Quare inest nescio quid, et latet in anima ac sensu meo, quod, &c. Pro Mil. 43. Nihil tam flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque civium. *Ibid.* 73. Non sum tam vestri sensus ignarus atque expers, ut nesciam, quid de morte P. Clodii sentiatis. Qu. de Pet. 32. Cujus et frons, et vultus, et sermo ad eorum, quos convenerit, sensum et voluntatem commutandus est. 2. de Orat. 109. Tum definitio et in sensum et in mentem judicis intrare non potest. 15. Att. 1. Ego perspexi omnem Hircii sensum. *Ibid.* 7. Valde mihi placebat sensus ejus de republ. 10. in A. 4. Quis est tuus sensus? quæ cogitatio? Brutos ut non probes, Antonios probes. Pro S. R. 154. Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus. Orat. 185. Oratio ad animorum sensus exprimendos reperta. 1. Famil. 9. In hunc sensum allicior, &c. 4. C. 11. Ego enim de meo sensu judico, nam, &c. Brut. 17. Potuissem tibi aliquid de meo sensu perscribere. Pro S. R. 129. Hæc ego pro me ipso, et animi mei sensu ac dolore pronuncio. Pro Sest. 22. Denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus. Pro Marc. 16. Nostri enim sensus, ut in pace semper, sic in bello etiam congruebant. I. P. 16. Odium inclusum nefariis sensibus impiorum. 1. Fam. 9. Unus fere sensus fuit bonorum omnium. *Ibid.* De quo ostendam paulo post qui sit sensus meus. 13. in A. 45. Si me rectis sensibus euntem dii adjuverint. De Sen. 72. Integra mente cæterisque sensibus. Orat. 86. Vultus, quo significant ingenue, quo sensu quodque pronuncient. Part. 123. Penetrare ad sensum opinionemque judicis. Postq. in Sen. 34. Cujus mei sensus testis est hic idem, qui, &c. 3. de Orat. 193. Tacito quodam sensu judicare aliquid. 1. Fam. 8. Difficile est sensum in repub. præsertim rectum et confirmatum deponere. 2. de Orat. 148. Vultus sensum animi plerunque indicat.)(. *fronte occultare sententiam.*

Notitia, judicium, æstimatio, vis, pondus, κριτήριον. 1. de Orat. 12. Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum. *Ibid.* In dicendo vitium vel maximum est a vulgari genere orationis, atque a con-

suetudine communis sensus abhorrere. *Ibid.* 83. Sed hæc erat spinosa et exilis oratio, longeque a nostris sensibus abhorrebat. *Ibid.* 108. Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata. 2. 67. Quæ versantur in consuetudine vitæ, in communi hominum sensu. Pro Dom. 97. An ego poteram inficiari, me esse hominem, et communem naturæ sensum repudiare. Pro Arch. 30. Sive hæc a meo sensu post mortem abfutura est, sive ad aliquam animi mei partem pertinebit. *Ibid.* 17. Si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, &c. 4. Att. 3. Qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus, aut omnino vitæ status. 3. de Orat. 221. Sententiæ sæpe acutæ non acutorum hominum sensus prætervolant. De Clar. 191. Oratio popularis ad sensum vulgi moveri debet. 3. de Fin. 16. Fieri autem non posset, ut appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui. 1. Tus. 91. Habere sensum alicujus rei. 5. in A. 49. Qui sensum veræ gloriæ reperit. Incer. Illa æquabilitas vitæ non tantum habet sensum.

Cura. De Ami. 27. A natura mihi videtur orta amicitia, applicatione animi cum quodam sensu amandi. *Ibid.* Bestiæ ex se natos ita amant, et ab eis amantur, ut facile earum appareat sensus. *Ibid.* Deinde cum similis sensus extitit amoris, &c. 1. de Orat. 222. Dicendo sensus hominum mentesque pertractare. Ver. 5. 117. Ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur. 6. 33. Sciebat istum in his rebus aliquem sensum habere, qui in cæteris nihil simile hominis haberet. 9. Att. 19. Tanta ejus humanitas, is sensus, &c. De Prov. 2. Præcipuum illum et proprium sensum doloris mei a sententia dicenda amovebo. Pro Fl. 106. Qui quoniam id ætatis est, sensum jam percipere potest ex mœrore patrio.

Ipsius sensus munus. Pro Rabir. 29. Mortui sensu et vita carent. Ad Brut. 9. Ne idipsum carere omni sensu doloris sit miserius quam dolere.

Ingenium, studium, natura. Pro Cor. 39. Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque finxerunt. De Arusp. 19. Nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos superavimus. *Ibid.* 54. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu conjecturaque raperemur. *Ibid.* Omnes illius sensus cognitos habeo; nihil est illi republica charius.

Affectus, gravitas. 2. de Orat. 184. Hoc maximam habet vim, si est suaviter et cum sensu tractatum. *Ibid.* Sensus quidam et ratio dicendi. *Ibid.* 189. In commovendis judicibus iis ipsis sensibus ad quos illos adducere volo, permoveor.

Dolor. De Amic. 12. Moriendi sensum celeritas abstulit. De Sen. 74. Jam sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat. 9. in A. 13. Si quis est sensus in morte.

Adjuncta. *Acerbissimus, acerrimus, acutissimus, interpres ac nuncius rerum, integerrimus, æternus, angustus, hebes et tardus, integer, charus, reconditus, certus, et verus, communis, domesticus nativusque, extremus, fallacissimus, humanus, divinus, gravis, hebes, liberior, idoneus, incorruptus, nec obscurus, nec tenebricosus, sanus et integer, verax, intimus, verus, moderatissimus atque humanissimus, naturalis, voluptarius, nefarius, nimius, par, præcipuus, et proprius, rectus, tacitus, testis incorruptus, atque intimus, unus et communis, vulgaris, popularis.*

Sententia, æ, *dictum, et oratio brevis ac præclara, γνῶσις, διάνοια.* De Opt. 5. Sententiarum totidem genera sunt, quot diximus esse laudum: sunt enim docendi acutæ, delectandi quasi argutæ, commovendi graves. *Ibid.* 7. Est vitiosum in sententia, si quid absurdum aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum sit. 4. ad Her. 25. Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit. 1. de Orat. 127. Sententiæ philosophorum. 2. 34. Acutæ crebræque sententiæ. De Clar. 272. Concinnæ acutæque sententiæ. 1. de N. 86. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas κυρίας δόξας appellatis, hæc sententia est. 1. Tus. 64. Sententiæ uberes. Incer. Utraque earum sententiarum doctissimos habuit autores.

Consilium, mens, opinio, voluntas, suffragium. 2. de Orat. 35. Hujus est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. 1. 84. Non quo aperiret sententiam suam: hic enim est mos Academiæ: sed tamen hoc significabat, &c. Aca. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam aperiendi.

Formulæ cum verbis Maneo, Discedo, Muto, Decedo, Dejicio, Desisto, Deduco, Deterreo, Perduco, Sum, &c. 1. de Fin. 34. Hanc ego cum teneam sententiam, quid est, &c. Pro Mur. 62. Mutare sententiam, et decedere de sententia. 9. Att. 2. Manere in sententia. 1. 17. Permanere in pristina sententia. 1. Fa. 9. Permanere in una sententia. *Ibid.* Constare in sententia. Pro Qu. R. 56. Perstare in sententia. 2. Famil. 17. Decedere de sententia. 4. de Fin. 52. Discedere de sententia. 1. 63. Desistere sententia, et de sententia. 2. Tusc. 28. et 14. Dejici de sententia. 2. de Div. 81. Deterreri de sententia. De Clar. 97. Deduci de sententia. 2. Tus. 60. Deducere aliquem de sententia. 2. Famil. 3. Deducere aliquem in suam sententiam. 16. Att. 8. Octavius veteranos perduxit ad suam sententiam. 3. ad Her. 40. Pluribus verbis ad eam te hortari, non est sententia. 1. de Fin. 15. Quot homines, tot sententiæ. Pro Mur. 1. Ut nostræ mentes et sententiæ cum populi Romani voluntate suffragiisque consentiant.

Cum verbis Dico, Fero, Pronuncio, Rogo, &c. 2. Qu. Fr. 1. Postea Racilius de privatis me primum sententiam rogavit. *Ibid.* Dixit enim severam, et gravem, et reipubl. dignam sententiam, &c. *Ibid.* Si quis eorum, qui post rogati essent, graviorem sententiam dixisset, in eam se iturum. 3. Off. 66. M. Cato sententiam dixit. De Am. 56. De quibus tres video ferri sententias, quarum nullam probo. *Ibid.* Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. 3. Off. 44. Cum vero jurato dicenda sententia sit, &c. 2. de Div. 7. In libris sententiam dicebamus, concionabamur. 5. in Ant. 46. Sententiam loco prætorio dicere. 10. Famil. 22. Dicere sententiam de aliqua re. Postquam in Senatu. 77. P. Lentulus nunquam dubitavit sententiam de salute mea et de republ. dignam dicere, cum a tribunis pleb. vetaretur, cum præclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset. *Ibid.* Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi omnes ad unum. De Ar. 14. Qui primi de hac domo sententiam dixistis. 2. de Fin. 34. 1. Fa. 2. Judices sententiam pronunciant. 1. de Orat. 231. Socrates damnatus est non solum primis sententiis, sed etiam illis, quas, &c. Pro Flac. 50. Dicere sententiam secundum aliquem. De Cl. 86. Consules re audita amplius de consilii sententia pronunciant. Pro Cornel. 34. De quo fœdere populus Rom. sententiam non tulit. I. P. 97. Tu ipse de te sententiam tulisti, tu judicium pronunciasti. Ver. 4. Judices cum de te sententiam ferrent. *Ibid.* 104. Sententiam de aliquo per tabellam ferre. Pro Cl. 72. Palam ferre sententiam. 2. ad Her. 19. Lata sententia.

Cum Eo, Divido, Itur. *Est porro* Dividere sententiam, *de singulis referre separatim, si sententia duo pluresve capita, de quibus singulis seorsum consultandum est, complectitur.* Ire autem in sententiam, *vel* discedere, *est alicujus assentiri sententiæ: nam cum Senatus duobus modis fieret, aut singulorum exquisitis sententiis atque suffragiis, aut per discessionem, id est Senatoribus in duas partes divisis: in hoc altero genere, propositis duobus sententiis, qui in utramvis inclinabant, in alteram partem discedebant, ibantque pedibus. Hinc* pedarii Senatores, *quod non verbis sententiam dicerent, sed in alienam pedibus irent. Hinc quoque* Facere discessionem, *dictum esse videtur.* 1. Fam. 2. Pro Mil. 14. Dividere sententiam. Ire in sententiam alicujus. 2. Qu. Fr. 1. Ibatur in eam sententiam. 1. Fa. 9. et 4. At. 1. Factum est S. C. in meam sententiam. *Lege,* Pedarius.

Formulæ cum De, *et* Sine. 1. Fam. 7. De sententia alicujus scribere aliquid. 3. Att. 4. Capere consilium de sententia alicujus. 16. 18. Coss. de consilii sententia decreverunt secundum Buthrotios. *Ibid.* 3. Cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sestii sententia ageret. Pro Cæcil. 68. Facere aliquid de sententia atque auctoritate alicujus. 7. Att. 5. Nihil faciam nisi de sententia tua. Pro Sul. 55. C. Memmius, cujus de sententia tota res gesta est.

Cum particula Ex, *et aliquando etiam* Animi. 2. Fa. 7. Quoniam sane feliciter, et ex mea sententia reip. gessimus. 2. At. 20. Omnia sunt ex sententia. *Ibid.* 8. Itinere ex sententia confecto. Ad Brut. 9. Omnia ex sententia succedunt. 1. Fa. 7. Ex sententia gerere aliquam rem. 10. 17. Ex sententia conficere negotium. 3. Off. 108. Quod ex animi tui sententia juraveris, &c. 1. de Orat. 123. Nonnunquam summis oratoribus non ex sententia dicendi eventum procedere. 5. Att. 21. Te ex sententia navigasse gaudeo. 2. de Orat. 260. Ex animi tui sententia uxorem habere.

Variæ. 1. Off. 128. Plura in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. 9. At. 12. Multa disputas huic sententiæ convenientia. 10. 5. Curionis sermo eandem fere sententiam habuit. 2. Famil. 3. Scribere plura in eandem sententiam. 2. Atti. 22. In eam sententiam multa dixit. 3. Qu. Fr. Sed etiam aliam in sententiam de suburbio scribis. Orat. 135. Continenter unum verbum non in eadem sententia ponere. Pro Deiot. 25. Deiotarus de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum, &c. Ver. 4. 138. Incipit loqui Diodorus, cujus oratio hanc habet sententiam, Senatum, &c. 3. ad Her. 12. Et quæ similes sententias habebunt. 10. Fam. 5. Commemoratio tuæ paternæ necessitudinis, cæterarumque rerum, quæ ad eam sententiam pertinebant, magnam mihi lætitiam attulerunt. 7. 6. Multa dici possunt in hanc sententiam, sed non necesse est. 3. C. 10. Recitatæ sunt tabellæ in eadem fere sententia. 3. Tus. 42. Quæ sequuntur, in eadem sententia sunt. 2. Off. Quod a Stoicis dicitur convenienter naturæ vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper. 2. de Div. 25. Hoc idem significat Græcus ille in hanc sententiam versus. Pro Corn. 20. Sed totum hoc, judices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, &c. 1. de Orat. 51. Verborum sonitus inanis, nulla subjecta, nec sententia, nec scientia. 2. 56. Ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur. Orat. 170. Colligere sententiam verbis. 2. de Invent. 116. Uti verbo uno pluribusve in ea sententia, in qua is, qui dicit, scriptum accipiendum esse demonstrabit. 4. ad Her. 68. Cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi. 2. de In. 69. Scripto legis amisso, scriptoris sententia consideranda est. Pro Pla. 42. Sed factum tuum a sententia legis discrepat. *Ibid.* Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem rejecisti. De Fat. 29. Licet enim immutare, ut fati nomen non adjungas, et eandem tamen sententiam teneas. 1. de Div. 6. Qui totam de divinatione duobus libris explicavit senten-

tiam. 2. 151. Conferre causas, et quid in quanque sententiam dici possit, expromere. *Ibid.* Stoici acutissime sententias suas prudentissimeque defendunt. 2. de Orat. 146. Nihil aliud affirmare possum, nisi sententiam atque opinionem meam. 2. de N. 2. Habere stabilem et firmam sententiam de aliqua re. 2. de Fin. 77. Certa sententia et stabilis. 4. Fa. 4. In hac sum sententia, ut, &c. 2. de Orat. 95. Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus. 8. Att. 22. Non reperio scribendi ullam sententiam. 1. 16. Argumentum et sententia epistolæ. 1. de Orat. 31. Sapientissimis sententiis gravibusque verbis ornata oratio et perpolita. 1. de Orat. 172. Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. 1. Fam. 4. Frangere sententiam alicujus de aliqua re. 9. Att. 22. Sed aliquando sententiam terminemus. 13. in A. 22. Eas litteras dum recito, dumque de singulis sententiis breviter disputo, quæso attendite. De Ami. 67. Aperte vel odisse, magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam. 2. Qu. Fr. 4. Sestius omnibus sententiis absolutus est. *Ibid.* 8. S. C. factum est de ambitu in Afranii sententiam. 1. Off. 38. Pyrrhi quidem de captivis reddendis præclara sententia est. *Ibid.* Regalis sane et digna Æacidarum genere sententia. 3. Off. 116. Si honestatem tueri sententia est. De Ami. 1. Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi. 1. de Leg. 43. Sententiæ judicum. 58. Cujus præcepti tanta vis, tanta sententia est, ut non homini cuipiam, sed Delphico deo tribuatur. 12. In ipso nomine legis interpretando inest vis ac sententia justi et juris colendi. 3. 33. Ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio, &c. *Ibid.* 38. Quæ lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tollat, quæ postea latæ sunt.

Adjuncta. *Absurda, aliena, acuta, acerba, acerrima, arguta, accommodata, saluberrima, necessaria, acerrima ac fortissima, concinna acutaque, non satis aperta, venusta, non tam gravis et severa, quam concinna et venusta, recondita et exquisita, venusta et continens, venusta dulcisque, acutissima, certa, differens, repugnans, digna, gravior, periculosa, recta, antiquissima, impia, brevis, commentitia, futilisque, errans et vaga.*)(*stabilis certaque, inepta, varia et discrepans, cælestis, brevisque, incredibilis, certa atque stabilis, gravissima, certa destinataque, enervata, muliebris, communis, concinna magis quam probabilis, levis, obscura absconditaque, perfecta absolutaque, popularis, suavis et gravis, conjunctissima, dubia, consularis, contraria, præclara, et digna, curta, perfecta atque plena, deterior, diversa, domestica.*)(*forensis, superstitiosa, excellens, gravis, integra, nova, propria, sapiens, sapientissima, vulgaris popularisque, firma, apta, gravissima et ornatissima, pristina, proxima, senatoria, vetus, diuturnaque, honestissima, honorificentissima, illustris, vera ac sapiens, infestissima atque inimicissima, inimica, tolerabilis, levior, libidinosa, ornatissima, verior, grandior et melior, virilis, mala, prava, Maxima, misera, ac desperata, mollis, optima, pergrata, perspicua, pristina, propria, tum vera, tum honesta, proxima, simplex.*)(*juncta et duplex, salutaris, severa, subinsulsa, teterrima, vera, verisimilis, vera et certa, verior et utilior, verissima, gravissimaque, una, eademque, dubia, utilis, veraque, vetus.*

Syntaxis. *Sententiam tenere. Manere in sententia. Decedere de sententia, dejicere, deducere. Ibatur in eam sententiam, ut. Id facio de tua sententia. Ex mea sententia. Ex animi sententia. Feliciter et ex animi sententia. In eam sententiam disputatum est. Oratio cujus est hæc sententia, quæ hanc habet sententiam. Hoc positum est in ea ratione atque sententia. Sententia et opinio mea. In hac ego sum sententia. Scribendi non habeo sententiam. Sententia et argumentum epistolæ. Sententiam frangere, terminare. Fronte sententiam occultare. Legis hujus magna vis atque sententia. Hoc sententiam istam continet, ut, &c.*

Sententiola, æ. 3. in A. 21. Sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi, quas videtur ille peracutas putare.

Sententiose, *graviter, scite, μεγαλοφρόνως.* Or. 236. Sententiose dicere. 2. de Or. 286. Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur. 1. de Inv. 106. Oratio graviter et sententiose habita. 4. ad Her. 66. Sententiose loqui.

Sententiosus, a um, *scitus, μεγαλόφρων.* De Cl. 325. Sententiosum et argutum genus dicendi.

Sentiens, tis. 2. de Div. 35. Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam.

Adverb. *Bene, male, optime.*

Sentina, næ, *fundum navis, sive ima interior pars, ut carina est ima pars exterior. Porro quia mali odoris esse solet, quod in eam sordes omnes confluant, idcirco pro pestiferis hominibus capitur.* De Senect. 17. Cum alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant. 1. C. 12. Sin exieris, exhaurietur ex urbe comitum tuorum magna et perniciosa sentina reipubl. 2. C. 7. O fortunatam rempublicam, si quidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit! 1. Att. 16. Exhaurire sentinam urbis. 2. cont. Rull. 69. Hoc enim verbo usus est, quasi de aliqua sentina loqueretur, *id est, verbo exhauriendi.* 9. Fam. 15. Vix est in sentina locus.

Sentio, is, *sensum accipio, sensibus percipio, sensum alicujus rei capio, sensum percipio, odore quodam suspicionis aliquid sentio, sensum alicujus rei habeo, αἰσθάνομαι.* 2. in A. 115. Quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt. 3. de N. 141. Gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet, in ore est.

Judico, censeo, consentio. 7. Att. 6. Dicas, quid tu igitur sensurus es? non idem, quod dicturus. *Ibid.* Sentiam enim omnia faciunda,

ne armis decernatur. De Am. 103. Ego illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim. 14. Att. 3. Nescio cur non animo quoque sentiant. Br. 15. Nam de cæteris rebus quid senserim, quidque censuerim, audisse te arbitror. Orat. 168. Meæ aures et curta sentiunt, nec amant redundantia. 2. de N. 56. Hæc ipsa qui non sentit vim deorum habere, nihil omnino sensurus videtur. 1. de Fin. 62. Sentire vera de diis immortalibus. Pro Pl. 34. Hic quod cum cæteris animo sentiebat, id magis quam cæteri vultu promptum habuit, et lingua. Pro Do. 114. De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. *Ibid.* 8. Nec cum iis sentio qui, &c. Pro S. R. 142. Fateor insanisse, qui cum illis senserim, tametsi inermis sensi. 1. de Inv. 6. Sentire cum aliquo.)(. *dissentire ab eo.* Pro Qu. R. 51. Hoc cum sentit Saturius esse apertum, repugnare contra veritatem non audet. Pro Sul. 82. Omnes de communi salute apertissime senserunt. 3. C. 5. Qui omnia de repub. præclara atque egregia sentiunt. De Am. 81. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. 4. C. 14. In hac causa omnes sentiunt unum atque idem. 1. Tuscul. 6. Fieri enim potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. 3. de Orator. 30. Minime sibi quisque notus est, et difficillime de se quisque sentit. Pro M. Scau. Vos quoque de familia nobili cum autoritate orbis terrarum sentire debetis.

Intelligo, agnosco. Pro Sest. 47. Animos hominum post mortem sentire et vigere. Orat. 193. Aristoteles ait, pæone uti omnes, sed ipsos non sentire. Hortens. Cum sine magistro senserit quid natura desideret. Incer. Non solum videam, sed etiam audiam, pleneque sentiam.

Sentior, iris, *percipior.* 15. Fa. 16. Nulla videri miseria debet, quæ non sentiatur.

Sensu agnoscor. 2. de Div. 9. Quæ sentiuntur, *id est quæ sensibus percipiuntur.* 1. Off. 14. Quæ aspectu sentiuntur.

Sentitur. 3. de Orat. 166. Non ut dictum est, intelligitur, sed ut sensum est.

Adverb. *Acerbissime, peræque, acute, amicissime, apertissime, constantissime, fortissime, libere, bene, pessime, commode, constantius, demisse, humiliter, difficillime, sapienter, fortiter, fortius, gravius, improbissime, prudenter, levissime, male, palam, longe secus, mature, mirabiliter, optime, paululum, admodum, plane, plene, probe, prorsus, recte, sero, vere, verissime.*

Seorsum, *separatim,* καταμόνας, χωρίς. 3. ad Her. 7. Seorsum hoc ab illo tractandum est. 8. Famil. 9. Seorsum a collega puto mihi omnia paranda. Oecon. 1. Seorsum arma ac tela seponebantur.

Separabilis, le, *qui separari potest,* χωριστός. 1. Tuscul. 21. Nec animam a corpore separabilem esse.

Separatim, *seorsum, sigillatim, præter cæteros,* χωρίς. 2. de N. 165. Dii separatim ab universis singulos diligunt. 2. Fa. 16. Nihil accidit ei separatim a reliquis civibus. 13. 10. Pro Dom. 134. Separatim semel, iterum cum universis. 2. de Or. 70. De Cl. Orator. 198. Etsi hoc nunquam separatim facere didicisset. 13. in A. 50. Hoc sejungi potest, separatimque perscribi. Pro Clu. 31. Tamen de illo separatim cognoscite. 1. de Leg. 36. Separatim, articulatim, distincte. 7. At. 3. Ipsum Pompeium separatim ad concordiam hortabor. 1. de Or. 9. Qui non aliqua in re una separatim elaborarint, sed omnia quæcunque, &c. comprehenderint.

Separatius, *adver. distinctius,* χωριστέρως. 2. de Inv. 156. Separatius aliquid adjungere.

Separatus, a, um, *remotus, disjunctus,* χωρισθείς. 4. Tuscu. q. 34. Virtus ipsa per se sua sponte, separata etiam utilitate, laudabilis. 3. ad Her. 34. Nam utraque altera separata minus erit firma. 14. Att. 18. Ista vero, quæ tu connecti vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. 1. de In. 74. Separatum ab aliquo, et separatum extra aliquod.

Separo, as, *sejungo, distinguo, secerno, sevoco, distraho, divello, distermino, discludo,* ἀπομερίζω.)(. *conjungo.* 5. Famil. 12. Qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt.

Separor, aris. 1. Off. 95. Quod cogitatione magis a virtute potest, quam re separari. 2. contra Rull. 86. Cum illa duo maria pertenui discrimine separentur. Pro C. Cornel. 1. Quod passus esset a populari consessu Senatoria subsellia separari.

Sepeliendi, θαπτίον. 2. de Or. 353. Simonides dicitur, &c. demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse.

Sepelio, is, *humo, in sepulcro condo, corpus terræ reddo, humo injecta contego, in sepulcrum infero, tumulo mando,* ἐνθάπτω. 2. de Leg. 58. Mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. 1. Tusc. 106. Surge et sepeli natum. 4. Fa. 12. Ut in quo vellemus gymnasio, eum sepeliremus, nobis permiserunt. Pro Flac. 95. Qui vos in complexu conjugum vestrarum trucidatos incendio patriæ sepelire conatus est.

Sepelior, iris. 2. de Leg. 58. Non qui uritur, sepelitur: sed qui humatur.

Sepes, is, *septum,* ἀβολεῖς, ἀσπιόγγιαι, αἱμασίαι. 1. de N. 120. Loca sylvestribus sepibus densa.

Sepia, æ, *piscis,* σηπία. 2. 127. Atramenti effusione sepiæ se tutantur.

Sepimentum, ti, *vallum,* φραγμός. 1. de Leg. 62. Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit disserendi scientia.

Sepio, is, *munio, vallo,* διατειχίζω. 2. de N. 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit ac sepsit. Pro Sest. 91. Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt. 2. de Or. 147. Ubi eum locum omnem cogitatione sepseris. 1. 42. Inventa vestire atque ornare oratione, post memoria sepire. 3. At. 23. Nulla lex est, quæ non ipsa se sepiat. 1. de Orat. 36. Genus hominum

prudentium consiliis impulsum, se oppidis mœnibusque sepsisse. 13. in A. 50. Antonius Mutinam operibus munitionibusque sepsit. 15. Famil. 4. Oppidum sex castellis castrisque maximis sepsi.

Sepior, iris. 1. in A. 25. Forum sepietur, omnes claudentur aditus. 2. de N. 143. Oculi excelsis undique partibus sepiuntur.

Seplasia, *forum Capuæ, ubi unguentarii negotiabantur.* I. P. 24. At fuit incestus saltem Seplasia dignus et Capua. 2. con. Rul. 93. In Albana et Seplasia.

Sepono, is, *segrego, reservo, separo, ἀφορίζω.* 11. Att. 22. Scio venire nunc nil posse, sed seponi et occultari. Orat. 143. Ut ii, qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent. 3. de Orat. 130. Ut alius aliam sibi partem in qua elaboret, seponeret. *Ibid.* 1. 162. Si ea, ut dicis, seposita essent. 22. Græci seposuerunt a cæteris dictionibus eam partem dicendi. Oecon. 1. Quod menstruum esset, seposuimus.

Seponor, eris. Oec. 1. Seorsum arma ac tela seponebantur, et in altera parte instrumenta.

Sepositus, a, um, *sejunctus, remotus, ἀποτεθειμένος.* 2. de Div. 112. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus. Ver. 4. 23. Quod celari oportebat, habebant sepositum ac reconditum. Qu. de Pet. 3. Ejus facultatis adjumenta, quæ scio esse seposita, ut parata et prompta sint, cura.

Syntaxis. *Seponere et occultare. Tempus sibi ad aliquid seponere. Habere sepositum ac reconditum.*

Seps. Incert.

Septem, ἑπτά. De Somn. 12. Illi autem cursus septem efficiunt distinctos intervallis sonos: qui numerus omnium fere rerum nodus est. De Am. 7. Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. 2. de Fin. 7. Bias qui sapiens habitus est unus e septem. 2. de L. 26. Thales qui sapientissimus inter septem fuit.

Septem aquæ, *locus.* 4. Att. 14.

September, bris, σεπτέμβριος, vel σεπτέμβριος. *Lege,* Dies, *et* Mensis.

Septemdecim, δεκαεπτά. 2. contra Rull. 16.

Septemvir, *vel,* Septemviri, ἑπτάρχοντες. 15. Att. 25. Dic mihi, C. Antonius voluitne fieri Septemvir? fuit certe dignus. 6. in Ant. 14. Septemvirum acta sustulimus. 5. Phil. 21. Septemviros. *Ibid.* 33. Septemviris.

Septemviralis, le, ὁ τῶν ἑπτά. 14. Att. 18. et 15. 12. Lentonis Cesennii septemviralis autoritas.

Septemviratus, ἑπταρχία. 2. in A. 99. Quid? eundem in septemviratu nonne destituisti?

Septenarius, *versus genus, a septem pedibus, ut senarius a sex,* ἑπταδικός. 1. Tusc. 106. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.

Septemdecim. Ver. 5. 123. Nos in septemdecim Siciliæ populis non eramus.

Septentrio, onis, *stellæ septem,* ἄρκτος. 9. Att. 11. De septentrione plane ita est. 14. 4. Ex ea die fuere septentriones venti. 2. de Nat. 50. Sol cursum suum inflectit tum ad septentriones, tum ad meridiem. 4. Acad. 66. Sed ad Helicen et clarissimos septentriones &c. 2. de Nat. 105.

—— *Stellæ, Quas nostri septem soliti vocitare triones.*

Ibid. 111. Minorem septentrionem Cepheus subsequitur.

Syntaxis. *Venti septentriones. Ad septentriones vergens.*

Septenus, a, um, ἑπτά. *Lege,* Binus. Ver. 2. 122. Pueri annorum senum septenumque denum, *id est,* XVI. *et* XVII. *annorum.* De Somn. 3. Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque converterit.

Septies millies sestertium, ἑπτάκις. 4. in A. et 5. 11.

Septimum Consul, *id est, septies Consul,* ἕβδομον. 3. de Nat. 81. Cur enim Marius tam feliciter septimum consul domi suæ senex est mortuus?

Septimus, a, um, ἕβδομος. 3. Tuscul. 63. Æschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset.

Septimusdecimus, ἕβδομος καὶ δέκατος. Pro Cl. 74.

Septingenti, ἑπτακόσιοι. Orat. 120. Septingentorum annorum memoria. Pro Qu. 78. Septingenta millia passuum.

Septingentesimus, a, um. 6. Att. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto.

Septuagesimus, a, um, ἑβδομηκοστός. 1. de Div. 46.

Septuaginta. Ver. 3. 121.

Septum, pti, *munitio, sepimentum,* ἕρκος. 4. Att. 16. In campo Martio septa marmorea sumus facturi, eaque cingemus excelsa porticu. Pro Sest. 79. Hunc adoriuntur alii gladiis, alii fragmentis septorum et fustibus. Pro Mil. 34. Cum ille vi in septa irruisset. 5. in A. 9. Nisi septis revulsis introiri in forum non potest. *Ibid.* 13. Phil. 5. Quibus enim septis tam immanes belluas continebimus?

Septus, a, um, *stipatus, munitus,* περιφραγμένος. Ver. 5. 38. Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. De Ar. 15. Domus tot Senatusconsultis munita atque septa. Pro Sest. 95. Qui stipatus semper sicariis, septus armatis, munitus municipibus fuit. 4. C. 22. Quod si, &c. firmissimo me muro septum arbitrabor &c. De Ar. 25. Populus Rom. septus et inclusus. *Ibid.* Ara, quam septam videmus. Ver. 5. 67. Locus septus undique. 2. de Orat. 5. Regio quæ nullis terminis septa teneatur. 2. Off. 39. Nullis præsidiis septi multis afficientur injuriis. 12. in A. 25. Cum septus sis legibus et judiciorum metu, non sunt omnia timenda. 9. Att. 14. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa et vallo septum tenet. 1. de Div. 17.

Ætheris æterni septa atque inclusa cavernis.

Pro Mil. 2. Quanquam præsidiis salutaribus et necessariis septi sumus. 16. Fam. 23. Philosophiæ præsidiis septus sum. 5. in A. 9. Omnes aditus septi sunt. 5. Tusc. 64. Septum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum.

ADVERB. *Præclare, religiose, undique.*

Sepulcrum, cri, *tumulus, bustum, monumentum,* τάφος. 9. in A. 14. Majores nostri statuas multis decreverunt, sepulcra paucis, sed statuæ intereunt vetustate, sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est. *Ibid.* Sepulcra fiunt sanctiora vetustate. *Ibid.* 17. Utique locum sepulcro consul pedes triginta quoquoversus designet, quo Servius Sulpitius inferatur, quod sepulcrum ipsius, liberorum posterorumque ejus esset. Pro Arch. 22. Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus e marmore. Pro S. R. 24. Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulcrum patrium relictum est. 1. Tuscul. 27. Cæremoniæ sepulcrorum. *Ibid.* 31. Quid sepulcrorum monumenta, quid elogia significant? 1. Tusc. 107. Sepulcrum portus corporis. *Ex Ennio.* 2. de Leg. 57. Sepulcrum quo tempore incipiat, et religione teneatur. *Ibid.* Sepulcrum eorum, qui conditi sunt, ante non est, quam justa facta, et corpus incensum est. *Ibid.* 61. Sepulcri vestibulum bustumve, quod lex usucapi vetat, tuetur jus sepulcrorum. *Ibid.* 68. Sepulcrum altius vetat extrui Plato, quam quod quinque diebus homines quinque absolverint: nec e lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. 16. Att. 7. Longe a sepulcro hanc ætatem abesse negant oportere. 2. de Leg. 62. In sepulcro C. Figuli, quos ad sumptus progressa res ista sit, vides. *Ibid.* 56. In sepulcro, quod procul ad fontis aras, eodem ritu regem nostrum Numam conditum accepimus. *Ibid.* 67. Sepulcro vetat Plato ullam partem sumi ex agro culto, eove, qui coli possit, sed, quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur: quæ autem terra fruges ferre, et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus. *Ibid.* 58. Sed cum multa in eo loco sepulcra fuissent, ubi dedicata est ædes Honoris extra portam Collinam, exarata sunt: statuit enim collegium, locum publicum non potuisse privata religione obligari. *Ibid.* 65. Ob sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, amplitudines lege sancitum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo: neque id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi. *Ibid.* 62. Sepulcrorum magnificentiam esse minuendam. *Ib.* 55. Sepulcrorum tanta est religio, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse: idque apud majores nostros Torquatus in gente Popilia judicavit. 1. Off. 55. Sepulcra habere communia. De Senect. 21. Nec sepulcra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum. *id est, inscriptiones sepulcrorum, quas hodie passim Epitaphia vocant.* 2. de Leg. 61. De sepulcris duæ leges: quarum altera privatis ædificiis, altera ipsis sepulcris cavet. *Ibid.* 68. De sepulcris habemus autoritatem Platonis, a quo funerum sumptus præfinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam. *Ibid.* 64. De sepulcris nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat: pœnaque est, si quis bustum aut monumentum, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit. *Ibid.* 66. Sepulcris novis modum finivit Demetrius: nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columnellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum: et huic procurationi certum magistratum præfecerat. 5. Tusc. 64. Cujus *Archimedis* ego quæstor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. *Ibid.* In summo sepulcro sphæram esse positam cum cylindro. *Ibid.* Magna frequentia sepulcrorum.

ADJUNCTA. *Alienum, altum, operosius, commune, desertissimum, nobile, novum, ornatum, patrium, sanctum, sanctius, summum.*

SYNTAXIS. *Sepulcro inferri. Sepulcrorum cæremoniæ, monumenta, elogia. Sepulcrum religione teneri. ..us sepulcrorum. Sepulcrum exstruere, excitare, absolvere. Condere in sepulcro. Sepulcrum facere. Sepulcrum exarare. Sepulcrum opere tectorio exornare. Sepulcra habere communia.*

Sepultura, ræ, *humatio, bustum,* ταφή. Ver. 5. 133. Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. 1. in Ant. 5. Cum iidem bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam refecerant. 1. de Div. 56. Ab eo quem sepultura affecerat. 4. Fam. 12. Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui. 2. de Leg. 56. Antiquissimum sepulturæ genus, quo apud Xenophontem Cyrus utitur: redditur enim terræ corpus, et ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. 2. in A. 17. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum. 14. *Ibid.* 34. Iique nec inhumati sunt, nec dispersis bustis humili sepultura cremati. De Sen. 75. Cujus interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est.

ADJUNCTA. *Humilis, insepulta, optima, publica.*

SYNTAXIS. *Sepultura afficere aliquem. Ad sepulturam dare corpus. Humili sepultura cremari. Honore sepulturæ carere. Mercedem funeris ac sepulturæ constituere. Sepulturam efficere. Locum sepulturæ alicui dare.*

Sepultus, a, um, *humatus, conditus, constitutus, quem humus injecta contegit,* ἐνταφιασθείς. 4. C. 11. Cerno animo sepultam pa-

triam, miseros atque insepultos acervos civium. 3. de Legib. 57.

Abditus. I. P. 10. Hæc sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui.

Extinctus. Pro Pomp. 30. Bellum adventu Pompeii sublatum atque sepultum est.

Sepyra, *oppidum in Amano monte*. 15. Fam. 4.

Sequani, *populi*. 1. Att. 16. Sequani male pugnarunt.

Sequester, *apud quem pecunia corrumpendi judicii, aut tributum deponebatur, ut suffragia obtinerentur. Jurisconsulti sequestrem esse dicunt, apud quem plures rem, de qua controversia est, deponunt, βραβευτής*. Pro Cl. 72. Res parum certa videbatur, sequester et confirmator pecuniæ desideratur. *Ibid*. 25. Quo sequestre in illo judice corrumpendo est usus. Act. 1. Ver. 36. Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi judicii solent esse. 2. 108. Sequester istius interpres, confector negotiorum. Pro Planc. 48. Doce id, quod debes, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit. Pro Cæl. 16. Sodales ac sequestres alicujus. Pro Planc. 38. Cujus tu tribus venditorem, et corruptorem, et sequestrem Plancium fuisse clamitas. Pro Clu. 86. Sed quid opus est eam rem judice sequestre. Con. C. Anton. Dico cujusdam domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse.

Syntaxis. *Sequester et confirmator pecuniæ. Uti aliquo sequestre. Sequester et interpres corrumpendi judicii. Sodalis et sequester alicujus.*

Sequor, eris, *comitor, excipio, consequor, insequor, comes sum, exequor, prosequor, ἕπομαι*. Orat. 52. Oratio ita flexibilis, ut sequatur quocunque torqueas. 4. C. 9. Cæsar hanc Reipubl. viam, quæ popularis habetur, secutus est. De Ar. 38. Pœna quæ sequeretur illud scelus. 1. de Invent. 12. Nam eum eadem omnia incommoda sequentur. 2. de Div. 17. Qui hæc prædicunt, quam rationem sequantur, vides. *Ibid*. 18. Qui hæreditatem venturam dicunt, quid sequuntur.? 2. de Orat. 204. Trademus etiam, quæ nos sequi in dicendo, quæque maxime spectare solemus. 8. Att. 15. Neque ego quid tu sis secutus, non perspicio, idcirco minus existimo, te nihil nisi summa ratione fecisse. 4. Fam. 3. Qui autoritatem et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occiderunt. Par. 5. Sequi et colere leges. 1. Off. 6. Sequimur igitur in hac quæstione potissimum Stoicos. 1. Fam. 9. Idem ille Plato, quem ego autorem vehementer sequor. Pro Cæcin. 59. Perge porro hoc idem interdictum sequi, &c. Orat. 164. Qua tempestate Paris Helenam, et quæ sequuntur. 2. de Leg. 3. Ego vero cum liceret plures dies abesse, et amœnitatem et salubritatem hanc sequor. 2. Off. 60. Panætius, quem in his libris secutus sum. 1. 35. Credo illos secutos opportunitatem loci. Pro Flac. 104. Quotus enim quisque est, qui hanc in Repub. sectam sequatur? Incer. In Consolatione filiæ Crantorem sequor.

Sequitur, *relinquitur, fit, conficitur, colligitur: quæ apta sunt ad concludendum verba*. Parad. 1. Sequitur igitur, ut etiam vitia sint paria. 2. de Nat. 75. Quo constituto sequitur, &c. 5. Tuscul. 21. Assentior alterum alteri consequens esse, ut quemadmodum si quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur, vitam beatam virtute effici, &c. 2. de Fin. 24. Non enim sequitur, ut, cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. 2. de Div. 106. Ne id quidem sequitur. De Fat. 9. Ut enim et ingeniosi, et tardi ita nascantur antecedentibus causis, &c. non sequitur tamen, ut etiam sedere eos, et ambulare principalibus causis definitum sit. *Ibid*. 22. Sequitur enim, ut si alia ab alia nunquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. *Ibid*. 28. Nec, si omne enunciatum verum aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles et æternas. *Ibid*. 28. Si hoc verum non est, sequitur, ut falsum sit. De Fat. 41. Qui si non sint, &c. non sequitur, ut ne appetitus quidem, &c. at hoc sequeretur, si, &c.

Adverb. *Acerrime, belle, confestim, eleganter, maxime, necessario, studiose, temere, vehementer, vitiose.*

Syntaxis. *Flexibile sequitur quocunque torqueas. Sequi viam reip. popularem, Pœna sequitur scelus. Incommoda eum sequuntur. Sequi rationem. Hos sequimur, hoc spectamus. Sequi autoritatem et consilium alterius. Sequi Stoicos. Sequi autorem Platonem. Et quæ sequuntur. Sequi amœnitatem et salubritatem alicujus loci. Sequi sectam. Sequitur, ut, &c. Sequitur, esse, &c.*

Serapis, *dea*. 2. de Div. 123.

Serenans, tis, *αἰθριάζων*. 1. 18. Luce serenanti. *Poetæ*.

Serenitas, tis, *serenum tempus, serena tempestas, cælum serenum, αἰθρία*.)(. *perturbatio cœli*. 2. de Div. 94. Hæc igitur cum sint, tum serenitas, tum perturbatio cœli est, ne, &c.

Serenus, a, um, *serenans, αἴθριος*. 2. de Div. 82.

> *Cum tonuit lævum bene tempestate serena.*
> Ex Ennio.

4. ad Her. 62. Falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt. 16. Fam. 9. Austro lenissimo, cœlo sereno. 3. Tuscul. 31. Tranquilla et serena fronte.

Series, ei, *contextus, vel continuatio quædam rerum, διαδοχή*. 1. de Div. 125. Fatum est ordo seriesque causarum. De Fat. 20. Qui introducunt causarum seriem sempiternam. 1. de Nat. 9. Est enim admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia, et omnes inter se aptæ colligatæque videantur. 4. Acad. 21. Cætera series deinde sequitur majora nectens, ut hæc: Si homo est, animal est, &c. 2. de Orat. 68. Sine ulla serie disputationum. 1. de Leg. 52. Videtisne, quanta series rerum sententiarum-

que sit, atque ut ex alio alia nectantur? Part. 137. Tanta series artis est, et sic inter se sunt pleraque connexa et apta, ut, &c.

Seriphos, *insula*. 1. de Nat. 89.

Seriphius, a, um. De Sen. 8.

Serius, a, um, *gravis, verus*, σεμνός.)(. *jocosus*. 1. Off. 134. Si de seriis rebus loquatur, severitatem adhibeat: si de jocosis, leporem. 1. Off. 103. Cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. *Lege*, Jocosus. 3. ad Her. 25. Sermo serius, et jocus liberalis. 2. de Finib. 85. At quicum joca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia?

Sermo, onis, *locutio, mentio, oratio*, λόγος. 1. Off. 111. Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis: ne, ut quidam, Græca verba inculcantes, jure optimo rideamur. 2. ad Her. 23. Sermo dividitur in partes quatuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, jocationem. 2. de Orat. 296. Cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus. *Ibid*. 361. Habetis sermonem bene longum. De Ar. 34. De Alexandrinis video esse sermonem. In Vat. 3. Nullus mihi omnino cum illo sermo nulla unquam de re fuit. De Somn. 7. Quid autem interest, ab iis qui postea nascentur, sermonem fore de te: cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sunt? Pro Flac. 14. Sermo est tota Asia dissipatus, Pompeium, &c. 1. de Orat. 98. Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit. 7. Att. 22. Multus est sermo, te judicium jam de causa publica fecisse. 1. Fam. 9. Hac me mente fuisse, tu in nostris sermonibus collocutionibusque ipse sæpe vidisti. 12. 16. Cum mihi in sermone injecisset, se velle Asiam visere. 9. 8. Feci sermonem habitum in Cumano inter nos. 7. Att. 2. Sermo quem habuit de triumpho. De Senect. 30. Cyrus in sermone, quem moriens habuit, &c. 2. de Orat. 7. Habere sermonem inter se de aliquibus. De Sen. 3. Omnem autem sermonem tribuimus Catoni seni. De Am. 3. Ut tanquam a præsentibus coram haberi sermo videretur. *Ibid*. Is exposuit nobis sermonem de amicitia, habitum ab illo secum, et cum altero genero Scævola. *Ibid*. Incidere in sermonem alicujus. 1. de Orat. 96. Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberer. 13. Att. 23. Da te in sermonem. 1. Qu. Fr. 1. 32. Primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis. 1. Off. 132. Sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versatur. *Ibid*. 136. Curandum est, ut eos quibuscum sermonem conferimus, et vereri et diligere videamur. 2. 39. Habere quibuscum familiares possis conferre sermones. Ver. 5. 101. Habere malos sermones de aliquo. 2. de Invent. 14. Conferre sermonem cum aliquo. 7. Att. 3. Sed hæc coram: nam ista multi sermonis sunt. 10. Phil. 14. Res in ore atque in sermone omnium. 1. Att. 13. In sermonibus, *id est, in communi sermone*. 1. Fam. 1. 2. de Inv. 140. In sermone quotidiano. 8. 10. Sed nuncii varios sermones excitarunt. 1. 9. Perferre sermonem alicujus ad aliquem. 3. 10. Malevolis sermonibus de aliquo credere. 1. de Orat. 111. Fortuito in aliquem sermonem incidere. 9. Fam. 16. Incidunt in sermone vario multa. *Ibid*. 3. Dabimus sermonem iis, qui, &c. Ver. 4. 13. In sermonem hominum, atque in magnam vituperationem venirem. 1. de Fin. 1. Tractare aliquid Græco sermone. 1. de Nat. 94. Scito sermone et Attico loqui. *Ib*. 95. Sermo et oratio. 7. Att. 3. Elegantia sermonis Terentiani. Frag. ep. Sermo nullus nisi de te. Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.

5. Tusc. 116. Ergo ii in illorum, et illi in horum sermone surdi. 1. Att. 12. Certe aliquid sermonis fuit. totum investiga, cognosce, perspice. 8. Fam. 1. Sane quam eos sermones expressit, qui de eo tum fuerant, cum Romæ nos essemus. 9. At. 15. Sed tibi omnem illius meumque sermonem omnibus verbis expressum statim mittam. 1. Fam. 9. Sermones referre. 3. *Ibid*. 8. Illud quidem scio, meos sermones ad te vere potuisse deferri. *Ibid*. Tu, cum istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. 1. Qu. Frat. 1. 14. Multa quæ recte committi servis fidelibus possunt, tamen sermonis et vituperationis vitandæ causa committenda non sunt. Pro Cæl. 38. Vicinum ejus mulieris miraris male audisse, cujus frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? 13. Att. 10. Sermonem restinguere, aut sedare. 3. Fam. 8. Hos ego sermones lacessivi nunquam, sed non valde repressi. 8. Fam. 6. Quo facto retudit sermones &c. *Alii* retulit *legunt*. 1. Qu. Fr. 2. Exhaustus est sermo hominum &c. 3. Fa. 8. Refrigerato jam levissimo sermone hominum provincialium. 9. Att. 19. Tu velim litteras des de sermonibus hominum: nisi plane obmutuerunt. Pro Cæl. 76. Ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur. Pro Marcel. 5. Crebris sermonibus usurpare aliquid. Pro Font. 10. Vel maxime enim inimici hanc rem sermonibus divulgare voluerunt. Pro Cæl. 69. Audita et percelebrata sermonibus res est. Pro Clu. 36. Cædes illa Asinii Larinatis quam clara tum, recenti re? quam omnium sermone celebrata? 2. Fam. 8. Cum Pompeio complures dies nullis in aliis, nisi de Republica, sermonibus versatus sum. 8. Att. 15. Qui si passus esset nos secum, ut consueramus, loqui, et non se totum etiam et etiam ab sermone nostro avertisset, &c.

Adjunct. *Accuratus, antemeridianus, intentior, urbanus, amatorius, ambiguus, extremus, purus et dilucidus, antiquior, dulcior melle, elegans, elegantissimus, facilis et quotidianus, longior, multiplex variusque, notus, purus, uberrimus, usitatus, assiduus, quotidianus, bonus, clarus, sempiternus, minus commo-*

dus, communis, constans, creber, creberrimus, decorus, quietus et remissus, demissus atque humilis, doctissimus, historicus, remissus et humilis, vulgaris, dignus convivio et delicatus, lenis minimeque pertinax, dubius, iniquus, nec obscurus, facetus, rudis, gravissimus, pristinus, superior, tenuis et exquisitus, familiaris, fictus, urbanus ac venustus, forensis, gratissimus, gravis et frequens, honorificus, humanissimus, multus atque humanus, præsens, illustris, levissimus, malevolus, stultus, et puerilis, improbus, improbissimus, inanis, novissimus, suavissimus, incautus, inquinatus, inquinatissimus, intimus, invidiosus, mediocris, jucundus, jucundus et familiaris, et frugi, liberior, longus, ludicrus, malus, multus et varius, optimus, patrius, perennis, plebeius, tectus, impudentior, varius, præclarus, recens, reliquus, et pæne postremus, scitus, et atticus, vetus.

Syntaxis. *Sermonem habere, facere, instituere, esse, dissipari (tota Asia) ordiri. Sermo est, esse te &c. In sermonem delabi. Conferre sermonem cum. Ista sunt multi sermonis. Hoc in ore est, ac sermone omnium. Excitare sermones. In sermonem incidere. Venire in sermonem et vituperationem. Sermone uti. In sermone mihi injecit, velle se &c. Sermonem alicui tribuere. Dare se in sermonem. Perferre sermonem alicujus ad alterum. Scito sermone loqui. Sermo nullus, nisi de te. Sermonem investigare, exprimere, exponere, referre, deferre, vitare, effugere, sedare, reprimere, retundere, restinguere, exhaurire, refrigerari, obmutescere, mori. Sermonibus usurpare aliquid, divulgare, percelebrare, celebrare. In sermone versari. A sermone se avertere.*

Sermocinatio, onis, *figura*, διάλεξις. 4. ad Her. 56. Sermocinatio est, cum alicui personæ sermo attribuitur, et is exponitur cum ratione dignitatis.

Sermocinor, aris, *sermonem habeo, loquor*, διαλέγομαι. 2. de Inv. 54. In consuetudine scribendi aut sermocinandi eo verbo uti solent homines. Ver. 1. 138. Ait se cum isto diligenter sermocinaturum.

Sermunculus, li, λογίδιον. Pro Deiot. 33. Nonne intelligis, Cæsar, hæc ex urbanis malevolorum sermunculis esse collecta? 13. Att. 10. Sermunculum omnem restinguere.

Sero, *tarde*, ὀψέ. Ver. 5. 163. Producam Cossanos, qui te nunc sero doceant, judices non sero. 7. Att. 5. Sero resistimus ei, quem aluimus contra nos. De Cl. 39. Eloquentia sero prodiit in lucem. 2. Fam. 7. Longe absum, audio sero. 4. 1. Sero enim veneram. 7. 22. Domum sero veneram. Pro Quin. 43. De controversiis vult dijudicari; sero, verum, &c. 1. Qu. Frat. 2. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: sero est enim. De Ami. 11. Factus est Cos. II. primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, reipublicæ pæne sero. 7. Att. 20. Eo die alter consul venit sero. 2. ad Her. 40. Sero acto negotio venisti. 7. Fam. 16. Sero sapiunt. *scilicet Phryges.* 10. Att. 13.

Serius, *tardius*, ὀψιαίτερον. 3. de Or. 48. Ad mysteria biduo serius veneram. 1. C. 5. Hoc serius a me factum est, &c.

Syntaxis. *Nunc sero est. Biduo serius venisti. Sero sapere.*

Serendi, τοῦ φυτεύειν. 2. de Nat. 130. Ager mollitus et oblimatus ad serendum. 14. Att. 22. Tertullæ nollem abortum: tam enim sunt Cassii jam quam Bruti serendi. 1. de Legib. 24. Materia serendi generis humani.

Serens, tis, σπείρων. De Fat. 27. Nisi ex æternitate causa causam serens hoc erit effectura.

Sero, is, *semen spargo, semino*, σπείρω. Ver. 3. 112. Ut tantum decumæ sit, quantum severis. De Univ. 39. Alios in reliquas mundi partes spargens quasi serebat. 1. Tusc. 31. Serere arbores, quæ alteri seculo prosint. 2. de Orat. 274. Da mihi ex ista arbore, quos seram, surculos. De Cl. 16. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto et derelicto solo. De Sen. 24. Serere, percipere, et concedere fructus. Hortens. Segetes agricolæ subigunt aratris multo ante quam serant. Oecon. 3. Neque serit vitem.

Seror, eris. Ver. 3. 112. In jugere agri Leontini medimnum fere tritici seritur perpetua atque æquabili satione.

Serpens, tis, δράκων. 2. de Nat. 124. Quædam serpentes ortæ extra aquam, simul atque niti possunt, aquam persequuntur. De Ar. 55. Jam ista serpens, quæ tum hic delitescit, tum se emergit, illisa morietur. 1. de Div. 49. Bellua vasta, circumplicata serpentibus. In Vat. 4. Repente te tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.

Subrepens, ἕρπων, ἑρπύζων. In Arat.

Quæ volat, et geminis serpens secat aera pennis.

De Senect. 52. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. 4. C. 6. Latius opinione disseminatum est hoc malum, manavit per totam Italiam, obscure serpens, multas provincias occupavit. 5. Tuscul. 38.

Serperaster, stri, *a serpente; ut* oleaster, surdaster: *et id genus alia*, ὀφιοῦχος. 7. Att. 3. De serperastris cohortis meæ, nihil est quod doleas: ipsi enim se collegerunt admiratione integritatis meæ. Serperastris *dixit, pro hominibus vilissimis et perniciosissimis, quasi serpentum proles sint. Sunt quibus placet* Cerberastris, *quasi famelicis hominibus, et ad pecuniam tanquam Cerberus ad offam latrantibus.*

Serpo, is, *irrepo, progredior*, ἕρπω. 2. de Nat. 122. Alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. 4. ad Her. 63. Iste tanquam jubatus draco serpit. 2. de Orat. 203. Ecce autem serpere occulte cœpisti, &c. Div. 68. Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœpit &c. Pro Mur. 45. Serpit hic rumor. 1. Att. 10. Sed vereor, ne hoc serpat longius. 14. 16. Sustulisse mihi videtur simul sationem desiderii, quæ serpebat

in dies. De Ami. 41. Serpit enim deinde res, quæ proclivius ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. *Ibid.* 88. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitas amicitia. 1. in A. 5. Cum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. Pro R. P. 15. Serpet hoc malum, mihi credite, longius, quam putatis. 3. de Or. 92. et Ver. 2. 53. Serpit malum consuetudine peccandi. 5. de Fin. 42. Serpere anguiculos.

Adverb. *Longe, longius, obscure, occulte, paullatim, sensim.*

Syntaxis. *Serpens ac progrediens consuetudo. Pars infecta ne serpat longius. Per omnium vitas amicitia serpit. Serpit malum, et latius manat.*

Serra, ræ, *instrumentum dentatum, quo ligna et tabulæ secantur,* πρίστις. 5. Tusc. 116. Ne stridorem quidem serræ audiunt, tum cum acuitur.

Serracum, ci, *vehiculi genus.* In L. Pison. Cum tibi tota cognatio in serraco advehatur. *Alii,* sarraco, *legunt.*

Serrula, læ, πρίων. Pro Cl. 180. Serrula adunca ex omni parte dentium, et tortuosa.

Sertorius. De Cla. orat. 180.

Sertorianus, a, um. Phil. 11. Sertorianum bellum. Ver. 5. Sertoriana tempora. *Ibid.* 145. Sertoriani milites.

Sertum, ti, *corona,* στέφανος. 3. Tuscul. 43. Incendes odores? et sertis redimiri jubebis et rosa? 2. C. 10. Sertis redimiti, unguentis obliti.

Servandus, a, um, φυλακτέος. 1. Off. 34. Officia etiam adversus inimicos servanda.

Servator, oris, *conservator,* σωτήρ.)(. *perditor.* Pro Dom. 101. Servator urbis. Pro Planc. 102. Servator mei capitis.

Servatus, a, um, σεσωσμένος. Pro Cluent. 96. Judicium in quo non modus habitus, non consuetudo servata. Pro Arch. 21. Urbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam. Pro Flac. 69. Judæorum gens victa, locata et servata. 1. Att. 9. Eumque per manus servulæ servatum et eductum.

Serviens, tis, δουλεύων. Ad Brut. 16. A servientibus abero. 9. in A. 20. Vita nulla est servienti. Ad Br. 16. Preces servientis adversus regem.

Servilis, le, *famularis,* δούλειος. Pro Sulla 55. Munus servile. I. P. 1. Color servilis. *Ibid.* 92. Vestis servilis. 2. de Orat. 327. Servilis percunctatio. *id est, quæ a liberto fit.*

Serviliter, *abjecte, timide,* δουλικῶς. 5. Tuscul. 55. Ne quid serviliter muliebriterve faciamus.

Servilius, *lacus Romæ fuit.* Pro S. R. 89.

Servilius, lii, *a Servio factum cognomen.* Ver. 1. 143. Quid enim? Video in multis veteribus legibus: Cn. Domitius, L. Metellus, L. Cassius, Cn. Servilius Censores addiderunt: vult aliquid ejusmodi C. Verres. Ver. 3. 167. L. Servilius magister equitum. Pro Dom. 86. M. Furius Camillus et M. Servilius Ahala, cum essent optime de Repub. meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt. Ver. 1. 56. Nam postea Servilius Imperator populi R. Olympum urbem hostium cepit, quam tu in iisdem locis legatus quæstorius oppida pacata sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti. Ver. 5. 65. Unus plures prædonum duces vivos cepit P. Servilius, quam omnes antea. Post. Red. ad Quir. 17. Itaque cum P. Servilius, gravissimus vir, et ornatissimus civis, dixisset, opera mea Remp. incolumem magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem sententiam cæteri. Ver. 3. 211. Pecuniam non coegit P. Servilius quinquennium exercitui cum præesset. Pro Sext. 130. Excitatus summa cum auctoritate, P. Servilii quadam gravitate dicendi, cum ille omnes prope ab inferis evocasset Metellos, &c. Pro Dom. 123. Atqui C. Atinius, patrum memoria, bona Qu. Metelli, qui eum ex Senatu censor ejecerat, avi tui, Qu. Metelle, et tui, P. Servili, et proavi tui, P. Scipio, consecravit, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine. *Ibid.* 132. An tu auderes quærere ex P. Servilio, aut ex M. Lucullo, quorum ego consilio atque auctoritate remp. Consul ex vestris manibus atque faucibus eripui, quibusnam verbis aut quo ritu, civis domum consecrares? *Ibid.* 133. Quid diceres, o nefanda et perniciosa labes civitatis? ades, ades Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, &c. De Arusp. 2. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam est statim in facto ipso, a gravissimo viro P. Servilio confectus ac trucidatus. Ver. 5. 140. Num potes hoc negare, Verres, in foro Lilybæi, maximo conventu, C. Servilium civem Romanum, in conventu Panormitano veterem negociatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram, virgis et verberibus abjectum? 1. in Catil. 4. Num unum diem postea L. Saturninum Trib. pleb. et C. Servilium mors a Reip. pœna remorata est? De Provin. 21. Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate, quam Lucullorum atque Serviliorum, quas in viris fortissimis non solum extinxit Reip. dignitas, et ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. 4. Acad. 56. Fac enim antiquos illos Servilios, qui gemini fuerunt, tam similes quam dicuntur: num censes etiam eosdem fuisse?

Servilia, æ, *femina.* Ver. 2. 24. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt? nihil ex Dione? nihil ex socru tua, femina primaria, Servilia, vetere Dionis hospita, audisti?

Servilius, lia, lium: *ut lex Servilia, quæ non una fuit: sed plures a pluribus Serviliis latæ.* Pro Cluent. 140. Cum Brutus, duobus recitatoribus constitutis, ex duabus ejus (*L. Crassi*) orationibus capita alterna, inter se contraria, recitanda curasset, quod in dissuasione rogationis ejus, quæ contra Coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate Senatus detrahit: in suasione le-

gis Serviliæ, summis ornat Senatum laudibus, &c. *Hæc fuit a Q. Servilio de judiciis inter Senatum et equestrem ordinem pari numero communicandis lata.* 2. de Orat. 223. Cum enim Brutus duos lectores excitasset, et alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege Servilia, et cum contraria inter sese de Repub. capita contulisset, &c. De Cl. 161. Eoque (*Scævola*) in rostris sedente suasit Serviliam legem Crassus. Pro Rab. Posth. 9. Sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Servilia, &c. *hæc a C. Servilio Glaucia de repetundis lata est, qua constituit comperendinari reo licere.* Pro C. Balb. 54. Quod si acerbissima lege Servilia principes viri ac gravissimi, et sapientissimi cives hanc Latinis, id est, fœderatis, viam ad civitatem populi jussu patere passi sunt, &c.

Servio, is, *deservio, servitutem servio, præsto sum, operam alicui do,* δουλεύω. 1. de Orat. 182. Si quis apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset, &c. 6. in A. 19. Populum Romanum servire fas non est. 7. Att. 15. Cato ipse jam servire quam pugnare mavult. Pro R. P. 22. Alteri parere et servire. Top. 29. Quorum nemo servitutem servivit. De Ami. 84. Cupiditatibus, quibus cæteri serviunt, imperare. 2. C. 8. Qui aliorum amori flagitiosissime serviebat. De Pro. 2. Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ serviam. Pro Cæl. 79. Ut in alterius dolore vel pietati, vel indulgentiæ vestræ serviatis. Pro Sest. 14. Sed agam moderate, et huic tempori potius serviam, quam dolori meo. 1. Tusc. 35. Optimus quisque maxime posteritati servit. Pro Planc. 11. Honores si magni non putas, noli servire populo. Pro Mar. 30. Servi etiam iis judicibus, qui, &c. 1. Qu. Fr. 1. 19. Alicujus commodis utilitatique servire. *Ibid.* 22. Consulere populorum commodis, et eorum utilitati servire. Pro S. R. 43. Rei familiari maxime servire, &c. 2. de Invent. 132. Servire rebus suis et commodis. Pro Planc. 92. Reipublicæ servivi semper, nunquam mihi. De Clar. 242. Obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo servire. Pro Sest. 23. Servire dignitati. Postq. ad Quir. 21. Virtuti et gloriæ servire. 5. Tus. 9. Servire pecuniæ. 2. de Orat. 327. Servire brevitati. Orat. 176. Servire numeris. *Ibid.* 182. Compositio, quæ tota servit gravitati vocum. *Ibid.* 230. Attici maxime numero servientes. Ad Brut. 9. Ac mihi tum, Brute, officio solum erat et naturæ, tibi nunc populo et scenæ, ut dicitur, serviendum est. 16. Fam. 18. Sed indulge valetudini tuæ, cui quidem adhuc tu, dum mihi deservis, servisti non satis. Div. 48. Alienus tibi serviet, tibi lenocinabitur. 13. Att. 47. Ac magis mihi isti serviunt, si observare servire est. 1. C. 23. Spero meos omnes servire laudi meæ. 2. de Orat. 316. Aliquem venustati vel maxime servire. *Ibid.* 171. Serviamus vectigalibus. 8. Att. 4. Servire tempori, cum necesse sit. 16. Fam. 4. Servire corpori. 1. Qu. Fr. 1. 36. Te rogo, ut valetudini tuæ diligentissime servias. 8. in A. 29. Magnum est, personam in Republ. tueri principis, quæ non animis solum debet, sed oculis servire civium. 3. Off. 106. Cum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. 5. Fa. 16. Est constantiæ serviendum. 5. de Fin. 27. Hujus ætati, et huic nunc hoc primum fortasse audienti servire debemus.

Servire cum ad rustica prædia vel urbana refertur, aliqua re gravari et obligari. 3. cont. Rull. 9. Prædia omnia, quæ serviebant, non servient. 1. de Orat. 178. 3. Off. 67. Ædes Sergio serviebant.

Adverb. *Diligentissime, diutius, flagitiosissime, gratis, magnopere, maxime, plane.*

Servitium, tii, *servitus,* δουλεία. De Arusp. 25. Ver. 5. 9. et 4. C. 4. Omne servitium in alteram scenam immissum. *id est,* omnes servi. Pro Flac. 97. Servitia sileant. Pro Cæl. 78. Incitare ad cædem servitia. 3. de Leg. 25. Servitia incitata. Ad Brut. 16. Neque desistam abstrahere a servitio civitatem nostram. *id est,* a servis vel a servitute.

Servitus, tis, *servitium, famulatus,* δουλεία.) (. *libertas.* Parad. 5. Si servitus sit sicut est obedientia fracti animi, &c. *Ibid.* Durissima servitus. *Ibid.* Omnis animi debilitati, et humilis, et fracti timiditas servitus est. Pro Deiot. 30. In dominatu servitus sit, in servitute dominatus. 8. in A. 31. Diutius servitutem perpessi sumus, quam captivi frugi et diligentes solent. I. P. 84. Qui socios nostros in servitutem adduxerunt. De Pro. 10. Tradere aliquem in servitutem alicui. *Ibid.* Judæi et Syri nationes natæ servituti. Pro Dom. 131. Civitas servitute oppressa. Pro Mur. 61. Servire servitutem. Ad Br. 14. Repellere servitutem a suis civibus. Pro Cl. 21. Esse apud aliquem in servitute, vel in ergastulo. 3. Qu. Fr. 1. Aquæ jure constituto, et servitute illi fundo imposita. Ad Br. 16. Nisi forte non de servitute, sed de conditione serviendi recusandum est a nobis. 1. Off. 81. Mors servituti turpitudinique anteponenda est. 2. in A. 113. Servitus est postremum malorum omnium. 6. Phil. 19. Aliæ nationes servitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas. 6. Fam. 21. Victoria, quæ aut interitum allatura esset, si victus esses, aut, si vicisses, servitutem. De Ami. 42. Themistocles imperator bello Persico servitute Græciam liberavit.

Adjunct. *Divina, diuturna, summa, domestica, dubia, durissima, misera et dura, fœda, misera, fœdissima, crudelissimaque, honorifica, injusta, justa, miserrima, necessaria, voluntaria, propria.*

Syntaxis. *Abstrahere a servitio civitatem. Incitare servitia ad cædem. Servitutem pati, perpeti. Dare aliquos in servitutem. In servitutem adducere. Tradere aliquem in servitutem alicui. Natum esse servituti. Servitute opprimi.*

Servire servitutem. Repellere servitutem a suis civibus. Esse apud aliquem in servitute. Imponere servitutem fundo. Servitutem afferre. Servitute liberare.

Servo, as, *conservo, adservo, observo, tueor, custodio, teneo,* διασώζω, φυλάττω. 9. Fam. 22. Ego servo, et servabo Platonis verecundiam. 9. Att. 12. Volumen epistolarum tuarum sub signo habeo servoque deligentissime. Pro Clu. 33. Ut id, quod conceperat, servaret, ut salvum parere posset. De Ami. 25. Servare amicitiam summa fide. 1. Off. 97. Servare decorum. Pro Planc. 15. Sed servare necesse est gradum. *Ibid.* 13. Ad ea te tempora revocavi, ad quæ tu te ipse servares. 5. Att. 17. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras: itaque eo me servavi. 7. in A. 22. Servare pacem cum aliquo. 1. Off. 64. Servare æquitatem. 2. Fam. 17. Servare leges. 10. 17. Si omnia mihi integra et ipse et fortuna servaverit. 1. Tuscul. 72. Servare se integrum et castum. Pro Clu. 89. Servare consuetudinem. 2. de Orat. 221. Parcebat enim adversarii dignitati, in quo ipse servabat suam. Ver. 3. 131. Quo ex judicio te ulla salus servare posset. Pro Sest. 49. Servavi Remp. discessu meo. *Ibid.* Unus Rempub. bis servavi, semel gloria, iterum ærumna mea. In Clod. Vita ante acta servavit te.

Adverb. *Constantissime, diligenter, diligentius, diligentissime, diu, diutius, magnopere.*

Servor, aris. Pro Rab. 11. Jus libertatis defendendo servari oportere. 16. Att. 17. Decreta Coss. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non servantur. 3. C. 25. Cives integros incolumesque servari.

Servare de cœlo, *augurale verbum est. Significat enim augurem aliquid observasse vidisseque in cœlo, quo servato cum populo non licet agere: at si fulserit, si tonuerit.* Pro Dom. 40. Te interrogante, Augures responderunt, cum de cœlo servatum sit, cum populo agi non posse. 2. in A. 81. In Vat. 16. 2. Att. 16. et 4. 3. De Prov. 46. Pro Sest. 129.

Syntaxis. *Servare verecundiam. Sub signo habere et servare. Servare amicitiam, decorum, gradum. Servare se ad aliquod tempus. Eo me servavi. Tenere, servare, et observare. Servare pacem cum aliquo. Servare æquitatem, leges, consuetudinem. Servare se integrum. Servare dignitatem suam. Servare remp. Servare Jus libertatis, decreta, &c. Servare de cœlo,* augurale verbum.

Serus, a, um, *tardus,* ὄψιος. 2. Fam. 7. Sera gratulatio reprehendi non solet. 5. in Ant. 1. Ut magis exoptatæ Cal. quam seræ esse videantur. 2. in Divin. 64. Tarda et sera nimis portenta.

Servulus, li, δουλάριον. Pro Qu. 27. Servulum unum, quem iste prehenderat, abducit. Pro Cæc. 58. Si unus servulus dejecerit. Oecon. 1. Quibus quotidie servuli utuntur.

Adjuncta. *Fidelis, utilis, perniciosus, et minime mendax.*

Servula, læ, *famula,* δουλίς. 1. Att. 9. Eumque per manus servulæ servatum et eductum.

Servus, vi, *servitium, famulus, puer, mancipium, serviens, qui non est sui juris, qui libertatem perdidit, arbitrio suo carens,* δοῦλος.) (*.liber.* Pro Corn. 24. Servi, quorum vis et fortunæ conditio infima est. *Ibid.* Servos de Repub. bene meritos persæpe libertate, id est, civitate publice donari vidimus. Ver. 3. 8. Hunc servi ancillæque amant. 8. Att. 5. Pollucem servum a pedibus meum Romam misi. Ver. 4. 112. Neque tam servi illi dominorum, quam tu libidinum. 1. 58. Servus cupiditatum. 1. Fam. 9. Seditionum servus et minister. *Ibid.* Coss. seditionum servi ac ministri. Pro Clu. 146. Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus. 12. Att. 27. Servi, mancipia, pueri. 3. cont. Rul. 9. Prædia libera meliore conditione sunt, quam serva. 1. Qu. Fr. 1. 14. Servus egregie fidelis. Pro S. R. 145. Ego servum habeo nullum. 1. Off. 113. Ulysses contumelias servorum ancillarumque pertulit. Parad. 5. Non enim ita dicunt, eos esse servos, sicut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut, &c.

Adjunct. *Agrestis et barbarus, alienus, conscius, ignotus, mercenarius, armatus, benevolus, fidelissimus, non incallidus, frugi atque integer, iners, loquax, fidelis, atriensis, diligens, non dignus, iniquissimus, audax sceleratusque, ebriosus, sordidatus, bonus, frugi, furax, communis, egregius, regius, facinorosus, egens, mendosus, nequissimus, paternus, publicus.*

Sesamenus, a, um, *a Sesamo oppido.* 5. Att. 21.

Seselis, σέσελι. 2. de Nat. 127. Cervæ paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur. *aliter,* seseli.

Sesqui, *sesquiplex,* ἡμιόλιος. Orat. 188. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit, partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesqui pæon.

Sesquialter, a, um, *sesquiplex,* ἡμιόλιος. De Univ. 21. Deinde detraxit tertiam, quæ secundæ sesquialtera, &c. *Ibid.* Sesquialteris intervallis, et sesquitertiis et sesquioctavis sumptis ex his, &c.

Sesquimodius, dii, *modius cum dimidio,* ἡμιόλιος μέδιμνος. Ver. 3. 215.

Sesquioctavus, a, um, ἐπόγδοος. De Univ. 21. *Lege,* Sesquitertius.

Sesquiplex, *sesquialter,* ἡμιόλιος. Orat. 193. Modus aut sesquiplex, aut duplex, aut par.

Sesquitertius, a, um, ἐπίτριτος. De Univ. 21. Ex his colligationibus in primis intervallis, sesquioctavo intervallo, sesquitertia omnia explebat.

Sessio, onis, *situs, genus unum,* ἐφέδρευσις. 1. de Nat. 94. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. 5. de Fin. 35. Quamo-

brem etiam sessiones quædam contra naturam sunt. 1. Off. 129. Status, incessus, sessio, accubatio.

Sessio, *pro sede, aut quovis loco, ubi quis sedere potest*, ἕδρα. 2. de Orat. 20. Porticus, palæstra, et tot locis sessiones. 3. de Fin. 2. Cujus etiam illa sessio fuit, quam videmus.

Sessio, *pro consessu. Lege*, Pomeridianus.

Sessito, as, *insideo*, καθίζομαι. De Clar. 59. Quam deam in Periclis labris sessitavisse ferunt.

Sessus, *sessio, vel ordo sedentium*, κάθισις. 10. Fam. 32. Herennium Gallum in XIV. sessum deduxit. *Pollionis.*

Sestertium, et Sestertius, tii, *στατήριος, cujus hæc est nota*, H-S. Ver. 2. 50. Numerantur illa H-S. ducenta quinquaginta Syracusis. 11. Att. 15. Minutius XII. sola curavit, *id est*, H-S. 1. Fa. 9. Ea pars est ad XXX. sestertia. *Ibid.* 61. Nicenses ei grandem pecuniam debent ad sestertium octogies. 12. in A. 12. Antonius sestertium septies millies pecuniæ publicæ avertit. I. P. 86. Sestertium centies et octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæstu reliquisti. Pro Flac. 30. Nos hic in mare superum et in inferum sestertium ter et quadragies rogabamus. 5. Fam. 20. H-S. centum millia. *Ibid.* H-S. centum. *bis. Ibid.* Si mihi expensa ista H-S. centum tulisses tamen, &c. Ver. 1. 146. Sestertium millies. Div. 30. Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegit. Pro Clu. 179. Ipse armarii fundum exsecuit, et sestertiorum et auri quinque pondo abstulit. Pro R. P. 43. Bona alicujus nummo sestertio cuipiam addici. Orat. 156. Sestertium nummum, non nummorum. 3. Off. 93. Cum testamento sestertium millies relinquatur. Parad. 6. Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia, ego centena ex meis.

Sestertius, *dictus est, quasi sesquitertius: valet enim duobus assibus æris et semisse, idest solidis Venetis*, 5. *Idem autem erat quod nummus, etiamsi utrunque nonnunquam conjungatur. Additur etiam sæpenumero verbum* Mille, *aut adverbium alicujus numeri, hac formula:* Mille sestertium, *vel* millies sestertium, *et tunc* sestertium *pluralis genitivus est, pro* sestertiorum. *Ubi vero adverbium adjunctum sestertio est, intelligendum est* centum: *ut* decies sestertium: *id est decies centena millia.*

Mille { *sestertium, sestertium nummum, nummum,* } *idem sunt: id est XXV. Philippei, seu Libellæ Venetæ* 250.

Seta, tæ, χαῖτα. 2. de Orat. 220. Natura equo et leoni setas, caudam et aures ad motus animorum declarandos dedit. 5. Tuscul. 62. Gladium e lacunari seta equina appensum demitti jussit.

Setinus, ager. 2. cont. Rull. 65.

Seu, *sive*, ἤτοι. Pro Qu. 80. O fortunatum hominem, qui hujuscemodi nuncios, seu potius pegasos habet! *Ibid.* 31. et pro Cæcin. 69. Seu recte, seu perperam facere cœperunt.

Severe, *austere, Stoice*, σεμνῶς. Pro Qu. R. 44. Severissime exacta ætas. 1. Off. 134. et Pro Muræn. 42. Severe dicere. Ver. 1. 17. Lites severe æstimare.

Severitas, tis, *gravitas, tristitia, duritas*, σεμνότης. ✕. *comitas, humanitas.* 12. Fa. 27. Ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. Pro Muræn. 66. Si illius comitatem et facilitatem tuæ gravitati severitatique asperseris, &c. 2. de Orat. 236. Risus tristitiam ac severitatem mitigat et relaxat. *Ibid.* 72. Judex tum ad severitatem, tum ad remissionem animi est contorquendus. Pro Sul. 92. Sic vos severitatem judiciorum, quæ per hosce menses in homines audacissimos facta est, misericordia mitigate. 1. Qu. Fr. 1. 17. Severitatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare. De Aru. 27. Prisca illa severitas sacrificii. I. P. 9. Severitas censoria, magistra pudoris et modestiæ. De Cl. 322. Animum a severitate paullisper ad hilaritatem risumque traducere. Orat. 53. Duritas et severitas, et quasi mœstitia oratoris. *Ibid.* 174. Oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate. 1. Qu. Fr. 1. 16. Summa in jure dicendo severitas. 4. C. 13. Severitas animadversionis. 4. Acad. 139. Ipsa severitas et gravis et recta ratio mihi obversatur. 1. de Fin. 24. Adhibere severitatem in aliquo. De Cl. 97. Homo ipsa tristitia et severitate popularis. 1. Att. 13. Xenocrates et Metellus Numidicus severitate clari. *Ibid.* Severitas consulatus mei. *Ibid.* Senatum ad pristinam severitatem revocavi. De Cla. 148. Crassus in summa comitate habebat etiam severitatis satis. 1. Off. 88. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur Reip. causa severitas. De Senect. 65. Severitatem in senectute probo, et eam, sicut alia, modicam: acerbitatem nullo modo.

ADJUNCTA. *Acerba, æquabilis, censoria, gratissima, non invidiosa, et popularis, incredibilis, pristina, jucunda, patria, modica, periculosa, prisca, salutaris, singularis, summa, vetus.*

SYNTAXIS. *Comitatem et facilitatem aspergere severitati. Severitatem mitigare et relaxare. Ad severitatem contorquere judicem. Severitatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare. Severitas Censoria, magistra pudoris et modestiæ. Animos a severitate ad hilaritatem risumque traducere. Severitas judiciorum, orationis, sacrificii, animadversionis. Severitas in jure dicendo. Adhibere severitatem in re aliqua. Severitate clarus. Revocare senatum ad pristinam severitatem. Habere severitatis satis.*

Severus, a, um, *gravis, tristis, austerus,*

acerbus, vehemens, asper, durus, ac pæne agrestis, ἀμάλθακτος.)(. *dissolutus, indulgens.* 3. Off. 112. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus et severus in filium. Pro Cl. 56. Judex severus in facinorosos. 4. Tusc. 42. Imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. De Cl. 117. Tubero vita severus, et congruens cum Stoica disciplina. 2. de Orat. 289. Severus et tristis vultus. *Ibid.* 228. Omnium gravissimum et severissimum esse. Ver. 4. 133. Postea judicia severa Romæ fieri desierunt. De Clar. 325. Sententiæ non tam graves et severæ, quam concinnæ et venustæ. Pro Pomp. 38. Non potest esse severus in judicando, qui alios in se severos esse judices non vult.

Syntaxis. *Acerbus ac severus in aliquem. Vita severus. Severus ac tristis vultus. Gravis ac severus.*

Sevoco, as, *separo, abduco, aufero,* ἀποκαλέω. 3. de Nat. 21. Difficile est mentem ab oculis sevocare. 1. Tusc. 72. Qui se a corporibus sevocassent. *Ibid.* 75. Sevocare animum ab omni negotio. 1. de D. 63. Cum est somno sevocatus animus a societate corporis. Orat. 66. Ab his hæc eloquentia sevocanda est. Pro Qu. 13. Nævius de communi quidquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat.

Sexagena millia, ἑξήκοντα μυρία. Ver. 5. 52. Verum etiam quo plus darent quam poterant, hæc sexagena millia modium addidisti.

Sexagesimus, a, um, ἑξηκοστός. 5. Att. 13. Sexagesimo et quinto die post pugnam Bovillam.

Sexagies, ἑξηκοντάκις. 2. in A. 45. Sexagies sestertium. Pro S. R. 6. Bona quæ sunt sexagies. *Lege,* Centies.

Sex et quinquaginta, ἓξ καὶ πεντήκοντα. Pro S. R. 19. Sex et quinquaginta millia passuum.

Sexaginta, ἑξήκοντα. 2. de Leg. 61. 13. Att. Sexaginta duobus.

Sexennium, nii, ἑξετής. 5. in A. 7. 1. de D. 100. 6. Att. 1.

Sexcenteni, ἑξακόσιοι. Ver. 5. 61. Verres certo precio sexcentenos nummos nautarum missioni constituit.

Sexcenti, ἑξακόσιοι. Ver. 2. 119. Cn. Sextium mille modium, sexcentos præterea alios, &c. 6. Att. 4. Belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia. 2. de D. 34. Sexcenta licet ejusmodi proferre. 2. Att. 19. Et sexcenta sunt. *Ibid.* 17. Ad annos sexcentos. 7. 2. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi. Par. 6. Capit ille ex suis prædiis sexcenta H-S., ego centena ex meis.

Sexcenties, ἑξακοσιάκις. 4. Att. 15. Contempsimus sexcenties H-S. Frag. ep. In singulas tegulas impositis sexcentis sexcenties confici posse.

Sexceni. Ver. 5. 61. Sexcenos nummos constituere.

Sexdecim, ἑκκαίδεκα. Pro Clu. 87. Sexdecim judices.

Sexprimi, *ut Quinqueprimi, et Decemprimi,* ἑξαπρῶτοι. 3. de N. 74. Id quoque L. Alenius fecit, cum chirographum sexprimorum imitatus est.

Sextans, tis, *sextula, id est, duæ unciæ,* ἑκτημόριον. 13. Familiar. 29.

Sextarius, rii, *mensuræ nomen, continetque minas duas, seu cyathos duodecim,* ξέστης. 2. Off. 56. Si emere aquæ sextarium mina cogerentur, &c.

Sextilis, lis, *Augustus mensis,* αὔγουστος. *Lege,* Quintilis. 10. Fa. 26. Si in Sextilem comitia, &c.

Sextius, a, um. Pro Qu. 25. Tabula Sextia.

Sextula, læ, *sextans,* τὸ τῆς οὐγκίας ἕκτον μέρος. Pro Cæc. 18. *Lege,* As.

Sextum, ἑξάκις, *ut Sextum consul.* Ver. 1.

Sexus, us, γένος. 1. de Inv. 35. Hominum genus in sexu consideratur, virile, an muliebre sit. Oecon. Quoniam hunc sexum custodiæ et diligentiæ assignaverat *natura:* idcirco timidiorem reddidit, quam virilem. *Ibid.* Calceamenta utrique sexui convenientia.

S I

Si, εἰ. Pro Cæc. 51. Si ad verba rem deflectere velimus. *Ibid.* 52. Sermo hercule familiaris non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. 1. Fam. 7. Si volo is esse quem tu me esse voluisti. Ver. 1. 150. Hac conditione, si quis, &c. 1. de Orat. 76. Sed is, si quis esset, aut si etiam unquam fuisset: aut vero si esse possit, tu esses unus profecto, qui, &c. 8. Att. 6. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Pro Sul. 80. Conceditis, ut nobis libertatem retinere liceat: si minus, dignitatem. *Ibid.* Grave, si appetimus aliquid, si cum cæteri de nobis silent, nos ipsi non taceamus. Pro Cluen. 6. Deinde si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis, si eam ratio convellet, ne repugnetis. *Ibid.* 18. Atque ea si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur. Pro Quint. 78. Et mehercule si nihil diceret, tacito ipso officio me moveret. 2. de Orat. 32. Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non plane artem, at quasi artem quandam effecerit. 3. 14. Alicui si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam referre. Orat. 103. Alicujus rei si non perfectio, at conatus tamen, et adumbratio. 2. de Orat. 68. Si minus ut, &c. at certe, &c. Ver. 1. 152. Hic venit in judicium, si nihil aliud, saltem, ut, &c. 7. Att. 13. Si nihil aliud, hoc tamen profecit, &c. 1. 5. Id te scire volui, si quid forte ea res ad te pertineret. 1. Qu. Fr. 2. Nihil reprehendo nisi iracundiam tuam, et, si forte raro, litterarum missarum indiligentiam. 13. Att. 19. Nitor orationis noster, si modo est aliquis in nobis, &c. 16. 14. Is

male intellexit, si quisquam male intelligit. 2. de Orat. 283. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor. 2. cont. Rul. 48. Et mihi quæso ignoscite, si appello talem virum sæpius. 2. de D. 72. Dicito, si pascuntur aves? *Ibid.* Dicito, si silentium esse videbitur. Pro Quint. 35. Si maxime velim. 1. de Fin. 2. Qui, si hoc maxime placeat, tamen volunt, &c. 7. Fam. 23. Si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. 1. Att. 13. Si unquam tibi visus sum fortis, certe me tunc admiratus esses. 4. 2. Si unquam fuimus, &c. tum profecto. 6. Fam. 13. Si quis est, &c. is ego sum. 15. 4. Si quisquam fuit unquam, &c. ego profecto is sum. Pro Sest. 1. Si quis antea mirabatur, quid esset, quod, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. De Clar. 7. Si fuit tempus ullum, cum, &c. tum profecto fuit, &c. Pro Mil. 9. Si tempus est ullum jure hominis occidendi, quæ multa sunt: certe illud est non modo justum, sed etiam necessarium, cum vis illata defenditur. 9. in A. 2. Quod si cuipiam justus honos habitus est in morte legato, in nullo justior, quam in Ser. Sulpitio reperietur. 13. Fam. 50. Si ullam in amicitia mea spem habes, si, &c. hoc mihi da atque largire, ut, &c. Pro Sull. 64. Si, *pro*, quia, *vel* quoniam. De Ami. 90. Si aliquid, &c. 2. Off. 27. Nostri imperatores ex una hac re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios æquitate et fide defendissent.

Si, cum in argumentatione versatur. 1. de Invent. 65. 2. de Orat. 165. Top. 12. ut, Si peperit, virgo non est: Si oportet sapere, dare operam Philosophiæ convenit. *Lege*, Connexum.

Sibilo, as, *συρίζω*. 2. Att. 19. Populares isti jam etiam modestos homines sibilare docuerunt. 4. ad Her. 43. Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Sibilus, li, *συριγμός*. Pro Qu. R. 30. Erotes comœdus e scena non modo sibilis, sed etiam convitio explodebatur. 8. Fam. 2. Rudentum sibilus. I. P. 65. Da te populo, committe ludis. Sibilum metuis? 2. Att. 18. Fusium clamoribus et sibilis consectantur. De Gloria, *teste Charisio*, lib. 1. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorii sibili.

Sibylla, læ, *σίβυλλα*. 1. de Div. 79. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. *Ibid.* 34. Vaticinans per furorem, ut Sibylla Erythrea.

Sibyllinus, a, um, *σιβύλλειος*. Ver. 4. 108. Additum est ad libros Sibyllinos, in quibus inventum est, Cererem placari oportere. 4. de Div. Furoris divinationes Sibyllinis maxime versibus contineri. 3. C. 9. Ex fatis Sibyllinis, aruspicumque responsis. 2. de Nat. 10. Ex Sibyllinis vaticinationibus. De Ar. 26. Sibyllinus sacerdos.

Sic, *eadem ratione, ita, item, hoc modo, isto modo, perinde, similiter, οὕτω, οὕτως*. 2. D. 120. Sive sic est, sive illo modo. 13. Fam. 69. Apud eum sic fui, tanquam domi meæ. Pro Pl. 21. Hujus præfectura plena est virorum fortissimorum sic, ut nulla tota Italia frequentior dici possit. De Arusp. 7. Atque hoc sic moderetur et cogitet, si, &c. Orat. 125. Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum verbum nisi elegans excidat. *Ibid.* 214. Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobavit filii temeritas. *Ibid.* Et sic frangor sæpe misericordia. 7. Fa. 17. Sic ei te commendavi, ut gravissime potui. 2. in A. 44. Visne igitur te inspiciam a puero? sic opinor. De Senect. 26. Litteras Græcas sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. 10. Fa. 21. Sic fit, ut, &c. 1. de Leg. 47. Illa quæ aliis sic, aliis secus, nec eisdem semper uno modo videntur, ficta esse dicimus.

Syntaxis. *Sic apud illum fui, tanquam. Locutus est Cæsar sic, ut nullus unquam. Visne dicam? Sic opinor. Sic dixit, quasi. Sic ergo fit, ut. Ea quæ aliis sic, aliis secus videntur, &c.*

Sica, cæ, *gladius, κοπίς*. 1. C. 16. Jam tibi extorta est sica ista de manibus. 2. 23. Pueri qui sicas vibrare et venena spargere didicerunt. 3. de Natu. 74. Sicæ, venena, &c. Con. C. Anton. Duas uno tempore conantur in Rempub. sicas distringere.

Sicarius, rii, *gladiator, grassator, ξιφήρης*. Pro S. R. 11. Homines sicarii atque gladiatores. Ver. 1. 9. Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in judicium adduximus. 2. de Fin. 53. Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. Pro Cluen. 147. Quæstio M. Pletorii, et C. Flaminii inter sicarios. Pro S. Ros. 90. Qui inter sicarios et de veneficiis accusabant. 2. in A. 8. Si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. 2. de Orat. 105. De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est.

Adjuncta. *Armatus, facinorosissimus, vetus.*

Sicca, *oppidum*. 16. Att. 6.

Siccine, *pro, sicne, vel an sic, ἆρά γε οὕτως*. 5. de Fin. et *alibi*. Siccine eos censes? &c.

Sicce, *presse, subtiliter, ξηρῶς*. De Opt. 12. Attice dicere. id est, quasi sicce et integre.

Siccitas, tis, *aquæ penuria, vel pluviæ, ξηρότης*. 3. Qu. Fr. 1. Aqua sane belle fluens, præsertim maxima siccitate. Ince. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem.

Gracilitas. 2. contra Rull. 70. Nisi mavultis in Sipontina siccitate collocari. De Sen. 34. Summa in eo est corporis siccitas. 5. Tuscul. 99. Siccitas consequitur continentiam in victu. 2. de Nat. 1. Siccitas orationis. 4. ad Heren. 10. Siccitate arescere.

Sicco, as, *exhaurio, αὐαίνω*. 3. in A. 7. Ille paludes siccare voluit.

Siccus, a, um, *jejunus, sobrius, pressus, ἄνικμος*. 4. Acad. 87. Vinolentorum et furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam siccorum et sanorum. De Opt. 8. Attici oratores sani et sicci. In Bruto 202. Sicca oratio. Incer. Quædam terræ imbribus sicciores fiunt.

Sicilia, liæ, *Insula*. Ver. 2. 5. Cato ille sapiens cellam penariam Reip. Siciliam nominavit. *Ibid.* 2. Omnium nationum exterarum princeps Sicilia, se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata: prima docuit majores nostros, quam præclarum esset exteris gentibus imperare. Sola fuit ea fide benevolentiaque erga populum Romanum, ut civitates ejus insulæ, quæ semel in amicitiam nostram venissent, nunquam postea deficerent: pleræque autem, et maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. *Ibid.* 3. majoribus nostris in Africam ex Sicilia gradus imperii factus est. Ver. 3. 11. Neminem vestrum præterit, judices, omnem utilitatem opportunitatemque provinciæ Siciliæ, quæ ad commoda pop. Rom. adjuncta est, consistere in re frumentaria maxime: in cæteris rebus adjuvamur ex illa provincia, hac vero alimur ac sustinemur, *ubi plura de privilegiis Siciliæ: et passim in aliis actionibus in Verrem.*

Siciliensis, se. 3. de N. 24. Fretum Siciliense. 13. Fa. 38. Quæstura mea Siciliensis. Act. 1. Ver. 24. Ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur.

Siculi. Div. et Ver. 3. Siculi hominum genus nimis acutum et suspiciosum. Ver. 2. 32. Siculi hoc jure sunt, ut, quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus, quod Siculus cum Siculo non ejusdem civitatis, ut de eo prætor judices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, quam legem Siculi Rupiliam vocant, sortiatur. Ver. 3. 38. Siculi habent a Senatu P. Q. R. ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. De Clar. 46. Itaque ait Aristoteles, cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens, et controversa natura, artem et præcepta Siculos, Coracem et Tisiam conscripsisse. Ver. 2. 129. Est consuetudo Siculorum cæterorumque Græcorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, &c. *Ibid.* 131. Siculi ex censu quotannis tributa conferunt.

Sicubi, *si quo in loco*, εἴπουτι. 5. 13. Atque hæc sicubi facta sunt, ut, &c. 1. Tusc. 103. 15. At. 28. Pro Cor. 32.

Sicunde, *si alicunde*. Att. 19. Sicunde potes, erues.

Sicut, Sicuti, *ut, æque ut, item ut, ita ut, similiter atque, tanquam, velut*, καθάπερ. Ad Br. 5. Hac in re scripsi ad eum, ut tuo judicio uteretur, sicut in rebus omnibus. 5. Fa. 8. Si me, sicut soles, amas. 1. 9. Si ab improbis civibus teneri Remp. viderem, sicut et meis temporibus scimus, et nonnullis aliis accidisse accepimus. 5. 8. Me sicut alterum parentem et observat et diligit. 6. 6. Ille me amplectitur sicuti neminem. 1. de Orat. 230. Quamvis scelerati fuissent, sicut fuerunt. 1. Fam. 9. Quamobrem ejus causam defendi in Senatu, sicut mea fides postulabat. 3. 10. Quanquam perspexisses, sicuti perspicies, &c. 4. Acad. 113. Amavi hominem sicut ille me. 6. Fam. 14. Sicut adhuc feci. 3. 12 Sicut tu optas. 2. de Or. 57. Sicut mihi videtur. Parad. 3. Sicut sapiens poeta dixit. 5. Fam. 14. Sin, sicut hic dum eras, etiam doles, &c. 4. Acad. 120. Defendere aliquem sicut caput et famam suam. 2. de Orat. 52. Species alia magis alia formosa est, sicut hæc vis, &c. 1. 238. Quibus quidem in causis omnibus, sicut in illa M. Curii, quæ, &c. fuit inter eos magna dissensio. Orat. 107. Sunt enim omnia sicut adolescentis, non tam re, quam spe laudati. 1. de Orat. 118. Nihil est quod cogat homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. 2. de Invent. 19. Hic locus est sicut aliquod fundamentum constitutionis.

Sicyon, *urbs*. 1. At. 10. 2. Off. 82.

Sicyonius, a, um. 1. de Or. 231. Calcei Sicyonii.

Sida, *urbs*. 3. Fam. 6. et 12. 15.

Sidicinus. 6. At. 1. et 2. in A. 107.

Sidon, *urbs*. 3. At. 12.

Sidonius, Antipater. 3. de Or. 192.

Sidus, eris, *stella, astrum*, ἄστρον. 5. Tusc. 69. Cum sidera viderit innumerabilia cœlo inhærentia cum ipsius mundi motu congruere, certis infixa sedibus, septem alios suos quoque tenere cursus, multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia, &c. 1. de Nat. 3. Sidera quæ infixa cœlo sunt. 2. de Div. 89. Sidera quæ vocantur errantia. De Som. 6. Illi sempiterni ignes, quæ vos sidera stellasque vocatis. 1. de N. 35. Signa sideraque cœlestia. 1. Tusc. 68. Forma cœli undique sideribus ornata. 2. de N. 39. Sidera, quæ ex nobilissima purissimaque ætheris parte gignuntur. *Ibid.* Sidera esse calida et ignea. 2. de Fin. 102. Cum omnium siderum eodem, unde profecta sunt, fiat ad unum tempus reversio. 2. de N. 155. Circuitus Solis et Lunæ, reliquorumque siderum.

Adjuncta. *Sidera calida et ignea, cœlestia, clara* .)(. *obscura, ferventia, radiantia, errantia, natalitia, innumerabilia.*

Sigæum, *promontorium*, σιγεῖον. Pro Arch. 24. Achillis tumulus in Sigæo. 5. Fam. 12.

Sigillatim, *singillatim, singulatim*, καθ᾽ ἕκαστον .)(. *generatim atque universe.* Ver. 5. 142. Quibus sigillatim, sæpe supplex ad pedes jacui. 1. Att. 13. Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. Ver. 4. 76. Sigillatim unicuique denunciabat. 5. Tusculan. 94. Hæque voluptates sigillatim extenuantur.

Sigillatus, a, um, *crustis et emblematis ornatus, signis ornatus*, ἐσφραγισμένος. Ver. 4. 32. Jubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre. *Ibid.* 46. Sigillata simulacra. *Lege*, Puteal.

Sigillum, li, *signum, emblema*, σφραγίς. Ver. 4. 48. Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. *Ibid.* Sigillis avulsis, reliquum argentum reddidit. *Ibid.* 148. Tabulæ in qui-

bus sigilla perscripta erant. 4. Acad. 85. Si in ejusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero, &c. 1. Att. 8. Putealia sigilla duo.

ADJUNCTA. *Egregium, perparvulum, puteale.*

Signatus, a, um, *consignatus, cælatus, σεσημασμένος.* Ver. 5. 62. Argentum factum atque signatum. 1. Tusculan. 61. Memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia. 15. Att. 28. Signata jam epistola Formiani, venerunt. 11. 1. Accepi a te signatum libellum. Orat. 64. Quanquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Signifer, ri, *qui signum, aut vexillum præfert, σημειοφόρος.* 1. de Div. 77. Cum signifer primi hastati signum non posset movere loco. 2. 67. Pro Sull. 34. Cum Torquatus signifer esset juventutis. Ver. 2. 77. Signifer in exercitu. Pro Mur. 50. Pro Mil. 9. Dux et signifer calamitosorum. Pro Plan. 74. Qui causæ nostræ duces et quasi signiferi fuerunt. 2. At. 1. Te signifero ac principe.

Signifer, a, um, *orbis signorum, ζωδιακός.* In Arat.

Zodiacum hunc Græci vocitant, nostrique Latini
Orbem signiferum perhibebunt nomine vero.

2. de Div. 89. Vis quædam est signifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur.

Significantius, *clarius, σημαντικωτέρως.* 3. Fam. 12. Tamen hac mihi affinitate nunciata non majore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem.

Significatio, onis, *sententia, vis, notio, potestas, virtus, σημείωσις.* Part. 108. Cum autem plura significantur scripto propter verbi aut verborum ambiguitatem, ut liceat ei, qui contra dicat, significationem scripti eo trahere, quo expediat aut velit, &c. *Ibid.* 132. Uterque enim hanc significationem, qua utetur, ipse dignam scriptoris prudentia esse defendet. 1. de Inv. 39. Tempus est pars æternitatis cum alicujus annui, menstrui, diurni nocturnive spatii certa significatione. Or. 139. Significatio sæpe erit major quam oratio. 3. de Orat. 200. Præcisio, et plus ad intelligendum quam dixeris significatio. 2. 268. Arguta etiam significatio est, cum, &c.

Indicium, signum, argumentum. 5. Fam. 7. Ad me autem litteras, quas misisti, quanquam exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi scito jucundas fuisse. Pro Cluent. 31. Is cum testamentum mutare cœperit, in ipsa significatione hujus voluntatis est mortuus. 1. Qu. Fr. 1. 33. Theatrum Asiæ ita resonans, ut usque Romam significationes vocesque referantur. Pro Pomp. 7. Qui una die tota Asia, uno nuncio atque una litterarum significatione cives Rom. necandos trucidandosque denotavit. 2. de Orat. 153. Orator, qui quam minimam artificii alicujus, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret. *Ibid.* 182. Pudoris significatio. 14. in Ant. 6. Sed quoniam significatio vestra declarat quid sentiatis, ad litteras veniam. 1. Off. 131. Ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. 4. ad Her. 67. Ita hæc consequenda, quæ conficiunt hujuscemodi significationem. *Ibid.* 23. Exclamatio conficit significationem doloris. 3. de Or. 218. Gestus sententiam, non demonstratione, sed significatione declarans. 4. ad Her. 68. Significatio est, quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. 2. de Div. 142. Valetudinis significationes. 1. de Nat. 36. Rebus inanimatis per quandam significationem deorum esse tributa nomina. 2. de D. 124. Divina vis consulens nobis, somniorum significationes facit. *Ibid.* 54. Quæ est enim ista a diis profecta significatio, et quasi denunciatio calamitatum? 1. 12. Observata sunt hæc tempore immenso, et significatione eventus animadversa ac notata. *Ibid.* Observatis longo tempore significationibus futura prænunciare. 2. de Orat. 320. Omne principium rei totius, quæ agitur, significationem habere debebit. 1. Off. 46. Aliquis, in quo aliqua significatio virtutis appareat. De Am. 31. Facta significatione probitatis. *Ibid.* 49. Si qua significatio virtutis eluceat.

ADJUNCTA. *Arguta, certa, clara, digna, exigua, magna, major, minima, aut nulla, non dubia, parva, vera.*

SYNTAXIS. *Significatio, et quasi denunciatio mali futuri. Magna significatio fit, non adesse constantiam. Nullam das amoris, nullam peritiæ significationem. Morbi significationes. Conficere significationem. Habere significationem.*

Significo, as, *noto, declaro, indico, ostendo, demonstro, describo, significationem facio, vel conficio, signum do, signum ostendo, documentum do, δηλόω, σημειοῦμαι.* 8. Att. 2. Litteræ breves, sed benevolentiam significantes. 5. Fam. 13. Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror. Pro S. R. 56. Canes publice aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. 1. Off. 137. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius causa, qui objurgatur, esse susceptum. 2. de L. 25. Quod autem lex pietatem adhiberi jubet, significat probitatem gratam esse Deo. 1. 21. Ratio, potestas, mens, numen, &c. sive quod est aliud verbum, quo planius significem quod volo. Qu. de Pet. 32. Primum id, quod facis, ut homines noris, significa, &c. 2. Tuscul. 46. His ego pluribus nominibus unam rem declarari volo: sed utor, ut quam maxime significem, pluribus. 1. Tusc. 88. Carere igitur hoc significat, egere eo, quod habere velis: inest enim velle in carendo. *Ibid.* 52. Præceptum Apollinis hoc significat. 2. Fam. 19. Accepi litteras tuas, &c. quæ quo tempore

te expectarem, mihi non significabant. Qu. de Pet. 19. Significare parem voluntatem erga aliquem. 2. de Inv. 116. Cum scriptum duas pluresve res significat. De Ar. 51. Is hunc unum esse in hac civitate dignum hujus imperii dicit, et significat se illi amicissimum. Ver. 3. 213. Hoc mihi significasse atque annuisse visus est. 1. de Orat. 122. Hic omnes assensi significare inter sese et colloqui cœperunt. *Ibid.* 84. Non quo aperiret sententiam suam, sed tamen hoc significabat, eos, &c. 2. 184. Facilitas significandi. 4. Att. 1. Significare gratulationem alicui plausu maximo. Pro Planc. 76. Hujus in periculo non dolorem meum significarem?

ADVERB. *Apertius, apte, brevi, breviter, ingenue, leviter, planius, plurimum, recte.*

Significor, aris. 1. de Div. 2. Omnes futura significari censent. *Ibid.* Chaldæi stellis notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. De Ar. 26. Periculum ex aliquo monstro significatum cavere. 2. in A. 70. Si dignitas significaretur in nomine, &c. Pro Plan. 52. Nihil est de te detractum, sed aliquid etiam de virtute significatum tua. Pro Flac. 45. Non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclitum. 2. de Orat. 188. Tantus dolor oculis, vultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet. 2. de Fin. 51. Res verbis significantur. 3. de Orat. 46. Verba usitata et proprie demonstrantia ea, quæ declarari ac significari volemus. De Clar. 289. Cum surgit is, qui dicturus est, significatur a corona silentium. Pro Cæc. 88. Videtis igitur hoc uno verbo significari res duas.

SYNTAXIS. *Litteræ benevolentiam significantes. Hoc tibi non significo modo, sed etiam declaro. Ut quam maxime significem. Præceptum hoc significat, esse &c. Significare voluntatem suam erga aliquem. Significare inter se et colloqui. Periculum ex re aliqua significari. Quod lex jubet, &c. significat probitatem esse gratam Deo. Dignitas in nomine non significatur. Significatum est multum de tua virtute. Significatum a corona silentium.*

Signo, as, *designo, consigno, imprimo, στίζω.* De Fa. 43. Visum objectum imprimit, et quasi signat in animo suam speciem. In Arat. Signaque signavit cœlestia, &c.

Signor, aris. 4. Acad. 71. Aliquid signari in animis nostris. 3. de L. 6. Æs, argentum, aurumve publice signanto. 13. Fam. 29. Cum signaretur argentum Apolloniæ.

SYNTAXIS. *Objectum visum imprimit ac signat in animo suam speciem. Signare argentum.*

Signum, gni, *nota, indicium, documentum, vestigium, monumentum, significatio, insigne, ἐπίσημον.* 1. de Inv. 48. Signum est, quod sub sensum aliquem cadit. 4. Acad. 34. Proprium in communi signo notari non potest. 6. Fam. 6. Habeo alia signa, quæ observem. *Ibid.* Notare signa ad divinandum. 3. Qu. Fr. 3. Occupationum mearum signum tibi sit librarii manus. 8. Att. 21. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus, et eadem causa brevitatis. 1. de Div. 124. Potest accidere, ut aliquod signum dubie datum pro certo sit acceptum. 2. 56. Hoc igitur per gallinas Juppiter tantæ civitati signum dabat? *Ibid.* 57. Callisthenes dixit deos gallis signum dedisse cantandi. 3. in A. 34. Signum dare populo Romano, vos non deesse reipub. 5. *Ibid.* 38. Is maximum signum illo die dedit voluntatis suæ, cum &c. 5. Att. 14. Hoc magni amoris signum. 3. de Fin. 9. Puerum dare signa pudoris et ingenii. Ver. 1. 71. Satis signi dedit, se tacere non posse. Pro Clu. 109. Perinde quasi non satis signi esse debuérit, &c. 2. de Orat. 190. Signa doloris vultu ostendere. *Ibid.* 174. Signa et notas ostenderem locorum. De Ar. 24. Hæc nobis et scelerum indicia ostendit, et periculorum signa patefecit. Pro Sest. 49. Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum. Pro Cæc. 104. Homo in utraque fortuna cognitus multis signis virtutis et humanitatis. 14. Att. 2. Bona signa consentientis multitudinis. *Ibid.* 5. Illa signa non bona, &c. *Ibid.* Signa bella. Pro Cæl. 12. Habuit ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Pro Mar. 2. Ergo his ad bene de omni repub. sperandum quasi signum aliquod sustulisti. I. P. 34. Mei capitis servandi causa Romam uno tempore quasi signo dato Italia tota convenit. De Ar. 22. Vis innumerabilis servorum in scenam signo dato irrupit. Ver. 4. 96. Signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur. 5. in A. 25. Pro Flacc. 5. Ille furens infesta jam patriæ signa inferebat. Pro Font. 34. Infestis signis inferri in hostem. De Ami. Habere quasi signa quædam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, indicarent. 1. Att. 1. Signa sunt ad Caietam exposita. De Clar. 218. Magna hæc immemoris ingenii signa. 2. de Div. 145. Medici signa quædam habent ex venis, et ex spiritu ægroti, multisque ex aliis futura præsentiunt. 5. in A. 26. Legationis ultro missæ nomen signum esse timoris videbatur. 1. de Div. 106. et 121. Mittere signum. Pro Mur. 36. Tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commoventur, sæpe improviso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua causa concitantur. Ver. 2. 115. Signum, nota, vestigium. *Ibid.* 113. Signum, indicium, trophæum. 1. de Div. 77. Signum objicere. 9. Att. 8. Signa benevolentiæ permulta a bonis impartiuntur.

Sigillum. 2. Att. 20. Neque utar meo chirographo, neque signo. 3. C. 10. Tum ostendi tabulas Lentulo et quæsivi, cognosceretne signum? annuit: est vero, inquam, notum signum, imago avi tui. *Ibid.* 6. Litteræ omnes integris signis prætoribus traduntur. Ad Br. ep. pr. in 4. Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. Ver. 1. 117. Tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis, quam e lege oporteat. Pro Flac. 37. Signum publicum. 6. 140. Litteræ

obsignatæ publico signo. *Ibid.* 58. Signum in Creta, quo epistola obsignata erat. 2. Signum et manum meam requirent. 9. 12. Librum tuum habeo sub signo, servoque diligentissime. 1. cont. Rull. 28. Horreum belli sub signo claustrisque positum. Ver. 5. 101. Obsignat signis amicorum.

Vexillum. 2. C. 13. Signa militaria. 16. Att. 8. Aliquem suis signis legiones ducere. 7. Fa. 3. Signa tyrone et collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. I. P. 49. Conferre signa cum hostibus. 5. Att. 15. Collatis signis decernere cum aliquo. 1. de Orat. 210. Tum adjungeremus, de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus. 4. Att. 9. Signa componenda suscipere.

Cœleste sidus. 1. de Div. 121. Si luna defecisset in signo leonis. De Som. 17. Signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis. 1. de Invent. 39. Signorum ortus et obitus definitum quendam ordinem servant.

Simulacrum. Ver. 4. 1. Signum æneum, marmoreum, eburneum. 1. de Orat. 161. Signa ac tabulas propalam collocare. 7. Fam. 23. Martis vero signum quo mihi pacis auctori? 1. Off. 147. Signa fabricare.

Adjuncta. *Adulterinum, æneum, marmoreum, eburneum, amplum et excelsum, pervetus, maximum, parvum, perantiquum, perparvulum, profanum, publicum, pulchrum, pulcherrimum, pulcherrimum et maximum, sacrum et religiosum, antiquissimum, bellum, bonum, brumale, certum, faustum, perpetuum, clarumque, improvisum, certius, certissimum, clarum, non expressum sed adumbratum, commune, consequens, grave, magnum atque justum, infestum, integrum, magnum atque illustre, melius, militare, obscurum, sacrum, optimum et pulcherrimum, pulcherrimum atque antiquissimum, pulchrius, rigidius, par, proprium.*

Syntaxis. *Signa habere, observare, notare. Occupationum mearum signum tibi sit librarii manus. Signum dare, impertiri, accipere, objicere, ostendere. Satis signi esse. Periculorum signa patefacere. Homo cognitus multis signis virtutis. Habere non adumbrata, sed expressa signa virtutum. Tollere signum ad bene sperandum. Signum buccina dare. Signa infesta patriæ inferre. Signa exponere. Signum mittere. Tempestates certo aliquo signo commotæ. Cognoscere signum. Litteras tradere integris signis. Signum apponere in epistola. Obsignare litteras publico signo. Habere aliquid sub signo,* tener sotto sigillo. *Sub signo claustrisque ponere. Suis signis legiones ducere. Conferre signa cum hostibus. Collatis signis decernere cum aliquo. Signorum ortus et obitus. Signa et tabulas propalam collocare. Signa componere. Signa fabricare.*

Silentium, tii, *taciturnitas, reticentia, σιγὴ, σιωπή.* 1. de Orat. 160. Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. 3. 141. Ipse conticuit et cæteris silentium fuit. I. P. 32. Silentium perpetuum judiciorum. 2. de Orat. 64. In eodem silentio multa alia oratorum officia jacuerunt. 2. Qu. Fr. 1. Lupus egit eam causam, et auditus est magno silentio. 1. de Div. 59. Tu tamen silentium fieri jussisti. 4. ad Her. 61. Facere silentium. 2. Tusc. 46. Cum eos videris excipientes gravissimas plagas, et ferentes silentio. 2. de Orat. 7. Laudem aliquam jam prope senescentem ab oblivione hominum atque a silentio vindicare. Par. 82. Silentio præterire aliquid. Pro Sull. 62. Anne hoc quidem mihi videtur silentio prætereundum? 2. Att. 19. Silentio transire aliquid. 13. in A. 13. Silentio prætermittere aliquid. 2. de Div. 71. Id enim silentium dicimus in auspiciis quod omni vitio caret. 5. Att. 16. De Partho silentium est. De Clar. 88. Et nulla fere pars orationis silentio præteriretur. *id est, sine clamore tractaretur.*

Adjunct. *Æternum, diuturnum, magnum, præsens, mirum, perpetuum, summum.*

Syntaxis. *Omnibus silentium fuit. Judiciorum silentium. Magno silentio auditus. Fieri jussit silentium Cæsar. Plagas ferre silentio. Laudem alicujus a silentio vindicare, atque oblivione. Silentio præterire, transire, prætermittere. De Partho silentium est.*

Silenus, ni. 1. Tusc. 114. Fertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, &c.

Sileo, es, *taceo, reticeo, silentium facio, obmutesco, silentio prætereo, silentio utor, tacitus prætereo, silentio prætermitto, tacitum aliquid prætereo, σιγάω.* Pro Sulla. 80. Si, cum cæteri de nobis silent, non etiam nos ipsi taceamus, grave. Postquam in Sen. 3. Nunquam de me siluistis. De Clar. 26. et 2. de Div. 65. Silere de aliqua re. 1. Acad. 2. Silent enim diutius Musæ Varronis, quam solebant. Pro Flac. 54. Siluerunt principes. 3. de Leg. 39. Ambitus nunc silet. Part. 82. 2. Att. 18. Tum hæc silebis. Pro Mil. 10. Silent leges inter arma. De Cl. 266. Sileamus, inquam, Brute. *Ibid.* 157. Silere de Rep.

Sileor, eris. Pro Flac. 6. Ea res siletur, vox de quæstura nulla missa est, muta est hujus temporis accusatio, præturæ jurisdictio non attingitur.

Siletur. Div. 32. et de Clar. 157. Silebitur de maximis illius factis.

Silex, icis, *lapis durus, e quo excuti ignis solet, vivum vulgus vocat, λίθος.* 3. de Nat. 1. Ergo illud in silice tanquam vestigium ungulæ Castoris creditis esse? 8. Fa. 5. Adhærere in silice. 3. Tusc. 12. Non enim e silice nati sumus, 2. de Div. 85. Cum juberetur certo in loco silicem cædere, perterritus visis, id agere cœpit.

Silus, *qui nasum bene extantem et repandum habet, γρυπός .)(. Simus.* 2. de Nat. 81. Sili, Flacci, Capitones, Frontones.

Simia, æ, *πίθηκος.* 1. de Nat. 98.

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

Ex Ennio. 2. de Div. 69.

Simulolus, i, σιδωνλον. 7. Fa. 2. Hic Simulolus, animi causa, me, in quem inveheretur, delegerat.

Similis, le, *consimilis, parilis, æqualis, par, geminus, ejusdem modi, germanus, cui similitudo est cum aliquo, qui similitudinem gerit speciemque alicujus, qui ad aliquid habet similitudinem, exprimens aliquem,* ὅμοιος)(. *Dissimilis, dispar, diversus.* 2. de Nat. 149. Itaque plectri similem linguam dixere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad nervos resonant in cantibus. 9. Att. 19. Nihil malo, quam et me mei similem esse, et illos sui. 1. Tuscul. 34. Phidias sui similem formam inclusit in clypeo. 2. de N. 153. Vita beata, par ac similis deorum. Pro Cæc. 102. Nemo existet nisi tui, Sexte, similis et stultitia, et impudentia, qui dicat, &c. De Clar. 51. Rhodii Atticorum similiores. 3. de Fin. 51. Ut paupertatem, ignominiam, similia horum. *Ibid.* Ut gloriæ, divitiarum, similium rerum. 13. Att. 21. Carneades προβολὴν pugilis, et retentionem aurigæ similem facit. Pro Q. R. 55. Simillima et maxime gemina societas hæreditatis est. 12. Fam. 10. Idque eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Ver. 5. 30. Filius similis patri. 1. Tusc. 81. Africani fratris nepos facie vel patris, vita omnium perditorum similis. 2. de Div. 58. Decoloratio quædam similis sanguini. Pro Lig. 11. Hæc sunt prodigiis similia. 2. de Div. 65. Quid simile habet passer annis? Pro S. R. 34. Estne hoc illi non simillimum? Orat. 82. Aut simile est illi, unde transferas. Ad Br. 9. Id amisisti, cui simile in terris nihil fuit. 9. Fam. 21. Quid enim simile habet epistola, aut judicio, aut concioni? 4. ad Her. 63. Ibant in prælium corpore tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similes. 1. Off. 55. Viri boni moribus similes. Pro Cl. 46. Homines cum forma, tum moribus similes inter se. 2. de Orat. 94. Multi naturis differunt, voluntate autem similes sunt inter sese. 4. Acad. 118. Democritus huic in hoc similis, uberior in cæteris. Ver. 3. 193. Doceas oportet, aliquid ab isto simile, in æstimatione, atque a cæteris, esse factum. 2. Att. 3. Hoc simile atque ire in Solonium. 5. de Fin. 40. Ita similis erit finis boni atque antea fuerat. 1. Fam. 7. Simillimamque in re dissimili tui temporis et nostri quondam fuisse rationem. 4. de Fin. 76. Ecce aliud simile dissimile. 3. 46. Utunturque simili. *Ibid.* 54. Ab his hoc simile ponitur, &c. 2. de Div. 133. Similes sunt dii, si ea nobis objiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus, tanquam si Pœni in Senatu nostro sine interprete loquerentur. 1. de Orat. 182. Simili in genere, inferiore ordine. 14. Fam. 7. Et me aliquando cum similibus nostri remp. defensurum. *Ibid.* 14. Vestri similes feminæ sintne Romæ. 4. Acad. 118. Particulæ similes inter se. 9. Att. 11. Festive enim simillimus decurro, atque eugæ ... meas commentari non desino. Orat. 32. Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet. Pro S. R. 118. Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. 1. Off. 121. Superioris Africani filius non tam potuit patri similis esse, quam ille fuerat sui. De Senect. 17. Similesque sunt, ut si qui dicant, &c. De Ami. 50. Nihil est appetentius similium sui, quam natura, &c. 1. de L. 29. Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos sumus. Hortens. Simili nos affectos esse supplicio, atque eos.

Syntaxis. *Sui similem formam includere in clypeo. Par ac similis. Vita beata par ac similis deorum. Similia horum, et alia ejusdem modi. Similis et geminus. Decoloratio similis sanguini. Quid simile habet homo serpentis? et serpenti. Estne hoc illi non simillimum? Ille est impetu similis leonis. Voluntate inter se similes. Tu, tuique similes. Nihil est unum uni tam simile, &c. Similes sunt, ut si qui dicant, &c. Similis, atque ille.*

Similiter, *simili ratione, item, æque, pariter, simili modo, eodem modo, uno et eodem modo, sic,* ὁμοίως. 3. de Orat. 204. Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. 4. Tusc. 25. Similiter cæteri morbi. 4. Acad. 14. Similiter vos. Pro Pomp. 21. Ita reputo, a nemine istorum L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. 2. de Orat. 70. Similiter arbitror in hac arte, &c. 3. 81. et 1. 162. Similiter nunc petes a Crasso, ut, &c. De Fat. 25. Similiter ad motus animorum, &c. 1. Off. 87. Qui similiter faciunt, ut si, &c. 4. Tusc. 40. Similiter facis ut si quis, &c. 2. de Fin. 21. Idque si ita dicit, &c. dicit absurde: similiter et si dicat, &c. 1. 9. Nec eum similiter, atque ego eram, commotum esse vidi. 1. contra Rullum. 13. Hic excipit Pompeium, simillime ut mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, excipitur Glaucippus. 2. Tusc. 54. Ut enim corpus, &c. simillime animus, &c. 4. Acad. 72. Similiter a nobis commemorari de antiquis Philosophis atque seditiosi solerent, &c. 3. de N. 8. Tu autem qui id quæris, similiter facis ac si me roges, cur, &c. De Cl. 233. Omnia fere ut similiter et uno modo dicerentur.

Similitudo, inis, *Orationis figura, collatio, simile, imago, comparatio,* ὁμοιότης. 4. Her. 60.

Locus argumenti. 2. de Orat. 168. Top. 44. *vide ibi multa præclara.*

Exemplar, forma, species. 1. de Inv. 76. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. 2. de Div. 55. Nonnunquam etiam errorem creat similitudo. 2. de Orat. 265. Similitudo quæ aut collationem habet, aut imaginem. *Ibid.* 212. Sed est quædam in his generibus difficilis ad distinguendum similitudo. De Cl. 63. Et quodammodo est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo. *Ibid.* 150. Est quædam vobis cum illis similitudo. 5. de Fin. 69. Gloria habet formam

honestatis et similitudinem. 13. in A. 28. Omnes habent maximam similitudinem inter se. 1. Tusc. 80. Ea sunt autem, quæcunque sunt, quæ similitudinem faciunt. 4. ad Her. 62. Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed ad ipsum, ad quod confertur, similitudinem habeat oportet. 1. Tusc. 110. Arripere similitudinem aliquam virorum clarorum. 3. Off. 16. Qui similitudinem quandam gerunt, speciemque sapientum. 2. de Nat. 161. Ut exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ. 1. de Orat. 130. Ut ad hanc similitudinem hujus histrionis, oratoriam laudem dirigamus. Orat. 92. Verbum per similitudinem translatum. 1. de Orat. 254. Quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus. 1. de Div. 30. Quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit. Orat. 9. Nec vero ille artifex cum faceret Jovis formam, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret. Orat. 65. Sophistarum distinguenda est similitudo. *Ibid.* 138. Comparare similitudines. 2. de Inv. 19. Conferre similitudines. *Ibid.* Similitudinum collatio. Pro Cl. 46. Similitudo studiorum ac naturæ multam vim habet ad conjungendas amicitias. 7. in Ant. 6. Nos studiorum honestissimorum societas similitudoque conjunxit. 2. de Orat. 53. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt. *Ibid.* 356. Artis imago quædam et similitudo. 2. de Div. 38. Quanquam tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. De Am. 50. Similitudo illicit atque attrahit ad amicitiam. 1. de Leg. 25. Est igitur homini cum Deo similitudo. De Un. 8. Nullius animantis deus in fingendo mundo similitudinem secutus est. 2. de Nat. 38. Bene igitur Chrysippus, qui similitudines adjungens docet omnia imperfectis esse meliora, ut in equo quam in equulo, &c. 1. de Nat. 28. Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit, Stephanen appellat, &c. 2. de Fin. 45. Quæ mens similitudines transferat. De suis consi. Ut aliqua similitudine adductus maximis minima conferam. Vide 3. de Orat. 153.

Adjuncta. *Difficilis, insignis, levis et imbecillis, dissimillima, mater satietatis, maxima.*

Syntaxis. *Similiter desinere, cadere. Similiter facis, ut si. Similiter atque ego sum. Simillime dico de Pompeio. Similiter et uno modo. Artis imago et similitudo. Difficilis ad distinguendum similitudo. Formam et similitudinem habere alicujus rei. Similitudinem et speciem gerere. Ad similitudinem belli est venatio. Verba per similitudinem translata. A similitudine nomen invenire. In Jovis forma similitudinem ducere ex homine. Similitudo compar. Studiorum societas ac similitudo. Imago et similitudo. Est mihi tecum similitudo.*

Si minus. De Fat. 22. Quod si minus verbis, re cogitur confiteri. *Lege,* Sin.

Simius. 5. Fam. 10. Simius, non semissis homo contra me arma tulit, et eum bello cepi.

Simonides, Chius poeta, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. 2. de Orat. 351.

Simplex, icis, *uniusmodi, apertus, purus:* ἁπλόος, ἁπλοῦς. De Fat. 30. Quædam sunt in rebus simplicia, quædam copulata. 2. de Nat. 29. Solitarium et simplex.)(. *cum alio conjunctum atque connexum.* 2. de Inv. 159. Simplex. Orat. 80. Verba simplicia. 1. Acad. 26. Principes qualitates sunt uniusmodi et simplices: ex iis autem ortæ variæ sunt, et quasi multiformes. Pro Font. 12. Unum est et simplex aurium judicium. Pro Sul. 9. Simplex est officium, atque una bonorum omnium causa. 11. Att. 12. 2. de Inv. 171. Simplex et absoluta necessitudo. 1. Acad. 7. Illud verum et simplex bonum. 1. Off. 130. Quæ sunt recta et simplicia, laudantur. 10. Att. 6. Nihil simplex, nihil sincerum. Pro Cæc. 5. In causa aperta ac simplici. 1. de Orat. 229. Ornatius dicere, quam simplex ratio veritatis ferat. Phil. 111. Disertissimum cognovi avum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo: ille nunquam concionatus est nudus; tuum hominis simplicis pectus nudum vidimus. Pro Planc. 22. Fidelis et simplex. 1. Off. 63. Vir bonus, et simplicis veritatis amicus. Orat. 230. O virum simplicem, qui nos nihil celat. De Ami. 66. Simplicem præterea, et communem, et consentientem amicum eligi par est. 3. Off. 119. Finis bonorum et malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus misceri et temperari non potest. De Senect. 79. Animi natura simplex est, nec habet in se quidquam admistum dispar sui atque dissimile. 4. Acad. 112. Cum viro simplici simpliciter agere. Oecon. 1. Simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat.

Syntaxis. *Solitarium ac simplex. Verba simplicia. Principes qualitates ac simplices. Simplex et absoluta necessitudo. Verum et simplex bonum. Recta et simplicia laudare. Causa aperta ac simplex. Nihil simplex, nihil sincerum. Vir bonus et simplicis veritatis amicus. O virum simplicem!*

Simpliciter, *singulari modo, aperte, sincere,* ἁπλῶς. 1. Acad. 6. Illi enim simpliciter pecudis et hominis idem bonum esse censent. Pro Ar. 32. Qua de causa, pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi. Postquam ad Quir. 24. Mihi in sententia simpliciter referenda fides non deerit. 2. Off. 31. Si est simpliciter breviterque dicendum. 2. de Invent. 11. Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione. 4. Acad. 112. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. 2. de Inv. 102. Simpliciter et ex sua vi aliquid considerare. 8. Fa. 6. Ne parum simpliciter et candide inimicitias posuisse videare. 2. de Orat. 158. Si simpliciter dictum sit. Top. 94. Aut simpliciter, aut comparate. 1. Off.

92. Vivere simpliciter, fideliter, vitaque hominum amice. 3. de Orat. 147. Quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est.

Syntaxis. *Breviter simpliciterque dicere. Aut simpliciter, aut comparate. Simpliciter sine enervatione. Simpliciter vivere, fideliterque. Simpliciter et candide.*

Simplum, ἁπλοῦν. Top. 49. Ut duplum, simplum.

Simpulum, vel Simpullum, li, *vas fictile, liquorem minutatim fundens, quo mulieres potissimum libabant in sacrificiis,* κυλίχνιόν τι ἐστεμμένον. 3. de L. 36. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari. *proverbium.*

Simul, *una, pariter, communiter, cum, in unum,* ἅμα. 2. de Di. 33. Arbores cum luna simul senescentes tempestive cædi. Ver. 4. 69. Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur. 1. de Inv. 27. Simul cum rebus ipsis. 1. Acad. 3. Res quas tecum simul didici. 15. Fa. 4. Quint. frater mecum simul. 16. 9. Simul nobiscum. Pro Dom. 17. Senatus autoritas mecum simul reducta est. 9. Fam. 1. Dummodo simul simus. De Clar. 228. Q. Hortensii ingenium, ut Phidiæ signum, simul aspectum et probatum est. 1. Att. 1. Demonstravi hoc illi, simul et illud ostendi, &c. 5. Fa. 12. Et simul si, &c. 1. Att. 13. Quæris ex me, &c. et simul scire vis, &c. Div. 12. Simul in jure, &c. Ver. 5. 83. Simul quod, &c. Pro Corn. 56. Simul illud nesciebat, &c. 1. Q. Fr. 1. 27. Simul et illud cogita, &c. 4. Aca. 51. Itaque simul ut experrecti sumus, visa illa contemnimus. 4. Tus. 5. Simul ut accepi, &c. *Item,* si omnia simul concesseris. 5. Att. 10. Propter propinquitatem totos dies simul eramus juncti. 12. 25. De voluntate tua ut simul simus, non dubito. 3. de Orat. 10. Et cum Rep. pariter vixisse, et cum ea simul extinctum esse. 2. de Invent. 144. Alexandrum Pheræum uxor sua cum simul cubaret, occidit. 6. Att. 2. Qui scribis te interdum morderi, quod non simul sis. 2. de Orat. 142. Abjicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. De Ar. 1. Simul *pro postquam.*

Syntaxis. *Cum luna simul. Tecum simul venio. Simul nobiscum. Simul aspectus et probatus es. Simul experrecti sumus. Simul ut misi me, &c.*

Simulac, ἐπειδάνπερ. 2. de Orat. 117. Ut simulac posita sit causa, habeant quo se referant. 1. de Nat. 109. 15. Fam. 16. Quod simulac mihi collibitum est, præsto est imago. Ver. 1. 34. Simulac primum ei occasio visa est. Ver. 2. 46. Simulac potestas primum data est. 4. Acad. 51. Simulac se ipsa commovit. De Arusp. 1.

Simulacrum, cri, *imago, forma, spectrum, idolum, effigies, species, exemplar,* ἄγαλμα. Pro Ar. 30. Statuæ et imagines non animorum simulacra sunt, sed corporum. 5. Fam. 12. Atque ibi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. 2. de Inv. 1. Zeuxis Helenæ simulacrum pinxit. Ver. 2. 159. Effigies simulacrumque Mithridatis. Div. 3. Simulacra sanctissima deorum. Pro Dom. 111. Mulieris simulacrum e marmore. *Ibid.* 110. Libertatis simulacrum in domo hac collocabas. 2. de Div. 71. Hæc auspicia, quibus utimur, simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. 10. Famil. 1. Nec omnino simulacrum aliquod aut vestigium civitatis. 1. Off. 46. Simulacra virtutis. 2. de L. Græcia Cupidinum et amorum simulacra in gymnasiis consecravit.

Adjuncta. *Æternum, augustum et sanctum, antiquum, peramplum atque præclarum, sed non ita antiquum, perantiquum, perantiquissimum, religiosum, religiosissimum, summum atque antiquissimum, præditum religione, perfectum, mutum, notum, ignotum, sanctissimum et pulcherrimum, sanctissimum.*

Syntaxis. *Statuæ et imagines sunt simulacra corporum. Effigies simulacrumque. Simulacrum aut vestigium civitatis. Simulacrum pingere. Simulacrum e marmore. Simulacrum collocare. Simulacra in gymnasiis consecrare.*

Simulate, εἰρωνικῶς. 2. de Nat. 168. Sive ex animo id fit, sive simulate. 1. Qu. Fr. 1. 10. Ficte aut simulate loqui.

Simulatio, onis, *species simulationis, species quædam assimulatæ virtutis,* ὑπόκρισις, εἰρωνεία. 2 Off. 43. Qui simulatione et inani ostentatione ficto non modo sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. 3. 60. Ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est. De Am. 94. Simulatio omnium rerum vitiosa est: tollit enim judicium veri, idque adulterat. Qu. de Pet. 2. In paucorum mensium negotio simulatio potest naturam vincere. 2. de Orat. 191. Nihil opus est simulatione et fallaciis. 1. de Nat. 3. In specie fictæ simulationis pietas esse non potest. 1. Fa. 9. Fronte ac vultu, quibus simulatio facillime sustinetur, &c. Postquam ad Quir. 21. Qui per simulationem amicitiæ me prodiderunt. De Cl. 53. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. Pro Pomp. 66. Hostium simulatione contra socios exercitum mittitis. Pro Sul. 54. Gladiatores emptos esse Fausti simulatione. 2. contra Rul. 15. Legis Agrariæ simulatione atque nomine. 3. Off. 98. Ulysses simulatione insaniæ militiam subterfugere voluit. 7. in A. 25. Ne æquitatis simulatione fallamur. 7. Att. 1. Quam non est facilis virtus, quam vero difficilis ejus diuturna simulatio. 1. Qu. Fr. 3. Is me summa simulatione amoris insidiosissime tractavit. 1. Off. 44. Talis simulatio vanitati est conjunctior, quam liberalitati aut honestati. 2. cont. Rul. 16. Simulatio largitionis. Incert. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam quæ latent in simulatione officii.

Adjuncta. *Aperta, apta, bella, et quæ-*

stuosa, conjunctior, difficilis, diuturna, fallax, ficta, insidiosa, inveterata, periculosa, summa, verbosa, vitiosa.

SYNTAXIS. *Simulatio et inanis ostentatio. Simulationem ex omni vita tollere. Simulatio naturam vincit. Nihil est opus simulatione et fallaciis. Fictæ simulationis species. Fronte ac vultu simulationem sustinere. Simulatione amicitiæ prodere aliquem. Simulatione stultitiæ tegere prudentiam. Legis Agrariæ simulatione atque nomine. Æquitatis simulatione falli. Simulatione amoris insidiose tractare aliquem. Insidiæ latentes in simulatione officii.*

Simulator, oris, *adulator, assentator, ὑποκριτής*. Qu. de Pet. 30. Quibus rebus benevolus et simulator dijudicari possint.

Irrisor. 1. Off. 108. De Græcis autem dulcem et facetum festivique sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quem Græci *εἴρωνα* nominaverunt, Socratem accepimus.

ADJUNCTA. *Dulcis, et facetus, studiosus.*

Simul atque, *cum, quum primum, ἐπειδάν*. 1. Att. 17. Alii simul atque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Ver. 2. 17. Qui simul atque venit, statim, &c. 3. Fa. 9. Simul atque adeptus eris. 8. Att. 11. Simul atque aliquid audiero, scribam ad te. 8. in A. 31. Is quotidie simul atque luceret, &c. 2. de Orat. 214. Simul atque positum est.

Simulatus, a, um, *assimulatus, fictus, imitatione simulatus, fucatus, adumbratus, ἐξεικασθείς*.)(. *sincerus, verus.* Postq. in Sen. 12. Cum eum præter simulatam irritamque tristitiam nihil commendaret. 2. Off. 43. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Pro S. R. 112. Cur meis commodis officio simulato officis? Pro Cæc. 14. Fictum officium et simulata sedulitas. 11. in A. 5. Complexus summæ benevolentiæ indices extiterunt in amore simulato. 9. Att. 7. Homeri illa Minerva simulata Mentoris. 2. de Nat 88. Multis partibus sunt illa perfecta, quam hæc simulata solertius. 2. de Orat. 189. In eoque nihil esset nisi falsum et imitatione simulatum.

SYNTAXIS. *Simulatum irritumque. Fictum ac simulatum. Solertius perfectum est hoc, quam illud simulatum.*

Simulo, as, *assimulo, specie simulationis ostento, ὑποκρίνω.* Pro Pomp. 9. Mithridates Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulavit. Pro Cl. 27. Ille se tamen tum proficisci simulavit. 10. Fa. 8. Multa et simulavi invitus, et dissimulavi cum dolore. 1. Off. 108. Solon quo reip. prodesset, furere se simulavit.

ADVERB. *Bene, facile et libenter, perbelle, solertius.*

Simultas, tis, *inimicitia, ἔχθρα.* Pro Clu. 80. Cluentius a matre habebat simultates. Pro Planc. 76. Is simultates, quas mecum habebat, deposuit. Pro Flac. 88. An simultates nescio quas cum libertis suis Flaccus exercet? 8. Fa. 6. Cum quo simultates tibi non fuissent. 14. Att. 3. Gerere simultatem cum aliquo. Pro Pomp. 71. Multas simultates partim obscuras, partim apertas suscepi. 2. Fa. 19. 3. ad Her. 4. et 2. Att. 19. Vetus nostra simultas. 3. Att. 3. Simultatem humanissime deponere. 1. Qu. Fr. 1. 16. Ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus.

ADJUNCTA. *Magna, obscura, aperta, non necessaria, non inutilis, vetus.*

SYNTAXIS. *Ab aliquo simultates habere. Simultates cum aliquo habere, gerere, deponere, exercere, esse alicui cum aliquo. Simultates apertas suscipere,* vel *susceptas habere.*

Simul ut, *simulac.* 4. Tusc. 5. Simul ut velle cœpissent. *Ibid.* 51. et 6. Fam. 18. Simul ut accepi a Seleuco tuo litteras. 10. Att. 4. Simul ut videro Curionem.

Sin, *vel*, Si, *εἰ δέ.* 9. Att. 18. Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar conditione: sin minus, impetrabo aliquid a me ipso. 2. Qu. Fr. 8. Si perficiunt, optime: sin minus, ad nostrum Jovem revertamur. 3. Att. 22. Ego, ut constitui, adero, atque utinam tu quoque eodem die: sin (quid enim multa?) utique postridie. 2. Off. 33. Sin autem id non sit ejusmodi, &c. *id est, si.* 3. Famil. 8. Si erit civitas, &c. si non erit, &c. 12. 2. Si abestis, &c. sin, &c. 15. 14. Si potes, &c. sin plane non potes, &c. Pro S. R. 137. Sin id actum est, ut, &c. tum vero, &c. 1. C. 10. Educ tecum omnes tuos: sin minus, quam plurimos.

Sine, *absque, citra, extra, ἄνευ.* Pro Sest. 74. Omnes certatim de mea salute sine ulla varietate dixerunt. Qui. de Pet. 22. Homo iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, multis septus amicis. Pro Cæl. 78. Homo sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, &c. In Vat. 15. Dicam sine cunctatione quod sentio. 1. de Orat. 235. Hæc enim ars sine controversia magna est. 3. de Nat. 25. Chrysippus homo sine dubio versutus. 1. Off. 72. Sine ullo errore et abjecta omni cunctatione.

Singillatim, *singulatim, καταμόνας.* 1. de Inven. 49. et 98. Singillatim unamquamque rem attingere. *Ibid.* 107. 2. in A. 92. Civitas non singillatim, sed provinciis totis dabatur.

Singularis, re, *maxime rarus, inauditus, incredibilis, ἰδικός* .)(. *vulgaris.* 2. ad Her. 49. Non vulgare, sed singulare maleficium. 4. 13. Singularis pœna. de Inven. 112. Beneficium singulare. 4. C. 5. Primum quod mihi gratias egisti singularibus verbis, &c. 1. de Orat. 17. Antonii incredibilis quædam et prope singularis et divina vis ingenii. 3. 13. Incredibilis et singularis amor in aliquem. 14. At. 16. Singularis et incredibilis virtus. 13. Fam. 54. Singularis et prope incredibilis fides. Postquam in Sen. 5. Singularis et præstantissima virtus P. Lentuli. Pro Pom. 3. Singularis eximiaque virtus Pompeii. Pro Sul. 1. Sed ita tulit casus, ut tum communi ambitionis invidia, tum singulari Antonii odio everteretur. 1. Fam. 9. Communi officio, non aliquo singulari

beneficio. 2. de Div. 97. Qui animo atque ingenio singulares, &c. 10. Famil. 9. Animus singularis, et opera præcipua. 13. 41. Ago tibi gratias singulares. 1. 7. Rutilium et fide et animo singulari. 5. de Fin. 56. Homo singulari nequitia præditus. De Cl. 292. Summus et singularis vir.

Solus. 2. contra Rull. 96. Singularis homo privatus, nisi magna sapientia præditus, vix facile sese continet.

Singulus. 1. Acad. 26. Quintum genus esse dicunt, e quo astra sunt mentesque singulares. *id est singulæ, vel singulorum.*

Proprius, peculiaris. Ver. 3. 206. Sunt quædam in me singularia, quæ in nullum alium convenire possunt.

Unus, unicus. De Un. 10. Singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit.

Singularie, pro Singulariter, *quasi unice, teste Charisio lib.* 2.

Singulariter, *unice, simpliciter, et singulari modo,* ἰνικῶς.)(. *dupliciter et bipartite.* Ver. 2. 117. Quem ego in quæstura mea singulariter dilexissem.

Singulatim, *singillatim,* καθ' ἕκαστον. 1. 72. Quæ singulatim et diu collecta sunt, uno tempore universa perdere. *Ibid.* 50. Singulatim unicuique respondere. *Lege,* Diu, et Singuli.

Singuli, orum, *quisque, unusquisque,* ἕκαστος. 3. de Orat. 209. Refert etiam, qui audiant, frequentes, an pauci, an singuli. Orat. 224. Sæpe singulis utendum est, plerumque binis; non fere ternis amplius. Ver. 5. 132. Non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere. 3. de Orat. 196. Veteres cum circuitum verborum facere non possent, terna, aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant. *Ibid.* Dixi de singulorum laude verborum, dixi de conjunctione eorum, &c. 2. de Inv. 46. Cum ex singulis, tum ex conjunctis argumenta nascuntur. 2. cont. Rull. 4. Itaque me non singulæ voces præconum, sed una voce universus populus consulem declaravit. 4. C. 12. Qui singulas uniuscujusque domos, et hoc universum reipub. domicilium delere conati sunt. 2. de Fin. 42. Singula potius, quam omnia. 2. de Orat. 52. Pont. Max. res omnes singulorum annorum mandabat litteris. Orat. 212. Duo extremi choræi sunt, id est e singulis longis et brevibus. 2. de Nat. 88. Quod efficitur in cœlo singulis diebus et noctibus. *Ibid.* 102. Sol binas in singulis annis reversiones facit. 5. At. 7. Quotidie vel potius in dies singulos breviores litteras ad te mitto. 4. 15. Singulis diebus usque ad Cal. facere aliquid. *id est, quotidie.* Pro Mur. 25. Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. De Cl. 333. Vix singulis ætatibus bini oratores laudabiles constiterunt. 1. de Orat. 8. Vix autem singulis ætatibus singuli oratores tolerabiles inventi sunt. Pro S. R. 89. Etenim in singulis rebus ejusmodi materies est, ut singulos dies posmis consumere. 1. de Nat. 80. E gregibus epheborum vix singuli reperiuntur pulchri. De Cl. 207. Ut causæ singulæ defendantur a pluribus. Postq. in Sen. 19. Vobis singulis et egi, et agam gratias universis. Pro Dom. 44. Hoc ferre civitas potest ut singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur? Postq. ad Quir. 21. Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus. 3. de N. 86. Dii nec agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. 2. de Orat. 5. Cæteræ fere artes seipsæ per se tuentur singulæ. 3. Qu. Fr. 3. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus. 16. Fr. 8. Ego singulos Euripidis versus, singula ejus testimonia puto. 2. de Fin. 19. Illi singulis finibus utuntur. 1. Fa. 7. Difficile est dictu de singulis. 9. At. 18. Cæsar legiones singulas posuit Brundisii, Tarenti, Siponti. 7. 14. Sane commode Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. 2. Qu. Fr. 14. Candidati H-S. cccc. in singulos apud M. Catonem deposuerunt. Ver. 2. 133. Describebat Censores binos in singulas civitates. *Ibid.* 126. Lex est, quæ in annos singulos Jovis sacerdotem sortito capi jubebat. 1. C. 5. Crescit in dies singulos hostium numerus. *id est, quotidie.* 2. cont. Rul. 32. Stipatores ducentos in annos singulos constituit. *Ibid.* 84. Et in eo agro dena descripsit in singulos jugera. 2. de Leg. 29. Plures deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes sint. 2. At. 22. In dies singulos studia hominum in nos augentur. 2. de Nat. 163. Quæ si singula vos forte non movent, universa certe tamen inter se conjuncta atque connexa movere debebunt. *Ibid.* 164. Nec vero universo generi hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consuli et provideri solet. *Ibid.* Dii separatim ab universis singulos diligunt. 6. Att. 3. Scaptius centesimis, renovato in singulos annos fœnore, contentus non fuit. 2. Off. 29. Quæ si populo Ro. acciderunt, quid debent putare singuli? 5. in A. 54. Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placere. De Un. 37. Et singulos adjunxit ad singula.

Syntaxis. *Singulis privatimque data beneficia. Quotidie, vel potius in dies singulos. Bini milites in singulas domos. Militibus in singulos pecuniam polliceri magnum. Renovare aliquid in singulos annos.*

Singultus, us, *gemitus,* λυγμός. Pro Pl. 76. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas et fletum cum singultu videre potuisti.

Sinister, a, um, ἀριστερός. 2. de Divin. 82. Quanquam haud ignoro, quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint: sed certe nostri sinistrum nominaverunt, externi dextrum.

Sinistra, æ, *læva.* 1. de D. 85. Cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum. 6. in A. 12. Aspicite a sinistra, &c.

Sinistra, *adverbium,* ἐξ ἀριστερᾶς. 4. Acad.

125. Supra, infra, dextra, sinistra, ante, post.

Sino, is, *permitto, patior, fero, ἐάω.* 11. in Ant. 32. Pro Planc. 87. Qui Senatum Senatui parere non siverunt. 6. Famil. 1. Nec avertere a miseriis cogitationem sinunt. 1. de Fin. 63. Improbitas nunquam sinit eum respirare. Pro Dom. 92. Tu sororem tuam virginem esse non sivisti. Pro Cæcin. 64. Non dejeci, si non sivi accedere. 1. C. 10. Non feram, non patiar, non sinam. 5. At. 21. Nullos honores mihi nisi verborum decerni sino.

Sinor, eris, *permittor.* Pro Sest. 95. Accusare eum moderate, a quo nefarie accusatur, per Senatus autoritatem non est situs.

Sinope, *urbs Ponti.* Ver. 1. 87. Pro Po. 21.

Sinuessa, *urbs.* 9. Atti. 19.

Sinuessanus, a, um. 12. Fam. 20. Sinuessanum diversoriolum.

Sinus, us, *curvatum littus, κόλπος.* Pro Pomp. 31. Maris omnis sinus atque portus. Ver. 5. 144. Illi qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. 5. 30. Ubi primum ex alto sinus ad urbem inflectitur. 16. Att. 6. Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet.

Gremium, complexus. Ver 5. 146. Cedo mihi ex ipsius sinu litteras. 2. de L. 63. Ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur. 2. Qu. Fr. 12. Cæsar, mihi crede, in sinu est, neque discingor. 2. At. 24. In sinu ac familiaritate adolescentis, *alias,* insinuatus in, *&c.* Pro Cæl. 59. E sinu gremioque patriæ abstrahi. 14. Famil. 4. Iste vero sit in sinu semper et complexu meo. 2. C. 22. Postremum genus est de delectu Catilinæ, imo vero de complexu ejus ac sinu. Ver. 1. 27. Calumniatores de sinu suo apposuit. 5. Tusc. 5. Confugere in sinum alicujus. Ad Br. 7. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo. I. P. 91. Ætolia procul a barbaris disjuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur.

Spira. 2. de Nat. 106. *de dracone.*

Conficiensque sinus e corpore flexos.

Adjuncta. *Flexus, maritimus, medius.*

Syntaxis. *Sinus ex alto ad urbem inflectitur. Conficere sinus. Transmittere sinus. E sinu gremioque abstrahi. Esse in sinu complexuque alterius. Dimittere aliquem e sinu suo. In sinum et complexum suorum venire. E sinu proferre litteras. In sinu et familiaritate. Sinus ac gremium patriæ. De suo sinu calumniatores apponere. In sinum Cæsaris confugere. In sinu pacis posita regio. Flexi sinus draconis. In sinu esse,* id est, esse charissimum.

Siparium, rii, *velum, quo scena obtendebatur, aulæum, παραπέτασμα.* De Prov. 14. Piso cum Græcis jam in exostra helluatur, antea post siparium solebat.

Sipontinus, a, um, *a Siponto oppido.* 2. contra Rull. 70. Nisi mavultis in Sipontina siccitate collocari.

Si quando, *εἴποτε.* 1. de Orat. 152. Si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. 2. de Inv. 58. Si quando hæc incidunt. De Cl. 322. Ex qua si quando opus fuerit, excitet, &c. De Am. 24. Itaque si quando extitit, &c.

Siquid, *εἴτι.* 3. At. 15. Si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi. 1. 9. Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. 11. 6. Si qui alii. 2. 16. Si qui ea de causa venerunt. 15. Fam. 14. Si quæ sunt onera.

Siquidem, *si tamen, si modo, εἴγε, εἴπερ.* De Clar. 39. Videsne, quam sero eloquentia prodierit in lucem: siquidem, &c. 1. Tuscul. 3. Antiquissimum e doctis est genus poetarum, si quidem Homerus fuit ante Romam conditam. 2. C. 7. O fortunatam rempub. siquidem hanc sentinam ejecerit. Pro Flac. 15. O morem præclarum, quem a majoribus accepimus, siquidem teneremus. *Ibid.* 39. O pastores, &c. siquidem, &c. 9. Fa. 12. Gratulor Baiis nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt. 10. 33. Robur et soboles militum interiit, siquidem, quæ nunciantur, vera sunt.

Quoniam. Orat. 8. Siquidem eorum est gemmare vites. 6. Att. 1. Quare non ἀχρεως tua industria, quod vereris, sed præclare ponitur, siquidem id egisti, ut ego delectarer. Parad. 3. Etiamne in minimis rebus? etiam: siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum tenere possumus.

Si quo, *εἴπως.* 8. Att. 2. Eas si quo ille misit, in publico, &c.

Sirenes, num, *marina (ut est in fabulis) monstra.* 5. de Finibus 49. Quæ de Sirenum cantibus Homerus finxerit: neque enim vocum suavitate videntur, aut, &c.

Sis, *Lege,* Sodes. Pro S. R. 48. Age nunc, refer animum, sis, &c.

Sisapo, *oppidum in Hispania.* 2. in A. 48. Tanquam Sisaponem. *proverbium.*

Sisto, is, *exhibeo, παρίστημι.* 3. Att. 25. Fac, ut te ante Cal. Jan. ubicunque erimus, sistas. 10. 17. Te vegetum nobis in Græcia sistas. Ver. 3. 223. Remp. sistere non posse. 3. Off. 45. Vas factus est alter ejus sistendi, ut si ille non revertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. Pro Quint. 29. Venit Romam Quintius, vadimonium sistit.

Sistor, eris. *Ibid.* Ita tamen discedunt, ut Idibus Septembribus P. Quintium sisti Sex. Alphenus promitteret. *Ibid.* 67. Alphenus promittit Nævio sisti Quintium.

Sisyphus, phi, *persona poetica.* 1. Tusc. 10. Sisyphus versat saxum.

Sitella, læ, *cista in qua colligebantur suffragia, γυαλίον.* 1. de Natu. 107. Defero sitellam. Pro C. Cornelio. Dum sitella defertur. *Ibid.* Sitellam ipsam cum ipso intercessore defero.

Sittibæ, arum, *membranulæ, quarum integumento libri a pulveris temporisque injuria diutius integri conservantur, σιττύβαι, ῶν.* 4. Att. 5. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione et sittibis.

Sitiens, tis, *cupiens, διψαλέος.* 5. Tusc. 16. Ego eo gravius ardentiusque sitiens volup-

tutus &c. Pro Planc. 13. Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti. I. P. 61. Ipse cum paucis ad portam sitiens perveni.

Sitienter, *avide*, ἀψαλέως. 4. Tusc. 37. Nec sitienter quid appetens.

Sitio, is, διψάω. 3. Qu. Fr. 1. Ipsi fontes jam sitiunt. Orat. 81. Gemmare vites, sitire agros. 5. in Ant. 20. Etenim aderat L. frater, qui sanguinem nostrum sitiebat. 3. Qu. Frat. 5. Nec honores sitio, nec desidero gloriam.

Syntaxis. *Gloriæ, virtutis sitiens. Sitienter appetere. Honores sitire, desiderare gloriam.*

Sitis, tis, δίψος. 1. de Fin. 37. Cum cibo et potione fames sitisque depulsa est. 1. Tuscu. 10. Siti enectus Tantalus. Parad. 1. Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. De Sen. 26. Litteras Græcas sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. 5. in A. 19. Ipse declamitavit sitim quærens.

Siturus, a, um, ἰέσων. 2. Qu. Fr. 5. Cato concionatus est, comitia habere non siturum.

Situs, a, um, *positus, locatus*, κείμενος. Ver. 4. 106. Qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur. 1. de N. 35. Vim divinam in natura sitam esse. Pro Dom. 15. Spes otii et concordiæ in meo reditu sita videbatur. 5. Tusc. 35. Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? 4. Acad. 37. Assensio, quæ in nostra sita est potestate. Pro Mur. 83. Hujus rei potestas omnis in vobis sita est, judices. 7. Att. 9. Si pugnandum est, quo tempore, in casu; quo consilio, in temporibus situm est. 1. de D. 30. Qui lituus situs est in Curia Saliorum. 1. Off. 4. In officio colendo sita vitæ est honestas omnis. 2. Fam. 5. Vel quod excelso et illustri loco sita laus tua sit. Pro Ar. 1. Huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, opem feramus. 3. de Orat. 62. Hæc enim sita sunt ante oculos. 5. Tusc. 94. Obscœnas voluptates faciles, communes in medio sitas esse. 1. 4. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. 4. Acad. 39. Ubi virtus, si nihil situm est in ipsis nobis? 1. de Fin. 57. Est autem situm in nobis, ut, &c. 2. de D. 86. Eo loco, ubi nunc Fortunæ sita ædes est. De Fat. 40. Si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. 2. de Leg. 57. Hic est ille situs, &c. nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. 2. de L. 56. C. Marii sitas apud Anienem reliquias dissipari jussit Sulla.

Syntaxis. *Vis divina in natura sita. Vita beata in eo sita. Tua in horum potestate sita salus. Potestas in nobis sita. Quid agendum, in tempore situm est. In officio colendo sita vitæ honestas. Laus excelsa et illustri loco sita. Quantum situm est in nobis. Situm ante oculos. Situm in medio. Situm in nobis ipsis.*

Situs, us, *positio, natura*, θέσις. 2. cont. Rull. 40. Urbs et nᵹᵹᵹ et situ et descriptione ædificiorum in primis nobilis. 2. de Div. 136. Oppidorum situs. 1. Tus. 45. Terræ situs, forma, circumscriptio. Ver. 5. 26. Syracusarum hic situs atque hæc natura esse loci cœlique dicitur. 4. Acad. 61. Ejus loci, quem incolebant, situs. Ver. 4. 3. Civitas situ, mœnibus, portuque ornata. *Ibid.* 117. De Syracusis: nam et situ est cum munito, tum præclaro ad aspectum. 2. de N. 153. Figura situsque membrorum. 4. Acad. 122. Situs partium corporis. *Ibid.* 19. Et situs earum rerum, quas intuemur, &c. 2. de Div. 97. Plus terrarum situs, quam lunæ tractus ad nascendum valere. 2. Qu. Fr. 15. Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quem vero ipsum imperatorem habes?

Illuvies, sordes, squalor, ἄζη. 3. Tuscul. 26. Situ nidoris barba pedore horrida.

Syntaxis. *Situ ornatum oppidum. Situs munitus, et ad aspectum præclarus. Terræ situs, forma, et circumscriptio. Figura situsque membrorum.*

Sive, *seu, vel*, εἴτε. Pro Sest. 109. Venio ad comitia sive magistratuum sive legum. 2. de D. 120. Sive sic est, sive illo modo. 8. Att. 3. Nil perturbatius hoc ab urbe discessu, sive potius turpissima fuga. 1. Q. Fr. 2. Sive tua natura paulo acrior, sive quædam dulcedo iracundiæ, sive dicendi sal, &c. 2. de Leg. 1. Nam illo loco libenter uti soleo, sive quid mecum ipse cogito, sive aliquid scribo aut lego.

S M

Smyrna, *urbs*. Pro Flac. 74.

Smyrnæus, a, um. Pro Arch. 19.

S O

Soboles, lis, *propagatio, proles*, γένος, γέννημα. 10. Fam. 33. Robur et soboles militum interiit. 1. Off. 54. Quæ propagatio et soboles origo est rerumpub. 2. in A. 54. Omnes soboles juventutis. 3. de Leg. 7. Censores populi, civitatis soboles, familias, pecuniasque censento. Pro Mar. 24. Propaganda soboles.

Sobrie, νηφαλέως. 1. Off. 106. Parce, continenter, sobrieque vivere.

Sobrini, norum, *qui ex fratribus, vel sororibus, patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis generantur*, ἀνεψιοί. 1. Off. 54. Sequuntur fratrum conjunctiones, post consobrinorum sobrinorumque: qui cum una domo jam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Sobrius, a, um, *siccus*, νηφάλεος. X. *vinolentus, ebriosus*. Orat. 99. Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. Ver. 3. 67. Homines satis sane frugi ac sobrii. Pro Cæl. 74. Sobrius vir. 2. de Orat. 140. Sobrius Orator. 4. Ac. 52. Nec vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii.

Soccus, ci, *Græcorum calceamentum, ut calceus Romanorum: quo tamen etiam Romanæ mulieres utebantur*, πέδιλον. Pro Rab. Post. 27. Consularis homo soccos habuit et palli-

um. 3. de Orat. 125. Pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, &c.

Socer, eri, *uxoris meæ pater*, πενθερός. Pro Sest. 6. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ. 6. Att. 6. Ego dum Appium orno, subito factus sum accusatoris ejus socer.

Socialis, le, ἑταιρικός. Div. 18. Hæc lex socialis est. Ver. 2. 15. Lege judicioque sociali.

Sociatus, a, um, συζευχθείς. De Am. 85. 1. de Leg. 32. Omne genus humanum inter se sociatum est. Pro Flac. 21. Quid, si testium studium cum accusatore sociatum est? De Som. 4. Cœtus hominum jure sociati.

Societas, tis, *consociatio, conjunctio, communio, communitas, commercium, comitatus*, κοινωνία, ἑταιρεία. 1. Off. 17. Ut societas hominum conjunctioque servetur. *Ib.* 26. Sancta societas. 4. de Finibus 4. Nati sumus ad societatem communitatemque generis humani. 1. Off. 20. Ratio, qua societas hominum inter ipsos, et vitæ quasi communitas continetur. *Ibid.* 22. Defendere hominum inter homines societatem. Pro Dom. 28. Dirimere societatem. De Cl. 2. Vir egregius, conjunctissimus mecum consiliorum omnium societate. 1. Off. 57. Societas quæ cum repub. est unicuique nostrum. 2. de Nat. 123. Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi cibi. 1. de Orat. 44. Missos facio Mathematicos, Musicos, &c. quorum artibus ista vestra dicendi vis ne minima quidem societate conjungitur. Pro Quint. 12. Facere societatem omnium rerum cum aliquo. Ver. 3. 134. Sancta religio societatis. Pro Rab. 22. Coire societatem periculi cum aliquo, vel salutis, vel laboris. 5. Famil. 19. Pro S. R. 96. Nullam societatem neque sceleris, neque præmii cum ullo coivi. De Ar. 42. Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit. 1. C. 33. Latrones scelerum fœdere inter se, ac nefaria societate conjuncti. 13. in A. 36. Inire societatem omnium rerum cum aliquo. Pro Quint. 15. Nec societas tibi quicquam debet, nec privatim, &c. Quintius debuit. Pro Mur. 69. Quid si omnes societates venerunt? Pro Plan. 32. P. Crassus maximarum societatum autor, plurimarum magister. Pro Sest. 32. Societas vectigalium. Pro Dom. 142. Omnes societates, omnes ordines. 2. in A. 89. Nulla societas optimis civibus cum importunissimo hoste fœdere ullo confirmari potest. 1. Off. 53. Gradus societatis hominum. 3. 69. Societas, quæ latissime patet. *Ibid.* Societas interior, vel propior eorum, qui ejusdem generis sunt. *Ibid.* 53. Societas inter homines conjuncta. Pro Sex. R. 87. Pro Quint. 79. Coire societatem cum aliquo. 1. Off. 22. Devincire hominum inter homines societatem. De Fat. 3. Cum hoc genere philosophiæ, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. 2. in A. 24. Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæsare societatem nunquam coisses. De Am. 85. Quæ si quos inter societas est, aut fuit. 1. de Leg. 23. Prima homini cum Deo rationis societas. *Ibid.* 28. Hominum societas inter ipsos et conjunctio. 3. 1. Difficillima illa societas gravitatis cum humanitate. 2. de Fin. 45. Se implicet primum civium, deinde omnium mortalium societate. *Alii*, Societati, *legunt*. De Am. 20. Ex societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, ut &c. Pro Quint. 13. Magna fide societatem gerere. 5. Fam. 2. Societatem labefactare. 12. *Ibid.* 28. Quod societatem reipublicæ conservandæ tibi mecum a patre acceptam renovas, gratum est. 10. *Ibid.* 6. Sejungere se ab impiorum civium societate. Oecon. 1. Ut non solum jucundissima, verum etiam utilissima vitæ societas iniretur. *Ibid.* Ut ex hac eadem societate mortalibus adjutoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur. Acad. In quorum *pecorum* societatem et hominem et sapientem trudere nefas esse. *Vide* 5. de Finibus 65. et 66.

ADJUNCTA. *Captiosa atque indigna, simillima et maxime gemina, honestissima et maxima; humana, naturalis, sancta, communis, grata et chara, conjunctior, indigna, divina, firma, firmissima, gravissima et difficilis, hæreditaria, interior, et propior, præstans et firma, jucundissima, magna, maxima, minima, mirifica, nefaria, pecuniaria, polita, urbana et elegans, perpetua, summa, voluntaria.*

SYNTAXIS. *Societatem servare, conciliare, gerere, renovare. Natum esse ad societatem. Societas hominum inter ipsos ratione continetur. Defendere hominum inter homines societatem. Dirimere, labefactare societatem. Conjungi alicui consiliorum societate. Societatem inire cum aliquo. Facere societatem omnium rerum cum aliquo. Coire societatem. Scelerum pactiones societatesque conflare. Societas fœdere confirmata. Societas inter aliquos conjuncta. Devincire hominum inter homines societatem. Habere societatem cum aliquo. Implicare se societate alicujus. Sejungere se a societate.*

Socio, as, *conjungo*, συνάπτω. Pro Planc. 73. Cum vel periculum vitæ tuæ mecum sociare voluisses. 3. de Orat. 129. Scientia atque exercitatione sociari.

Socius, cii, *consors, particeps, gregalis*, ἑταῖρος, μέτοχος. 1. Fam. 9. Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis. 8. 22. Cujus fugientis comes, remp. recuperantis socius esse debeo. De Clar. 45. Eloquentia pacis est comes, otiique socia. Pro Font. 39. Vitæ socia virtus, mortis comes gloria. *Ibid.* 37. Socius ac particeps fortunarum. De Cla. 2. Socius ac consors gloriosi laboris. 14. Att. 19. Vulgo opinio hominum socium me adscribit tuis laudibus. 1. de Orat. 236. Duæ artes inter se pares, et ejusdem sociæ dignitatis. *Ibid.* 70. Poeta oratori multis ornandi generibus socius ac pene par. *Ibid.* 24. M. Antonius homo et consiliorum in rep. socius, &c. 5. in A. 15. Quos socios ad epulas habere nemo velit. Pro Fla. 1. L. Flaccus socius atque adjutor consiliorum per-

ficulorumque meorum. 11. Att. 14. Culpæ socius. Pro Dom. 30. Fidelissimus socius ad comparandam aliquam rem. *Ibid.* 52. Is mihi socius atque amicus semper fuit. *Ibid.* Pro Qu. 12. Adjungere aliquem sibi socium. 1. Off. 23. Qui injuste impetum in quempiam facit, is quasi manus violenter videtur afferre socio. Ver. 3. 50. Socii putandi sunt, quos inter res communicantur. Pro Qu. 88. Edere sibi aliquem socium. Pro S. R. 116. Qui socium fallit, in virorum bonorum numero non est habendus. *Ibid.* 117. Novem homines honestissimos, ejusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque socios induxit, decepit. 2. in A. 45. Cum tu tamen nocte socia ires, &c. Pro Mar. 14. Semper mea consilia pacis et otii socia, non belli et armorum fuerunt. Pro Quint. 76. Socium tibi in hujus bonis edidisti Quintium. Con. C. Anton. Diripuit socios.

Pro Socio, *formula juris est, qua significatur actio, judiciumque societatis, si quis socium fraudasset.* Pro Fl. 43. Nicomedes qui et furti, et pro socio damnatus est. Pro Quint. 13. Arbitrium pro socio condemnari.

Adjuncta. *Amicissimus, fidelissimus amicissimusque, firmissimus, amicissimus antiquissimusque, ornatissimus fidelissimusque, perditus profligatusque, dignus, fidelis, fidelior, fidelissimus atque antiquissimus, fidelissimus pulcherrimusque, infidelissimus, innocens, optimus, fidelissimus et conjunctissimus, fortissimus fidelissimusque, importunissimus, optimus fidelissimusque, stipendiarius, vectigalis.*

Syntaxis. *Socius et comes. Socius et adjutor. Gloria virtutis socia, et comes. Socius et particeps. Socius et consors. Socius necandis hostibus, et par. Socius et adjutor consiliorum et periculorum. Socius et amicus. Edere aliquem sibi socium. Ire nocte socia. Consilia pacis socia. Opinio hominum socium me adscribit tuis laudibus. Artes inter se pares, et ejusdem sociæ dignitatis. Habere socios ad aliquid. Adjungere aliquem sibi socium. Pro socio damnari,* vel *arbitrium pro socio.* formula juris est.

Socordia, æ, *stupiditas, ἀναλία.* 2. ad Her. 35. Socordia atque desidia.

Socors, dis, *stupidus, μωθήμων.* De Clar. 239. Nam M. Glabrionem socors ipsius natura negligensque tardaverat. 1. de Nat. 5. Homines non socordes.

Socrates, tis. 2. de Fin. 1. Socrates qui philosophiæ parens jure dici potest. 2. de Nat. 167. et 1. Acad. 15. Socrates princeps philosophorum. 1. de Div. 122. Esse divinum quoddam, quod Socrates dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe revocanti. De Cla. 291. et 1. de Orat. 231. Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuisse. 1. Off. 108. De Græcis autem dulcem et facetum, festivique sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominaverunt, Socratem accepimus. 1. de Nat. 31. Socrates apud Xenophontem formam Dei quæri non oportere, eundemque et solem et animum esse ait, et modo unum, tum plures deos. 5. Tusc. 10. Socrates Archelaum Anaxagoræ discipulum audivit. *Ibid.* Socrates primus philosophiam devocavit e cœlo, et in urbibus collocavit, &c. 2. Off. 43. 1. de Div. 123. Socrates, quum apud Delium male pugnatum esset, Lachete prætore, fugeretque cum ipso Lachete, ut ventum est in trivium, eadem, qua cæteri, fugere noluit. *Ibid.* 124. Socrates cum impiis sententiis damnatus esset, æquissimo animo se dixit mori. 1. Acad. 16. Socrates ab Apolline omnium sapientissimus dictus. De Sen. 78. Demonstrabantur mihi præterea, quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is qui esset sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. 1. Acad. 16. Socrates apud Platonem et Xenophontem ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios. *Ibid.* Socrates primus philosophiæ moralis autor fuit. 8. Att. 2. Socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni essent. 2. de Leg. 6. 1. de Div. 122. Socrates Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum: Nostrum, inquit, humanum est consilium: sed de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem censeo esse referendum. 5. Tusc. 108. Socrates quum interrogaretur, cujatem se esse diceret? Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. 5. 90. Socrates, in pompa quum magna vis auri argentique ferretur, Quam multa non desidero, inquit. Orat. 41. 1. Tusc. 71. Socrates quum pæne jam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in cœlum videretur ascendere. 2. de Fin. 90. Socrates voluptatem nullo loco numerat. 3. Tusc. 78. 2. de Orat. 270. Socrates in ironia, dissimulantiaque longe omnibus lepore atque humanitate præstitit. 3. de Orat. 56. Socrates rebus omnibus, omnium judicio, quamcunque se in partem dedisset, facile princeps. 1. Tusc. 71. Socrates ad judicium capitis, nec patronum quæsivit, nec judicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi inductam, non a superbia. 1. de Divin. 123. et 52. Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica, dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum, vidisse se in somnis pulchritudine eximia feminam, quæ se nomine appellans, diceret Homericum quendam versum,

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit.

Quod ut dictum est, sic scribitur contigisse. De Clar. 31. Socrates disputandi quadam subtilitate sophistarum, instituta refellebat. 3. de Orat. 57. Socrates cujus ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, litteram nullam reliquit. 1. 231. Erat Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio.

Ex sententia, quum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit, Sese meruisse, ut amplissimis honoribus et præmiis decoraretur, et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. 3. 57. Socrates sapienter sentiendi, et ornate dicendi scientiam separavit. 2. de Fin. 2. Socrates percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea, quæ ii respondissent, si quid videretur, diceret. 1. de Legib. 34. Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura sejunxisset. 4. Acad. 15. Socrates uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quando se nihil scire affirmavit. *Ibid.* Socrates de seipso detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. 1. de Inv. 53. Socrates inductione plurimum est usus, propterea quod nihil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo, quod sibi ille dederat, quicum disputabat, aliquid conficere malebat. 4. Acad. 15. Socrates et Plato tollendi ex eorum numero, qui negarunt quidquam sciri aut percipi posse. 1. Tusc. 97. Socrates et Theramenes præstantes viri virtutis et sapientiæ gloria. 1. Acad. 16. Socratis omnis oratio tum in virtute laudanda, et in hominibus omnibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur. 5. Tus. 11. 1. de N. 94. Socratem ipsum parentem philosophiæ, Zeno Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat. De Fat. 10. Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere, stupidum esse Socratem dixit et bardum, quod jugula concava non haberet. 5. Tuscul. 97. Socratem ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret? respondisse, se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem. 1. de Orat. 231. Imitatus est homo Romanus et consularis veterem illum Socratem: qui cum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed ut magister aut dominus videretur esse judicum: quin etiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit: sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. 14. Att. 9. O Socrates! o Socratici viri! nunquam vobis gratiam referam. 3. Tusc. 8. A Socrate omnis, quæ est de vita et de moribus, philosophia manavit. 3. de Orat. 58. 3. de Nat. 82. Quid dicam de Socrate? cujus morti illacrymari soleo Platonem legens. 1. de Orat. 42. Urgerent præterea philosophorum greges, jam ab illo fonte et capite Socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsivisse. 4. Tuscul. 80. Cum multa in conventu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate sublevatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione a se dejecta diceret.

Adjuncta. *Dulcis, facetus, festivus, simulator, parens philosophiæ, princeps philosophorum, sapientissimus.*

Socraticus, a, um. 3. Tuscul. 43. Et si quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis. 1. Off. 104. et Parad. 1. Philosophi Socratici. 9. Famil. 26. Aristippus ille Socraticus non erubuit, quum esset ei objectum, habere eum Laida. 1. de Div. 52. Xenophon Socraticus, qui Socratis somnia scribit, quorum exitus mirabiles extiterunt. 3. de Orat. 59. Antisthenes patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat. 2. Att. 3. Socratici in utranque quidem partem disputare, sed tamen ad extremum τὴν ἀρέσκουσαν sententiam pronunciare soliti. 3. de Orat. 59. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicebant, Eretriorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c.

Socrus, crus, *uxoris aut mariti mater*, πενθερά. Pro Clu. 33. Dinea, quæ tum ei mulieri socrus erat. Ver. 2. 24. Nihil de socru tua audisti? 9. Att. 4. Litteræ Capuam allatæ ab Clodia socru.

Sodalis, lis, *socius: etiamsi sodalis fere in re leviore est*, ἑταῖρος. 12. Fam. 14. Ego qui et sodalis et familiarissimus Dolabellæ eram. 4. Acad. 118. At hoc Anaximandro populari et sodali suo non persuasit. 2. de Orat. 200. Ego pro meo sodali, qui mihi, &c. De Sen. 45. Primum habui semper sodales, &c. *Ibid.* Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. Pro Planc. 46. Plancus in petitione habuit multos cupidos sui, et gratiosos, quos si tu sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.

Sodalitas, tis, *coitio, collegium*, ἑταιρεία. Pro Cœl. 26. Fera quædam sodalitas, &c. 2. Qu. Fr. 3. 1. ad Her. 8. S. C. factum est, ut sodalitates decuriatique discederent. Ver. 1. 94. Officia sodalitatis ab aliquo flagitare. Pro Plan. 37. Honesta sodalitas. De Sen. 45. Sodalitates me quæstore constitutæ sunt. De Clar. 166. Homo summa nobilitate, cognatione, sodalitate, collegio.

Adjuncta. *Fera, et plane pastoritia et agrestis, honesta.*

Sodalitium, tii, *sodalitas.* Pro Planc. 36. Lex Licinia, quæ est de sodalitiis. 4. ad Her.

65. Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum.

Sodes, ἐὰν ᾐδῃς (?). Orat. 154. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut sodes, pro si audes: sis, pro si vis. 7. Att. 3. Tartesium mihi adeunti urbem jube sodes nummos curare.

Sol, lis, *Phœbi fax, rota fervida solis*, ἥλιος. 1. de D. 46. 2. de Nat. 68. Sol dictus est, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: vel quia cum exortus est, obscuratis cæteris sideribus solus apparet. 3. de Orat. 176. Videmus, sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale signum, et inde sensim ascendat in diversam partem. 2. de Nat. 50. Sol conversionem conficit annuam. *Ibid.* Sol astrorum obtinet principatum. 1. Tuscul. 68. Sol moderator et dux temporum. De Somn. 10. Deinde subtermediam fere regionem sol obtinet, dux, et princeps, et moderator luminum reliquorum, mens mundi, et temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret et compleat. 2. de Nat. 102. Solis magnitudine multis partibus terra superatur. 4. Acad. 82. et 128. Solem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse quam terram. 2. de Div. 10. Sol majorne quam terra sit, an vero tantus, quantus videatur. 2. de Nat. 92. et 102. In Arat. Sol consistens in Capricorno, convertit curriculum. *Ibid.*

——*Rota fervida solis.*

1. de Nat. 89. De sole et luna eorumque motu. 2. 19. Solis accessus discessusque. *Ibid.* 40. Solem esse calidum et igneum. De Somn. 13. Sicut solem intueri nequitis adversum, ejusque radiis acies vestra sensusque vincitur &c. 3. de Nat. 54. Soles multi a Theologis proferuntur. 1. de Div. 97. Cum duo visi soles, et tres lunæ: et cum sol nocte visus est. 2. de Nat. 14. Sol geminatus, quo anno P. Africanus sol alter extinctus est. De Somn. 3. Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque converterit. 3. de Orat. 207. His de rebus sol me ille admonuit, ut brevior essem, qui ipse jam præcipitans me quoque hæc præcipitem pæne evolvere coegit. 1. Tusc. 94. Occidente sole. Ver. 5. 26. Nullus unquam dies tam magna turbulentaque tempestate fuit, quin aliquo tempore solem ejus diei homines viderint. 2. de Fin. 23. Qui solem (ut aiunt) nec occidentem unquam viderit, nec orientem. *proverbium.* 13. Att. 37. Simul cum sole experrectus sum. De Somn. 1. Ago tibi grates, summe Sol, vobisque reliqui cœlites. 1. de Fin. 71. Si ea, quæ dixi, sole ipso illustriora et clariora sunt. 2. Off. 28. Multa commemorarem nefaria in socios, si hoc uno Sol quidquam vidisset indignius. 2. de N. 92. Sol multis partibus major atque amplior, quam terra universa. 1. 88. Sol duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. 3. 51. Sol est Apollo: Luna autem Diana. 2. 40. Sol igneus Oceani alitur humoribus. 4. Acad. 82. Sol qui tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta sit, ne cogitari quidem possit, nobis tamen stare videtur. 1. de Fin. 21. Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto. De Un. 28. Ubi sol suum totum confecit et peragravit orbem, fit annus. 2. de Nat. 14. Sol geminatus P. Africani mortem prænunciavit. Ver. 2. 129. Est consuetudo Siculorum, cæterorumque Græcorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunæque ratione, aut nonnunquam, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. 3. de Nat. 76. Sol quum Phaetontem filium in currum transtulit &c. *Ibid.* Sol cur se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali. 9. Att. 12. Sol excidisse mihi e mundo videtur: *genus dicendi quo exprimitur summa admiratio hominis quasi obstupefacti.* 1. de Div. 97. Sol nocte visus Romæ. 2. de Nat. 19. Solis accessus discessusque solstitiis brumisque cognoscitur. 40. Solis candor illustrior est, quam ullus ignis. *Ibid.* Solis et Lunæ circuitus, reliquorumque siderum. De Univ. 28. Solis circumvectio proxima lunæ. 2. de Nat. 95. Solis magnitudo, pulchritudoque, et efficientia. *Ibid.* Solis motus, cursus ac circuitus universa consideratio. *Ibid.* Solis tactus non tepefacit solum, sed etiam sæpe comburit. 1. de Div. 6. Solis luce clarius. 3. de Nat. 48. Solis et Perseidos filiæ, Circe et Pasiphae. 1. 88. Solis radiis incensa luna, &c. *Ibid.* Soli et lunæ reliquisque sideribus, animoque præterea divinitatem dedit Crotoniates Alcmæo. 2. de Leg. 40. Apud solem in delubro deposuisse pecuniam in Sicilia Alexander dicitur. De Univ. 28. Solem, quasi lumen, accendit Deus ad secundum supra terram ambitum, ut quam maxime cœlum omnibus colluceret, &c. De Somn. 10. Solem ut comites consequuntur Veneris et Mercurii cursus. 3. de Nat. 37. Solem, lunam, reliqua astra ali aquis, alia dulcibus, alia marinis. 4. Acad. 120. Solem dominari et rerum potiri putavit Cleanthes. 1. de Fin. 21. Solem Epicurus tantum esse censet, quantus videtur. De Clar. 37. In solem procedere. Læl. 47. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. 7. Att. 11. In illo Sole tuo Lucretino apricationem tecum unam malim, quam, &c. 2. de Nat. 118. A sole agris tepefactis et ex aquis excitantur vapores. 4. Ac. 15. A sole collucere. Pro Mil. 84. Oecon. 3. Nullo modo facilius posse terram a Sole percoqui. *Ibid.* Uvæ a Sole mitescunt. Hortens. Interitus Romuli in obscuratione Solis factus est. De Leg. Sol paululum a meridie jam devexus videtur. Timæ. Ratione et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est Solis et Lunæ.

Adjuncta. *Dux et moderator luminum,*

æstivus, clarus, lacteus, nitidus, calidus, et igneus, geminatus, princeps siderum, magnus, occidens .)(. *oriens, moderator, et dux temporum.*

Syntaxis. *Videmus sol ut circumferatur. Solem exoriri, occidere, præcipitare. In solem procedere. A sole collucent omnia. Terram a sole percoqui. Sol paululum a meridie devexus. Solis cum vectio proxima Lunæ. Solis luce clarius. Solis accessus discessusque. Solem excidere e mundo.*

Solarium, rii, ἡλιότροπον. 2. de Nat. 87. Solarium vel descriptum, vel ex aqua, quo horæ declarantur. Pro Qu. 59. Quintus non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est. 4. ad Her. 15. Ut ne ad solarium quidem idoneus sit.

Solatium, tii, *consolatio, fomentum,* παραμυθία. 7. Fam. 3. Vacare culpa magnum est solatium. 9. in A. 12. Cujus luctus nullo solatio levari potest. De Prov. 16. Sed fruatur sane hoc solatio. Ver. 4. 134. Ut illi haberent hæc oblectamenta et solatia servitutis. De Cl. 11. Vos et præsentem me cura levastis, et absenti magna solatia dedistis. 4. Att. 16. Multa mihi dans solatia. 2. Tusc. 59. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. Pro Arch. 16. Hæc studia rebus adversis perfugium ac solatium præbent. Ver. 5. 127. Reportare solatium ex aliqua re. 2. cont. Rul. 79. Vectigal, &c. solatium annonæ. De Am. 10. Sed non egeo medicina: me ipse consolor, et maxime illo solatio, quod, &c. 11. Fam. 26. In maximo meo dolore hoc solatio utor, quod, &c. 4. Att. 6. Nos malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus. De Ami. 104. Magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium.

Adjuncta. *Domesticum, forense, extremum, commune, nec ignotum nec minimum, maximum, jucundum, magnum, malum, sed non multum, miserum, salutare, unicum.*

Syntaxis. *Luctum levari solatio. Frui solatio. Habere solatia servitutis. Dare solatia alicui. Perfugium ac solatium præbere. Reputare solatium ex re aliqua. Solatio aliquo uti in dolore. Solatio consolari. Solatium afferre.*

Soleæ, *crepidæ,* κρηπίς. De Arusp. respon. 44. Soleæ muliebres.

Compedes. 2. de Inv. 149. et 1. ad Her. 23. Ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.

Soleatus, a, um, κρηπιδούμενος. Ver. 5. 85. Stetit soleatus prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaque talari. I. P. 13.

Solemnis, ne, *quod cum quadam cæremonia consecratum est, celebris, festus,* ἑορτάσιμος. I. P. 51. Qui dies quasi deorum immortalium festi atque solemnes sunt adventu meo celebrati. Postquam ad Quir. 11. Lentulus de solemni religione retulit. De Arusp. 18. Statas solemnesque cæremonias pontificatu contineri. 1. Tusc. 113. Solemne et statum sacrificium. Pro Dom. 141. Nec institutas cæremonias persequi, nec ullum verbum solemne potuit effari. *Ibid.* 123. Si tribunus plebis verbis priscis et pæne solemnibus bona civis cujuspiam consecrarit, &c. Ver. 5. 185. Omnesque dii, qui solemnes cœtus ludorum initis, vehiculis thensarum. De Arusp. 21. Omnia solemnia ac justa ludorum summa cum cæremonia sunt servata. Pro Mur. 1. Illa solemnis comitiorum precatio. 1. de Nat. 14. Sacrificia solemnia. 3. de Orat. 195. Epulæ solemnes. 3. de Leg. 7. Ludi solemnes. 2. 35. Solemne sacrificium et publicum. Pro Qu. 26. Nullum est officium tam sanctum atque solemne, quod non, &c. 7. Att. 6. Tantum igitur nostrum illud solemne servemus, ut ne quem istuc euntem sine litteris dimittamus. *id est, consuetum.* 2. de Leg. 19. Nec ulla vitiorum sacra solemnia obeunto. Pro Mil. 27. Iter solemne ante XIII. Calend. Februarii Miloni erat Lanuvium ad flaminem prodendum. *Ibid.* 74. Expiare solemnes religiones supplicio alicujus.

Syntaxis. *Festum et solemne. Religio solemnis. Statæ solemnesque cæremoniæ. Prisca et solemnia verba. Omnia solemnia et justa ludorum servantur. Officium sanctum et solemne. Quæso solemne illud tuum servato, ut ne. Iter solemne.*

Solentinus, *a Solente oppido Siciliæ.* Ver. 2. 102.

Soleo, es, *consuevi, est meæ consuetudinis,* ἐθίζομαι. 1. de Orat. 135. Ratio consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti. 3. 92. Antipater ille Sidonius solitus est versus fundere ex tempore. De Am. 60. Si prius quid Scipio reprehendere solitus sit, edixero. I. P. 11. Sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente. De Arusp. 48. In Pompeium autorem (ut prædicare est solitus) consiliorum invehi cœpit. 1. de Orat. 75. Irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam. 1. Off. 139. Et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. Pro Qu. R. 46. Qui mentiri solet, pejerare consuevit.

Solet, bat, εἴθισται. 2. de Orat. 56. Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. Pro Cluent. 161. Cum quædam, ut solebat, controversia esset orta. 1. de Orat. 100. Ut in conditionibus scribi solet. 9. Fam. 16. Quando tu secundum Oenomaum Accii, non ut olim solebat, Atellanum; sed ut nunc fit, Mimum introduxisti.

Solers, tis, *ingeniosus, perspicax, sagax,* εὔστοχος. 2. de Nat. 121. Solers subtilisque descriptio partium corporis. *Ibid.* 128. Provida solersque natura. De Cl. 236. M. Pisonis acumen in reprehendendis verbis versutum et solers. 3. de Nat. 74. Quid hoc homine solertius? De Sen. 54. Insitiones, quibus nil invenit agricola solertius.

Solerter, *sagaciter,* φιλοτέχνως. 1. de Leg. 26. Ratio naturam imitata, res ad vitam necessarias solerter consecuta est. 2. de Nat. 91. Simulata solertius res. Ver. 4. 98. Solertissime perspicere.

Solertia, tiæ, *sagacitas, perspicax prudentia,*

animi motus celeritasque ingenii, ἀγχίνοια. 1. de Nat. 93. Nulla ars imitari solertiam naturæ potest. 2. 123. Quibusdam bestiis machinatio quædam atque solertia data est. 1. 53. Mundum vos negatis effici sine divina posse solertia. 1. de Divin. 91. Chaldæi in Syria cognitione astrorum et solertia ingeniorum antecellunt. 1. Off. 157. Sic homines natura congregati adhibent agendi cogitandique solertiam. De Opt. 11. Aliquem inscium faciendi, cum aliqua solertia judicandi, adhiberi ad probandum quippiam. 2. de Nat. 142. Quis tantam solertiam persequi potuisset in sensibus? Hortens. Cum omnis solertia admiranda est, tum ea, quæ efficit, ut, &c. *Ibid.* Solertia ea, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

Syntaxis. *Machinatio quædam atque solertia. Solertia ingenii. Agendi cogitandique solertia. Solertia naturæ.*

Soliditas, tis, *firmitas*, στεῤῥότης. De Un. 13. Cum soliditas mundo quæreretur, &c. 1. de Fin. 17. Soliditas corporis individui. 1. de Nat. 49. Non soliditate quadam, sed imaginibus similitudine perceptis. *Ibid.* 106. Nec ullam habent soliditatem, nec eminentiam.

Solidus, a, um, *habens soliditatem, verus*, στερεός. 1. de D. 48. Annibal cum columnam auream vellet auferre, dubitavit, utrum solida esset, an, &c. De Un. 11. Nihil tangi potest, quod careat solido: solidum autem nihil est, &c. 2. de Nat. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. 1. 75. Species Deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil, &c. 2. 98. Terra solida et globosa. 1. de Fin. 18. Illa individua et solida corpora. Top. 22. Paries directus, solidus, vel fornicatus. 2. de Div. 137. A corporibus solidis fluere imagines.

Verus, certus, constans, stabilis. 3. Tuscul. 3. Res solida et expressa, non adumbrata. 1. de Fin. 61. Non tam solido quam splendido nomine virtutis. 6. Att. 1. Pompeius forte cavet usuræ, nec ea solida contentus est. 3. de Orat. 101. Ut orator suavitatem habeat austeram et solidam. 3. Off. 69. Sed nos veri juris, germanæ justitiæ solidam et expressam effigiem nullam tenemus. 5. in Ant. 50. Vera, gravis et solida gloria. In Vat. 8. Solida laus, et vera dignitas. Pro Sest. 93. Solidam veramque gloriam quærere. Br. 3. Solida veraque gloria. De Cl. 332. Solidum genus orationis. Pro Plan. 21. Non enim tribum Tarentinam, sed solidam, &c. Div. 22. At enim solidum id est, ut me Siculi maxime velint: alterum illud, credo, obscurum est, &c. *id est, ratum et firmum.* I. P. 60. Quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere possis. 1. de Fin. 72. Solida utilitas. Pro R. P. 46. Ita bona veneant, ut solidum suum cuique solvatur. *id est, integrum.* Pro Plan. 29. Hæc sunt indicia solida et expressa. 1. de D. 28. Hoc quod in solidum ceciderit.

Syntaxis. *Solida corpora, figura, globus, paries, columna. Res solida et expressa, oratio, laus, utilitas. Solidum verumque. In hac re nihil est quod solidum tenere possis. Vera, gravis ac solida gloria. Solida et expressa effigies juris. Indicia solida et expressa.*

Solistimus, *augurii genus.* 2. de Divin. 72. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant. 1. 28. Hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium solistimum dicitis. 6. Fam. 6. Nec tripudiis solistimum aut somniis tibi auguror.

Solitarius, a, um, *solus, solivagus, remotus ab oculis populi, vita inculta et deserta ab omnibus*, ἐρημαῖος. De Am. 85. et 2. de Nat. 29. Non solitarium neque simplex, sed, &c. 2. Off. 39. Solitarius homo, atque in agro vitam agens. 1. de Inv. 81. Solitarium ac rarum judicatum. De Am. 90. Natura solitarium nihil amat.

Solitudo, inis, *regio derelicta, locus desertus, recessus, secessus, derelictio*, ἔρημα, ἐρημία.) (. *frequentia*. Ver. 4. 114. Audistis, quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas, &c. I. P. 53. Tibi solitudo erat pro frequentia. 1. de Inv. 38. Solitudo loci.)(. *Celebritas loci.* 2. Fam. 16. Ut discederem fortasse in aliquas solitudines. 2. de Div. 22. Si scisset se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, &c. *de Cn. Pompeio loquitur.* 1. ad Her. 8. Inopia, solitudo, calamitas. Pro Quint. 5. Inopia et solitudo alicujus. 12. Att. 25. Sed mihi solitudo et recessus provincia est. De Clar. 227. Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. Ver. 5. 170. Desertissima solitudo. De Somn. 14. Vasta solitudo. Pro Cæc. 13. Ebutius iste, qui jamdiu Cæsenniæ viduitate et solitudine alitur. De Ami. 89. Si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, et in solitudine uspiam collocaret. *Ibid.* Solitudo aufert fructum voluptatum. 1. de Orat. 199. Ut ista ab solitudine domum meam vindicarem. 2. 148. Cum Crassus se de turba, et a subselliis in otium solitudinemque contulerit. 1. Off. 139. Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. *Ibid.* 153. Si solitudo tanta sit, &c. Pro Quint. 5. Quod si tu judex nullo præsidio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque inopiæ, &c. Hortens. Quis beatus esse in solitudine queat? I. P. 53. Solitudines persequi.

Adjuncta. *Amara, communis, deserta, desertissima, jucunda, mera, multa, summa, vasta.*

Syntaxis. *Solitudo in agris et vastitas. Discedere in solitudines. Inopia, solitudo, calamitas. Est ab auditoribus in schola solitudo. Viduitate et solitudine alicujus feminæ ali. Collocare aliquem in solitudine. Conferre se in otium et solitudinem. Præsidio esse solitudini atque inopiæ alicujus. Solitudines prosequi.*

Solivagus, a, um, *solitarius*, μοναδικός. 1. Off. 157. Solivaga cognitio et jejuna. 5. Tusc. 38. Earum ipsarum partim solivagas

partim congregatas. *id est, bestias.* De Un. 18. Cœlum solivagum, et volubile, et in orbem incitatum. Incert. Formicas solivagas.

Solium, lii, *sedes*, θρόνος. 2. de Fin. 69. Sedere in solio ornatu regali. 1. de Leg. 10. Ut more patrio sedens in solio consulentibus responderem. *Ibid.* In solio sedens domi. 2. de Orat. 226. Dicet, te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis solium paternum recepisse.

Labrum, cupa. I. P. 67. Græci stipati in lectulis, ipse solus bibiturus, quæ eodem de solio ministrentur.

Sollicitatio, onis, *instigatio*, ἐπαγωγή. Pro Clu. 53. De sollicitatione Diogenis. 10. Fam. 24. Hinc illæ sollicitationes servorum minis et promissis.

Sollicitatus, a, um, κατασκευασθείς. Pro Clu. 97. Legio est ab eo sollicitata in Illyrico. De Arusp. 42. Exercitu L. Luculli sollicitato per nefandum scelus. 3. C. 4. Ut comperi legatos Allobrogum belli &c. et tumultus excitandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos &c. 11. Fam. 3. Exercitibus sollicitatis.

Sollicito, as, *instigo, urgeo*, κατασκευάζω. Pro Clu. 47. Fabricius Diogenem ad venenum Habito dandum, spe et pretio sollicitare cœpit. 10. in A. 22. T. Plancus, cæteri pares, sollicitant homines imperitos. Pro Cæl. 51. Sollicitare servos alicujus ad aliquem necandum. 4. C. 17. Pretio sollicitare animos egentium. 15. Fam. 2. Se sollicitatum esse, ut regnare vellet. 7. in A. 18. Non rursus decuriabit improbos, non agrarios sollicitabit. Pro Deiot. 30. Servam sollicitare.

Syntaxis. *Spe et pretio sollicitare aliquem ad. Sollicitare servos. Sollicitare animos egentium. Sollicitare exercitum.*

Sollicito, as, *afficio, ango, sollicitum habeo, miserum habeo*, πιέζω. 1. Att. 15. Multa sunt, quæ me sollicitant anguntque. 2. de Orat. 295. Hoc me sollicitare summe solet. 1. de Fin. 50. Quæ semper animum excruciant, semperque sollicitant. De Sen. 1. Quanquam certo scio, non ut Flaminium, sollicitari te, Attice. 2. Fam. 12. Sed tamen nihil me magis sollicitat, quam, &c. *Ibid.* 16. Ea cura me vehementissime sollicitat. Pro Clu. 47. Sollicitare spe.

Adverb. *Summe, valde, vehementer, vehementissime.*

Sollicitudo, inis, *angor, cura, metus, molestia, negotium*, φροντὶς, ἐπιμέλεια. 1. de L. 40. Sollicitudo conscientiæ vexat impios. 4. Tusc. 18. Sollicitudo est ægritudo cum cogitatione. 1. 96. Nulla cura, nulla sollicitudo reliqua est. 3. Att. 17. Nunc scitote me esse in summa sollicitudine. Ad Brut. ep. poster. 7. Sine sollicitudine esse. *Ibid.* Non minore nunc sunt sollicitudine, &c. 2. de Div. 140. Tibi autem de me cum sollicitudine cogitanti subito sum visus emersus ex flumine. Pro Cl. 169. et 11. Fam. 16. Quicquid hoc tempore habet sollicitudinis et negotiii. 2. de Div. 86. Stoici omnia cum superstitiosa sollicitudine et miseria credunt. 2. cont. Rull. 12. Sollicitudo, in qua illis temporibus fuistis. 3. Off. 84. Angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus. Pro Clu. 51. Sollicitudo animi et timor. 5. Att. 21. Sed dices, me ipsum mihi sollicitudinem struere. De Clar. 332. Ex te duplex nos afficit sollicitudo, quod et tu rep. cares, et illa te. 6. Att. 6. Sollicitudine provinciæ vel maxime urgebamur. 2. de Div. 150. Somnus est perfugium omnium laborum et sollicitudinum. Br. 13. Præ sollicitudine ac stomacho multa scribere non possum. 9. Fam. 17. Nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. 1. de Fin. 51. Easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, a Diis immortalibus supplicii causa importari putant. 16. Fam. 15.

Adjuncta. *Assidua, incredibilis, ingens, domestica, duplex, inanis, magna, maxima, residua, mera, sempiterna, summa, superstitiosa.*

Syntaxis. *Sollicitudine conscientiæ vexari. Esse in summa sollicitudine. Esse non minore sollicitudine, quam, &c. Habere plurimum sollicitudinis ac negotii. Sollicitudinem sibi struere. Affici sollicitudine. Urgeri sollicitudine. Præ sollicitudine ac stomacho non possum &c. Afferre sollicitudinem. Importare sollicitudines. Exedi sollicitudine.*

Sollicitus, a, um, *anxius, suspensus, perturbatus, laboriosus, exercitus*, φροντίζων. 1. contra Rull. 23. Civitas sollicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. Pro Dom. 96. Tota civitas suspensa et sollicita est. 2. Att. 18. Suspenso animo et sollicito sum. 4. 7. Epistola tua sollicitum me de Q. Fratre valde levavit. 11. 6. Sum sollicitus de te, &c. Famil. 11. Mirifice sum sollicitus, quidnam de provinciis decernatur. 2. Att. 24. Amor sollicitus atque anxius. 2. de Fin. 55. Anxio et sollicito animo esse. 15. Fam. 19. Animus sollicitus. 2. 16. Quæ non animum meum magis sollicitum haberent, quam tuum. 10. 18. Sollicitiorem certe hominem non suis contractis, neminem puto fuisse. 7. 3. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officii, tum, &c. 2. 12. Sollicitus eram de rebus urbanis. 9. 4. Antea sollicitus eram et angebar, quo uti consilio possem. 8. 6. Quam sum sollicitus, quid futurum sit. 2. Qu. Fr. 15. Magis sum sollicitus expectatione ea, quam metu. De Sen. 66. Quarta restat causa, quæ maxime angere, et sollicitam habere senectutem debet &c. De Amic. 52. In vita tyrannorum omnia semper suspecta atque sollicita.

Adverb. *Æque, mirifice, vehementer, vehementius.*

Syntaxis. *Suspenso animo et sollicito esse. Esse sollicitum de re aliqua. Esse anxium ac sollicitum, quidnam &c. Id habet animum meum sollicitum. Sollicitum esse expectatione, metu, cogitatione. Id me angit et sollicitum habet. Suspecta omnia atque sollicita.*

Solœca, σόλοικα. 1. Att. 16. Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius illas

probarunt Romani hominis esse, idcirco barbara quædam et σόλοικα dispersisse.

Solœcismus, mi, σολοικισμός. 4. ad Her. 18. Solœcismus est, cum pluribus verbis consequens verbum superiori non accommodatur. 2. Att. 11. et 14. 6.

Solon, onis. 1. Off. 108. Solon, qui, ut reip. prodesset, furere se simulavit. 10. Att. 1. Solon popularis tuus, qui capite sanxit, &c. Brut. 15. Solon qui et sapiens unus fuit ex septem, &c.

Solonium, nii, *villa*. 2. Att. 3. Ire in Solonium, aut Antium. *Ibid*. 9. Cum e Solonio redierit, &c.

Solor, aris, *consolor*, παραμυθέομαι. In Vat. 29. C. Antonius hac una re miseriam suam solatur, quo, &c. *alias*, consolatur.

Solstitialis, le, τροπικός.)(. *brumalis*. 3. de Nat. 37. Cur Sol se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali. De Un. 30. Astra per cœlum penetrantia solstitiali se et brumali revocatione convertunt? 1. Tusc. 94. Solstitiali die.

Solstitium, tii, *cum sol ultra non progreditur : estque duplex, hybernum alterum VIII. Cal. Jan. alterum æstivum VIII. Julii*, τροπή.) (. *bruma*. 2. de Nat. 19. Solis accessum discessumque brumis solstitiisque fieri. *Ibid*. 51. In Lunæ cursu est brumæ quædam et solstitii similitudo. 2. de Div. 93. In his locis post solstitium canicula oritur, apud Troglodytas ante solstitium.

Solvendo esse, et non esse, *id est, habere, vel non habere, unde solvas*, εἶναί τινι ἐκτίσιν, ἢ οὐκ εἶναι. 2. Off. 79. Is occultat gaudium suum, ne videatur non fuisse solvendo. 2. in Ant. 4. Nec tu solvendo eras. 13. Att. 10. Magius solvendo non erat. 3. Fam. 8. Cum solvendo civitates non essent.

Solum, *tantum, modo*, μόνον. 2. in A. 81. Nos nunciationem solum habemus, &c. Orat. 160. Recto casu solum Græce loqui. 2. de Orat. 197. Non solum oratione, sed multo magis vi et dolore. 3. Tuscul. 11. Quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore moveatur. 1. de Leg. 54. Hi de re una solum dissident, de cæteris mirifice congruunt.

Solum, li, *terra*, δάπεδον. 2. contr. Rul. 66. Quod solum tam exile et macrum est, quod &c. De Clar. 16. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto et derelicto solo. Pro Corn. 13. Vos mutæ regiones imploro, et sola terrarum ultimarum. Top. 24. Solum ambitus ædium. 2. de Leg. 4. Quin ipse quoque sum ipsi villæ amicior factus, atque huic omni solo, &c. 4. C. 15. Patriæ solum omnibus charum est. Pro Corn. 28. Qui civitatis alicujus solum civitatis mutatione vertissent. Pro Cæc. 100. Qui volunt pœnam aliquam subterfugere, eo solum vertunt. *hoc est, sedem ac locum mutant*. Parad. 4. Mutare solum. Pro Dom. 78. Quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. 5. in Ant. 14. Pro Quint. 86. Vertere solum exilii causa.

Spatium, area, ut pavimentum. Parad. 6. Aurata tecta, et sola marmorea in villis facere. De Clar. 258. Solum et quasi fundamentum oratoris est, &c.

Planta. 5. Tusc. 90. Mihi calceamentum est solorum callum. 9. Fam. 26. 1. de Nat. 65. Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia? hinc quodcunque in solum venit (ut dicitur) effingis atque efficis. *proverbium est, de eo qui neque quid dicat, neque, quid agat, attendit : sed omnia de omnibus et loquitur et efficit. Videtur autem a figulis sumptum, qui quicquid in solum suum et in rotam venit, fingunt*.

ADJUNCT. *Charum, commune, dulce atque jucundum, exile et macrum, incultum et derelictum*.

SYNTAXIS. *Exile macrumque solum. In inculto et derelicto solo serere. Terrarum ultimarum sola. Solum vertere, mutare. Vertere solum exilii caussa. Sola marmorea facere. Solum et quasi fundamentum oratoris*.

Solvendus, a, um. 7. Att. 8. Solvendi sunt nummi Cæsari. Pro Qu. R. 51. Cum altera pensio solvenda esset.

Solvo, is, *persolvo, dissolvo, pendo, numero, adnumero, pretium do, pecuniam do, satisfacio, reddo, ære alieno me libero*, διαλύω, ἀποδίδωμι. Ver. 3. 169. Verres civitatibus pro frumento nihil solvit omnino. Pro Cl. 34. Is pecuniam præsentem non debitam mulieri solvit. 16. Att. 14. Ne Terentiæ quidem adhuc quod solvam, expeditum est. *Ibid*. 16. Ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem solverent. 1. 2. Misimus qui pro vectura solveret. 3. in A. 11. Solvere vota. 3. Off. 91. Solvere nummos adulterinos pro bonis alicui. Pro Mar. 28. Cum patriæ, quod debes, solveris. *Lege*, Denarius. De Clar. 17. Ego vero expectabo ea, quæ polliceris, neque ea exigam : sed tamen erunt mihi grata, si solveris. *Ibid*. Ego tibi Brute non solvam, nisi prius, &c. 8. Fam. 12. Solvere beneficia alicui. De Ar. 29. Si habuerit unde tibi solvat, quod ei per syngrapham credidisti. Pro Flac. 43. Cujus bona, quod is populo non solvebat, publice venierunt. Pro Qu. R. 37. Quod a Flavio abstulero partem dimidiam, inde me soluturum spondeo.

Solvere a se, *est, non aliunde pecuniam accipere, aut per alium solvere, sed de suo* (*ut aiunt*) *solvere*. 5. Att. 21.

Solvere, vel repræsentare, vel dare ab aliquo, *est, curare ut alius tuo nomine solvat*. 2. de Orat. 13.

Explico, enodo. 11. Att. 9. Delatus est ad me fasciculus, solus solvi. 1. de Fin. 22. Solvere captiosa argumenta. De Un. 35. Omne colligatum solvi potest. 15. Att. 4. Veritus sum ne solveret.

Libero. 3. ad Her. 2. Solvere aliquem legibus.

Nauticum. 1. Att. 10. Solvere anchoras. Pro Mur. 4. Portu solves. 7. 3. Quid ad hæc reperis? solvamus, inquis. 1. de Div. 29.

Agamemnon solvere imperat aversa avi. 3. Off. 50. Si idem sciret mercatores ab Alexandria solvisse. 16. Fam. 9. Nos eo die cœnati solvimus &c.

· Solvor, eris. Pro Cæc. 98. Ut religione civitas solvatur. Pro Qu. 29. Ut procurator judicatum solvi satisdaret. Brut. 18. Pecunia enim solvi potest.

Adverb. *Omnino, præclare, recte.*

Syntaxis. *Pro frumento solvere. Pecuniam solvere. Nondum quod solvam, expeditum est. Ad diem solvere. Misi qui solvat pro vectura. Solvere vota. Solvere patriæ, quod debes. Solvere beneficia alicui. Habere unde solvas. Solvere a se,* hoc est de suo. *Solvere argumenta. Solvere aliquem legibus. Solvere anchoras. Solvere portu. Solvere ab Alexandria. Religione solvi. Judicatum solvi satisdare.*

Solus, a, um, *solitarius, unicus, unus, unus ex omnibus, μόνος* .)(. *cum altero.* De Prov. 21. Tiberius Gracchus solus ex toto illo collegio, &c. 3. de Orat. 62. Stoici soli ex omnibus philosophis dixerunt, &c. *Ibid.* 127. 2. Fa. 17. Solus tu ex omnibus. De Ar. 14. Qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc præcipue jus habet, ut, &c. *Ibid.* Uno solo illo dissentiente. 1. de Div. 59. Cum in locis solis mœstus errares. 3. Off. 41. Cui visum est utilius solum se quam cum altero regnare. 5. Att. 17. Scævola qui solos novem menses Asiæ præfuit. 1. de Orat. 18. Actio sola per se magna est. Top. 59. Sapientia sola per se. Pro Mur. 43. Dicere aliquid alicui soli. *id est, nemine præsente vel audiente.*

Solute, *expedite, λελυμένως.* 2. de Div. 100. Animus somno relaxatus solute movetur, et libere. De Clar. 110. Solute et suaviter dicere. *Ibid.* 179. Facile soluteque verbis volvere sententias.

Jejune, frigide, remisse, abjecte. De Clar. 276. Tam solute egit, tam leniter, tam oscitanter.

Solutio, onis, *in re pecuniaria enumeratio, dissolutio, ἀπόδοσις.* 12. Att. 50. Sustinenda est solutio nominis Valeriani, dum de Metione sciamus. Pro Pom. 19. Romæ solutione impedita fidem concidisse. Pro Cæc. 11. Temporibus illis difficillimis solutionis. 2. Off. 84. Solutio rerum creditarum. Pro Clu. 34. Si hæc solutio legatorum, et non merces abortionis appellanda est.

Dissolutio, explicatio, λύσις, ἔκλυσις. 1. de Orat. 114. Linguæ solutio, vocis sonus.

· Solutus, a, um, *liber, dissolutus, promptus, διαλελυμένος* .)(. *alligatus.* 1. de Div. 4. Animi sine ratione et scientia, motu ipsi suo soluto et libero incitantur. De Somn. 22. Ego statim somno solutus sum. 5. de Fin. 56. Motus solutus ac vagus. 1. 33. Libero tempore cum soluta nobis est eligendi optio, nec impeditur, &c. 1. Fam. 9. Si essent omnia mihi solutissima, non alius essem atque nunc sum. Pro R. P. 12. Qua lege totus ordo solutus ac liber est. 1. con. Rul. 27. Consul solutus a cupiditatibus, liber a delictis. Pro Dom. 104. Hominis soluti et a cura liberati. 9. Att. 3. Quæ soluto animo scribi solent, ea temporibus his excluduntur. 2. de Orat. 23. Aves passim ac libere solutas opere volitare. Ver. 2. 185. Soluto liberoque animo esse. Orat. 77. Solutum sit quiddam nec vagum tamen, ut ingredi libere, non licenter errare videatur. De Clar. 173. Solutus in explicandis sententiis. *Ibid.* 174. Gellius verbis solutus. *Ibid.* 180. Solutissimus in dicendo, et acutissimus. De Cl. 245. A natura ad dicendum satis solutus atque expeditus. De proscrip. lib. His legibus solutis stare Respub. non potest.

Languens. De Cl. 273. Verba non soluta, nec diffluentia, sed adstricta numeris. 3. de Orat. 182. Soluta oratio. Orat. 228. Majorem habent apta vim, quam soluta. De Cl. 225. Solutus et mollis in gestu. 2. Att. 18. Quum videas voluntatem civitatis solutam, virtutem alligatam. 3. de Orat. 174. Nec verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus: nec ita soluta, ut vagentur.

Dissolutus, numeratus. 3. Att. 24. Ex qua pensione ipsa major pars est ei soluta aliquanto ante diem. 16. 6. Hoc quod satisdato debeo, peto a te ut provideas, planeque expedias, et solutum relinquas.

Syntaxis. *Motus solutus ac liber. Somno solutus. Omnia mihi sunt solutissima. Lege solutus ac liber. Solutus a cupiditatibus. Soluto animo scribere. Solutus in explicandis sententiis. Solutus verbis. A natura solutus atque expeditus ad dicendum. Verba soluta et diffluentia. Soluta oratio. Solutus et mollis in gestu.*

Somniculosus, a, um, *somno plenus, ὑπνώδης.* De Sen. 36. Iners, ignava et somniculosa senectus.

Somnio, as, *secundum quietem video, in quiete video, in somnis videre videor, in somnis cerno, secundum quietem aliquid mihi videtur, in quiete per visum accipio, ὀνειρώττω.* 1. de Div. 39. Mater somniavit, se peperisse satyriscum. 9. Att. 15. Trojanum somniaveram. 2. de Div. 121. Si ea dormientes agerent quæ somniarent, alligandi essent omnes, qui cubitum irent. *Ibid.* 134. Defert ad conjectorem quidam, somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. *Ibid.* 142. Nec mihi magis usquam videor, quam cum in curia Senatum video somniare. *Ibid.* 140. Hanc credo causam somniandi de illo fuisse. 4. Ac. 51. At cum somniavit, ita narravit, &c. 1. de Nat. 18. Miracula non disserentium philosophorum, sed somniantium. 2. de Div. 124. et 125.

Somnium, nii, *visum, visum somnii, insomnium, ὄναρ, ὄνειρον.* Pro Dom. 140. Qui aram in littore deserto somniis stimulatus, aut religione aliqua consecraret. 1. de Div. 55. Cumque Senatui somnium narravisset, pedibus suis salvus revertit. *Ibid.* Eandem in somniis admonitionem fuisse. 4. Ac. 51. Eadem ratio est somniorum. *Ibid.* 52. Eadem est in somniis species. 1. de Nat. 39. Chry-

sippus Stoicorum somniorum vaferrimus interpres. 2. de Div. 124. Conjector somniorum. 1. 39. Somnia Antiphontis interpretatione explicata. *Ibid.* 46. Dionysius Persicus, de Cyri somnio. 1. de N. 42. Non Philosophorum judicia, sed delirantium somnia. 1. de Div. 42. Quo facto somnio, pater, &c. 2. de Div. 134. Somnium de Simonide, &c. *Ibid.* 128. Animus cum languore corporis, nec membris nec sensibus uti potest, incidit in varia visa et incerta, ex reliquiis, ut ait Aristoteles, inhærentibus earum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitarit: quarum perturbatione mirabiles interdum existunt species somniorum.

Adjuncta. *Apertum et clarum, crebrum, divinum, grave, illustre, et æquum, obscurum, verum, falsum, jucundissimum, minime consentaneum.*

Syntaxis. *Somniis stimulatum agere aliquid. Somniorum interpres, conjector. Somnia interpretatione explicare. Delirantium somnia. Mirabiles species somniorum.*

Somnus, mni, *sopor, quies,* ὕπνος. 2. de Div. 150. Somnus est perfugium omnium laborum et sollicitudinum. De Sen. 80. Nihil morti est tam simile quam somnus. 1. Tus. 92. Somnus imago vel simulacrum est mortis. 8. Att. 1. de Inv. 14. 4. Tusc. 43. Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem. 9. Att. 12. Cum me ægritudo somno privaret. De Somn. 1. Deinde ut cubitum discessimus, me arctior quam solebat somnus complexus est. *Ibid.* 4. Pro Sull. 24. Ex somno excitare aliquem. 4. Tusc. 44. E somno suscitari. De Cl. 177. Somnum isto loco vix tenebamus. 1. Tusc. 113. Epulati somno se dederunt. 13. Att. 37. Deinde somno repetito simul cum sole experrectus sum. 1. Off. 103. Ludo autem et joco, ut illis quidem licet, sed sicut somno et quietibus cæteris. 5. de Fin. 55. et 1. Tus. 92. Nisi jucundissimis nos somnis usuros putemus, Endymionis somnum nobis nolimus dari. 2. de Div. 27. Animus per somnum curis vacuus. 1. de Nat. 83. In somnis videre aliquid. 1. de Div. 121. Is vera et certa cernit in somnis. *Ibid.* 49. Annibalem, cum cepisset Saguntum, visum esse in somnis a Jove in concilium vocari. *Ibid.* 42. Mater gravida parere se ardentem facem visa est in somnis Hecuba. 2. 145. Quædam matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam. *Ibid.* Cursor visus est in somnis curru quadrigarum vehi. 7. Fa. 30. Fuit *Caninius* mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit. 2. de Nat. 143. Connivere somno.

Adjuncta. *Arctior, imago vel simulacrum mortis, perfugium laborum et sollicitudinum, sempiternus.*

Syntaxis. *Somnum capere. Somno privari. Me somnus complexus est. E somno excitare aliquem. E somno suscitari. Somnum vix tenere. Somno se dare. Somno repetito, cum sole experrectus sum. Jucundissimis somnis uti. Endymionis somnum alicui dari. Animus per somnum curis vacuus. In somnis videre aliquid. Vera in somnis cernere. Toto consulatu somnum non vidit. Connivere somno.*

Sonans, tis, ἠχέων. Orat. 227. Iidem sunt numeri non modo loquentium, sed etiam sonantium omnium, quæ metiri auribus possumus. *Ibid.* 163. Verba bene sonantia. *Ibid.* Male sonantia. 3. de Orat. 148. Verba in quibus plenum quiddam, et sonans esse videatur. Pro Ar. 26. Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonantes, atque peregrinum. 2. de Nat. 22. Tibiæ modulate canentes, et fidiculæ numerose sonantes.

Sonivia, orum, *augurii genus.* 6. Fa. 6. Nec ex tripudiis solistimis aut soniviis tibi auguror, sed habeo alia signa, quæ observem.

Sonipes, edis, *equus,* καναχήπους. 3. de Orat. 181. Sonipedes.

Sonitus, us, *sonus, cantus buccinæ,* ἀνάκλασις, γιγγρασμός. De Som. 13. Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt. 1. Tusc. 96. Quo sonitu reddito, ridens inquit, &c. 1. de Orat. 52. Verborum sonitus inanis. De Arusp. 62. Cogitate genus sonitus ejus, quem Latinienses nunciarunt. Orat. 97. Eloquentia quæ cursu magno sonituque feratur. 1. Att. 11. Nosti jam in hac materia sonitus nostros. 4. ad Her. 22. Sonitus tubæ.

Adjuncta. *Dulcis, inanis, magnus, minor.*

Sono, as, *cano, sonum refero, sonitum efficio, reddo,* ἠχέω, βαρβαχῶ. 2. de Div. 67. 1. 74. At Lacedæmoniis in Herculis fano arma sonuerunt. De Somn. 11. Natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera acute sonent. 2. de Nat. 83. Ipse aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. 3. Off. 83. Et quidem sic hæc duo verba inter se discrepant, ut tamen unum sonare videantur. 2. de Fin. 6. Epicurum, qui crebro dicat oportere exprimi, quæ vis subjecta sit vocibus, non intelligere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis. *Ibid.* 48. Si in honestate voluptatem dicant inesse, ait eos inani voce sonare. 3. de Orat. 42. In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit, quo magis antiquitatem, si ita sonet, sermo eorum retinere videatur. De Cl. 259. Cotta sonabat contrarium Catulo, subagreste quiddam, planeque subrusticum.

Adverb. *Acute, graviter, male.*)(*optime.*

Syntaxis. *In verbis plenum sit quiddam, ac sonans. Pingue sonans, ac peregrinum poeta. Fidiculæ numerose sonantes. Eloquentiæ sonitus. Arma sonans. Quid vox voluptatis sonat? In hac oratione nihil sonat, nihil olet peregrinum. Orator sonat illi contrarium, subagreste quiddam, planeque subrusticum. Ita sonat.*

Sons, tis, *nocens,* ἐναίτιος. 1. Off. 82. Idque est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conservare. 2. in A. 18. Comprehensio sontium mea, animadver-

nio Senatus fuit. 3. de Leg. 6. Vincula sontium servanto. 4. Fa. 13. Aut etiam sontibus opitulari poteram. 2. de Tusc. 41. Cum vero sontes ferro depugnabant.

Sonus, ni, *strepitus, vox, vocis sonus, vocis sonitus,* ἦχος, κροῦμα. 2. de Nat. 141. Aures cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in alta corporum parte collocatæ sunt. *Ibid.* 145. Aures duros et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus. De Somn. 11. Quis hic est, qui complet aures meas, tantus et tam dulcis sonus? *Ibid.* Hic est, inquam, ille sonus, qui intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro ratione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium efficitur, qui acuta cum gravibus temperans, æqualiter concentus efficit. 2. de Nat. 146. Varietas sonorum, intervalla, distinctio, et vocis genera permulta. 1. de Orat. 251. Græci vocem cedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt. 2. 193. Vox ad miserabilem sonum inflexa. Orat. 187. Omnium longitudinum et brevitatum in sonis, sicut acutarum graviumque vocum, judicium natura in auribus nostris collocavit. *Ibid.* 38. Ut extrema referant eundem in cadendo sonum. 2. de Nat. 150. Manus apta ad nervorum eliciendos sonos. 3. de Orat. 225. Cursus vocis per omnes sonos. 1. de Divin. 114. Qui sono quodam voce, et Phrygiis cantibus incitantur. 2. de Nat. 149. Lingua sonos vocis distinctos et pressos efficit, cum, &c. 4. Acad. 74. Ac mihi videtur dignissimum rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. 5. Tusc. 73. Dicatque nos in vocibus occupatos, inanes sonos fundere. *Ibid.* 119. Inanis vocis sonus. Orat. 163. Verbum, vox, sonus. 1. de Orat. 187. Sonus pronunciandi. 1. Tusc. 62. Qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit. 1. Off. 145. Sic vivendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo major et melior actionum, quam sonorum, concentus est. 2. de Leg. 38. Nihil tam facile in animos teneros atque molles influere quam varios canendi sonos.

ADJUNCTA. *Absurdus, acutus et exercitatus, gravissimus, acutissimus, agrestis, vastus et simplex, amplior, distinctus et pressus, certus, inflexus, acutus, gravis, dignissimus, discrepans et immutatus, inanis, levior, major, miserabilis, tantus et tam dulcis, rusticus, tristis et plenus dignitatis, varius.*

SYNTAXIS. *Aures sonum recipiunt. Sonus amplificatur. Ex tortuosis locis soni referuntur ampliores. Sonus complet aures meas. Sonum effici. Vox ad miserabilem sonum inflexa. Referre eundem in cadendo sonum. Elicere nervorum sonos. Cursus vocis per omnes sonos. Sonos vocis distinctos efficere. Sonum fundere. Sonus pronunciandi. Canendi sonos in animum influere.*

Sophia, σοφία. *Lege,* Sapientia.

Sophisma, tis, σόφισμα. 4. Acad. 75. Contorta et aculeata quædam sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

Sophistes, tæ, σοφιστής. *Ibid.* 72. At quis est hic? num sophistes? sic enim appellantur hi, qui aut ostentationis, aut quæstus causa philosophantur. 1. de Nat. 63. Abderites Protagoras, sophistes temporibus illis maximus. *Ibid.* 37. Isocrates, multique alii, qui sunt nominati sophistæ. 2. de Fin. 2. Sed et Gorgiam et cæteros sophistas ludos videmus a Socrate. *Ibid.* 1. Eorum erat iste mos, qui tum sophistæ nominabantur.

Sophocles, clis, *poeta tragicus.* De Sen. 22. *bis.* 5. de Fin. 3. 1. de Nat. 54. 2. Att. 7.

ADJUNCT. *Homo doctissimus, et poeta divinus.*

Sophocleus, a, um. *Lege,* Pango.

Sophos, *sapiens,* σοφός. 2. de Fin. 24. Lælius sophos ille, &c. *bis.* 5. Tusc. 7. Qui a Græcis Sophi, sapientes a nostris nominantur. 1. de Nat. 107. Sophi motum inanem vocant.

Σώφρων. *Lege,* Temperans.

Σωφροσύνη. *Lege,* Temperantia.

Sopitus, a, um, *quasi somno oppressus,* κατακοιμισθείς. Pro Cæl. 41. Blandimenta, quibus sopita virtus conniveret. 1. de Div. 115. Sopito corpore animus vigilat. *Ibid.* 60. Cum dormientibus ea pars animi, quæ mentis et rationis particeps sit, sopita langueat.

Sopor, oris, *somnus,* κάρος, κάρωσις, καταφορὰ, ὕπνος. 1. de Div. 44. Cum jam quieti corpus dedi, sopore placans artus languidos.

Soranus. Pro Planc. 22.

Sorbeo, es, ὑποπίνω. *Lege,* Absorbeo. 3. Qu. Fr. 9. Ista odia non sorbeo solum, sed etiam concoquo. 11. in A. 10. Quid cum non sorbere animo? quid non haurire cogitatione? cujus sanguinem non bibere censetis?

Sordes, dis, *lutum, fex,* ῥύπος. 2. de Nat. 114. Provisum est etiam, ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium tanquam in visco adhæresceret.

Immunditia. Pro Muræn. 76. Populus Roman. non amat profusas epulas, sordes et inhumanitatem multo minus.

Avaritia. 4. Att. 16. Judicum sordes. 7. Fa. 1. Sordes hominis. Pro Fla. 7. Nullam in re familiari sordem posse proferri.

Dedecus, macula, nota, culpa, flagitium. Pro Sest. 60. Virtus splendet ipsa per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. 1. Att. 13. Satius erat illum in infamiæ relinqui sordibus, quam infirmo judicio committi. 5. 21. Has a nostro Qu. Ticinio sordes accepimus. 3. Fam. 14. Nam sordes eluere vult. 1. in A. 20. *Vide,* Sordidus.

Contumeliose, cœnum, fex. L. P. 62. O lutum! o sordes! De Clar. 224. Is ex summis et fortunæ et vitæ sordibus consul fac-

tus est. 1. Att. 13. Apud bonos iidem sumus, quos reliquisti: apud sordem urbis et fæcem multo melius nunc, quam reliquisti.

Luctus, mæror, dolor. Pro Clu. 18. Mater squalore filii et sordibus lætatur. Postquam ad Quir. 7. Alicujus quotidianæ lacrymæ sordesque lugubres. Pro Cl. 192. Spectaculum sordium atque luctus alicujus. Ver. 5. 127. Adspicite, judices, squalorem sordesque sociorum. Pro Dom. 59. Filiæ meæ fletus assiduus sordesque lugubres. 14. Fa. 2. Jacere in lacrymis et sordibus.

Adjuncta. *Sordes domesticæ, ingentes, lugubres, miserrimæ, summæ, turpissimæ.*

Syntaxis. *Sordibus obsolescere. Sordes eluere. In infamiæ sordibus relinquere aliquem. Accipere sordes ab aliquo. O lutum, o sordes! Squalore et sordibus lætari. Jacere in lacrymis et sordibus.*

Sordidatus, a, um, *sordidus*, ῥυπῶν. 2. de Orat. 195. Mœstus ac sordidatus senex. Ver. 2. 62. Heraclius et Epicrates sordidati maxima barba et capillo. Postq. in Sen. 11. Innumerabilis multitudo supplex ad eum sordidata venerat. I. P. 67. Servi sordidati ministrant. 2. in A. 73. Sordidata mancipia. Ver. 4. 41. I. P. 99. *Lege*, Sordidus.

Sordide, *avare*, αἰσχροκερδῶς, σμικρολόγως, αἰσχροκερδῶς. 2. de Orat. 352. Sordide dicere. 15. Att. Sordide concionari.

Sordidus, a, um, *pauper*, ἄπορος. 3. Tus. 56. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. 12. Att. 26. Villula sordida et valde pusilla. Pro Fl. 52. 3. de Leg. 35. et 8. Att. 4. Homo egens ac sordidus. I. P. 99. Nec minus lætabor, cum te semper sordidum, quam si paulisper sorditatum viderem.

Turpis. 1. in A. 20. Ut enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate judicandi sordes suas eluet. 2. de Invent. 115. De pecunia ratiocinari sordidum est. 9. Att. 11. Iste omnium turpissimus et sordidissimus idem est, qui in rep. fuit. 1. Qu. Fr. 1. 6. Tuscenius homo furiosus ac sordidus. 2. Off. 21. Quæ sordidissima quidem est ratio et inquinatissima. *Ibid.* 50. Id enim ipsi sordidum est ad famam, committere, ut accusator nominetur. Pro Mar. Scau. Sordidissima, levissima, vanissima gens *Sardorum.*

Avarus, cupidus. 1. Off. 150. De artificiis et quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi.

Mærens. Pro Mur. 86. Squalore sordidus.

Sorita, *Sorites.* Hor. Tunc Pseudomenon et Soritam, et totam Dialecticam aut illudis, aut increpas?

Sorites, tæ, et tis, *Sorite*, σωρείτης. 2. de Divin. 11. Quemadmodum soriti resistas, quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare; sed nihil opus est: ut enim ipsa philosophia, et multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. 4. Acad. 142. Posthac potius disseramus de obscuritate naturæ, &c. quam de oculorum sensuumque reliquorum mendaciis, et de sorite, aut pseudomeno: quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. *Ibid.* 49. Captiosissimum genus interrogationis, quod genus minime in Philosophia probari solet, cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Soritas hoc vocant, qui acervum efficiunt, uno addito grano. 4. de Fin. 50. Jam illo Sorite, quo nihil putatis vitiosius, &c. 4. Acad. 93. Soritæ Vitiosi.

Soror, oris, ἀδελφή. 1. de Div. 41. Soror germana. Pro Dom. 92. Non sum tam ineruditus, qui Minervam Jovis sororem meam esse sororem dicam. *Ibid.* Tu sororem tuam virginem esse non sivisti. 2. in A. 99. Filiam ejus sororem tuam ejecisti. Pro Mil. 74. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Pro Dom. 26. Qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienarit.

Adjuncta. *Aspera, germana, major, mœsta, suavissima.*

Sororicida, æ, ἀδελφοκτόνος. Pro Do. 26. Parricida, fratricida, sororicida,

Sororius, a, um, ἀδελφικός. Pro Sest. 16. Homo fraternis flagitiis, sororiis stupris insanus. *Lamb. legit*, Sororis.

Sors, tis, *cum ad divinationem fatumque pertinet*, κλῆρος. 2. de Div. 85. Quid enim est sors? idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas et casus, non ratio nec consilium valet. *Ibid.* 70. Auspicia restant, et sortes, quæ ducuntur: non illæ, quæ vaticinatione funduntur, quas oracula verius dicimus. *Ibid.* 86. Sortes, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscentur ac ducuntur. *Ibid.* Sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur. 1. 76. Cum Spartiatæ oraculum ab Jove Dodonæo peterent, legatique illud, in quo inerant sortes, collocavissent, simia et sortes ipsas et cætera, quæ erant ad sortem parata, disturbavit. 2. 69. Simia urnam evertit, sortes dissipavit. 1. 34. Sortes eductæ in rem apte cadere possunt divinitus. 2. 38. Quæ cui sors ducatur. 3. in A. 26. Sors divina. 3. de Nat. 14. Quis cornicis cantum notarit? quis sortes? 1. de Div. 34. Oracula, quæ æquatis sortibus ducuntur. 1. de Inv. 101. Ex sortibus, ex oraculis, ex responsis. 1. de Div. 42. Quo sese vertant tantæ sortes somniorum. Div. 46. Sortis religio. 2. de Div. 116. Sors illa edita est Crœso,

Crœsus Halim penetrans, &c.

Ibid. 85. Numerius Suffecius sortium inventor. *Ibid. de sortium inventione.* 1. de Divinat. 34. Ut hæ sunt sortes quas ex terra editas accepimus. Pro C. Cornel. 1. Dum æquantur sortes.

Fortuna, casus. 1. Qu. Fr. 1. 8. Quæstorem habes non tuo judicio delectum, sed eum, quem sors dedit. Pro Mur. 18. Quæstura utriusque propemodum pari momento sortis fuit; nullum enim vobis sors campum

dedit, in quo excurrere virtus cognoscique possit. Pro Sest. 8. Quæstor hic C. Antonii collegæ mei fuit sorte, sed societate consiliorum meus. In Vat. 12. Cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset. Ver. 4. 143. Sors ducitur. quamobrem? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. 2. contra Rull. 17. Paucas tribus non certa conditione juris, sed sortis beneficio ad usurpandam libertatem vocare. Ver. 2. 127. Res revocatur ad sortem. *et ibidem de sortibus multa. Ibid.* 17. Verri sorte provincia Sicilia obvenit. Pro Dom. 24. Provincias extra ordinem sine sorte nominatim dedisti reipubl. pestibus. 1. Att. 16. Cum de consularibus mea prima sors exisset. 8. Fam. 8. Ita sorte in provincias proficiscerentur. *Ibid.* Conjicere aliquem in sortem. 11. 20. Æqualiter aut sorte assignare aliquid alicui. Pro Planc. 35. Si sortis, nullum crimen est in casu. Ver. 4. 95. Telum, quod cuique sors afferebat, arripuit. 2. Att. 22. Quod sors obtulerit, id acturus videtur. 1. Qu. Fr. 1. 22. Quod si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, tamen, &c. 1. Off. 38.

Vosne velit, an me regnare hera, quidve
ferat sors, &c.

Pro Lig. 21. Tuberonis sors conjecta est ex S. C. cum ipse non adesset. *Ibid.* Africa, quo Senatus eum sorsque miserat. 2. Fam. 19. Mihi eam sortem sperabam fore, &c.

Adjuncta. *Clarissima, divina, incerta, infirma, jucunda, tristis et atrox.*

Syntaxis. *Sortes ducere, educere, tollere, disturbare, evertere, dissipare, in rem cadere, æquari. Sortis religio. Sors edita Crœso. Pari momento sortis esse. Provinciam sorte obtingere,* vel *obvenire alicui. Sortis beneficio vocari, &c. Res revocatur ad sortem. Provincias sine sorte nominatim dare. Mea prima sors exit. Conjicere aliquem in sortem. Sorte assignare aliquid alicui. Quod cuique sors affert, quod sors obtulerit, quod sors feret. Nam mihi sortem spero fore &c.*

Sortiens, tis, *διαλαγχάνων.* Act. 1. Ver. 39. Senatores, qui C. Verre prætore sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa condemnarent.

Sortilegus, gi, *divinus, ariolus, μάντις.* 1. de Div. 133. Nunc testabor non me sortilegos, nec eos, qui quæstus causa ariolentur, agnoscere. 2. 109. Nonne intelligis, eadem uti posse haruspices, fulguratores, &c. sortilegos et Chaldæos.

Sortior, iris, *sortito capio, in sortem conjicio, sortitionem facio, fortunæ judicio committo, διακληρόω, διαλαγχάνω, κατακληρόομαι.* 2. contra Rull. 21. Sortietur tribus idem Rullus, educet, quas volet, tribus. *Ibid.* 22. Qui tribus, quas voluit, vocavit, nullo custode sortitus. Pro Cluent. 129. Sortiri ad pœnam, et hominum delictum fortunæ judicio committere, minime censorium est. *Ibid.* Non animadvertes in omnes? sed carpes, ut velis? et paucos ex multis ad ignominiam sortiere? 1. Fam. 9. Sortiri provinciam cum collega. Pro Mur. 18. Tu illam, cui, cum quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem provinciam habuisti. Ver. 2. 42. Ei venit in mentem, e lege Rupilia, sortiri dicas oportere. 1. de Nat. 99. Hoc non est considerare, sed quasi sortiri, quid loquare. De Fat. 46. Anatomi sortiuntur inter se, quæ declinent, quæ non. 2. Qu. Fr. 1. Acilius sententiam dixit, ut ipse judices per prætorem urbanum sortiretur. 1. Att. 10. Prætores nondum sortiti sunt provincias. Act. 1. Ver. 21. Cum prætores designati sortirentur, M. Metello obtigit, ut is de pecuniis repetundis quæreret. 1. Att. 16. Senatus decrevit, ut consules Galliam sortirentur. 7. in A. 16. L. Antonius sua lege cum C. Cæsare magistratum sortitus est. *Lamb.* partitus est, *legit.*

Sortitio, onis, *distributio, quæ sortito, ductisve fit sortibus. κλήρωσις.* Pro Pl. 53. Nunquam majores nostri sortitionem constituissent ædilitiam, nisi viderent accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent. 3. in A. 24. Divina vero opportunitas, ut in sortitione provinciarum, quæ cuique apta esset, ea cuique obveniret. 2. Phil. 82. Sortitio prærogativæ. 2. Qu. Fr. 1. Judicum sortitione facta comitia haberi. 1. Att. 14. Pro Cl. 128. 129. Ut sortitione in quosdam animadverteretur. Pro C. Corn. 1. Dum sortitio fit.

Adjuncta. *Ædilitia, contentiosa, præclara, religiosa, vespertina.*

Sortito, *sortitione, ductis sortibus, κατὰ κλῆρον.* 8. Fam. 8. Eos sortito in provincias mitti placere. Ver. 2. 126. Lex Jovis sacerdotem sortito capi jubet.

Sortitus, us, *sortitio, κλήρωσις.* Pro Dom. 50. Pluribus de rebus uno sortitu retulisti.

Sospita, tæ, *salutaris, σόος.* Pro Mur. 90. 1. de Nat. 83. et 1. de Div. 4. Juno sospita.

Soter, eris, *conservator, servator, σωτήρ.* Ver. 2. 154. Is enim soter, qui salutem dedit. *Ibid.* Soter Latino uno verbo exprimi non potest.

SP

Spargens, tis, *σπείρων.* Pro S. R. 50. Attilius ille, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, convenerunt. 1. Tuscul. 107. et I. P. 43. Eviceratus latere pendens, saxa spargens tabo.

Spargo, is, *fundo, κατασπείρω.* De Senect. 77. Credo, deos immortales sparsisse animos in corpora humana. Pro Arch. 30. Ego vero omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. 1. de Div. 6. Quod Zeno in suis commentariis, quasi semina quædam sparsisset. Parad. 5. Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt,

qui verrunt, qui spargunt. 2. C. 23. Qui siccas vibrare, et venena spargere didicerunt. In Arat. Spargere amnem lacrymis. 3. in A. 16. Qui nummos populo de rostris spargere solebat.

Sparsus, a, um, *fusus, disjectus*, ἐσπαρμένος. 1. Atticor. 10. Litteræ sparsæ sale humanitatis.

Dissipatus. 4. ad Her. 3. Res sparsas et vage disjectas eligere. In Ar.

—*Stellæ sparsæ fusæque videntur.*

Pro Deiot. 24. Graves de te rumores sparsi sunt.

Sparta, tæ, *Lacedæmon*. 1. Att. 17. Quæ tibi obtigit, σπάρταν nunquam desere. 2. Off. 77. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia perituram.

Spartacus. De Ar. 26. et 4. in A. 15. Athenio et Spartacus duces belli servilis.

Spartiates. 1. de Div. 76. et 5. Tus. 77.

Adjuncta. *Fortes et duri.*

Sparus, ri, *genus teli*, ἀκόντιον. Pro Mil. 65. Sparorum pilorumque multitudo.

Spatior, aris, *ambulo, deambulo*, περιπατέω, περινοστέω. Pro S. Ros. 59. Residere, deinde spatiari. De Opt. 8. Spatiari in Xysto.

Spatium, tii, *intervallum, curriculum, cursus, regio*, διάστημα, διωρία. 2. de Nat. 49. Stellæ spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeant. De Clar. 907. Ut possis videre, quemadmodum simus in spatio Quin. Hortensium ipsius vestigio persecuti. 1. de Leg. 14. Quin igitur ad illa spatia nostra, sedesque pergimus. 5. de Fin. 1. Non sine causa nobilitata spatia. 2. de Orat. 24. In ambulatione duo spatia vel tria facere. 1. de Legib. 15. In sylvestribus spatiis. Pro Mur. 70. Spatio honestari.

Temporis intervallum. 12. in A. 31. De quo mihi, quoniam liberum est spatium, etiam atque etiam considerandum puto. Orat. 193. Trochæus, qui eodem spatio est, quo choræus. In Arat.

Huic spatio ductum simili latus extat utrumque.

Pro Rab. 6. Qui me ex constituto spatio defensionis in semihoræ curriculum coegisti. Pro Arch. 1. Quoad longissime potest mea mens respicere spatium præteriti temporis. 2. Off. 81. Propterea quod tam longo spatio multa hæreditatibus detinebantur. 1. Qu. Fr. 1. 11. Qui tibi biennii spatio nunquam in suspicionem avaritiæ venerit. Ver. 2. 96. Et erat spatium dierum fere triginta ante Calend. Decembr. 1. de Invent. 39. Diurnum nocturnumve spatium. 4. de Fin. 1. Spatium sumamus ad cogitandum. 1. de Orat. 150. 5. Att. 14. Cum erit spatium, utrumque dabo. *Ibid.* 16. Surripere aliquid spatii. 1. Off. 119. Qui spatium deliberandi habuerunt, utrum, &c. Act. 1. Ver. 56. Etiamsi spatium ad dicendum nostro commodo vacuosque dies habuissemus. 1. de Orat. 252. Quantum in hac acie quotidiani muneris spatii nobis datur. Pro Cæc. 6. et 15. Fam. 17. Spatium alicui ad sese colligendum dare. 2. Tuscul. 52. Considerandi spatium non datur. 9. Fam. 5. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante Nonas veniendi, istic te videbo. 2. de Orat. 352. Hoc interim spatio conclave illud cecidit. 3. 7. Nostræ spes in medio sæpe spatio franguntur. Pro Arch. 29. Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum. Incer. Si mihi vitæ spatium duplicetur, vel iis tantummodo poetis percurrendis non esset suffecturum. Orat. 12. Spatia Academiæ.

Adjuncta. *Æquum, longinquum, magnum, par, æternum, frugiferum atque immensum, immutabile, menstruum, annuum, commune, diurnum, nocturnum, extremum, liberum, longum, longius, medium, nobilitatum, rarum et certum, sylvestre, verum et certum.*

Syntaxis. *Spatia duo, vel tria in ambulatione facere. Quoniam mihi liberum est spatium. Eodem spatio esse. Respicere spatium præteriti temporis. Spatium sumere ad cogitandum. Spatium deliberandi habere. Spatium alicui ad sese colligendum dare. Si spatium fuerit veniendi. Spes in medio spatio fracta. Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum. Vitæ spatium alicui duplicari. Spatia Academiæ.*

Speciatim, *nominatim*, εἰδικῶς. Postq. in Sen. 20. M. Messenius legem speciatim de salute mea promulgavit. *Lamb.* separatim.

Species, ei, *forma, figura, spectrum, notio, facies*, εἶδος, ἰδέα. 1. Acad. 30. Mens sola cernit id, quod semper est simplex et uniusmodi, et tale quale est; hanc Plato ideam appellavit, nos recte speciem possumus dicere. *Ibid.* 27. Materia sine ulla specie, et carens omni qualitate. 3. Off. 81. Species, forma, et notio boni viri. Orator. 18. Insidebat in ejus mente species eloquentiæ. *Ibid.* 43. Excellentis eloquentiæ speciem et formam adumbrabimus. 2. Tusc. 52. Obversentur species honestæ animo. Ver. 5. 143. Nunquam tibi species ipsa hujuscemodi multitudinis in oculis animoque versata est. 2. de Div. 137. Nulla species cogitari potest nisi pulsu imaginum. 4. Acad. 52. Eadem est in somniis species eorum, quæ vigilantes videmus. De Fat. 43. Visum objectum imprimit, et quasi signat in animo suam speciem. 2. de Legib. 26. Est enim quadam opinione species deorum in oculis, non solum in mentibus. 1. de Div. 81. Objiciuntur sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt.

Exemplum, imago, similitudo. 1. de Nat. 3. Pietas in specie fictæ simulationis inesse non potest. *Ibid.* 37. Cleanthes finxit formam quandam et speciem deorum. *Ibid.* 46. Speciem nullam aliam esse, nisi humanam, deorum. 4. Tusc. 32. Quædam humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia,

&c. 3. de Nat. 51. Arcus species, quia speciem habeat ad mirabilem, Thaumante dicitur esse nata. 2. 9. Veritas auspiciorum spreta est, species tamen retenta. 2. de Orat. 317. Multa ante congressum sunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur. 4. Acad. 66. Ad rationes has, lætiore specie, non ad tenue elimatas. 5. de Fin. 3. Me species quædam commovit, inanis scilicet, commovit tamen. 4. Fam. 4. Ut speciem aliquam viderer videre quasi reviviscentis reip. 1. 9. Qui speciem hujus vitæ intuentur. Brut. 16. Qui potes ista vel probare, vel ita demisse ac facile pati, ut probantis speciem habeas. 3. Off. 7. Si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, &c. *Ibid.* 12. Quæ virtuti repugnent specie quadam utilitatis. *Ibid.* 16. Qui similitudinem quandam gerunt, speciemque sapientum. *Ibid.* 35. Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, nos commoveri necesse est. *Ibid.* Si res speciem utilitatis attulerit, tunc utilitas non relinquenda est. *Ibid.* 41. Species utilitatis animum pepulit ejus, qui, &c. *Ibid.* Muri causam opposuit, speciem honestatis nec probabilem nec satis idoneam. 2. 39. Hic speciem præ se boni viri fert. Pro Cæl. 14. Catilina multos viros bonos specie quadam assimulatæ virtutis tenebat. Ver. 4. 129. Duo signa eadem specie ac forma. 1. de Nat. 48. Figura, et forma, et species. 1. de Div. 19. et 20. Species ex ære, et sancta Jovis species. *Ibid.* 79. Atque hanc speciem Praxiteles cælavit argento. Quin. de Pet. 14. Deinde instituendi sunt cujusque generis amici ad speciem hominis illustris honore ac nomine. 3. de Orat. 113. Forma, et quasi naturalis nota cujusque ut avari species et gloriosi. 2. 211. Probitatis commendatione boni viri speciem tueri. 10. Fa. 12. Hæc quæ habent speciem gloriæ. 13. 29. Causæ quæ speciem habent magnæ conjunctionis. 2. Tusc. 42. Falsa visione et specie doloris moveri. 2. cont. Rull. 10. Aliud obscure moliri, aliud spe et specie simulationis ostendere. 2. C. 18. Horum hominum species est honestissima, sunt enim locupletes: voluntas et causa impudentissima. 2. Off. 10. Quorum error eripiendus est, omnisque opinio ad eam speciem traducenda ut honestis consiliis se intelligant, ea, quæ velint, consequi posse. 2. in A. 116. Cæsar adversarios clementiæ specie devinxerat. 5. 15. Si ullam speciem reip. cogitasset. 3. Off. 120. Voluptas speciem utilitatis habere dicitur.

Forma. 4. Att. 16. Amisimus, mi Pomponi, omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem ac speciem civitatis. 1. de Leg. 26. Tum natura speciem ita formavit oris, ut in ea, &c.

Venustas, dignitas. 1. Off. 126. Natura formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. *Ibid.* 141. Tertium, ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderanda sint. Quint. de Pet. 40. Postremo tota petitio cura ut habeat summam speciem et dignitatem.

Pompa. Ver. 5. 85. Præclara classis in specie, sed inops et infirma propter, &c.

Pulchritudo. 4. de Fin. 60. Quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit. 2. Off. 32. Honestum per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet. 2. de Orat. 294. Adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam. Orat. 2. Optima species et figura dicendi. 1. Qu. Fr. Species tam gratiosi liberti dignitatem non habet.

Aspectus. De Senect. 57. Agro bene culto nihil est, nec usu uberius, nec specie ornatius. *Ibid.* Quid de vinearum specie dicam? 4. de Fin. 61. Nomina hæc, quæ prima specie admirationem moverent. *id est, primo aspectu.* 1. de Orat. 131. Hæc quæ sunt in specie posita, in te, Sulpiti, divina sunt. *id est, motus corporis in conspectu positus.* 5. Tusc. 114. Species formæ. 1. de Fin. 47. Cujus similitudine perspecta in formarum specie, &c. 2. de Div. Is autem Trages puerili specie dicitur visus. Ver. 1. 58. Vidi forum ornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri. 2. de Nat. 87. Mundi partes nec ad usum meliores, nec ad speciem pulchriores potuerunt esse. I. P. 24. At fuit pompa, fuit species, incessus saltem Seplasia dignus. *Ibid.* Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis. 1. Off. 96. Ut in eo moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali. 11. in A. 5. Is occisus est ab eo, qui tum civis speciem habebat. De Clar. 224. Magis tamen specie atque ipso amictu capiebat homines, quam dicendi copia. 1. de Div. 18.

Cum claram speciem nocturno lumine Luna
Abdidit, &c.—

Pro Dom. 3. Hi tales viri, qui non solum consiliis suis, sed etiam specie ipsa dignitatem reip. sustinent. *Ibid.* 89. O speciem dignitatemque populi Rom. 4. Her. 61. Forma, species, et statura apposita ad dignitatem. 3. de Orat. 52. Sed tamen est species alia magis alia formosa. 11. in A. 7. Misera illa et flebilis species. *id est, hominis trucidati.*

Dialectica forma, pars inquam generis. Top. 68. In comparatione spectantur hæc, numerus, species, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio. 1. de Inv. 40. Cum genere idem sit aliud, quod quodam parte et specie differat. 16. Att. 24. Hæc me species cogitatioque perturbat. Or. 33. Virtutes specie dispares prudentia conjunguntur.

Adjuncta. *Admirabilis, æterna, divina, infinita, pura, levis, perlucida, blanda, eximia, optima, clara, consimilis, obscura, consularis, magna, mirabilis, falsa, liberalis, probabilis et idonea, forensis, formosa, ornatior, formosa et*

illustris, præclara et eximia, honesta, honestissima, humana, immanis, præstans, puerilis, sancta, inanis, pulchra, pulcherrima, latior, misera et flebilis, pristina, singularis, stulta, improba, summa, vetus.

Specillum, li, *instrumentum, quo medici vulnerum, sive ulcerum altitudinem tentant,* μηλὸν κάτοπτρον. 3. de Nat. 57. Æsculapiorum primus, Apollinis *(scilicet filius)* quem Arcades colunt: qui specillum invenisse, primusque vulnus obligavisse dicitur. *Male legunt quidam hoc loco,* Speculum.

Specimen, inis, *indicium, significatio,* δεῖξις, παράδειξις. 1. Tusc. 32. Num dubitas, quin specimen virtutis capi debeat ex optima quaque natura? Postquam in Sen. 7. Lentulus hoc specimen virtutis, hoc indicium animi sui fore putavit, si me, &c. 5. Tusc. 55. C. Cæsar, in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, salis, leporis. 3. de Orat. 158. Ingenii specimen est quoddam, transire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere. De Clar. 188. Denique hoc specimen est popularis judicii. In L. Pison. Quod minimum in te specimen ingenii? Ingenii autem? imo ingenui hominis ac liberi?

Exemplum. 3. de Leg. 10. Is ordo, vitio vacato, cæteris specimen esto. *Ibid.* 30. Specimen, præjudicium, prærogativa. I. P. 95. Quod specimen habuit hæc civitas innocentiæ. 3. de Natu. 80. Temperantiæ, prudentiæque specimen, Qu. Scævola.

Laudabile factum. Div. 27. Tu vero qua in re specimen cæteris aliquod dedisti? aut tui periculum fecisti?

Speciosus, a, um, *illustris, eximius,* ἔνδοξος. De Cl. 267. Dignitate motus fit speciosum et illustre quod dicitur. 16. Att. 7. Reversionis has speciosas causas habeo.

Spectabilis, le, ὑπέροπτος, περίβλεπτος. De Un. 11. Et corpus quidem cœli spectabile effectum est.

Spectaculum, li, *res ad spectandum proposita, præsertim cum pompa et apparatu, quales sunt ludi, et alia ejusdem generis,* θέαμα, θέατρον. 2. de Nat. 140. Res cœlestes, quarum spectaculum ad hominem solum pertinet. *Ib.* 155. Circuitus solis et lunæ spectaculum hominibus præbent. 2. Att. 19. In theatro ac spectaculis. 1. in A. 36. Spectaculum apparatissimum. Pro Muræn. 72. At spectacula sunt tributim data, et ad prandium vulgo vocati. *Ibid.* 73. Dare spectaculum. Pro Sest. 124. Magnus ex omnibus spectaculis plausus excitatus est. *Ibid.* Id autem spectaculi genus erat. Pro Clu. 192. Hoc sibi optatissimum spectaculum hujus sordium, &c. amitteret. 10. in A. 8. O spectaculum non modo hominibus sed undis ipsis et littoribus luctuosum! 10. Att. 2. Homini non amico nostra incommoda, præsertim tanta, spectaculo esse nollem. Pro C. Cornel. 1. Ut spectaculum illud, Consulum calamitate, re et tempore salubre ac necessarium, genere et exemplo miserum ac funestum videremus. Con. C. Anton. Cui spectaculum ejusmodi tua crudelitas præbuit, ut nemo sine luctu aspicere, sine gemitu recordari posset. Oecon. 1. Quod ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere.

Adjuncta. *Acerbum, et miserum, et grave, acerbissimum et miserrimum, admirabile et pulchrum, apparatissimum, optissimum, crudele et immane, egregium, jucundum, præclarum, jucundissimum, miserum et acerbum, pulcherrimum, luctuosum, magnum et jucundum, miserrimum, optatissimum, tetrum.*

Syntaxis. *Spectaculum alicui præbere. In theatro ac spectaculis. Dare spectacula. Ex spectaculis plausum exciteri. Spectaculum mihi luctuosum. Spectaculo esse. Spectaculum funestum videre.*

Spectans, tis, θεωρῶν. Pro Lig. 3. Ligarius domum spectans, et ad suos redire cupiens. 1. de Orat. 92. Artem rebus unum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus contineri. De Fat. 33. Quid enim spectans Deus ipse diceret, Marcellum in mari esse periturum? 1. Tusc. 31. Quid spectans? 2. de Orat. 132. Quærere argumenta spectantia ad id, quod in judicium venit. 1. de Div. 31. Qui ad meridiem spectans, in vinea media constitit. Pro Dom. 113. Quibus spectantibus domus mea disturbaretur. Oecon. 1. Spectantes audientesque lætissima voluptate permulcentur.

Spectat, *pertinet,* ἀνήκει. 2. Off. 72. Beneficia quæ ad singulos spectant, et quæ ad universos pertinent.

Spectatio, onis, *inspectatio,* ἐπίσκεψις. 13. Att. 42. Animum levari spectatione. Ver. 3. 180. Pro spectatione et collybo. 7. Familiar. 1. Apparatus spectatio tollebat omnem hilaritatem.

Spectator, oris, *contemplator,* θεατής. 2. de Nat. 140. Homo spectator rerum superarum atque cœlestium. 2. Fam. 7. Spectator laudum tuarum. Pro Dom. 64. Ille ne auditor quidem gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potui. De Ar. 22. Ludi quorum ipsi dii te spectatorem esse voluerunt. 2. Off. 26. Socii spectatores se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. 1. de Orat. 112. Scævola, quem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. Qu. de Pet. 18. Diligens spectator officiorum.

Spectatus, a, um, *probatus, cognitus,* περιεσκεμμένος. Act. 1. Ver. 29. Homo in rebus judicandis spectatus et cognitus. Pro Clu. 47. Cleophantus medicus ignobilis, sed spectatus homo. De Am. 9. Maximus et spectatus vir. Div. 24. Vir fortis ac spectatus. Pro Flac. 62. Lacedæmoniorum spectata et nobilitata virtus. Postquam in Senat. 36. Qu. Metelli spectatæ jam adolescentiæ filius. 1. de Orat. 124. Cæterarum artium homines spectati et probati. Div. 11. Ad meam fidem, quam habent spectatam jam, et diu cognitam, confugiunt. Pro S. R. 147. Spectatissima femina. 3. Att. 26. Alicujus spectata multis magnisque rebus integritas.

Inspectus. 2. Off. 70. At vero ille tenuis quidquid factum est, se spectatum, non fortunam putat. 12. Fa. 29. Spectatum esse magno theatro.

Spectatus, us, ἰφόρασις. 2. Off. 38. Quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

Syntaxis. *Spectatus et cognitus. Maximus et spectatus vir. Spectata et nobilitata virtus. Spectatæ adolescentiæ filius. Spectata jam, et diu cognita fides. Multis magnisque rebus spectata integritas. Vir spectatu dignus. Spectatissima femina.*

Spectio, onis, θέαμα. 2. in A. 81. Consules, &c. habent etiam spectionem. *aliter*, inspectionem.

Specto, as, *spectator sum, æstimo, cerno*, διασκοπέομαι, θεωρέω. Pro Lig. 13. Res enim eo spectat, ut ea pœna, in qua adhuc Qu. Ligarius est, non videamini esse contenti. Pro Deiot. 5. Ad te unum omnis mea spectat oratio. 1. Tusc. 44. Cum laxati curis, spectare aliquid volumus et visere. De Som. 18. Alte spectare, et ad cœlum contueri. De Ar. 22. Quod ni tu Megalesia illo die spectare voluisses, haud scio, &c. 1. Qu. Fr. 1. 27. In pactionibus faciendis legem spectare censoriam. 5. Tusc. 31. Spectare aliquem ex moribus. Pro Mil. 15. Quid in judicando spectare oporteret. *Ibid.* 24. Qui non honoris gradum spectat ut cæteri, sed, &c. Pro Qu. 89. Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in universis. 1. Fam. 9. Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. 2. de Div. 78. Virtus quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. 12. Fam. 4. Hæc eo spectant, ut te horter, &c. 2. de Div. 118. Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, *id est, quasi cum Philippo facere.* hoc autem eo spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret. 8. Att. 25. Illuc quo spectat animus. *Ibid.* 2. Quo igitur hæc spectat oratio? 3. de Orat. 89. Quorsum igitur hæc spectat tam longa oratio? Orat. 200. Prima et media verba spectare debent ad ultimum. 3. Qu. Fr. 4. Præsertim cum ad meum quoque usum spectent. 3. de Orat. 79. Illa semper potiora duxi, quæ ad sapientiam spectarent. 8. Att. 7. Domitius nihil spectat, nisi fugam. 3. de Orat. 145. Satis mihi hoc est ad eam, quam specto, eloquentiam. 5. Fam. 8. Ut primum attigi forum, spectavi semper, ut tibi possem quam maxime esse conjunctus. De Somn. 14. A quibus spectare gloriam certe nullam potestis. 2. Att. 3. Hoc a me aiunt Cæsarem sic spectare, ut non dubitet, &c. 2. Off. 45. Juvenes magna spectare, et ad ea rectis studiis contendere debent. 2. de Orat. 204. Trademus, quæ nos sequi in dicendo, quæque maxime spectare solemus. 14. Att. 13. et 3. Qu. Fr. 2. Res spectat ad interitum. 15. Att. 4. Totum Antonii consilium ad bellum spectat. De Clar. 291. Ad perorandum spectare videtur sermo tuus. 3. Off. 90. Si ad perniciem patriæ res spectabit. 14. Fam. 5. Cognovi ad arma rem spectare. In Vat. 24. Quod ipse ad imperatorias laudes a puero videlicet spectares. 2. Off. 6. Philosophi, &c. qui semper aliquid acquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum. 4. Fam. 2. Omnia utriusque consilia ad concordiam spectarunt. 2. cont. Rull. 69. Ad hanc emptionem duo genera agrorum spectant, unum eorum, &c. Pro Sest. 37. Ad suam magis ille gloriam, quam ad salutem reip. spectabat. 2. contra Rull. 20. Quæret quispiam, quid in tanta injuria spectaverit? 1. Off. 58. Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium. 2. de Orat. 169. Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. Pro Rab. 29. Nihil nisi sempiternum spectat. Pro Sest. 51. Vos qui dignitatem, qui remp. qui gloriam spectatis. 9. Att. 12. Cæsar Græciam spectat potius, quam Hispaniam. 1. Qu. Fr. 2. Noli spectare quanti homo sit: parvi enim pretii est, qui jam nihil sit. 1. Off. 25. In quibus major est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes. 3. 23. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium conjunctionem. 13. in A. 46. Denique summa judicii mei spectat huc, ut, &c. 2. de Leg. 58. Sed ea non tam ad religionem spectat, quam ad jus sepulchrorum. Frag. ep. Monumentum ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. Hortens. Cœli signorum admirabilem ordinem, insatiabilemque pulchritudinem magis spectant.

Spector, aris. 1. ad Her. 9. Rem, non hominem spectari oportere. 1. in A. 20. In judice spectari et fortuna debet, et dignitas. 5. Tusc. 23. Ex majore parte unamquamque rem appellari spectarique dicunt. 1. de Orator. 258. Quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus spectari puto. *Ibid.* 51. In philosophia res spectatur, non verba penduntur.

Adverb. *Alte, fastidiose, directe, plane, procul, simpliciter.*

Spectrum, ri, *idolum, simulachrum, visio*, φάσμα. 15. Fam. 16. Qui putant διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. *Ibid.* Quæ ille Gargetius, etiam ante Democritus, εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt: animus qui possit, ego non video. *Ibid.* Spectrum tuum, ut simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. *Ibid.* 19. Nec tamen hoc usu venit propter spectra Catiana.

Specula, læ, *vigilum locus, vigilia*, περιωπή. 4. 3. Tanquam ex aliqua specula perspexi tempestatem futuram. Act. 1. Ver. 46. Homines in speculis sunt: observant, quemadmodum se unusquisque vestrum gerat in retinenda religione. Pro Deiot. 22. Rex semper in speculis fuit, cum a te animo esset

alieno. 9. Att. 22. Satius existimo vos dispertitos et in speculis esse. Ver. 5. 92. Prædonum adventum significabat ignis e specula sublatus. Pro Mur. 79. Qui ab illo in speculis atque insidiis relicti, in capite atque in cervicibus nostris restiterunt. 7. in Ant. 19. Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus.

Parva spes. Pro Cl. 72. Qui aliquid ex ejus sermone speculæ degustarat. 2. Fam. 16. In communibus miseriis hac tantum oblectabar specula.

Syntaxis. *Ex aliqua specula perspicere aliquid. In speculis esse, et observare. Ignis ex specula sublatus. In speculis et insidiis relictus. In specula collocari.*

Speculandi, διοπτεῖν. Ver. 5. 160. Ait eum speculandi causa in Siciliam esse missum. 1. de Orat. 136. Quod neque precibus unquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui.

Speculator, oris, διοπτήρ. 1. de Nat. 84. Physicus, id est, speculator, venatorque naturæ. Pro Pomp. 46. Alii eum speculatorem, quam legatum, judicari maluerunt. Div. 51. Fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat. Pro Dom. 18. Iste speculator communium miseriarum. 2. de Nat. 140. Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent. Ver. 5. 162. Repentinus speculator.

Speculatrix, icis, θεωρὶς, ἰδὸς. 3. de Nat. 46. Furiæ speculatrices, et vindices facinorum et sceleris.

Speculor, aris, *in speculis sum*, θεωρέω, κατασκέπτομαι. 1. C. 6. Multorum te oculi et aures speculabuntur atque custodient. 5. Tusc. 9. Sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Pro Flac. 57. Cum curia, &c. speculatur atque obsidet rostra.

Speculum, li, εἴσοπτρον. I. P. 71. Versus, in quibus, si quis velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri. 2. de Fin. 32. Infantes, pueri, et bestiæ, quæ Epicurus putat esse specula naturæ. 5. 61. Pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. De Un. 42. Speculorum levitas. Pro S. R. 47. Etenim hæc conficta arbitror a poetis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. In Clod. Postquam tibi speculum allatum est.

Spelunca, cæ, *specus*, σπήλαιον, σπέος. Ver. 4. 107. Propterea est spelunca quædam conversa ad aquilonem, infinita altitudine. De Fat. 6. Ex spelunca saxum in crura ejus incidit. 2. de Fin. 95. At Philocteta jam decimum annum in spelunca jacet. Pro Flac. 39. Qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt.

Specus, us, σπέος. 15. Att. 26. Specus in extremo fundo, *hic ego specus, aquæductus significare puto: ut Cæsar Com. de bello Alexandrino.*

Sperandum, ἐλπιστέον. Pro Marc. 2. Ergo his ad bene sperandum de omni rep. quasi signum aliquod sustuli. 2. Qu. Frat. 11. Id erat hujusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem.

Speratus, a, um, *expectatus, desideratus*, ἐλπισθείς. 1. Qu. Fr. 1. 34. De reliqua et sperata gloria laborare.

Sperno, is, *refuto, respuo, renuo, despicio, repudio, repello, rejicio*, ἀτίζω, ὀλιγωρέω. 13. in A. 21. Sed multo magis nos sprevit, et pro nihilo putavit. Pro Cæl. 36. Cur huic, qui te spernit, molesta es?

Spernor, eris. De Senect. 7. Sperni ab iis, a quibus coli sis solitus.

Spero, as, *spem habeo, spes est, sum in spe, in spe habeo, spe ducor, inducor in spem, expecto, spem pono, reviviseo, spem propositam habeo, mihi spes est proposita*, ἐλπίζω. 12. Fam. 18. Id ego et speraram, prudentia tua fretus: et, ut confiderem, fecerunt tuæ litteræ. 6. Att. 9. Spero, quæ tua temperantia est, et hercule, ut me jubet Acastus, confido, te jam, ut volumus, valere. 1. 1. Spero tibi me causam probasse, cupio quidem certe. 6. Att. 6. Bene sperare de aliquo. 5. 14. Spero meos omnes servire laudi meæ. Pro Deiot. 38. Jubeo te bene sperare, et bono animo esse. 6. Att. 1. Ego, ut spero, propediem te videbo. Pro Arch. 3. Res vobis, quemadmodum spero, non molesta. 16. Att. 3. Ut spero, et ut promittis. De Fat. 3. Oratorias executiones non tu quidem, ut spero, reliquisti. Pro S. R. 10. Sin a vobis (id quod non spero) deserar, &c. 1. Att. 10. A quo nihil speres boni, quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet. 7. 2. Itaque omnia experiar, et, ut spero, assequar: quod si tu valeres, jam mihi quædam explorata essent: sed, ut spero, valebis. 9. 12. Ut ægroto dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad in Italia Pompeius fuit, sperare non destiti. 13. 17. Etsi tuæ litteræ recte sperare jubent, tamen expecto recens aliquid. 14. 16. Spero meliora. 1. Qu. Fr. 2. Et quidem cum spe sum maxima, tum majore etiam animo. Spero superiores fore nos: confido animo. Con. C. Anton. Consulatum spero aut cogito.

Timeo, vereor. 3. de Orator. 48. Quoniam hæc satis spero vobis quidem, certe majoribus natu, molesta et putida videri.

Adverb. *Bene, insipienter, optime, plurimum, saltem, temere.*

Syntaxis. *Spero, et jam confido. Bene sperare de aliquo. Jubeo te bene sperare et bono animo esse. Sin a vobis, id quod non spero, deseror. Tuæ litteræ recte sperare jubent. Spero meliora.*

Spes, spei, *boni expectatio, fiducia, expectatio, cupiditas*, ἐλπίς.)(. *timor.* 4. Tusc. 80. Si spes est expectatio boni, mali expectationem necesse est esse metum. 11. Att. 15. Neque ab iis ipsis quicquam ad spem ostenditur. 2. C. 25. Bona spes cum omnium rerum des-

perratione confligit. Ad Brut. ep. post. 7. Spes hominum egentium et perditorum imminet templis deorum. 3. Att. 22. Injicere spem alicui de aliqua re. 15. 20. Tantum spei habent ad vivendum, quantum acceperunt ab Antonio. 11. 21. Quod quidem nulla habeo in spe. Fam. 9. 8. Sed rursus tam abjectam compositionis spem, non desperatissimam esse puto. 3. 14. Posteaquam extenuari spem nostram et evanescere vidi. 5. 4. Profectio tua spem meam debilitat. Pro Rab. 15. Qui libertatis spem propositam habent. 11. Att. 11. Ne spes quidem ulla ostenditur, fore melius. 2. ad Her. 25. Spes est melius fore. 2. contra Rull. 78. Urbani, quibus ista agri spes et jucunditas ostenditur. 1. cont. Rull. 23. Spem improbis ostendisti, timorem bonis injecisti. 2. 65. Suspensus et incertus, obscura spe, et cæca expectatione pendeo. 1. 27. Spe ducor, me posse, &c. 1. Tusc. 97. Magna me spes tenet, judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Pro Cluen. 7. Magna spes me tenet, hunc locum, &c. 6. Att. 1. De Egnatii nomine nec nulla, nec magna spe sumus. *Ibid.* 6. Quo majorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat. 15. 1. Habere bonam spem de aliquo. 3. 16. Litteræ tuæ spem mihi magnam faciunt. 7. 14. Pompeius spem affert, se, &c. Ver. 5. 40. Ponere sibi spem in aliqua re. 13. Att. 22. Sed id quidem mihi in optima spe pono. Pro Cluent. 22. Cum ei filii recuperandi spes esset ostentata. 3. de Natura 14. Miserum est non habere ne spei quidem extremum et commune solatium. 2. de Invent. 112. Si tum, cum spes deseruisset, opitulatus sit. 7. Att. 20. Deficit enim non voluntas, sed spes. 12. Fam. 14. Si Syriæ spes eum frustrata esset. 11. Att. 4. Brutus est in spe magna. 1. 10. Teucri lentum negotium, sed tamen est in spe. 8. 13. Nunc autoritate et consilio tuo in spe firmiore sumus. 1. de Orat. 25. Collocare magnam spem suæ dignitatis in aliquo. Act. 1. Ver. 9. Collocare spem in aliquo honesto præsidio. *Ibid.* 42. Habere bonam spem de se. 2. de Orat. 142. Abjicere spem faciendi aliquid. Ver. 1. 20. Præcidere spem alicui faciendi aliquid. 8. Att. 15. Dum in spe pax fuit. 2. 22. In eam spem adducor, ut, &c. Pro Milon. 95. O spes fallaces! 1. Att. 17. Spes malorum. Pro S. R. 110. Pro re certa spem falsam domum retulit. 2. Fa. 5. Sive habes aliquam spem de republica, sive desperas. 16. 5. Omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. 3. 10. In te ipso maximam spem habebam. 12. 1. Reipublicæ spes omnis in vobis est. 1. de Fin. 67. Erigi spe futurorum. 9. Fam. 1. Venire in spem. 5. 13. Teneri aliqua spe. *Ibid.* 12. Rapi ad spem immortalitatis. 5. de Fin. 88. Ponere spem in aliquo. 5. Tusc. 36. Reponere spem in aliquo. 5. Fam. 13. Te enim spes aliqua consolatur. Pro Planc. 101. Cum tibi vana quædam atque inania, falsa spe inductus, pollicebar. *Ibid.* 104. Quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem, vos, &c. Pro Sest. 93. O dii immortales? quem jam ostendistis exitum nobis? quam spem reipublicæ datis? 5. Fam. 4. Dare spem alicui. Pro Sull. 39. Qui negare voluit, quo plus spei Gallis daret. Pro Sest. 67. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio visa est. *Ibid.* 38. C. Marius spes subsidiumque patriæ. 2. in Anton. 46. Adolescens summa spe et animi et ingenii præditus. Orat. 107. Adolescens non tam re et voluntate, quam spe et expectatione laudatus. 3. de Natur. 76. Patrimonia spe bene tradendi relinquimus, qua possumus falli. 8. Att. 2. In unius hominis quotannis periculose ægrotantis anima positas omnes nostras spes habemus. De Somn. 18. Nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum. 8. Att. 3. Et quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma. 2. C. 14. De spe conatuque depelli. Pro Planc. 55. Alia te ratio ad spem hujus opprimendi excitavit. Pro Dom. 25. Pompeius civitatem ad spem libertatis et pristinæ dignitatis erexit. Postquam in Senat. 10. Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo, qui, &c. 4. C. 8. Eripit mihi spem, quæ sola hominem in miseriis consolari potest. *Ibid.* 23. Si vis improborum spem meam fefellerit atque superaverit, &c. Pro Mur. 28. Itaque beneficii collocandi spem perdidistis. Pro Flac. 3. Estis judicaturi de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium civium mentes cogitationesque sustentet. *Ibid.* 4. Totus status civitatis, et spes omnium in vestra potestate et in hoc uno judicio posita est et defixa. Pro Flac. 4. Salus nostra, quæ spe exigua extremaque pendet. 12. Fam. 25. Ingredi in spem libertatis. 1. 7. Eximia spes. De Ami. 23. Amicitia bona spe prælucet in posterum. 1. de Invent. 71. Habere spem in fide alicujus. 1. Att. 5. Omnem spem delectationis nostræ in tua humanitate positam habemus. 6. 2. Magna in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. 9. 12. Spes quædam me obtentabat, fore, ut aliquid conveniret. *Ibid.* Ægroto dum anima est, spes esse dicitur. 11. 1. Omnem spem habeo existimationis privatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima benevolentia. Orat. 6. Spem infringi, aut languescere. 15. Att. 21. Et quidem CCCC. M. certa, reliqua in spe. Brut. 10. Spes omnis est in te. *Ibid.* Spes libertatis nusquam. 1. Qu. Fr. 2. Quare magnum fac animum habeas, et spem bonam. Pro S. R. 146. Facis injuriam, Chrysogone, si majorem spem emptionis tuæ in hujus exitio ponis, quam in his rebus, quas L. Sulla gessit. 3. Fam. 8. Plura ponuntur in spe, quam in pecuniis. Pro Mil. 32. Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. *Ibid.* 79. In spem maximam, et, quemadmodum confido, verissimam adducti sumus, hunc annum fore, &c. Pro Lig. 30. Tu idem fer opem, qui spem dedisti.

Quint. de Pet. 25. In optima spe esse debebis. 3. in A. 14. Ut fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum. 4. *Ibid.* 1. Frequentia vestrum, Quirites, et alacritatem mihi summam affert reipublicæ defendendæ, et spem recuperandæ libertatis. 5. Phil. 41. Magnam spem in ejus virtute respublica reponit otii, pacis, concordiæ. 7. 1. Senatus ad autoritatis pristinæ spem reviviscit. 11. 4. Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. 3. Off. 117. Spes alicujus rei explorata. 10. in A. 19. Magna spe, et prope explorata, libertatis causam suscepimus. De Ami. 59. Amici jacentem animum excitet, inducatque in spem cogitationemque meliorem. 2. de Leg. 28. Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus, recte a Colatino Spes consecrata est. 5. de Finib. 52. Qui a spe gerendi absunt confecti senectute. Pro M. Scaur. Me in spem impulit. Hortens. Timor statim spe impunitatis exultat. Incer. Non res laudanda, sed spes, est.

Adjuncta. *Abjecta, desperatissima, firma, bona, certa, chara, certissima, non dubia, inanis et tenuis, minime dubia et pene explorata, exigua, tenuis, exigua extremaque, eximia, explorata, infinita, optima, fallax, magna, summa, falsa atque fallax, firmior, inanis, incerta, incertissima, immortalis, major, maxima, melior, minor, multa, mala, reliqua, nova, obscura, pertenuis, subdita, suspensa, uberior, verissima.*

Syntaxis. *Nihil illi ad spem ostenditur. Multum spei habere. Habere aliquid in spe. Injicere spem alicui. In spe esse. Dare spem alicui. Spe et expectatione bonus. Spem perdere. Sperare spe summa. Magna spe aliquid agere. Spem propositam habere. Nec nulla spes, nec magna. Spes explorata, optima, eximia, mentem sustentans. Spes est melius fore. Obscura spe et cæca expectatione pendere. Spem habere in aliquo. Habere bonam spem de aliquo. Id mihi spem magnam facit. Afferre spem. Ponere sibi spem in re aliqua. Ponere sibi aliquid in optima spe. Reponere spem in aliquo. Spem alicui ostentari. Spes eum tenet, frustratur, deserit, deficit. Collocare spem in aliquo. Abjicere spem, præcidere, eripere. O spes fallaces! Pax est in spe. Venire,* vel *ingredi in spem. Adduci in spem. Rapi ad spem. Duci spe,* vel *induci. Fit ad meliorem spem inclinatio. Positas spes habere in alicujus vita. Excitare,* vel *erigere ad spem. De spe conatuque depelli. Spem fallere. Spem debilitari, infringi, languescere, extenuari, evanescere. In spem impelli. Spe exultare. Spem ponere et defigere in re aliqua.*

Sphæra, ræ, *globus,* σφαῖρα. 2. de Nat. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, sic σφαῖραν interpretari placet: ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος dicitur. *Ibid.* 55. Habent suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea conjunctione secretam. De Fat. 15. Si in sphæra maximi orbes sunt, medii inter se dividuntur. 1. Tus. 63. et 5. 64. Nam Archimedes lunæ, solis, et quinque errantium motus in sphæram alligavit. 2. de Natur. 88. De sphæris Posidonii et Archimedis. *Ibid.* 1. 16. Id medium infimum in sphæra est. 3. de Orat. 160. Sphæram in scenam, ut dicitur, attulit Ennius.

Spica, cæ, ἄσταχυς. 5. de Fi. 91. Seges spicis uberibus et crebris. De Sen. 51. Viriditas herbescens, &c. cum e vaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum.

Spiculum, li, *telum, sagitta,* ἀμυκαλή. I. P. 62. L. Crassus spiculis prope scrutatus est Alpes, ut, &c. 5. Famil. 19. Epaminondas tum denique sibi avelli jubet spiculum.

Spicum, *spica,* στάχυς. 2. de Nat. 110.

Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo.

Spina, næ, ἄκανθα. 2. de Nat. 121. Animantes aliæ spinis hirsutæ, aliæ villis vestitæ. In Arat.

Illa usque ad spinam mergens se cærula condit.

4. de Fin. 6. Spinas vellere. Pro Qu. Gall. Humus spinis cooperta piscium.

Subtilis ratio, pressaque. 4. de Fin. 79. Spinæ disserendi. 4. Tusc. 9. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi et definiendi prætermittunt.

Spinifer, ri, ἀκανθοφόρος. In Arat.

Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Spinosus, a, um, *durus, asper,* ἀκανθώδης. Orat. 114. Postea Dialectici spinosiora multa pepererunt. 1. de Orat. 83. Spinosa et exilis oratio. 3. de Fin. 3. Subtile ac spinosum disputandi genus. 1. Tuscul. 16. Hæc enim spinosiora prius me ut confitear cogunt, quam ut assentiar.

Spirabilis, le, *flabilis, animalis,* πνευστὸς, ἐμπνευστός. 1. Tusc. 40. Sive illi sint animales, id est, spirabiles. *Ibid.* 70. Sed fac igneam, fac spirabilem. 2. de Nat. 18. Animum illum spirabilem sumpsimus ab aere eo, quem spiritu ducimus. *Ibid.* 91. Hæc animalis spirabilisque natura, cui nomen est aer.

Spirans, tis, *vivus,* πνέων. Pro Mil. 92. Pro Sest. 54. Et spirante etiam republica ad ejus spolia detrahenda advolaverunt. 1. Qu. Fr. 3. Quædam effigies spirantis mortui. Pro Dom. 134. In vivi etiam spirantis caput bustum imponere. Postquam ad Quir. 24. Dum anima spirabo mea. Pro Mil. 92. Ecquando ab eo spirante forum potuisset defendi?

Spiratio, onis, πνεῦσις. 2. de Nat. 83. Animantes a spiratione aeris sustinentur. *Alii,* aspiratione, *legunt.*

Spiritus, us, *vapor sanguinis purissimus,* πνεῦμα, πνοή. *Ibid.* 19. Omnia uno divino ac continuato spiritu contineri. 3. 28. Naturam uno divino spiritu contineri. De Ar. 57. Eodem tempore suscipimur in lucem, et hoc cœlesti spiritu augemur. 3. Off. 32. Membra quædam amputantur, si et ipsa sanguine, et

tanquam spiritu carere cœperunt. 2. de N. 117. Aer cœli tenuitate et calore temperatus, vitalem et salutarem spiritum præbet animantibus. *Ibid.* 138. Sanguis per venas in totum corpus diffunditur, et spiritus per arterias.

Animus, anima. 2. cont. Rull. 93. Hunc regio spiritu cum viderem, &c. Pro Mar. 29. Vita corpore et spiritu continetur. I. P. 20. Contaminatus spiritus.

Respiratio, spiratio, anhelitus. 3. de Orat. 4. Lingua vel avulsa, spiritu ipso libidinem tuam refutabo. *Ibid.* 182. Ut nihil sit, ne spiritu quidem minimo brevius aut longius. Pro Arch. 30. Cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum et otiosum spiritum duxerimus. Pro Sest. 79. Aliquis extremo spiritu exanguis et confectus. 2. de N. 138. Anima quæ spiritu in pulmones ducitur, calescit primum ab ipso spiritu, deinde, &c. *Ibid.* 18. Aer ille quem spiritu ducimus. *Ibid.* 101. Aer spiritu ductus, alit animantes. 10. in A. 20. Non in spiritu vita est, sed ea nulla est omnino servienti. Ver. 5. 117. Excipere extremum spiritum alicujus. 1. Tusc. 96. Ludere extremo spiritu. 1. de Orat. 261. Demosthenes, cum spiritus ejus esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut, &c. 2. de Natur. 134. Tribus rebus animantium vita tenetur: cibo, potione, spiritu. *Ibid.* Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque a pulmonibus respirat. *Ibid.* Os adjunctum naribus, spiritu augetur. 1. de In. 86. Si spiritum ducit, vivit. 10. Fa. 1. Ut possimus ad id tempus reipublicæ spiritum ducere. 3. de Orat. 179. Animæ interclusio, et angustiæ spiritus. *Ibid.* 182. Longissima est complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest. Orat. 228. Oratio quæ spiritu pronunciantis debet insistere.

Ventus, aura, flamen. 2. de Nat. 114.

Aram, quam flatu permulcet spiritus austri.

Vita. 10. in A. 20. Eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. De Sen. 27. Quorum usque ad extremum spiritum provecta est prudentia. Ver. 5. 117. Auferre spiritum sine sensu doloris.

Elatio animi, fastus, inflatio. Pro Sull. 27. Res gestæ credo meæ me nimis extulerunt, et mihi nescio quos spiritus attulerunt.

Vox, vocis contentio. 1. de Orat. 261. Demosthenes summa voce versus multos uno spiritu pronunciare consuescebat.

Aer. 4. C. 7. Eos frui vita et communi spiritu putat non oportere. Pro Pomp. 33. Atque eos portus, quibus vitam et spiritum ducitis. Pro Rabir. 15. Quem non modo foro, sed etiam cœlo hoc ac spiritu censoriæ leges carere voluerunt. 1. C. 15. Potestne tibi hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus spiritus cœli esse jucundus? cum, &c. Ver. 5. 23. Supplicium a libero spiritu, et communi luce seclusum, *id est,* in carcere. Pro S. R. 131. Spiritum, quem ducimus, a Deo nobis dari. 4. ad Her. 46. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. 2. de Nat. 136. In pulmonibus inest raritas ad hauriendum spiritum aptissima. Orat. 107. et pro S. R. 72. Quid est tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis? 2. de Div. 98. In puero refert, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit.

ADJUNCTA. *Angustior, cœlestis, communis, contaminatus, divinus, extremus, infinitus, minimus, jucundus, liber, tranquillus, tribunitius, vilis, virilis et salutaris.*

Spiro, as, *spiritum duco, animam duco, vivo, ἐμπνέω, ἀναπνέω, πνέω.* 3. de Nat. 95. Quæ deseri a me, dum quidem spirare potero, nefas judico. De Clar. 94. Hanc ob causam videtur Lælii mens spirare etiam in scriptis, Galbæ autem vis occidisse. Pro S. R. 65. Non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.

Spisse, *ægre, difficulter, vix, πυκνῶς.* De Cla. 138. Spisse atque vix, ut dudum, &c. sic nunc ad Antonium Crassumque pervenimus.

Spissus, a, um, *densus, πυκνός.* 2. de Orat. 213. In utroque genere et principia tarda, et exitus spissi ac producti esse debent.

Difficilis. 10. Att. 20. Omnia adhuc tarda et spissa. 3. de Orat. 143. Sed etiamsi id est aliquanto spissius, aut ego sum tardior, attamen discam, &c. 2. Qu. Fr. 13. Scribebam illa politica; spissum sane opus et operosum.

Splendeo, es, *luceo, fulgeo, mico, στίλβω, λάμπω.* Pro Sest. 60. Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper.

Splendesco, is, *ἐκλαμπρύνομαι.* De Senect. 28. Etenim canorum in voce splendescit, etiam nescio quo pacto in senectute. Parad. 1. Nihil est tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, et tanquam excolatur.

Splendide, *ample, magnifice, illuminate, ἀγλαῶς, λαμπρῶς.* De Clar. 201. Id melius est, quod splendidius et magnificentius. Pro Quin. 93. et de Sen. 64. Magnifice et splendide ornare convivium. 1. de Fin. 6. Quæ splendide dicta sunt. 4. ad Her. 30. Splendide recipere aliquem. 1. Off. 4. Ornate splendideque dicere.

Splendidus, a, um, *magnificus, delicatus, ἀγλαός, λαμπρός.* De Som. 7. Splendidissimus candor. 1. de Finib. 61. Non tam solido, quam splendido nomine virtutis. De Clar. 261. Cæsar splendidam quandam dicendi rationem tenet. Orat. 163. Splendidis nominibus illuminatus est versus. Pro Flac. 48. Splendidissimus atque ornatissimus vir. 2. de Fin. 58. C. Plotius eques Romanus splendidus. 1. Off. 61. Splendidissimum videri, quod animo magno elatoque factum sit. Parad. 5. Reviviscat M. Curius, cujus in villa ac domo nihil splendidum fuit, nihil ornatum præter ipsum. De Clar. 202. Magnificentius et splendidius oratorum genus. Pro S. R. 143.

Syntaxis. *Argumentum orationis splendescens et excultum. Ornate, splendideque dicere. Splendide amicos accipere. Magnifice et splendide ornare convivium. Splendidam dicendi rationem tenere. Non tam solidum, quam splendidum.*

Splendor, oris, *nitor, claritas, dignitas, deliciæ, ἀγλάϊσμα, ἀγλαΐα.* Pro Pomp. 41. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. Pro Flac. 28. In imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocanda sunt. 1. de Orat. 200. Qu. Mutii janua maxima quotidie frequentia civium et summorum hominum splendore celebratur. Pro Cæcin. 28. Falcula Senator populi Romani, splendor ordinis. Pro Sul. 1. Dignitatis suæ splendorem obtinere. Pro S. R. 240. Equestris splendor. Pro Cl. 298. Honesti homines, et summo splendore præditi. 1. Off. 67. Harum rerum duarum splendor omnis et amplitudo est in posteriore. 4. ad Her. 64. Gemmæ nitor, et splendor auri. Pro Cæl. 77. Si te splendor hujus, si nitor offendit. De Clar. 124. Curioni splendor non defuit. Pro Qu. 59. Hujus splendor omnis his moribus obsolevit. De Clar. 239. Actio ejus habebat et in voce magnum splendorem, et in motu summam dignitatem. *Ibid.* 250. et Orat. 164. Splendor verborum. Postq. in Sen. 9. Splendor honoris. Hortens. Capti splendore virtutis. 1. de Finib. 42. Splendore nominis capti.

Adjuncta. *Æquabilis, constans, equester, eximius, forensis, magnus, major, multus, maximus, similis, summus.*

Syntaxis. *Ad gloriam splendoremque omnia revocare. Domus civium frequentia et splendore celebrata. Equestris splendor. Summo splendore præditus. Hujus splendor omnis obsolevit. Actio ejus habet magnum splendorem. Splendor verborum, honoris, virtutis, nominis.*

Spoletinus, a, um. Pro Cor. 48. De Cl. 270.

Spoliatio, onis, *privatio, direptio, σκύλευσις.* Pro Mur. 87. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. Pro Sest. 47. In tanta spoliatione omnium rerum. 2. in A. 27. Spoliatio dignitatis. Ver. 4. 102. et 1. contra Rul. 9. Spoliatio templi nobilissimi.

Spoliator, oris, *σκυλευτήρ.* Ver. 4. 80.

Spoliatrix, icis, *σκυλευτική.* Pro Cæl. 52.

Spoliatus, a, um, *nudatus, σκυλευθείς.* I. P. 38. Nunc meam spoliatam fortunam cum tua florente conferam. 6. Att. 1. Nihil illo rege spoliatius, nihil egentius. De Cl. 6. Cum forum voce erudita spoliatum atque orbatum videret. 2. de Orat. 144. Ornamento quodam sese spoliatum videre. Cont. C. Ant. Spoliatus ornamentis omnibus.

Spolio, as, *exuo, nudo, denudo, orbo, privo, despolio, spolia detraho, eripio, detraho, σκυλεύω, ἀποδύομαι.* Ver. 4. 37. Apollonium omni argento spoliasti. Pro Sul. 71. Spoliare fana sociorum. Pro Dom. 55. Cum proscriptionis metu me frequentia nudarent, virorum bonorum præsidio spoliarent. Act. 1. Ver. 14. Idem monumenta antiquissima spoliavit, nudavitque omnia. 4. Tusc. 22. Conturbatio sanitate animum spoliat. Pro Cæl. 42. Parcat inventus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. 1. de Orat. 235. Spoliare atque denudare aliquam artem suo ornatu.

Adverb. *Apertissime, privatim, publice, plane.*

Spolior, aris. Pro Pl. 22. Est enim gravius spoliari fortunis, quam non augeri dignitate.

Syntaxis. *Spoliare aliquem argento, ornamentis, virorum bonorum præsidio. Spoliare et nudare monumenta. Sanitate animum spoliare. Spoliare alienam pudicitiam. Spoliare et denudare aliquem ornatu suo. Spoliari fortunis.*

Spolium, lii, *exuviæ, σκῦλον.* Pro S. R. 145. Si spoliorum causa vis hominem occidere. *Ibid.* 146. Cruenta spolia cuipiam detrahere. Pro Pom. 55. Cum hunc locum nobis majores nostri exuviis nauticis, et classium spoliis ornatum reliquissent. 3. Off. 22. Aliorum spoliis suas opes augere. Pro Corn. 54. Anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit? 2. Tusc. 22. Nec quisquam a nostris spolia cepit laudibus. 1. Off. 61. Salmacida spolia sine sanguine et sudore.

Adjuncta. *Spolia consularia, cruenta, nova, pulcherrima.*

Syntaxis. *Cruenta spolia alicui detrahere. Classium spoliis ornatus. Aliorum spoliis suas opes augere. Trahere spolia de aliquo. Spolia capere.*

Spondæus, æi, *σπονδαῖος.* Orator. 216. Ne spondæus quidem funditus est repudiandus, et si quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior. De suis consil. Admonuisse tibicinam ut spondæum caneret. Quod cum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

Spondalia, *est genus carminis seu cantus, a spondeo (ut videtur) appellatum.* 2. de Orat. 193. Spondalia illa: Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi?

Spondeo, es, *permitto, sponsionem facio, ἐπαγγέλλομαι.* 2. contra Rul. 99. Nulli populo Romano pro me majores mei spoponderunt. Ad Br. 18. et 1. Fa. 9. Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. 12. Att. 15. Scire velim, quando dicat spopondisse et pro patre, anne pro filio. *Ibid.* 18. Pro Cornificio abhinc amplius annis xxv. spopondi. 16. 1. Egit autem pater et filius, ut tibi sponderem: sed ita ut tu crederes, cum ipse cognosces. Pro Cæc. 7. Qui quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit, non facit &c. 10. Fam. 15. Hoc tibi spondeo, mi Cicero. Pro Muræn. 90. Promitto et spondeo vobis. Pro Flac. 106. Filius repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spopondi, dignitatem. 15. Famil. 21. Quod ego de me tibi spondere possum.

13. 17. Spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meque recipio, eos, &c. 11. Att. 6. Ea spondent, confirmant, quæ, &c. Ver. 5. 141. Ut aliquando spondere se diceret. Ad Brut. 18. Reip. quod spoponderis, quemadmodum solvas, nisi is dependi facile patitur. *Ibid.* Magis enim illum, pro quo spopondi, quam me obligavi. 5. in A. 28. Quibus honores et præmia spopondisti. 14. 26. Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondit. Pro Planc. 47. Quod multis benigne fecerit, pro multis spoponderit.

Syntaxis. *Pro aliquo alicui spondere. Dependam quod pro illo spopondi. Promitto et spondeo. Spondeo, in meque recipio. Spondeo id, confirmoque.*

Spongiæ, *zoophytorum genus, quorum sunt levia et mollia corpora, in quibus inest raritas, ut quæ saxis marinis adnascuntur, σπογγιά.* 2. de Nat. 136. In pulmonibus inest raritas quædam, et assimilis spongiis mollitudo. Pro Sest. 77. E foro spongiis effundi sanguinem.

Sponsa, sæ, *νύμφη, μνηστή.* 14. Att. 22. Sua cuique sponsa, mihi mea.

Sponsalia, orum, *sponsio et repromissio nuptiarum, et quæ ad sponsam sponsumve spectant omnia, νύμφια.* 6. Att. 6. Certos homines ad mulieres miseram, factis sponsalibus. 2. Qu. Fr. 6. Ad VIII. Iduum Aprilis sponsalia Crassipedi præbui, cui convivio Quintus tuus defuit.

Sponsio, onis, *sponsum, omnis stipulatio promissioque, ut Paulus Jurisc. docet, ἐγγύη, ἐγγύησις.* Ver. 5. 140. Cogere eum cœpit, sponsionem facere cum lictore, nisi furtis quæstum faceret. Pro Cæc. 45. Ut statim testificati discederent, optime sponsionem facere possent, ni adversus edictum prætoris vis facta esset. Ver. 4. 132. P. Rubrius Qu. Apronium sponsione lacessivit, ni Apronius dictaret, Verrem sibi in decumis esse socium. *Ibid.* 135. Sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat. Pro Qu. 84. Sponsio quæ in verba facta est, si ex edicto, &c. *aliter*, ni. Pro Quint. 36. Negamus te bona possedisse, &c. in eo sponsio facta est. Ver. 4. 133. Sponsio fit de capite et fortunis tuis. *Ibid.* 135. Facta est sponsio H-S. v. mil. Pro Qu. R. 10. In ea pecunia legitimæ partis sponsio facta est. *Ibid.* Aliquem in angustissimam formulam sponsionis includere. Pro Qu. R. 14. Pecunia petita est certa, cum tertia parte sponsio facta est. Pro Cæc. 23. Prætor interdixit, ut unde dejecisset, restitueret: restituisse se dicit, sponsio facta est: hac de sponsione vobis judicandum est. Pro Qu. R. 14. Satis formulæ et sponsioni fecisse videor. Pro Cæcin. 91. Vincire sponsionem. Pro Qu. 84. Sponsione vincere. 2. de Leg. 41. Voti sponsio, qua obligamur Deo. 4. ad Her. 40. Sed etiam insuper ipse grandi sponsione vinctus est. 3. Off. 77. Cum is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset.

Syntaxis. *Sponsionem facere cum aliquo, ni &c. Sponsione aliquem lacessere. Sponsionem fieri in certa verba, de re aliqua. In angustissimam formulam sponsionis aliquem includere. Sponsione vincire aliquem. Vincere sponsionem. Voti sponsione obligari.*

Sponsor, oris, *præs, ἔγγυος, ἐγγυητής.* 5. Fam. 18. De negotio tuo, quod sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare. 7. 5. Sponsor humanitatis tuæ. Pro Qu. 73. Cur cæteri sponsores et creditores non convenerint. 6. in A. 11. Quotidie sponsores et creditores L. Trebellii conveniunt. De Pro. 43. Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, et sponsor est illi de mea. 13. Att. 10. Marcellus pro Magio sponsor factus est. 16. 5. Sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit, me sponsorem accipere noluerit. 1. 8. Tulliola tuum munusculum flagitat, et me ut sponsorem appellat. *Ibid.* 10. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. 15. 15. Sponsor promissorum alicujus. 16. 14. Sponsores appellare, videtur habere quandam *ὑπευθυνίαν*. *Ibid.* Possumus, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere.

Syntaxis. *Fieri sponsorem pro aliquo. Accipere aliquem sponsorem. Appellare aliquem sponsorem.*

Sponsum, si, *sponsio.* Pro Qu. 32. Ex sponso egit.

Sponsus, si, *μνηστὴρ, νυμφίος.* 2. de Inve. 78. Horatia sponsi nomen appellans identidem.

Sponte, *ultro, sua natura, vi sua, per se, suo judicio, αὐτοπροαιρέτως, αὐτομάτως.* 1. de Invent. 3. Par. 131. Qui sua sponte et voluntate aliquid faciunt. 15. Att. 26. Gaudeo id te mihi, suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. 1. de Leg. 45. Vera et falsa sua sponte, non aliena judicantur. Ver. 2. 26. Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, libellum unum dedisset? 4. in A. 8. Gallis ipsa sua sponte suoque judicio excitata. 2. de Nat. 32. Ignis per se ipse ac sua sponte movetur. 2. de Orat. 187. Si sua sponte, quo impellimus, inclinant. 1. Fa. 7. Pompeius mecum sæpissime non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet. 1. Att. 8. Et si mea sponte antea faciebam. De Clar. 140. 5. de Fin. 37. et 2. 83. Sua sponte.

Syntaxis. *Sua sponte et voluntate facere. Sua sponte, suoque judicio. Per se, ac sua sponte. Suapte sponte.*

Sportellæ, *in secundis mensis numerantur: alioqui multa alia significant, σπυρίδια.* 9. Fam. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ, et artolagani tui.

Spretus, a, um, *καταφρονηθείς.* 2. de Nat. 9. Veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta. Orat. 13. Eloquentia forensis spreta a Philosophis, et repudiata.

Spuma, mæ, *ἀφρός.* 3. de Nat. 59. Venus

spuma procreata, &c. Ver. 4. 140. Cum spumas ageret in ore, arderent oculi, clamare cœpi, &c.

Spumans, tis, ἀφρίζων. 4. ad Her. 69. Iste spumans ex ore scelus, et anhelans crudelitatem.

Spumatus, a, um, *spumans*, ἠφρισμένος. 1. de Div. 13.

Saxaque cana salis niveo spumata liquore. Poetæ.

Spurce, *obscœne, turpiter, fœde, flagitiose,* ἀναιδάρτως, αἰσχρῶς. 2. in A. 100. et 1. ad Her. 8. Qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixerit, 11. Att. 13. et 11. in A. 1. Deinde perscribit spurcissime, quas ob causas fecerit.

Spurcus, a, um, *lutulentus, impurus, obscœnus, turpis,* ἀνάδαρτος. 2. Tuscul. 41. Samnis spurcus homo. Pro Dom. 25. Helluo spurcissimus. De Opt. gen. 17. Æsernius non spurcus homo, sed doctus et acer. *ex Lucil.* Frag. epist. Tempestas spurcissima.

Sputatilicus, a, um, *quasi consputus, vel sputo dignus, levis, contemnendus,* καταπτυστος. De Cl. 260. Sisenna defendens, dixit, quædam ejus sputatilica esse crimina. *Ibid.* Sputa quid sit, scio, tilica nescio.

Sputum, ti, πτύαλον. De Cl. 260.

S Q

Squaleo, es, *sordeo, mœreo,* αὐχμάω. X. *niteo.* Pro Sest. 32. Erat in luctu Senatus, squalebat civitas. Pro Mil. 20. Squalent municipia, afflictantur coloniæ.

Squalidius, *adverb.* αὐχμηρῶς. 4. de Fin. 5. Sed vos squalidius; eorum vides quam niteat oratio.

Squalidior, oris, *horridior.* Orat. 115. Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit his explicandis quidam orationis nitor.

Squalor, oris, *sordes, mœror,* ἄζα. 5. Fam. 1. In luctu et squalore sum. 14. 3. Mihi ante oculos versatur squalor vester. 3. Att. 10. Ne illius luctum squaloremque aspicerem. Pro Cl. 18. Mater squalore filii et sordibus lætatur. Ver. 5. 127. Aspicite, judices, squalorem sordesque sociorum. Pro Cl. 192. Spectaculum sordium atque luctus, et tanti squaloris &c.

Situs. Pro Mur. 86. Squalore sordidus.

Adjuncta. *Magnus, maximus, miser.*

Syntaxis. *In luctu et squalore esse. Squalor et sordes sociorum. Sordium luctus, et squaloris spectaculum. Squalore sordidus.*

Squama, mæ, *qua pisces, vel serpentes teguntur,* λέπισμα. 2. de Nat. 121. Animantium pluma alias, alias squama videmus obductas.

Squamifer, ra, rum, φολιδοφόρος. Arat. Squamiferi pisces.

Squamosus, a, um, φολιδωτός. *Ibid.* Squamosi corpore pisces.

Squilla, læ, *piscis genus,* καρκίνος. 2. de Nat. 123. Pinna cum parva squilla coit societatem comparandi cibi.

S T

St' *interjectio, timoris index, aut silentii.* 2. de Orat. 257. St', tacete, quid hoc clamoris est? *Poetæ: qua etiam Teren. in Phormione usus est.*

Stallianum, *villa.* 7. Fam. 1.

Stabilimen, inis, *firmamentum,* βεβαίωμα. 3. de Nat. 68. Regni stabilimen mei. *Poeta.*

Stabilio, is, *firmo,* βεβαιόω, στερεόω. Pro Sest. 143. 4. de Fin. 85. Stabilire Rempub. X. *evertere Rempub.* Pro Sest. 123. Brutus, qui libertatem civibus stabiliverat. 1. de Leg. 62. Stabilire leges. 2. de Div. 40. Semita nulla pedem stabiliat.

Stabilis, le, *firmus, constans, immutabilis, qui in stabilitate est, certus, perennis, perpetuus, fundatus, et optime constitutus,* ἀδιάσειστος. X. *lubricus, incertus.* De Am. 23. Nulla domus tam stabilis, nulla civitas tam firma est, quæ non odiis atque dissidiis possit everti. 2. in A. 44. Curio te in matrimonio stabili ac certo locavit. Pro Sest. 59. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. 1. de Orat. 129. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile est, quam id, in quo aliquid offenderis. Orat. 216. Stabilis quidem, et non expers dignitatis gradus. 2. de Nat. 5. Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. De Am. 76. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. Pro Mil. 93. Vultus semper idem, vox, oratio stabilis, ac non mutata. 2. de Nat. 2. Stabilis et certa sententia. Pro Mar. 30. Qui sedem stabilem, et domicilium certum non habet. De Univer. 6. Res stabilis et immutabilis. 5. Tuscul. 40. Stabile et fixum permanens bonum. 4. 52. Robusta et stabilis fortitudo. 4. Acad. 27. Decretum non modo non falsum, sed etiam stabile, fixum ratumque esse debet. 1. Off. 6. Nulla officii præcepta firma, stabilia, naturæ conjuncta tradi possunt, nisi ab iis, qui, &c. De Am. 55. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio.

Syntaxis. *Stabile, certumque matrimonium. Sedes stabilis, ac certum domicilium. Stabile atque immutabile. Stabile ac fixum. Robusta, stabilisque fortitudo. Stabile, fixum, ratumque decretum. Stabilis et certa possessio. Ad diuturnitatem memoriæ stabile esse.*

Stabilitas, tis, *firmitas,* στερεότης. Pro Mar. 25. Resp. quassata, multa amisit præsidia stabilitatis suæ. 2. de N. 120. Stirpes stabilitatem dant iis, quæ sustinent. 5. Tuscul. 40. Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere? 1. Off. 47. Benevolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius et constantia judicemus. 1. de Fin. 66. Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare. 2. 9. Nam restincta sitis stabi-

litatem voluptatis habet. 5. Tusc. 85. Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant.

Syntaxis. *Amittere præsidia stabilitatis suæ. Stabilitatem dare. Confidere fortunæ stabilitate. Benevolentiam stabilitate et constantia judicare. Stabilitatem amicitiæ vacillare. Habere aliquid stabilitatis.*

Stabilitus, a, um, βεβαιωθείς. Pro Mar. 30. Sed nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit, vagabitur modo nomen tuum, &c. 4. C. 19. Maximis laboribus fundatum imperium, plurima virtute stabilita libertas.

Stabulum, li, αὐλή. Pro Sest. 12. Cum Catilina Italiæ calles, et pastorum stabula præclara cepisset. 2. in Ant. 69. Hujus in sedibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinæ sunt.

Stadium, dii, *proprie mensura est centum vigintiquinque passuum, hoc est, pedum sexcentum vigintiquinque*, στάδιον. 16. Famil. 2. Is locus est citra Leucadem stadia CXX. 5. de Fin. 1. Inde vario sermone sex illa a Dypilo stadia confecimus. 4. Acad. 100. Si jam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta.

Curriculum, spatium. 3. Off. 42. Qui stadium currit, eniti et contendere debet quam maxime possit, ut vincat. De Sen. 33. Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cum humeris bovem sustineret vivum. 2. Tusc. 56. Cursores in stadio exclamant, quam maxime possunt.

Studium. 4. ad Her. 4. Sic ut in stadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

Stagirites Aristoteles, *a Stagira patria.* 1. Acad. 17.

Stagnum, λίμνη. 1. de Div. 15.

Absurdoque sono fontes et stagna cietis.

3. cont. Rul. 7. Lacus, stagna, &c.

Standum, ἐμμενητέον. Pro Cl. 96. Qui his rebus judicatis standum putat? Pro Flac. 65. Si statuimus vestro nobis judicio standum esse de nobis.

Stans, tis, *manens, quod in stabilitate est*, ἱστάμενος. Pro Flac. 69. Stantibus Hierosolymis. 2. de Finib. 31. Summum bonum puer utra voluptate dijudicabit? stante, an movente? De Cl. 286. Qui ausi aliquando sunt stantes loqui. *Ibid.* 288. Ad stantem judicem dicere. 4. de Fin. 45. Zenonem non stantem cum iis, qui ne dicerent quidem, sua summa bona esse a natura profecta. Orat. 233. Iisdem verbis stante sententia. De Glor. Quo stante et incolumi.

Statarius, *qui stat, firmusque et stabilis permanet, quique in agendo vel dicendo, gestu motuve utitur moderato*, στάδιος. De Cl. 11. 6. Volo enim ut in scena, sic etiam in foro non modo laudari, qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit simplex in agendo veritas non molesta. *Ibid.* 239. C. Piso statarius, et sermonis plenus orator.

Statera, ræ, *libra, trutina*, σταθμός. 2. de Orat. 159. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Pro M. Scau. Qui obsignaverat stateras.

Statasso, *stare facio*, ἀναβάλλω. 2. de Legib. 28. Vincendi atque potiundi statassandique cognomina Statoris et Invicti Jovis.

Statillenses, *populi.* 11. Fam. 11.

Statim, *continuo, illico, mox, protinus, jam jamque, quamprimum, confestim, actutum, evestigio, repente, sine ulla mora, nulla interposita mora, abjecta omni cunctatione, primo quoque tempore*, παραχρῆμα, παραυτίκα. 9. Att. 18. Sed tibi omnem illius sermonem statim mittam. Orat. 200. Ante enim circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt: quæ mens eadem statim dimittit, ut, &c. De Ar. 2. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam est statim in facto ipso ab illo confectus et trucidatus. Orat. 35. Itaque hoc sum aggressus statim, Catone absoluto. 2. Att. 7. Litteras scripsi statim, ut tuas legeram. 2. de Orat. 313. Male se res habet, quæ, statim ut dici cœpta est, non melior fieri videtur. 1. Fam. 9. De Vatinio autem reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille prætor factus est. 2. 13. Meque ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus. 12. Att. 19. Philippus ut me salutavit, statim Romam profectus est. 2. 10. et 12.

Statio, onis, *mansio, et locus in quo naves ac milites ad tempus tuto stare possunt*, στάσις. 12. Famil. 15. Urbs, portus, statio quæ extra urbem est. De Senect. 73. Vetatque Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio et statione vitæ decedere.

Mansio. 6. Att. 9. Athenis statio mea nunc placet. *Lege*, Præsidium, et Portus.

Stativa, orum, *statio*, τὰ φρούρια. 2. cont. Rull. 40. Urbis stativa, portus, &c.

Stativus, a, um, *firmus*, στάσιμος. Ver. 5. 29. Iste novus imperator pulcherrimo Syracusarum loco, stativa sibi castra faciebat. 12. in A. 24. Hæc mea custodia est, hoc præsidium stativum.

Stator, oris, *nuncius, tabellarius, apparitor.* 2. Fam. 17. Litteras a te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad xxi. Cal. Sext. 10. 21. Præsto mihi fuit stator ejus cum litteris. 2. 19. Ut ad te statores meos et lictores cum litteris mitterent.

Stator, *Juppiter est, a sisto: qui stitit, id est stare fecit Romanos in fugam a Sabinis versos, ut est apud T. Livium lib.* 1. ζεὺς στάτωρ. 1. C. 11. Juppiter Stator, antiquissimus custos hujus urbis. *Ibid.* 33. Juppiter, quem Statorem hujus urbis atque imperii vere nominamus. 3. de Fin. 66. Cum Jovem salutarem, hospitalem, statorem dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela. 2. C. 12. Senatum in ædem Jovis Statoris vocavi.

Statua, tuæ, *signum, imago, forma, species, simulacrum*, ἄγαλμα. 6. Att. 1. Statua Sci-

pionis, quæ per te posita in excelso est. 3. Qu. Fr. 1. Statuam locare. 1. de Fin. 39. Statua est in Ceramico Chrysippi. I. P. 93. Illi statuam, istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. 5. in Ant. 41. Eique statuam equestrem inauratam in rostris statui placet. Brut. 15. Lepido statuam in rostris statuimus. Pro Sest. 83. Statuere statuam alicui in foro. Pro Dom. 81. Qui tibi statuam in meis ædibus posuit. 9. in A. 16. Utique Coss. eam basim statuamque faciendam, et in rostris statuendam locent. *Ibid.* Statua ænea pedestris. Pro Ar. 30. Statuæ et imagines non animorum simulacra sunt, sed corporum. 4. ad Her. 10. Chares a Lysippo statuas facere non isto modo didicit, ut Lysippus caput ostenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti, sed, &c. Ver. 2. 144. Qui statuis faciundis præesset. 3. Off. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt. 9. in A. 4. Cn. Octavii statuam videmus in foro. Ver. 2. 142. 143. 144. sæpius. 9. Philip. 13. Statuam ex ære decernere.

Adjuncta. *Ænea, equestris, pedestris, gratior, antiqua, equestris et inaurata, palmaris, inaurata, publica, senilis et inaurata.*

Syntaxis. *Ponere statuam alicujus in excelso. Locare statuam, deturbare, affligere, comminuere, dissipare, statuere aliquo in loco, ponere. Statuas facere. Statuam decernere.*

Statuendus, a, um. 3. de Orat. 107. Quid de captivo statuendum ac sentiendum sit. 1. Qu. Fr. 1. 16. In rebus statuendis et decernendis, &c. 2. de Orat. 70. Mentes eorum, qui cum aliqua statuendi potestate audiant, movere posse,

Statuo, is, *constituo, delibero, decerno, sancio,* ἀποφαίνομαι, διαλαμβάνω. Ver. 1. 2. Iste certe statuerat et deliberaverat non adesse. 7. Att. 25. Diem ex die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum. 15. 1. Ad summam arbitrum me statuebat non modo hujus rei, sed totius consulatus sui. 16. 17. Consulibus permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, judicarent. Pro Pomp. 26. Statuere modum diuturnitati imperii. Pro Milon. 24. P. Clodius statuit vexare rempublicam. 3. ad Her. 4. Statuere jus æquabile in omnibus. Pro Cæc. 34. Vel tenuissimarum rerum jura statuere. 5. Fam. 8. Quantum mihi tribuendum putes, statues ipse, et, ut spero, statues ex nostra dignitate. 4. Acad. 9. Statuere quid sit sapiens, maxime videtur esse sapientis. Orat. 34. Statuere contra aliquem. 16. Att. 18. Res, quas Cæsar statuisset, decrevisset, egisset. Pro Sull. 50. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, et satis idoneum officii judicem posuisse. 16. Att. 10. Statueram enim recta Appia Romam. Pro Dom. 106. Jus igitur statuetis esse, uniuscujusque vestrum deos penates subjectos esse potestati tribunitiæ ? 9. Att. 20. Ex illius sermone statuam quid mihi agendum sit. 3. de Orat. 79. Non possum statuere, utrum, &c. an, &c. De Pro. 10. Statuit jus non dicere, et in eo perseveravit. Pro Clu. 184. Mulier de amicorum sententia statuerat, satis esse quæsitum. Pro Mur. 27. Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, rem an litem dici oporteret.

Censeo, puto, judico. 5. Fam. 13. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam. *Ibid.* 16. Statui nostræ necessitudinis esse, &c. De Clar. 143. Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. 1. Att. 4. Qui in te satis consilii statuebam esse. 1. de Orat. 5. Quod ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam &c. Pro Pomp. 1. Cum statueram nihil huc nisi elaboratum industria afferri oportere. Ver. 3. 133. Nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta quidquid dixisses, te deterius esse facturum. 5. 100. Causam sibi dicendam esse statuerat. Orat. 8. Sed ego sic statuo, nihil esse, &c. 2. de Orat. 122. Atque ego sic statuo et judico, neminem, &c. Pro Sest. 144. Quem ego deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei. Pro Mur. 32. Cum ille esset, ut ego mihi statuo, talis, qualem te esse video. 3. de Legib. 5. Plato e Titanum genere statuit eos, qui, &c. Orat. 68. Tamen in ea licentiam statuo majorem esse, &c. Pro Qu. 92. Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuivis probaturos statuebamus.

Pono, colloco. Ver. 3. 62. Statuitur Lollius in illo convivio. Brut. 15. Statuere documentum, ne quis, &c. 2. de Inven. 69. Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. Ver. 2. 48. Syracusani statuam postea statuerunt. 3. C. 20. Statuere et collocare aliquam statuam. 9. de Leg. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, &c.

Adverb. *Certe, exploratius, facilius, honestius, omnino, prorsus, recte, tyrannice, sapienter, severe.*

Statuor, eris. Pro M. Tull. Hoc judicium sic expectatur, ut non uni rei statui, sed omnibus constitui putetur. Pro C. Corn. 1. Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more majorum statuatur aliquid de legibus. Pro Sest. 66. Quæ regio terrarum erat, in qua non regnum aliquod statueretur. Pro Sull. 63. Qui id promulgarit, &c. ut statueretur.

Syntaxis. *Statuere, ac deliberare. Cognosce, statue, judica. Statuere ex dignitate sua,* id est pro et ad. *Ex tuo sermone statuam. De tua sententia statuam,* id est uti tu senties. *Ut ego mihi statuo. Atque ego sic statuo et judico, neminem &c. Statuere et collocare statuam, columnam, &c.*

Statur, ἵσταται. 6. Att. 1. Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat &c. Pro Flac. 49. Prætor actionem se daturum negavit, re judicata stari ostendit placere.

Statura, ræ, *de humano corpore dicitur*, *κατάστασις*. 2. in A. 41. Velim dicas, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura. 4. ad Her. 46. Parva statura. 5. de Fin. 35. et 1. de Inv. 41. Corporis figura, forma, et statura. 1. Tuscul. 52. Non enim præcipit ut membra nostra, aut staturam figuramve noscamus. 4. ad Her. 61. Forma, et species, et statura apposita ad dignitatem.

Status, *statutus, certus, τεταγμένος*. De Arusp. 18. Statas solemnesque cæremonias pontificatu contineri. 1. Off. 37. Aut status dies sit cum hoste.

Status, us, *conditio, fortunæ conditio, ordo, locus, casus, κατάστασις*. 4. Att. 2. Tibi declaravi, adventus noster qualis fuisset, et quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent. 11. 13. Quo in statu sim, vides. 1. Fam. 8. Ex eodem de toto statu rerum omnium cognosces. Pro Cl. 196. De totius municipii statu, dignitate commodisque omnibus sententia fertur. Pro Sull. 63. Status Reipublicæ maxime judicatis rebus continetur. *Ibid.* 33. Statum orbis terræ liberavi. Pro Muræ. 24. Omnia quæ sunt in imperio et in statu civitatis, ab iis defendi putantur. Pro Flac. 3. Totum statum civitatis in hoc uno judicio positum esse et defixum. De Arusp. 61. Hunc statum, qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia retinere possumus. 3. de Orat. 176. Hic status est hujus totius mundi atque naturæ, rotundum ut cœlum, terraque media sit. 1. Qu. Fr. 1. 33. Si in medio statu sermonis ac prædicationis res essent tuæ, nihil abs te eximium postularetur. 1. de Nat. 29. Nihil semper suo statu manet. Orat. 10. Cætera labi, fluere, nec diutius esse uno et eodem statu. 1. Off. 67. Res acerbas ita ferre, ut nihil a naturæ statu discedas. Parad. 1. Voluptas mentem e sua sede et statu dimovet. Pro Clu. 106. Declinare de statu suo. De Prov. 41. Quamvis excipere fortunam malui, quam de meo statu declinare. 8. Att. 23. Secutæ sunt epistolæ duæ, quæ me convellerunt de pristino statu. 6. Fam. 1. Tamen illa quæ requiris, suum statum tenent. 4. 1. Retinere pristinum statum. Ver. 2. 10. Me de vitæ meæ statu lacrymis suis deduxerunt. Orat. 129. Nos adversarios de statu omni dejecimus. 4. ad Her. 24. Fortuna collocavit eum in amplissimo statu. Pro Cornel. 18. Suæ vitæ statum usque ad senectutem obtinere. De Ar. 61. Deteriore statu ut simus, unus est inferior gradus. 2. de Div. 92. Iis, qui eodem statu cœli et stellarum nati sunt, eadem accidere. Brut. 15. Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem civitatis statum. Pro Dom. 46. Mihi nihil oberat præter conversionem status et inclinationem communium temporum. Act. 1. Ver. 12. Restitui in antiquum statum. 1. contra Rull. 2. Regum status decemviris donabatur. 2. de Fin. 28. Iste non dolendi status. De Univ. 40. Atque is quidem constanter in suo manebat statu. 1. Att. 17. Nam neque de statu nostræ dignitatis nobis est recedendum. 6. 3. Per fortunas confer te ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. 9. 8. Horum artificiis effectum est, ut Respub. in hunc statum perveniret. 10. 4. Quem vitæ statum amiserim, cogito. 3. Qu. Fr. 5. Liber de optimo statu. Pro Cæcin. 42. Vis, quæ formidine animum perterritum loco sæpe, et certo statu dimovet. 2. Off. 3. Atque utinam Resp. stetisset, quo steterat statu. 7. in A. 4. Optimus civitatis status. Parad. 2. Ut in eo statu essem, quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret injuria. De proscrip. lib. Legibus Sullæ continetur status civitatis. De Leg. Mors aut meliorem, quam qui est in vita, aut certe non deteriorem est allatura statum. Incert. Cum ex incertis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur. 2. de Fin. 45. Omnem complectatur *mens* vitæ consequentis statum.

Standi actus. Orat. 59. Status erectus et celsus, rarus incessus, nec ita longus. 6. Att. 1. Quam statuam esse ejusdem, status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. 3. Tusc. 53. Eo erant vultu, oratione, omni reliquo motu et statu, ut eos Argivos diceres.

Rhetoricus status. vide Part. 33. 101. et 2. de Orat. 109. 110. 111. et deinceps. *Item* Orat. 45. *Item* Top. 93. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græce *στάσις*, Latine status vocetur. Part. 102. Status, et quasi conflictio cum adversario. Pro Cæc. 32. et 33. Ad divisionem statuum ponere rem: *id est*, aperire statum. *Lege*, Constitutio.

Gradus. 1. de Leg. 23. Agnationibus familiarum status distinguuntur.

Adjuncta. *Amplus, antiquus, antiquissimus, bonus, certus, perturbatus, tranquillus, communis, conjecturalis, deformis, deterior, diligens, erectus et celsus, incertus, incolumis, mediocris, medius, melior, moderatus et concors, optimus, quietus et placatus, oratorius, pristinus, reliquus, tolerabilis, vetus et idem.*

Syntaxis. *Quo in statu sim, vides. De statu rerum cognoscere. Status reip. judicatis rebus continetur. Statum orbis terræ liberare. Status civitatis. Retinere statum, qui nunc est. Manere suo statu,* vel *in suo statu. Non esse diu uno et eodem statu. A naturæ statu non discedere. Mentem e sua sede et statu dimovere. Declinare de statu suo. Convellere aliquem de pristino statu. Suum statum tenere, retinere, obtinere. Deducere aliquem de vitæ suæ statu. De statu omni aliquem dejicere. Collocare aliquem in amplissimo statu. Deteriore statu esse. Eodem statu cœli stellarumque nasci. Conversio status. Restitui in antiquum statum. Recedere de statu dignitatis suæ. In hunc statum resp. pervenit. Amittere vitæ statum. Optimus status civitatis. Statu aliquem dimovere. Utinam resp. stet, quo stat statu. In eo statu sum. Statum labefactare. Meliorem afferre statum. Ad meliorem statum revocare. Status erectus et celsus.*

Statutus, a, um, *status*, διωρισμένος. Pro Mil. 46. Dictatoris Lanuvini statuta sacrificia nosse, negotii nihil erat. 1. Tusc. 113. Solemne et statutum sacrificium. De Ar. 32. Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco anniversaria factitarunt. 12. Fa. 25. Neque enim statutum quid in tanta perturbatione habere potuisti. 4. 2. Item statutum habeo, quid mihi agendum sit. *id est, constitutum, et deliberatum.*

Stella, læ, *sidus, astrum, fulgor, lumen*, ἀστήρ. De Som. 9. Orbis extimus, in quo infixi sunt illi, quo volvuntur, stellarum cursus sempiterni. *Ibid.* 6. Hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ vos sidera stellasque vocatis, quæ globosæ et rotundæ divinis animatæ mentibus circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. *Ibid.* Stellarum globi terræ magnitudinem facile vincunt. 2. de Nat. 118. Sunt autem stellæ natura flammeæ. *Ibid.* 104. Stellæ inerrantes. *Ibid.* 118. Vapores, quibus altæ renovatæque stellæ et omnis æther, refundunt eosdem. 5. de Fin. 71. Ut stellæ in radio solis, sic bona corporis in virtutum splendore ne cernuntur quidem. 1. Off. 154. Dinumerare stellas. 1. Tusc. 62. Qui errantium stellarum cursus, progressiones, institutiones notavit. 1. de Nat. 34. Stellæ vagæ. 1. de Div. 17. Stellarum motus, cursusque vagantes. 2. 60. Stellæ trajectio. 2. de Nat. 49. Stellæ immutabilibus spatiis ab ortu ad occasum commeant. 1. 34. Heraclides errantibus stellis divinitatem tribuit. De Un. 32. Ex quo genere sunt sidera, quæ infixa cœlo non moventur loco, quæ sunt animantia, eaque divina: ob eamque causam suis sedibus inhærent, et perpetua manent.

Adjunct. *Aurea, errans, illustris et perlucida, obscura et caliginosa, salutaris, contraria, clara, obscura, exigua, micans, parva, præclara, clarissima, crinita, flammea, inerrans, plana, par, dispar, globosa et rotunda, infima terræque proxima, minima, vaga.*

Stellans, tis, *stellatus*, ἀστερίζων. 1. de Div. 18. Luna stellanti nocte perempta est. *Ibid.*

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.
Poetæ.

Stellatis. 2. contra Rull. 84. Ager Stellatis. *Ibid.* Campus Stellatis.

Stellatus, a, um, κατηστερισμένος. 5. Tusc. 8. Stellatus Cepheus.

Stellifer, a, um, *stelliger*, ἀστροφόρος. De Somn. 12. Summus ille cœli stelliferi cursus, qui, &c.

Stelliger orbis. In Ar.

Stephane, nes, *Parmenidis philosophi deus, coronæ similitudine.* 1. de Nat. 28.

Stercoro, as, *oblino, stercus per agrum spargo et sterno*, κοπρεύω. De Sen. 54. Homerus Laertem colentem agrum et stercorantem facit.

Stercus, oris, κόπρος. 1. de D. 57. 3. de Orat. 161. Nolo stercus curiæ dici Glauciam.

Στερέμνια, *firma, solida, dura. Lege*, Firmitas.

Στερητικά. *Vide*, Contrarius.

Sterilis, le, *nihil ferens*, στεῖρος. 2. Qu. Fr. 11. Videt enim, hoc genere dicendi si utar, in cæteris Februarium sterilem futurum.

Sterilitas, tis, στείρωσις. ✕. *fertilitas.* 1. de Div. 131. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. 2. con. Rull. 69. Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastatus atque desertus. De Ar. 31. Sterilitas agrorum, inopia frugum. 1. de Div. 35. Mula peperit, fetus extitit in sterilitate naturæ.

Sternendus, a, um. 14. Att. 16. Dolabella columnam sustulit, locum illum sternendum locavit.

Sterno, is, *consterno*, διαστρωννύω, et νυμα. Pro Clu. 14. Lectum illum genialem, quem filiæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni jubet. Pro Mur. 75. Tubero rogatus est a Maximo, ut triclinium sterneret: atque ille stravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

Sternor, eris. Ver. 3. 105. Imperavit, ut in foro sibi medio lecti sternerentur. 4. ad Her. 64. Ut domi lectuli sternantur. 2. de Leg. 60. Sternuntur lecti plures.

Sternutamentum, ti, πταρμός. 2. de Div. 84. Quæ si suscipiamus, et pedis offensio nobis et sternutamenta erunt observanda.

Stertens, tis. 2. de Div. 129. Et cum stertentes viderint, objicere his quædam visa tortuosa, &c.

Sterto, tis, *arcte et graviter dormio*, ῥέγχω. 4. Acad. 93. Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modo quiescas. 4. Att. 3. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem.

Stigmaticus, *notis compunctus*, στιγματικός. 2. Off. 23. O miserum, qui fideliorem et barbarum, et stigmaticum putaret quam conjugem. *Alii*, stigmatiam, *legunt.*

Στίλβων. *Lege*, Mercurius.

Stilla, læ, *gutta*, σταλαγμός. 3. de Fin. 45. Ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ.

Stillans, tis, διήθων. 2. in A. 30. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur.

Stillicidium, dii, σταγόνων καταφορά. 1. de Orat. 173. Parietum, luminum, et stillicidiorum jura. Orat. 72. et Top. 27.

Stimulator, oris, κέντωρ. Pro Dom. 11. Seditionis stimulator et concitator tu fuisti.

Stimulo, as, *stimulum adhibeo vel admoveo, pungo, excito, incito, curam affero*, ἐκκεντάω, ἐκκεντίζω. Pro S. R. 16. Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies noctesque stimulat ac pungit. Parad. 2. Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. Pro Dom. 12. Fames stimulavit homines. 3. Fa. 12. Nam ut vetus nostra simultas antea stimulabat me, &c. sic curam mihi affert, &c. 9. At. 18. Me congressus Cæsaris stimulat, et primas ejus actiones horreo.

Stimulor, aris. Pro Plan. 69. Nec vides

istorum ipsorum charitate ad hujus salutem defendendam maxime stimulari me, atque excitari? Pro Dom. 140.

Stimulus, li, *aculeus, incitamentum, ἐγκεντρίς*. Pro Arc. 29. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis concitat. 2. Tusc. 66. Stimulus doloris, fortunæ fulmen. Pro Cœl. 12. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli et laboris. 1. Fa. 9. Defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo, &c. Pro Sest. 12. Admovere stimulos alicui. 3. Tus. 35. Stimulos admovent, ignes adhibent. 2. in A. 86. Num expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

Syntaxis. *Stimulis concitare aliquem. Stimulum admovere, ignesque adhibere. Stimulis fodere aliquem.*

Stinguens, tis, *extinguens, σβεννύων*. In Arat.

Quem neque tempestas perimet, nec longa vetustas
Interimet, stinguens præclara insignia cœli.
Priscianus.

Stinguor, eris, *extinguor, σβέννυμαι*. Prognost.

Ut cum Luna means, Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii cæca caligine tecti.

Stipatio, onis, *comitatus, ἀκολουθία*. Pro Sull. 66. Autronii adspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum metum nobis seditionemque afferebant.

Stipator, oris, *apparitor, satelles, ξιφήρης*. Pro Dom. 13. Sergius armiger Catilinæ, stipator tui corporis. Ver. 3. 65. Apronius stipatores Venereos secum habebat. 2. cont. Rull. 32. Janitores ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, ministros et satellites potestatis.

Stipatus, a, um, *vallatus, septus, περιβαλλόμενος*. Pro Sest. 95. Qui stipatus semper sicariis, septus armatis, munitus indicibus fuit. De Sen. 28. Senectus stipata studiis juventutis. 5. in A. 17. Aliquem multis telis stipatum esse. Pro Muræn. 49. Catilina stipatus choro juventutis, vallatus indicibus atque sicariis. Ver. 4. 86. Illum spoliatum stipatumque lictoribus videres. 1. Att. 15. Cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. Pro Milon. 1. Non usitata frequentia stipati sumus.

Densus. I. P. 67. Græci stipati, quin in lectulis sæpe plures.

Stipendiarius, a, um, *vectigalis, ὑποτελής*. Div. 7. Socii stipendiariique populi Rom. Ver. 1. 12. Vectigal, quod stipendiarium dicitur. De Pro. 10. Vectigales multos ac stipendiarios liberavit. Pro Corn. 24. et 3. de Leg. 41. Iis præmiis exclusos esse socios, quæ pateant stipendiariis.

Stipendium, dii, *μισθοφορία*. 11. Fa. 26. Dare stipendium militibus. 1. 7. Stipendium Cæsari decretum est. 5. 14. Stipendium militibus usque ad Idus Quintil. persolutum. Pro Cæl. 11. Mereri stipendia. 2. de Orat. 258. Cum Asellus omnes provincias stipendia merentem se peragrasse diceret. Pro Mur. 12. Mereri stipendia in bello. Pro Corn. 61. Senatus victorem exercitum stipendio affecit. Pro Pom. 26. Partem militum, qui jam stipendiis confectis erant, dimisit. Ad Br. 17. Decernere triumphum ac stipendium alicui. De Provin. 28. Relatum est ad nos de stipendio exercitus. Pro Cornel. 41. Hispani agris stipendioque mulctati. I. P. 88. Quid stipendium militibus per omnes annos a civitatibus numeratum? De Sen. 49. Animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, &c. Oeco. 1. Labores pacis ac belli, id est, rusticationis et militarium stipendiorum, distribuit viro natura. Pro Pomp. 28.

Syntaxis. *Stipendium dare, decernere, persolvere, stipendia mereri. Stipendio afficere. Stipendio esse confecto. Stipendio mulctatus. Numerare stipendium militibus. Emeritis stipendiis.*

Stipes, itis, *truncus, στύπος*. Postquam in Sen. 13. Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse. De Arusp. 5. Stipes ille, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. I. P. 19. Qui quamquam truncus aut stipes, si stetisset, modo posset sustinere titulum consulatus. In Arat.

Hæc medium ostendit radiato stipite malum.

Stipo, as, *constipo, circumvallo, δορυφορέω*. 3. in A. 30. Antonius Senatum stipavit armis.

Stips, pis, *pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel diis offertur, vel mendicis erogatur, κέρμα*. 2. de Legib. 22. Præter Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogitet. *Ibid.* Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus, implet enim superstitione animos et exhaurit domos.

Stipulatio, onis, *est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve se id, quod interrogatur, respondet, διομολογία*. Pro Qu. R. 35. Stipulatione aliquem allegare. 2. de Orat. 100. Pacta, conventa, stipulationes. Pro Cæc. 51. 2. ad Her. 14. Aut stipulationes, aut pacti et conventi formula. 16. Att. 11. Etsi nondum stipulationes legeram, tamen rem pridie Iduum velim conficias. 2. de Leg. 53. Ut ea pecunia ex stipulatione debeatur.

Stipulatiuncula, læ, *σμικρὰ διομολόγησις*. 1. de Orat. 174. *Lege*, Mihi.

Stipulator, oris, *διομολογητής*. Pro Qu. 58. Cum a stipulatore tuo comparabuntur, *id est*, testes.

Stipulatus, a, um, *vi patiendi, διομολογούμενος*. Pro Qu. R. 14. Hæc pecunia necesse

est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit.

Stipulo, et Stipulor, aris, *est, postulare sibi aliquid promitti, solemni formula stipulandi,* ὁμολογέομαι. Pro Qu. R. 13. Reliquum est, ut stipulatum se esse dicat. *Ibid.* Stipulatus es? ubi? quo præsente? 2. de Leg. 53. Is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est.

Stirpitus, *radicitus,* ῥιζόθεν. 4. Tus. 83. Stirpitus extrahere aliquid.

Stirps, pis, *planta,* ῥίζωμα. 5. de Finib. 10. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e terra gignerentur, causas atque rationes. *Ibid.* 40. Non enim jam stirpis bonum quæreret, sed animalis. *Ibid.* 33. Cum arborum et stirpium eadem pæne natura sit, quæ animalium. 2. in A. 55. In seminibus causa est arborum et stirpium. 2. de N. 83. Stirpes terræ inhærent, animantes a respiratione aeris sustinentur. *Ibid.* 127. Baccæ, quæ ex quaque stirpe funduntur. *Ibid.* 130. Multæ et pecudes et stirpes sunt, quæ, &c. *Ibid.* 99. Terram stirpium asperitate vastari. *Ibid.* 83. Stirpes arte naturæ vivunt et vigent. *Ibid.* 120. Stirpes stabilitatem dant iis, quæ sustinent, et ex terra succum trahant. 1. de Leg. 1. Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quam Poetæ versu seminari potest. 2. de N. 161. Quarundam stirpium et herbarum utilitates longo usu percepimus.

Truncus, caudex. 2. de Nat. 81. Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas. *Ibid.* Quod ita esset ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur. 2. de Nat. 26. Quæ ipsa ex se generata stirpibus continentur. Orat. 147. Omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item: sed esse illa sine his non potest.

Origo, caput, initium. Pro Cæl. 79. Hic nunc primum florescens firmata jam stirpe virtutis &c. 2. de Div. 149. Superstitionis stirpes omnes ejiciendæ sunt. 1. C. 30. Stirps ac semen malorum omnium. 4. de Fin. 5. Differo eam partem, quæ est quasi stirps hujus quæstionis. *Ibid.* 17. Qua ex stirpe orirentur omnia. 1. de Leg. 20. Repetam stirpem juris a natura.

Genus, familia. De Ami. 72. Qui aliquamdiu propter ignorantiam stirpis et generis in famulatu fuerunt. 2. de Leg. 3. Hinc enim orti stirpe antiquissima &c. Pro Rab. P. 2. Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui sunt ejus stirpis, cupidissime persequuntur. 2. contra Rul. 94. Non ingenerantur hominibus mores, tam a stirpe generis ac seminis, quam, &c. De Clar. 212. Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. 1. de Div. 2. O generosam stirpem. *Ibid.* 20. Civili generosa stirpe profectus. 2. de Nat. 87. Regiam contaminari stirpem. 1. de Orat. 176. Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii ejusdem nominis hæreditatem, gente ad se rediisse dicebant. *Ibid.* In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum. 3. Tusc. 83. Stirps, origo, progressio, radix. De Clar. 130. Naturale quoddam stirpis bonum degeneravit vitio depravatæ voluntatis.

Adjuncta. *Alta, amara, antiquissima, diuturna, civilis, generosa, propria, regia.*

Syntaxis. *Stirpes vivere ac vigere. Stirpes stabilitatem dant iis, quæ sustinent. Per stirpes ali. Stirpibus suis niti. Stirpibus contineri. Superstitionis stirpes ejicere. Stirpes ac semen malorum. Quasi stirps quæstionis. Ex stirpe oriri. Repetere stirpem juris a natura. Ortus stirpe antiquissima. Esse alicujus stirpis. Mores hominibus ingenerari a stirpe generis ac seminis. Ex ipsius sapientiæ stirpe generatum esse. Generosa stirpe profectus. Regiam stirpem contaminari. Totum stirpis ac gentilitatis jus. Naturale stirpis bonum degenerare.*

Stiva, væ, *manica, sive cauda aratri, quæ arantis manu gubernatur,* ἐχέτλη. Pro M. Scauro. Ab ipsa stiva mecum homines loquebantur.

Sto, as, *consisto, sum,* ἵσταμαι. 4. ad Her. 8. Contra hoc nulla staret eorum ratio. De Clar. 128. Cum is contra populi studium stetisset. *Ibid.* 272. Nemo contra perditos cives a Senatu et a bonorum causa stetit constantius. 1. de Invent. 4. Stare a mendacio contra verum. *Ibid.* 81. A se potius quam ab adversariis stare. 4. ad Her. 4. Probare rationem aliquam, quod ab ea steterint viri probatissimi. 7. in A. 21. Equites Rom. qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. 9. Phil. 4. Quorum statuæ in rostris steterunt usque ad nostram memoriam. 2. de Invent. 142. Si quid de æquitate ea, quæ cum adversario staret, derogasset. I. P. 13. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. 1. Fa. 4. Cum in Senatu pulcherrime staremus. 2. in A. 8. Qui hoc ipso tempore stant cum gladiis in conspectu Senatus. 1. C. 15. Is in comitio stetit cum telo. 1. de Div. 75. 2. de Leg. 28. Ara vetus stat in palatio, Febris. De Som. 14. Vides eorum partim obliquos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis. 4. Acad. 123. Antipodes adversis vestigiis stant contra nostra vestigia. Pro Sul. 31. Eos, qui circum judicium stabant, audire nolebat. Pro Fl. 14. Qui domi stare non poterant. Pro Clu. 78. Homines, qui tum consulto prope in occulto stetissent. 3. de Orat. Stare occulte post aliquem. 2. 353. Juvenes stare ad januam duos quosdam, qui aliquem evocent. 2. contra Rul. 13. Tamen si qui acutiores in concione steterant, suspicabantur, &c. 4. Acad. 137. Cum ambo ad Senatum in Capitolio starent. Ver. 4. 143. In curia statua tua stabat. 2. 154. Hujus fornix in foro est, in quo filius nudus stat. 1. 61. Hæc duo signa, quæ ad impluvium tuum stant, et multos annos ad valvas Junonis Samiæ steterunt, &c. 4. ad Her. 4. Stare intra carcerem. Pro Qu. 53.

Testificantur isti, P. Quintium non stetisse, et se stetisse. 2. Tuscul. 54. Qui stat, *id est, qui in prælio non fugit.* Ad Br. 10. Qui si steterit idem, *id est, si non mutabitur.*

Permaneo, perduro. 4. D. 138. Is videbat, istius censum stare nullo modo posse. 1. de Leg. 2. Multo diutius commemoratione manent, quam natura stare potuerunt. Pro Rab. 28. C. Marius dedit fidem, sed in fide non stetit. 4. de Fin. 45. et 2. de Inv. 142. Cum adversario stare. 2. Att. 4. Si in eo, quod ostenderat, non stat, mihi placet, ea, quæ male empta sunt, reddi. 9. 6. Litteræ tuæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt. De proscript. lib. Ut his *legibus* solutis stare ipsa *Respub.* non possit.

Rectus maneo. 15. Att. 19. Stetisse enim te frustra scribis. 1. de D. 104. Cum virgo staret, Cæcilia sederet.

Consentio, sum contentus. 3. Off. 110. Non enim Regulus suo judicio stetit, sed suscepit causam, ut esset judicium Senatus. Pro Cluent. 132. Nec. L. Gellii judicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius: et uterque censor censoris opinione standum non putavit. 8. Att. 4. Alterius potius stare judicio, quam suo. 12. 22. Meo judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. 1. de Fin. 47. Stare oportet in eo quod sit judicatum. 3. Off. 95. Stare conventis. 7. Att. 15. Omnes cupiebant, Cæsarem stare conditionibus iis, quas tulisset. 5. Tusc. 81. Stare suis judiciis, et stare judicio sapientum.

Vigeo. 5. Att. 18. Stamus animis, et consiliis, ut videmur, bonis utimur. 2. A. 24. Resp. staret, tu concidisses. 8. Fam. 8. Per quos steterim. 7. Att. 13. Animadvertis, quam sine consilio res stet. 2. Off. 19. Itaque parietes urbis modo stant et manent, iique ipsi jam extrema scelera metuentes. 2. Off. 3. Utinam respublica stetisset, quo cœperat, statu.

Datur. 9. Fam. 2. Modo nobis stet illud, una vivere in studiis. 3. Att. 13. Neque adhuc stabat, quo potissimum, &c.

Adverb. *Constantius, consulto, diutius, occulte, paulisper, plane, pulcherrime.*

Syntaxis. *Contra hoc nulla stat ratio. Stare a causa bonorum. Stant hostes cum gladiis. Stare contra populi studium. Stare a mendacio contra verum. Æquitas cum adversario stat. Stare in occulto,* vel *occulte post aliquem. Stare ad januam. In fide stare. Stare in eo, quod est judicatum. Stare resp. sine legibus nequit. Alterius potius judicio stare, quam suo. Stare conventis, stare conditionibus, stare opinione alterius, stare judiciis sapientum. Stare animis. Per eos steti. Utinam civitas staret quo cœperat statu. Adhuc non stat, quo potissimum, &c. Modo stet illud nobis, una vivere, &c.*

Stoice, *severe, Stoicorum more, στωϊκῶς.* Pro Mur. 74. Agit mecum austere, et Stoice Cato. 2. de Divin. 8. Tu quidem, inquam, Stoice Stoicorum sententiam defendisti. Partit. 1. Stoice, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere.

Stoicus, *στωϊκός.* Ad Brut. 15. Brutus Stoicus. Pro Mur. 61. Fuit quidam summo ingenio vir Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. *Ibid. multa de Stoicis, et eorum doctrina.* 4. Acad. 131. Zeno, qui inventor et princeps Stoicorum fuit. 3. de Orat. 59. Ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamavit, Cynici primum, deinde Stoici. De Clar. 118. Omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo. *Ibid.* Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. 1. de Orat. 43. Stoici disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. 4. Acad. 112. Stoicorum dumeta. 5. Tusc. 76. Ut jam a laqueis Stoicorum recedamus. 3. 13. Stoicorum more agamus, qui breviter astringere solent argumenta. *Ibid.* 22. Hæc dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius. 1. de Nat. 39. Chrysippus interpres vaferrimus somniorum Stoicorum. *Ibid.* 15. Qu. Lucilius Balbus, qui magnos progressus habebat in Stoicos. 9. Fam. 22. Habes scholam Stoicam Stoici acerbi. 1. de Fin. 6. Stoici, Chrysippus, Diogenes, Antipater, Mnesarchus, Panætius, Posidonius. 3. de Finib. 72. Stoici dialecticam et Physicam virtutum nomine appellant. 9. Fa. 16. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum; id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse divites, qui cœlo et terra frui possunt, postea videro. 1. de Nat. 123. Stoici censent, sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. 9. Fam. 22. Nihil dictu turpe vel obscœnum credebant. 1. de Div. 6. Omnia fere divinationis genera defenderunt. 4. Tuscul. 72. Sapientem amaturum esse dicunt: et amorem ipsum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt. 1. de Nat. 55. Fatalem necessitatem εἱμαρμένην dicunt. De Fat. 33. Omnia fieri fato dicunt. 4. Acad. Qu. 107. Dicunt Stoici sensus ipsos assensus esse: quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi: tolli autem omnia, si visa tollantur. 3. de Orat. 65. Soli ex omnibus eloquentiam, virtutem, ac sapientiam esse dixerunt. 1. de Nat. 16. Honesta a commodis, non nomine, sed genere toto disjungunt. Top. 6. In altera tantum disserendi parte elaborarunt. 4. Acad. 119. Existimarunt fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. 1. Off. 23. Studiose exquirunt, unde verba sint ducta. 1. Tuscul. 77. Usuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. 5. 47. Bonis corporis et fortunæ vitam beatam compleri negant. 4. Acad. 107. Negant fieri posse, ut quisquam nulli rei assentiatur. 2. de Div. 129. Negant quenquam, nisi sapientem, divitem esse posse. 2. de Fin. 68. Negant quicquam esse bonum, nisi quod

honestum sit. 5. de Finib. 86. Negant quidquam posse percipi, nisi tale verum, quale falsum esse non possit. Ad Br. 15. Negabant fugere, sapientis. 3. de Orat. 60. Omnino irasci nesciunt. 3. de Finib. 4. Ex omnibus philosophis plurima nominaverunt. 1. de Div. 6. Stoici principes disciplinæ divinandi. Ad Brut. 118. In disserendo prudentissimi, in dicendo inopes. 3. Fam. 7. Rectissime putant urbanitatem esse virtutem. 3. de Fin. 41. Quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putant. 4. Acad. 119. Putarunt Solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet et transeat. 5. de Fin. 22. Cum a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. 2. de Orat. 159. De inventione nihil tradiderunt. 1. de Nat. 16. Cum Peripateticis re consentire videntur, verbis discrepare, inquit Antiochus. 2. Tusc. 42. Contortulis quibusdam, ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus effici volunt, non esse malum dolorem. 1. de Nat. 18. Stoicorum anus fatidica πρόνοια. 3. de Fin. 3. Stoicorum disserendi genus subtile, vel spinosum potius. 5. Tuscul. 13. Tanquam levia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant. 4. Acad. 136. Pleraque Stoicorum mirabilia, quæ παράδοξα nominantur, sunt Socratica. 3. de Nat. 95. Stoicorum de natura deorum oratio quam sit levis. 4. Acad. 107. Stoicorum princeps Panætius. 2. de Div. 100. Stoicorum sententia de divinatione nimis superstitiosa. Pro Muræ. 61. Stoicorum sententiæ et præcepta sunt ejusmodi: Sapientem gratia nunquam moveri: nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse, nisi stultum et levem. Viri non esse neque exorari, neque placari. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites: si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt. Omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit. Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam immutare nunquam. 1. de Div. 118. Stoicis non placet, singulis jecorum fissis, aut avium cantibus interesse Deum. 1. Off. 22. Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint. 3. de Orat. 63. Alia enim et bona et mala videntur Stoicis, et cæteris civibus, vel potius gentibus: alia vis honoris, ignominiæ, præmii, supplicii. 3. de Fin. 10. Ad Stoicis se inclinare. 3. de Nat. 44. Stoicos nihil de diis explicare: *id est, incertam relinquere de diis quæstionem.* 1. Tusc. 78. Nunquid igitur est causæ, quin amicos nostros Stoicos dimittamus? eos dico, qui aiunt animos manere, e corpore quum excesserint, sed non semper. 15. Fam. 19. Stoicos rusticos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. 9. 16. Stoicos solos ex philosophis vim virtutis tenuisse.

ADJUNCTA. *Acutissimus, sapiens, magnus et gravis, maximus, optimus, perfectissimus, prudentissimus.*

Stola, læ, *vestis muliebris*, στολή. Ver. 4. 74. Dianæ erat admodum amplum signum cum stola. 2. in Ant. 44. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.

Stolidus, a, um, *stupidus*, ἀνόητος. 2. de Div. 116. Quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum &c. Top. 59. Quia tum nihil agens, et quodammodo stolidum.

Stomachans, tis, δυσχεραίνων. Pro Pl. 65. Huic ego stomachans, fastidiose, inquam, &c. De Cl. 326. Sæpe vidi irascentem et stomachantem Philippum. 1. de Orat. 166. Dum in campum properaret et ridens et stomachans Scævola.

Stomachor, aris, *indignor, indigne patior, moleste fero, irascor*, δυσχεραίνω. 1. de Nat. 94. Sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram. 16. Att. 21. Non dubito quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius. 15. Fam. 16. Si enim stomachabere, et moleste feres, plura dicemus. 10. 26. Itaque jucundissimis tuis litteris stomachatus sum in extremo. 2. de Orat. 267. Scipio cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, &c. 14. Att. 23. Amariorem me senectus facit, stomachor omnia. 1. Acad. Quid stomachetur Mnesarchus.

SYNTAXIS. *Fastidiose stomachari. Irascens et stomachans. Ridens et stomachans. Stomachari, et moleste ferre. Cum aliquo stomachari. Stomachari omnia.*

Stomachose, *iracunde*, ἀγανακτικῶς. 10. Att. 5. Rescripsi ei stomachose. *aliter*, stomachosius. *Charisius autem*, stomachose, *autoritate confirmat.*

Stomachosus, a, um, iracundus, ἀγανακτικός. 2. de Orat. 279. Me quidem hercle valde illa movent stomachosa et submorosa ridicula. 3. Fam. 11. Stomachosiores quas meas litteras dicis esse, non intelligo. De Clar. 236. Acumen sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum.

Stomachus, chi, *gula, seu guttur, gulæ extremum, per quod, et in quod labitur cibus, et concoquitur*, στόμαχος. 2. de Nat. 135. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. *Ibid.* 124. Plataleam conchis se implere solere, easque cum stomachi calore concoxerit, evomere. 8. Fam. 13. Esse stomacho languenti. 4. 3. Accipere vulnus in stomacho. 9. 2. Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo.

Bilis, ira. 4. Att. 16. Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concaluit. 2. Fam. 16. Nosti enim non modo stomachi mei, cujus tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. 3. Qu. Fr. 8. Epistola plena stomachi et querelarum. 16. Att. 3. Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. 5. 1. Hæc mihi majori stomacho quam ipsi Quinto fuerunt. Ver. 2. 48. Homo exarsit iracundia et stomacho. 15. Att. 15. Nec tam animum me, quam stomachum habere arbitrantur. Pro Mur. 28. Si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis. 1. Fam. 9. Non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed ut facere se arbitrarentur. 2. Fam. 16. Ridere in stomacho. 5. Att. 11. Ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse. 6. 3. In quo tamen nihil mihi risum magis, quam stomachum movere solet. Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho.

Syntaxis. *Stomachi calore cibos concoquere. Esse stomacho languenti. Accipere vulnus in stomacho. Consuetudo obduxit callum stomacho. Stomachi fastidium. Epistola plena stomachi et querelarum. Stomachum erumpere in aliquem. Hæc sunt mihi stomacho. Exardescere iracundia et stomacho. Stomachum alicui movere, facere. Stomachum funditus perdere. Ridere in stomacho.*

Strabo, onis, *qui oculis est perversis, στραβὸς, στραβόν.* 1. de N. 81. Ecquos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur.

Strages, gis, *clades, φθορά.* Postqu. in Sen. 6. Qua strage nonnulli permoti magistratus paululum a mea causa recesserunt. 3. in Ant. 31. Ille autem quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia? 3. de Leg. 22. Sed ille quas strages edidit? 1. de Div. 20. Stragem horribilem cædemque vereri. 1. Att. 13. Quas ego pugnas et strages edidi?

Stragula vestis, *stragulum, στρωμνή.* Ver. 4. 59. Per triennium isti plena domo telarum, stragulam vestem confecit. 1. 28. 2. 20. et Pro S. R. 133.

Stragulum, li, *peristroma, στρῶμα.* 5. Tuscul. 61. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto.

Strangulo, as, *faucibus premo, suffoco, ango, ἀπαγχονίζω.* 8. Fa. 15. Cæsaris hospitem acceptis nummis comprehendit ac strangulavit. 9. 22. Ille patrem strangulavit.

Stranguria, riæ, *στραγγουρία. Lege,* Dysuria. 2. Tusc. 45. Quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua præbeat.

Stratagema, tis, *στρατήγημα* et *στρατάγημα.* 3. de Nat. 15. Consilium illud imperatorum fuit, quod Græci *στρατάγημα* appellant. 5. Att. 2. Rusio noster stratagemate alto percussit Vestorium.

Stratoniceus Metrodorus. 4. Acad. 16.

Stratoniensis Menippus, *orator.*

Stratum, ti, *peristroma, στρῶμα, περίστρωμα.* 5. Tuscul. 61. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto.

Stratus, a, um, *tectus, ἐστρωμένος.* 2. in Ant. 67. Lectus stratus conchyliato peristromate. 4. ad Her. 65. Triclinium stratum.

Jacens, projectus. 3. Tusc. 72. Afflictus et stratus. 3. de Orat. 22. Hoc est altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus. 10. Att. 4. Qui nos sibi quondam ad pedes stratos non sublevabat.

Stratus, vel Stratos, *oppidum in Macedonia.* 1. Off. 61.

Strenue, *naviter, fortiter, εὐσταθῶς.* 2. Qu. Fr. 4. Domus utriusque nostrum ædificatur strenue. 3. ad Her. 24. Is tamen egit sane strenue, et agit. 14. Fam. 5. Sane strenue accepi tuas litteras. Pro Rab. 30. Pro illis strenue arma caperem. 16. Att. 6. Magis commode quam strenue navigavi. 4. ad Her. 65. Puer satis strenue et concinne omnia comparat.

Strenuus, a, um, *navus, industrius, εὐτρεπής.*)(. *ignavus.* 15. Att. 6. Noli me tam strenuum putare, ut ante Nonas recurram. 2. in A. 78. Ut cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum.

Syntaxis. *Strenue ædificatur domus. Strenue agere, arma capere, omnia comparare. Commode, non strenue navigare. Si minus fortis, attamen strenuus.*

Strepitus, us, *sonitus, stridor, ἄραβος.* Top. 52. Pedum crepitus, et strepitus hominum. De Clar. 317. Strepitus fori. 3. cont. Rull. 2. et 1. de Leg. 21. Strepitus fulminum. De Arusp. 20. In agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. 8. Fam. 2. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruum. 13. Att. 46. Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse. 2. de Nat. 89. Ingenti strepitu.

Adjuncta. *Forensis, ingens, reconditus.*

Strepo, is, *rixor, jurgo, βραχίω.* 1. de Div. 29. Cum Achivi cœpissent inter se strepere, &c.

Stricte, *restricte, arcte, συλλήβδην.* De Ami. 58. Stricte observare, ne plus reddas quam acceperis.

Strictim, *compressius.* 3. de Nat. 19. Quibus de quæstionibus tu strictim, nostri multa solent dicere. Pro Clu. 29. Quæ copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur. Pro S. R. 95. Videamus nunc strictius, quæ, &c. 2. Att. 1. Strictim attingere aliquem librum.

Strictus, a, um, *districtus, ἐσφιγμένος.* 2. in A. 21. Cum tu illum gladio stricto insecutus es.

Stridor, oris, *strepitus, βρυγμός.* 5. Tuscul. qu. 116. Ne stridorem quidem serræ audiunt, cum acuitur. 1. 68. Horrifer Aquilonis stridor, &c. 1. de Div. 13. Aut densus stridor, &c. 2. cont. Rull. 69. Ut veri ac fortis Tribuni plebis stridorem unum perferre non possit.

Strigilis, lis, *instrumentum, quo utebantur*

in balneis ad corpora stringenda, abstergenda, et polienda: quanquam et ad equos expoliendos hujusce nominis instumentum adhibeatur, sed dentatum et ferreum, cum illud eburneum esset, ac sine dentibus, ψῆκτρα. 4. de Fin. 30. Si ad illam ampulla aut strigilis accedat.

Strigosus, a, um, *gracilis, tenuis*, σφηνώδης. De Clar. 64. Verum est certe genere toto strigosior.

Stringendum, *comprimendum*, συμπλεκτέον. 3. Off. 111. Nullum vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.

Strophium, phii, *fascia brevis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum*, στρόφιον. De Ar. 44. P. Clodius a strophio, a psaltrio, &c. factus est repente popularis. In Clodium. Cum strophio accurate præcingere.

Structor, oris, *minister ad cibos struendos, mensamque instruendam comparatus*, τέκτων. 2. Qu. Fr. 10. In aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. 14. Att. 3. Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, inanes redierunt.

Structura, ræ, *constructio, compositio, repræsentatio*, κατασκευὴ, οἰκοδομή. De Opt. 5. De Clar. 33. Verborum quasi structura. Orat. 149. Ut fiat quasi structura quædam.

Structus, a, um, *constructus*, κατεσκευασμένος. De Senect. 51. Frugem spicæ ordine structam. Orat. 39. Res collocatæ, et quasi structæ ac nexæ. 1. Tusc. 36. Speluncæ saxis structæ asperis. Orat. 232. Compositi oratoris bene structam collocationem dissolvere permutatione verborum.

Strues, is, *cujuscunque rei constructus cumulus, seu moles*, σωρός. 5. Att. 12. Strues salinarum.

Struma, mæ, χοιράς. 2. 9. Denique Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant. Pro Sest. 135. Hi medentur reipublicæ, qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam civitatis.

Struo, is, *molior*, μηχανάομαι, μηχανάω. 3. de Orat. 169. Collocationis est, componere et struere verba. 2. ad Heren. 45. Struere controversiam de nomine. 6. Fam. 7. Struere periculum. 5. Att. 21. Sed dices, me ipsum mihi sollicitudinem struere. 2. de Orat. 208. Ex his locis et odium in alios struere discemus, et a nobis, et a nostris dimovere. Pro Clu. 178. Struere et moliri aliquid calamitatis cuipiam.

Struor, eris. 3. Qu. Frat. 8. Reliqua ad jacturam struentur. *aliter*, reserventur. 9. Att. 12. In posterum bellum ἄσπονδον strui existimo.

Syntaxis. *Struere aciem. Componere et struere verba. Struere controversiam. Struere periculum. Struere sibi sollicitudinem. Struere odium in aliquem. Struere et moliri aliquid calamitatis cuipiam. Struere bellum.*

Studens, tis. Pro Plan. 87. Hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis uti poteram.

Studeo, es, *operando studium in aliqua re pono*, ἐπιτηδεύω, φροντίζω. 1. de Orat. 10. Nemo fere studuisse ei scientiæ vehementius videtur, quin quod voluerit, consecutus sit. Div. 39. et 1. Fam. 7. Si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses. Orat. 41. In hoc orationum genere, cui nunc studes. 1. de Orat. 260. Demosthenes ejus ipsius artis, cui studebat, primam litteram non poterat dicere. *Ibid.* 250. et 1. de Leg. 13. Si ab adolescentia juri civili minus studuerimus &c. De Clar. 322. Studere litteris, quibus fons eloquentiæ continetur. Postq. in Sen. 14. Cum vero litteris studere incipit, et helluo immanis cum Græculis philosophari, tum est Epicureus. 5. de Fin. 6. Ut id ipsum, quod studet, facere possit onatius. 7. Fam. 31. Facile cognovi ex tuis litteris, quod semper studui, &c. 6. in A. 18. Unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antonii furorem extinguere. Orat. 99. At hic noster ad hoc unum est natus, huic generi studet uni. 4. de Fin. 65. Studere laudi et dignitati. 1. de Div. 63. Tumque vel maxime laudi student. 2. de Orat. 225. Cui rei? cui gloriæ? cui virtuti studes? patrimonione augendo? at, &c. De Clar. Orat. 206. Sed idem Ælius Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit. 1. de Fin. 60. Cum sero sentiunt, frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. Pro Cæl. 26. Cælius studuit præturæ. 1. C. 3. Studere rebus novis.

Faveo. 2. ad Her. 43. Si partes, quibus illi student, lædantur. Pro Mur. 76. Cur quenquam, ut studeat tibi, ut te adjuvet, rogas. Pro Cæl. 10. Multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt. *Ibid.* 12. Cælius studuit Catilinæ. 4. Att. 14. Pompeius Scauro studet: utrum fronte, an mente, dubitatur.

Opto. 13. 20. Scire igitur studeo, quid egeris. Partit. 1. Studeo ex te audire, quæ, &c. Pro S. R. 145. Studeo facere aliquid. 2. de Orat. 150. Ars demonstrat, ubi sit illud, quod studeas invenire. 1. 107. Ego vero, inquit, istis obsequi studeo. Ad Brut. 15. Nos Lepidum honore studuimus a furore revocare. 2. C. 17. Quos ego non tam ulcisci studeo, quam sanare. 11. Fam. 27. Dissensionem nascentem extingui summe studui. De Clar. 232. Gradus tuos, et quasi processus dicendi studeo cognoscere. 2. Off. 27. Nostri imperatores ex hac una re maximam laudem capere studebant. In Arat.

Hoc cave te ponto studeas committere mense.

Curam habeo. 3. de Nat. 72. Parens difficilis, qui te nec amet, nec studeat tui.

Adverb. *Exquisitius, jampridem, plane, summe, vehementer, vehementius.*

Syntaxis. *Unum sentire, unum studere. Studere laudi et dignitati, gloriæ, virtuti, patrimonio augendo, opibus, imperiis. Studere Præturæ, studere rebus novis. Studere alicui,*

eumque adjuvare. Hæ sunt partes, quibus studes. Studeo ex te audire. Summe studeo, fieri, &c. Nec te amat, nec studet tui.

Studiose, *cupide, studio, σπουδαίως*. De Clar. 96. Studiose audire aliquem. 16. Att. 16. Studiose diligenterque curare aliquid. 3. de Fin. 40. Quare studiose attendite. Div. 39. Libenter studioseque audire. 2. de Orat. 253. Studiose ludere. 1. ad Her. Eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod, &c. 1. Tus. 6. Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus. De Clar. 155. Hic causas studiose recipiebat.

Studiosus, a, um, *cupidus, amans, observans, qui litteris delectatur, alicujus rei studio præditus, σπουδαῖος*. Ver. 2. 117. Quem in provincia existimationis meæ studiosissimum cupidissimumque cognovi. 8. Att. 3. Iste restituendi mei, quam retinendi studiosior. 3. 22. Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. De Clar. 64. et 1. Fam. 7. Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. 4. Acad. 125. Democritus studiosus nobilitatis. 1. Att. 13. Studiosus ac fautor. *Ibid.* Attici nostri te valde studiosum esse cognovi.

Operam navans. 1. de Orat. 251. Vir dicendi studiosus. 4. Fam. 3. Studiosus doctrinarum. 4. Acad. 98. Homo et acutus, ut Pœnus, et valde studiosus. De Opt. 13. Suscepi laborem utilem studiosis.

ADVERB. *Mire, summe, valde.*

Studium, dii, *opera, labor, σπουδή*. 1. de Invent. 36. Studium est assidua ac vehemens, ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate, occupatio. 5. Tusc. 8. Qui in rerum contemplatione studia ponebant. 4. Fam. 3. Dare studium suum alicui arti. 1. de Orat. 204. Cohortatione alicujus concitari ad studium cognoscendæ virtutis. 1. Qu. Fr. 23. Cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda, plurimum a pueritia studii fuisset, et temporis. De Clar. 306. Ego autem juris civilis studio multum operæ dabam Quin. Scævolæ. 1. Qu. Frat. 1. 23. Qui omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. De Clar. 161. Adhibere multum studii ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum disciplinas. 1. de Fin. 1. Ponere multum studium in aliqua re. 1. de Orat. 59. Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. De Sen. 50. Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt. *Ibid.* Si vero habet aliquid tanquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius. Pro Cæl. 54. An ille vir, illa humanitate præditus, illis studiis, artibus, atque doctrina potuisset, &c. Pro Cor. 3. Viri litterati, ac studiis doctrinisque dediti. 2. de Div. 7. Tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renovare cœpimus. De Fat. 2. Hircius his studiis, in quibus nos a pueritia viximus, deditus. 1. de Orat. 34. Quare pergite, adolescentes, et in id studium, in quo estis, incumbite. *Ibid.* 179. Homo a juris studio non abhorrens. 8. Att. 11. In studiis ac litteris nostris consumo omne tempus. 1. de Orat. 261. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos juvenes, vehementer assentior: cætera, quæ collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, ab oratoris proprio officio atque munere sejuncta esse arbitror. *Ibid.* 256. In omni recto studio atque humanitate versari. *Ibid.* 96. Totius hujus vel studii vel artificii, vel facultatis disputatio. 3. de L. 14. Demetrius et doctrinæ studiis et regenda civitate princeps est. 2. 39. Civitates totas malis studiis, malisque doctrinis repente everti. 1. Q. Fr. 1. 22. Nos ea, quæ consecuti sumus, his studiis et artibus esse adeptos, quæ sunt nobis a Græcia traditæ. *Ibid.* 18. Vir optimarum artium studiis eruditus. Orat. 34. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. Pro Arch. 4. Vir eruditissimis hominibus et liberalissimis studiis affluens. *Ibid.* In studiis humanitatis ac litterarum versari. 1. de Orat. 11. Qui in artium studiis liberalissimis sunt doctrinisque versati. 4. Att. 16. Retuli me ad litteras et studia nostra. Pro Cæl. 24. Studium doctrinæ atque humanitatis. *Ibid.* Adolescens rectissimis studiis atque optimis artibus praeditus. Pro Arch. 4. Archias se ad scribendi studium contulit. *Ibid.* 1. Ratio aliqua ab optimarum artium studiis et disciplina profecta. Pro Mur. 65. Cato recentibus præceptorum studiis flagrans. *Ibid.* 29. Qui oratores evadere non possunt, eos ad juris studium devenire. De Arusp. 18. Si cui forte videor plus quam cæteri, qui, &c. versari in studio litterarum, &c. 9. Fam. 8. Exercere studia litterarum. 5. de Fin. 6. Ut aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque impertiat. 2. de Div. 1. Cohortari aliquem ad studium philosophiæ. De Clar. 51. Extra Græciam magna dicendi studia fuerunt. 1. Off. 2. Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. 1. de Orat. 12. Cæterarum artium studia fere reconditis e fontibus hauriuntur. *Ibid.* 8. Studia, quæ reconditis in artibus, et in quadam varietate litterarum versantur. 1. Fam. 8. Referre se ad studia litterarum. 1. de Orat. 1. Referre animum ad studia, &c. Ad Brut. 15. Evigilare in studio. 3. de Orat. 40. Vacare studiis. Top. 1. Uterque nostrum ad suum studium libros evolvebat. 1. de Orat. 21. Græci otio studioque abundantes. 6. Fam. 6. Plurimo doctrinæ studio. 2. Tusc. 36. Quibus palæstra, labor, militia in studio est. Pro Cæl. 46. Studia delectationis, ut ludus, jocus, convivium. 1. Off. 103. Neque enim ad ludum et jocum facti esse videmur, sed ad severitatem potius, et ad quædam studia graviora atque majora. 2. de Leg. 14. Plato studii et delectationis, non Reip. causa scripsit leges. Pro S. R. 48. Studium colendi agri a patribusfamilias maxime laudatur. *Ibid.* Studium, quod ad agrum colendum attinet. De Sen. 76. Sunt

pueritiæ certa studia. *Ibid.* 76. Sunt extrema quædam studia senectutis. 5. de Fin. 5. Suo quisque studio maxime ducitur. 2. Tusc. 36. Lacænæ virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, Sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara. Pro S. R. 137. Me in eo studio esse confiteor. De Ami. 104. In studiis cognoscendi semper aliquid, atque dicendi, remoti ab oculis populi omne otium tempusque contrivimus. Pro C. Cornel. 2. Studia, consilia, cogitationesque eorum aperiam. Pro M. Scau. Me flagrantem studio laudis in spem impulit. Hortens. In his studiis nobis omnis opera et cura ponenda est. De Consolat. Bonis studiis atque artibus expolitus. 1. de Fin. 2. Veritus ne movere hominum studia viderer, retinere non possem.

Voluntas, animus, amor, ardor, cupiditas, benevolentia. Pro Corn. 39. Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt. De Ami. 44. Studium semper adsit, cunctatio absit. 2. de Orat. 1. Patris studium in filiis erudiendis. 2. de Invent. 104. Pro meo studio, quod in vos habui semper. 7. Att. 17. Tua erga me officia, plena tui suavissimi studii. Ad Br. 15. Studium tuum, curaque de salute mea. 1. in A. 36. In illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuit absenti. 5. Fam. 8. Tibi polliceor eximium et singulare meum studium. 4. C. 22. Pro meis in vos singularibus studiis. Pro Mur. 43. Hæc amicorum studia debilitant. *Ibid.* Amici studia deponunt. Pro Rab. 8. Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur. 8. Att. 14. Te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in remp. ut, &c. Ad Brut. 8. Tibi omnes navare operam et studium volunt. 15. Att. 4. Vellem Bruto tuum studium navare potuisses. *Ibid.* 15. Ex omnibus, mi Dolabella, studiis in me et officiis, quæ summa sunt, hoc scito, mihi, &c. 3. Q. Fr. Cicero noster summo studio est Pœonii sui rhetoris, &c. 1. Fam. 9. Omnia in te ipsum summa et singularia studia debeo. 2. Q. Fr. 14. Te rogo, ut omnia tua studia in eum conferas. Att. Pompeius significat studium erga me non mediocre. Pro Quin. 9. Alicujus studio ac cupiditati morem gerere. 1. Att. 14. Me ambitio quædam ad honorum studium duxit. 2. de Orat. 1. Incensus studio dicendi. 16. Att. 13. et Top. 2. Cum cernerem te ardere studio. 2. de Div. 5. Quorum studio legendi meum scribendi studium vehementer in dies incitatur. 1. Off. 61. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod, &c. 5. Tusc. 68. Deinde ad investigandam veritatem studio incitato, &c. Pro Pomp. 21. Cum classis studio inflammato ad Italiam raperetur. De Cl. 306. Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. 1. Att. 9. Summum me eorum studium tenet. 1. Acad. 4. Teneri studio alicujus rei. 1. de Orat. 97. Ego qui ab ineunte ætate incensus sum studio utriusque vestrum, &c. *Ibid.* Quod ego non superbia feci, neque quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem. 2. Off. 45. Juvenes magna spectare, et ad ea rectis studiis debent contendere. 16. Att. 13. Ardeo studio historiæ. 3. de Orat. 228. Studium flagrans. 4. Acad. 65. Ardere studio faciendi aliquid. 2. de Fin. 61. Ardenti studio facere aliquid. 1. de Orat. 79. Nobis studium illud dicendi acerrimum defuit. 1. Att. 6. Efferri studio in aliqua re. 1. de Nat. 56. Sed elatus studio longior fui. Pro Fon. 16. Aliqui ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica inimici. *Ibid.* Cum studiorum suorum obtrectationem sustulissent. Pro Clu. 72. Is vitia, quæ a natura habet, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condivit. 2. C. 9. Diversa Catilinæ studia in dissimili ratione. Pro Planc. 20. Hic habuit studia suorum ardentia. *Ibid.* 10. Comitiis ædilitiis studium est populi, non judicium. Ver. 2. 132. Ut studia cupiditatesque honorum atque ambitionesque ex omnibus civitatibus tollerentur. 1. de Nat. 6. Unde hoc philosophandi subito studium extitit. Ver. 1. 35. Cupiditas et studium defendendæ veritatis. 12. Att. 25. Voluntas, studium, cupiditas. Postquam ad Quir. 6. Et tum in studiis vestris tanta amicorum declarata est voluntas, ut, &c. 2. de Invent. 97. Voluntas et studium. 2. Off. 54. Studium et benevolentia. 6. Att. 21. Cognovi studia tua. Hortens. Quantum inter se homines studiis, atque omni vitæ ratione differant.

Adjuncta. *Acre, acrius, ardens, amplum atque præclarum, leve, liberalissimum, rectum, stultum, acerrimum, moderatum, varium et diversum, præclarum, admirabile, non commune, sed flagrans, magnum, perenne, amplissimum, ardentius, insigne, bonum, nimium, propensum, certum, extremum, argutum, civile, domesticum, commune, honestum, rectissimum, desidiosum, quietum, rectum atque honestum, rectissimum atque honestissimum, par, dispar, diversum, divinum, eximium et singulare, gratum, gratius, gravius, honestissimum, hortatorium, humanum, incredibile, optimum, ingenuum, obscurum, languidius, magnum, majus, malum, maximum, recens, non mediocre, militare, obsoletum, mirificum, multum pugnans et contrarium, oratorium, perpetuum, plurimum, pristinum, populare, præstantissimum, voluntarium, promptum et paratum, singulare perpetuumque, suavissimum, summum, tacitum, vetus.*

Syntaxis. *Studia ponere in re aliqua. Dare studium suum alicui arti. Ad studium alicujus rei incitari, concitari. Fuit mihi semper plurimum studii ac temporis in &c. Juris studio multum operæ dare. Studium suum collocare in doctrina. Adhibere multum studii ad. Præditus studiis iis, &c. Studiis doctrinisque deditus. Studia renovare. Incumbere in studium. Ab juris studio non abhorrens. In omni recto studio et humanitate versari. Optimarum*

artium studiis eruditus. Studia intermittere. Vir liberalissimis studiis affluens. Convertere se ad studium scribendi. Studiis flagrans. Exercere studia litterarum. Impertiri studia sua philosophiæ. Referre se ad studia, referre animum ad studia. Evigilare in studio. Vacare studiis, id est carere. *Id mihi in studio est. In eo studio sum. Omnis opera et cura ponenda in studiis est. Bonis studiis expolitus. Movere hominum studia, et retinere. Pro meo studio, quod in vos habeo. Studium alicui tribuere, polliceri eximium et singulare studium. Studia deponere. Studio vicinitatis ornari. Navare alicui operam et studium. Omnia sua studia conferre in aliquem. Studium in aliquem significare. Studio duci, incendi, ardere, incitari, concitari, teneri, efferri. Rectis studiis ad magna contendere. Habere studia suorum ardentia.*

Stulte, *dementer, insipienter, incaute,* ἀνοήτως. 7. Att. 10. Stulte et incaute omnia agi video. 13. 6. Etsi scripseram ad te nunc stulte. De Leg. Stulte arrogans. 2. de Orat. 274. Ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid. Pro Rab. Post. 22.

Stultitia, tiæ, *fatuitas,* ἄνοια. 3. Tusc. 13. Ita stirpes sunt altæ stultitiæ. *Ibid.* 73. Est proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. 1. de Nat. 23. Miserius stultitia nihil dici potest. 1. de Orat. 125. Oratoris peccatum, stultitiæ peccatum videtur: stultitia autem excusationem non habet. 2. de Div. 86. O delirationem incredibilem! non enim omnis error stultitia est dicenda. 3. de Nat. 84. Stultitia est, a quibus bona precamur, ab iis dantibus nolle sumere. Pro R. P. 24. Sed hujus facti stultitiam major jam superior stultitia defendit. In Ver. Stultitia singularis.

Adjuncta. *Abjecta, incredibilis, loquax, magna, major, media, misera, par, superior, senilis, singularis, summa.*

Stultus, a, um, *fatuus, delirus, mente captus, male sanus, demens, amens, nullius consilii,* ἀνόητος, μωρός. 9. Fam. 22. Stultorum plena sunt omnia. 3. in A. 22. Ut hominem stultum etiam magis infatuet, mercede publica. I. P. 58. O stultos Camillos! o amentem Paulum! Orat. 74. Stulto sapientis orationem affingere. 2. de Orat. 264. Ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid. Pro Font. 13. Stultus auditor et credulus. De Sen. 36. Senex, stultus, credulus, obliviosus. De Am. 99. Hæc est in fabulis stultissima persona credulorum atque improvidorum senum. 3. de Orat. 140. Malo indisertam prudentiam, quam stultam loquacitatem.

Syntaxis. *Stulte et incaute. Stulte arrogans. Stultum aliquem infatuare. Stultus et credulus. Stulta loquacitas.*

Stupefactus, a, um, ἀμηχανής. 3. de Orat. 50. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?

Stupens, tis. De Somn. 11. Quæ cum intuerer stupens, quis inquam, &c.

Stupeo, es, ἐκπλήττομαι. Ver. 5. 94. Confirmant ipse se, cum is etiam tum semisomnis stuperet. 7. Att. 10. Sed stupent omnes. 2. de Fin. 77. Hæc cum loqueris, nos Varrones stupemus.

Stupesco, scis. 3. de Orat. 100. Aspicere, admirari, stupescere.

Stupiditas, tis, *stupor, tarditas,* ἔκπληξις. 2. in A. 80. In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

Stupidus, a, um, *stupens, bardus,* ἀβέλτερος, ἀναίσθητος. De Fat. 10. Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit, et bardum. Parad. 5. Actæonis tabula te stupidum detinet. 4. ad Her. 66. Omnes stupidi timore obmutuerunt.

Stupor, oris, *stupiditas,* κατάπληξις. 3. Tusc. 12. Immanitas in animo, stupor in corpore. 2. in A. 30. Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis videte. *Ibid.* 115. Qui morbo aliquo vel sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt. Pro Dom. 97. Eamque animi duritiam sicut corporis, quod, cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem. De Arusp. 5. Si autem id non sentit, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. 3. in A. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex ignominia traxit. I. P. 1. Stupor debilitasque linguæ, tarditas ingenii. 2. in A. 65. Quis te tantus stupor oppressit, ut non scias, &c. *Ibid.* 30. Esto, sit in verbis tuis hic stupor: quanto in rebus sententiisque major?

Stuprando. Pro Dom. 125. Qui religiones omnes pollueris, aut ementiendo, aut stuprando.

Stupratus, a, um, βιασθείς. 2. de Fin. 66. Stuprata per vim Lucretia a regis filio, &c.

Stupro, as, *construpo, stuprum infero, vim affero, pudicitiam eripio, stuprum cum aliqua facio,* μοιχεύω. 5. Fa. 10. Qui tot ingenuas matresfamilias stupravit.

Stupror, aris. 5. de Fin. 64. Virginius interfecit filiam, ne stupraretur. De Arusp. 33. Pulvinar quod stupraras.

Stuprum, pri, *incestum, omnisque lege vetita libido,* διακόρευσις. 3. Off. 38. Gyges reginæ stuprum intulit. Par. 3. In aliquam domum stuprum inferre. I. P. 95. De Arus. 8. Clodius stuprum Bonæ deæ pulvinaribus intulit. 5. de Fin. 54. Lucretia per vim oblatum stuprum voluntaria morte luit. 3. de Nat. 68. Qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprum. 2. C. 7. Quod nefarium stuprum non per illum? Postquam in Sen. 12. Consul processit somni, vini, stupri plenus. 4. Tusc. 75. Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique. Pro Dom. 105. Iste qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro polluit cæremonias. Pro Mil. 74. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Con. C. Anton. Cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti. *Ibid.* Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit.

ADJUNCTA. *Domesticum, inauditum, infestum, nefarium, sororium, turpe.*

SYNTAXIS. *Stuprum alicui inferre, afferre, offerre. In stuprum illicere. Vir stupri plenus. Stupra, corruptelæ, adulteria, incesta. Incestum flagitium, ac stuprum. Stuprum facere cum. Stupris se contaminare.*

Stylus, li, *instrumentum, quo in tabulis scribebant veteres. Hinc factum est, ut stylus pro scriptione, vel dictione caperetur,* γραφίς. De Clar. 93. Dein cum otiosus stylum prehenderat flaccescebat oratio. Ver. 2. 101. Vertere stylum in tabulis suis. De Arusp. 1. Cum cætera scelera stylo illo impuro Sextus Clodius conscripsisset.

Scriptio, dictio. 6. Fam. 7. Cum præsertim adhuc styli pœnas dem. De Clar. 100. Unus enim sonus est totius orationis, et idem stylus. 1. de Orat. 150. Stylus optimus dicendi effector et magister. *Ibid.* Omnia sub acumen styli subeant necesse est. *Ibid.* 257. Stylus perfector dicendi, ac magister. De Clar. 96. Etiam artifex, ut ita dicam, stylus. 7. Fam. 25. Stylus dicendi opifex. 3. de Orat. 190. Hanc igitur ad legem cum exercitatione, tum stylo, qui et alia et hoc maxime ornat et limat, formanda nobis oratio est. 2. 96. In summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. Orat. 150. Sed tamen stylus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. De Clar. 197. Orationes Attico stylo scriptæ.

ADJUNCTA. *Censorius, optimus et præstantissimus, exercitatus, impurus.*

SYNTAXIS. *Stylum prehendere. Stylum vertere in tabulis. Stylo impuro aliquid conscribere. Idem est orationis stylus. Stylus optimus dicendi effector et magister. Omnia sub acumen styli subeunt. Stylus dicendi opifex. Luxuries stylo depascenda. Oratio Attico stylo scripta.*

Styx, gis, *fluvius,* στύξ. 3. de Nat. 43. Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon.

SU

Suada, dæ, *Latine, Græce,* Πειθώ. De Clar. 59. Suadæque medulla, πειθὼ, quam Græci vocant, cujus effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius, ejus autem Cethegum medullam fuisse vult: ut, quam deam in Periclis labris Eupolis sessitavisse scripsit, hujus hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. De Sen. 50. M. Cethegus, quem recte Suadæ medullam dixit Ennius.

Suadendo. 2. de Orat. 334. In suadendo nihil est optabilius quam dignitas. 8. Att. 9. Quo in suadendo plus autoritatis haberem.

Suadens, tis. De Clar. 89. M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit.

Suadeo, es, *sum autor, hortor, moneo, suasor et autor sum alicujus rei,* πείθω. 13. Fa. 4. Hæc eo spectant, ut te horter et suadeam: reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum. De Pro. 42. Nam postea me ut sibi essem legatus, non solum suasit, sed etiam rogavit. Pro Arch. 14. Nisi mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita, &c. 13. Att. 37. Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum puto. 2. Fa. 7. Nemo est qui sapientius tibi suadere possit te ipso. 7. 3. Primum cœpi suadere pacem. 2. in A. 24. Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. De Sen. 14. Cum legem Voconiam magna voce et bonis lateribus suasissem. 9. Att. 6. Quod suades, ut petam, &c. id jam pridem ago. 11. 16. De obviam itione ita faciam, ut suades. 8. 16. Memini quid mihi suaseris per Theophanem Culleonem. 15. 16. Gaudeo te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. 2. in A. 26. An ego C. Trebonio persuasi, cui ne suadere quidem ausus essem? Pro Mil. 48. Suadere rogationem. 2. Off. 109.

ADVERB. *Amice, fideliter, sapientius, infideliter, inutiliter, prudenter.*

SYNTAXIS. *Hortari et suadere. Suadere sibi aliquid. Suadere legem, rogationem. Habere multum autoritatis in suadendo.*

Suasio, onis, *hortatio,* παραίνεσις .)(. *dissuasio.* Orat. 37. Tales suasiones qualem Isocrates fecit Panægyricum. 2. de Orat. 333. Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. Pro Cluen. 140. Suasio legis Serviliæ.

Suasor, oris, *autor, hortator,* εἰσηγητής .)(. *dissuasor.* 3. Off. 109. Atque hujus deditionis ipse suasor et autor fuit. 16. Att. 7. Quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. *Ibid.* 17. Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. 2. in A. 29. Nihil interest inter suasorem facti, et probatorem. 2. de Orat. 334. Non quid maxime velit suasor. 1. in A. 8. Repudiatis malis suasoribus.

SYNTAXIS. *Suasor et autor. Suasor et impulsor. Non suasor, sed rogator. Suasor et probator facti.*

Suaviloquens, tis, εὔμιλος. De Clar. 58. Additur orator Cornelius, suaviloquenti ore Cethegus. *Ennii. Item* de Republ. *teste Gellio.*

Suaviloquentia, tiæ, ἡδυφωνία. De Clar. 58. Tribuere suaviloquentiam alicui.

Suavior, aris, *osculor, suavium do,* καταφιλέω. De Clar. 53. L. Brutus, qui de matre suavianda ex oraculo Apollinis tam acute conjecit. 16. Att. 3. Atticam nostram cupio suaviari: ita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa.

Suavis, ve, *dulcis, conditus, jucundus,* ἡδύς. Pro Cor. 36. Comes, benigni, faciles, suaves, &c. Ver. 3. 23. Odor suavis et jucundus. De Clar. 38. Hic suavis videri maluit, quam gravis: et suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

Suavitas, tis, *suavitudo, dulcitudo, jucunditas,* ἡδύτης, γλυκύτης. De Sen. 59. Suavitates odorum, qui afflantur e floribus. 3. Off. 117. Conquirere suavitates undique. 1. de Fin. 37. Voluptas quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet. 1. de Orat. 193. Mira quædam

in cognoscendo suavitas et delectatio. *Ibid.* 234. Quem omnes amare pro ejus eximia suavitate debemus. De Opt. 8. Quædam suavitas coloris. 3. Q. Fr. 1. Mirifica suavitate villam habeo. 1. de Div. 78. Responsum est, singulari illum suavitate orationis fore. Pro Cæl. 25. Suavitas humanitatis. 2. in A. 115. Quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt. De Am. 68. Accedat huc suavitas quædam oportet sermonum atque morum, &c. 3. de Orat. 39. Suavitas sermonis Atticorum et Romanorum propria. Ac. Voluptatis nomen, suavitatem, quietem, teste populo, exaggerans. 2. de Nat. 160. Quid multitudinem suavitatemque piscium dicam?

Adjuncta. *Austera et solida, non dulcis atque decocta, excellens, eximia, incredibilis, mira, mirifica, singularis, summa et acerrima.*

Suaviter, *dulciter, jucunde, ἡδέως, γλυκέως.* 3. de Orat. 40. Suaviter loqui. De Clar. 110. Solute et suaviter dicere. 15. Fa. 21. Epistola copiose et suaviter scripta. 1. de Fin. 54. Et secunda jucunde ac suaviter meminerimus. 4. Acad. 139. Video, quam suaviter voluptas sensibus blandiatur.

Syntaxis. *Suavitates undique conquirere. Voluptas suavitate naturam ipsam movens. In cognoscendo suavitas et delectatio. Suavitas coloris. Habere villam mirifica suavitate. Singulari suavitate orationis esse. Suavitas odorum, cibi, humanitatis, sermonum atque morum. Solute et suaviter dicere. Epistola copiose et suaviter scripta. Voluptas suaviter sensibus blandiens.*

Suavitudo, inis, *suavitas, ἡδύτης.* 3. ad Her. 22. Suavitudo pronunciationis.

Suavium, vii, *osculum, φίλημα.* 16. Att. 11. Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suavium dea.

Sub, *ratione loci, situs, subter, subtus, ὑπό.* 3. Q. Fr. 1. Vaporarium ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi. *Ibid.* Sub grande cubiculum. 2. in A. 21. Negotiumque transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset. 2. de Nat. 110.

Et natos geminos invises sub caput arcti.

Ibid. 95. Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terram. 2. de Orat. 266. Gallus captivus, sub Novis, distortus, ejecta lingua, buccis fluentibus.

Naturæ. Top. 58. Quod sub ea causa subjectum est.

Violentiæ. Pro Dom. 52. Ut Cyprius rex sub præcone subjiceretur.

Conditionis. 8. Fa. 4. Sed non statim sub mentionem et convicium obtrectatorum. 4. Acad. 74. Res subjectæ sub sensus.

Ante. De Univ. 33. Nullo posito sub oculis simulacro. 4. ad Her. 61. Subjicere aliquam rem sub aspectu omnium. De Uni. 13. Cœlum sub aspectum et tactum cadit. *Ibid.* 24. Sub intelligentiam cadens.

Circiter. 2. Q. Fr. 1. Senatus fuit frequentior, quam putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos.

Post. 10. Fa. 16. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ.

In. 3. de Fin. 60. Prima illa, &c. sub judicium sapientis et delectum cadunt. 12. in A. 17. Sub nomine pacis bellum latet. De Am. 94. Sedille sub Gnathonis persona, &c. 3. contra Rull. 12. Non parvum sub hoc verbo furtum latet. 2. de Finibus 74. Quod non sub dubia utilitatis ratione effici solet. Postquam in Sen. 3. Qui cum per se rempub. lacerare non posset, sub alieno scelere delevit.

Sub manu, *id est, præsto, in promptu, ad manum, ut dicitur.* 10. Fa. 23. Adjunxi hæc, &c. Vocontii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. *Planci.*

Sub, tandem particula participationem levem sonat. De Cl. 259. Cotta sonabat subagreste quiddam, planeque subrusticum.

Subabsurdus, a, um, *ὑπάτοπος.* 16. Att. 3. Subabsurdum tempus. 2. de Orat. 274. Sunt etiam illa subabsurda.

Subabsurde, *ὑπατόπως.* *Ibid.* 275. Quæ a prudentibus quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurde falseque dicuntur.

Subaccuso, as. Pro Fl. 86. Nunc meum discessum quasi reprehendere et subaccusare voluisti. 16. Att. 7. Addebant etiam me desiderari, et subaccusari. 13. Subaccusa quæso Vestorium.

Subactio, onis, *κατεργασία, cultura, exercitatio.* 2. de Orat. 131. Subactio autem est usus, auditio, lectio, litteræ. *Lambinus legit,* subjectio.

Subactus, a, um, *domitus, superatus, καταργασθείς.* Pro S. R. 137. In isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est. Pro Font. 2. Galli a nostris imperatoribus subacti, et bello domiti. *Ibid.* 26. Victi et subacti populi.

Cultus. 2. Orat. 131. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato. De Senect. 51. Terra gremio mollito et subacto semen sparsum excipit. *Ibid.* 59. Humus subacta atque pura. De Pro. 31. Gens subacta.

Syntaxis. *Subacti populi, ac bello domiti. Ingenium subactum. Terræ gremium subactum et mollitum. Terra subacta et pura.*

Subagrestis, ste, *ὑπάγροικος.* De Cl. 259. Sonare subagreste quiddam, planeque subrusticum.

Subamarus, a, um, *ὑπόπικρος.* De Fat. 8. et 1. de In. 25. In naturis hominum dissimilitudines sunt: ut alios dulcia, alios subamara delectent.

Subarroganter. 4. Acad. 114. Vereor ne subarroganter facias, si dixeris, &c.

Subauscultando. 2. de Orat. 153. Si palam audire eos non auderes: subauscultando tamen excipere voces eorum, et procul, quid narrarent, attendere, &c.

Subauscultans, tis, παρακούων. Top. 75. Qui ea locutus est, bonis viris subauscultantibus pariete interposito.

Subausculto, as, *clam seu procul ausculto*, ὑπακούω. 10. Att. 20. Omnes καιρικοὶ videntur subauscultare quæ loquor.

Subcisivus, a, um, *dicitur vel tempus, vel opera, quæ a quotidianis et assiduis quasi subducuntur, subtrahunturque et quasi furtim ad alia accommodantur*, παρέργως γινόμενος. 2. de Orat. 364. Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ subcisivis operis, ut aiunt. 1. de Leg. 9. Subcisiva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. 2. in A. 20. Nec amicis unquam defui: et tamen perfeci operis subcisivis, ut meæ litteræ nomini Rom. laudis aliquid afferrent.

Subcontumeliose, ἀσελγῶς, aliquem tractare. 3. Att. 7.

Subcrispus, a, um, οὖλος σμικρόν. Ver. 2. 108. Videtis illum subcrispo capillo nigrum? *Lege*, Ruber.

Subdebilitatus, a, um, ἐξασθενισμένος. 11. Att. 5. Videbam te quasi subdebilitatum novas rationes tuendi mei quærere.

Subdifficilis, le, ὑποχάλεπος. De Am. 67. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis.

Subdiffido, is, *dubito, subdubito*. 15. Att. 20. Quo die audivi illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi.

Subdititius, a, um, *fictus, subornatus*, ὑπόβλητος. Ver. 5. 68. Subdititius archipirata.

Subditus, a, um, ἀρχόμενος, ὑπίταυτος. 2. de Nat. 27. Aquæ quæ effervescunt subditis ignibus. Ver. 1. 12. Subditus in locum alterius.

Subdo, is, *substituo*, ὑποτίθημι. 10. Fa. 21. Te rogo in Hircii locum subdas. Pro Dom. 85. Quis in meum locum judicem subdidit?

Subdoceor, eris, ὑποδιδάσκομαι. 8. Att. 4. Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quam me alium magistrum quærere.

Subdole, *versute*, ὑπούλως. De Clar. 25.

Subdubitare, ὑποδιστάζειν. 14. Att. 16. et 2. Fa. 17.

Subducendus, a, um, ὑπακτέος. Hort. Ineundis subducendisque rationibus.

Subduco, is, *subtraho, removeo*, ὑπάγω. 3. Qu. Fr. 4. Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. Pro Dom. 21. Cato, quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. 4. de Fin. 42. Neque intelligunt, se rerum illarum fundamenta subducere. 2. de Inv. 143. Subducere id, quo nititur adversariorum causa. 2. Tusc. 40. Subduc cibum athletæ, ferre non poterit.

Ad ratiocinatores relatum. 5. Att. 21. Subducamus summam. *Ibid.* Assidunt, subducunt, ad nummum convenit.

Subductus, a, um, *ad calculos relatum*, ὑπεξαγωγός. 3. de Nat. 71. Inita subductaque ratione nefaria scelera meditari. 5. Att. 21. Hoc quid intersit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. 1. Fa. 9. Rationibusque subductis summam feci cogitationum mearum. 2. de Fin. 60. Voluptatumne calculis subductis prælium ineunt?

Retractus, adductus. 3. Off. 49. Classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse.

Subductio, onis, *subtractio*, ὑπαγωγὴ, ὑφαίρεσις. 2. de Orat. 132.

Subdurum est, &c. Qu. de Pet. 36.

Subeundus, a, um, *adeundus, ferendus*. 2. Tus. 14. Quæ ut effugias, quis est non modo non recusandus, sed ultro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? 4. C. 12. Sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ civiumque pernicie fama subeunda est. 14. Fa. 5. Quando subeunda fortuna est. Pro Fl. 2. Existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum et lectissimorum virorum judicium esse subeundum.

Tenendus. Or. 157. Subeundus usus omnium, periclitandæ vires ingenii.

Subeo, is, *patior, fero, adeo*, ὑποδύω. Pro Mur. 4. Ingredi pericula, subire tempestates reipublicæ. De Arusp. 39. Subire iram deorum. Pro Dom. 101. Eandem pœnam ego subibo et sustinebo. De Pro. 23. Unum pro universis subire atque excipere tela. *Ibid.* 41. Quamvis excipere fortunam, subire vim, &c. I. P. 41. Subire sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas. *Ibid.* 86. Civitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. Ver. 1. 144. Si pupilli calamitas, propinquorum lacrymæ, D. Bruti, cujus prædia subierunt, periculum, &c. 3. de Nat. 2. Ne quid invidiæ subeatur, aut criminis. Pro Dom. 86. Subire vim et iracundiam populi incitati. 3. Q. Fr. 4. Subire periculosas inimicitias. 8. Att. 1. Eundem ut, quemcunque fors tulerit, casum subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire. 11. 7. Quanquam quid mea intersit, ut eorum odium subeam, non intelligo. Ad Br. 12. Eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis, &c. Pro Cluent. 128. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. 11. Att. 6. Minus sermonis subissem, minus accepissem doloris. 3. 15. Istos labores, quos nunc in naufragiis suscipis, non subisses. 15. Fam. 4. Subieris invidiam, pericula, omnes meas tempestates. 3. Off. 105. Qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium. 5. Tusc. 78. Subire quamvis carnificinam prius, quam, &c. 1. Q. Fr. 3. Subire dimicationem. 2. Tusc. 14. Subire dolorem. 11. P. 9. Subire facinus alterius. 14. Fam. 5. Subire fortunam. 3. Off. 28. Omnia incommoda subire, vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi. 3. Q. Fr. 1. Infamiam sempiternam subire. Div. 46. Invidiam orationis subire. Part. 100. Subire judicium. 7. Att. 8. Subire malum. Pro Do. 72. Exulis nomen subire. 3. Off. 57. Nonne inu-

tile est, vitiorum subire nomina? 8. Fa. 11. Curio omnia potius subire constituit, quam id pati. De Div. Poterisne orationem ejus subire? 3. Off. 65. Dupli pœnam subire. 6. Fam. 1. Subire potentiam aut victoriam. 11. Att. 6. Subire sermonem. Ad Br. 12. Supplicia subire. 2. C. 15. Tempestatem invidiæ subire. De Pro. 41. Vim subire atque injuriam malui, quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Pro Cæc. 100. Qui si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem quam vitam amitterent. 14. Att. 21. Postremo se libenter vituperationem subire, quod amaret etiam mortuum Cæsarem. Pro Quint. 97. Subire vultum superbissimum inimici. Ad Brut. 18. Subire famam temeritatis. 14. Att. 21. Subire vituperationem. 8. 16. Subire tristitiam temporum. Pro S. R. 31. Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo. Pro M. Scau. Subiit populi judicium.

Venio. 1. de Orat. 151. Omnia sub acumen styli subeant et succedant necesse est.

Subeor, iris, *feror.* Ver. 5. 181. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur.

Syntaxis. *Subire nomen exulis. Subire tempestates reip. Subire irum Deorum. Subire et sustinere pœnam. Subire atque excipere tela pro aliis. Subire legis vim, turpitudinis notas, periculum, invidiam, inimicitias, odium, vituperationem. Subire nefarias libidinum contumelias turpitudinesque, cruciatum voluntarium, labores, quamvis carnificinam, dolorem, dimicationem, infamiam sempiternam, incommoda omnia. Subire vultum inimici superbissimi, tristitium temporum, populi judicium. Omnia potius subire, quam &c. Subire sub acumen styli.*

Subgrandis, de. 3. Q. Fr. 1. Subgrande cubiculum.

Subhorridus, a, um, *horridulus.* Pro Sest. 21. Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant.

Subjectio, onis, ἀνθυποφορά. 3. de Orat. 200. Rerumque quasi gerantur sub aspectum pene subjectio. 4. ad Her. 25. Subjectio rationis. 2. 28. 4. 34. Subjectio, quæ est exornatio quædam verborum.

Subjector testamentorum, *qui falsa pro veris testamenta subjicit et supponit, ut in alienas hæreditates invadat.* 2. in Cat. 7. Quis testamentorum subjector, quis circumscriptor &c. quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur?

Subjectus, a, um, *subditus, loci ratione,* ὑποβληθείς. 3. 2. Tectis omnibus subjectos prope jam ignes, circumdatosque restiuximus. De Som. 9. Orbis extimus, cui subjecti sunt septem, qui, &c. 3. de Nat. 139. Ossa, quæ subjecta corpori sunt.

Contentus. 1. de Orat. 51. Verborum sonitus inanis, nulla subjecta sententia, nec scientia.

Inductus. 3. 205. Et ad propositum subjecta ratio.

Obnoxius. 5. de Fin. 36. In his rebus quæ subjectæ sunt sensibus. 3. 60. Estque illa subjecta quasi materia sapientiæ. Pro Quin. 49. Subjectus sub præcone. 4. Acad. 74. Res subjecta sub sensus. 4. Tusc. 16. Sub metum subjecta sunt, &c. 2. de Finibus 11. Sed forte dicitis, invidiosum nomen est, et infamiæ subjectum. De Som. 15. Hic autem alter subjectus Aquiloni, &c. 1. Off. 96. Quæ autem pars subjecta generi est, eam sic definiunt, ut, &c. 1. de Orat. 201. Hæc, tanquam aliqua materies, oratoribus subjecta esse debent. *Ibid.* 140. His omnibus partibus subjecta sunt quædam argumenta propria. 2. de Fin. 6. Quæ vis subjecta sit vocibus. 4. Tusc. 57. Mare est subjectum ventis.

Obediens, qui in dominatu alicujus est, qui in alterius ditione et potestate est. Lege, Dominatus. 4. ad Her. 24. Subjectus. 2. de Nat. 77. Nulli naturæ est obediens aut subjectus Deus. *Ibid.* Omnes res subjectas esse naturæ sentienti. Parad. 5. Omnes legibus subjecti esse debemus. 4. ad Her. 16. Et ingenuis sub hostilem libidinem subjectis. 5. Tusc. 2. Si virtus est subjecta sub varios casus, &c. 1. de Leg. Nec se intelligunt esse consanguineos, et subjectos omnes sub unam eandemque tutelam.

Syntaxis. *Ignes tectis subjecti. Ossa subjecta corpori. Verbis subjecta sententia. Ad propositum subjecta ratio. Res subjectæ sensibus, vel sub sensus. Subjectus sub præcone. Nomen subjectum infamiæ. Pars subjecta generi. Materies oratori subjecta. Quæ vis subjecta sit vocibus. Mare subjectum ventis. Homines legibus esse subjectos. Sub hostilem libidinem subjectus. Virtus subjecta sub varios casus. Deus nulli naturæ obediens, aut subjectus.*

Subigendus, a, um, *colendus,* ἀναδοτέον. 2. contra Rull. 83. Coloni glebis subigendis exercitati.

Subigo, is, *in potestatem vel ditionem meam redigo, subjicio,* χειρόω. *Lege,* Subactus. Pro S. R. 103. Africanus, qui suo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum se subegisse. Pro Corn. 25. Populi quos armis subegimus atque in ditionem nostram redegimus. 3. C. 27. Mihi vivendum est cum illis, quos vici ac subegi. Pro Font. 3. M. Fonteius hostes subegit.

Subigor, eris, *mollior, excolor.* 2. de Nat. 159. Cum terræ subigerentur fossione glebarum.

Subjiciendus, a, um. 2. de Fin. 48. Neque vident sub hac voce honestatis quæ sit subjicienda sententia.

Subjiciens, tis. Pro Flac. 53. Hic mihi quasi ministrator aderat, subjiciens quid in suos cives dicerem.

Subjicio, is, *addo, adjungo, induco, subjungo,* ὑπάγω. 4. ad Her. 3. Subjicere exempla sub singulos artis locos. 2. de Inv. 70. Subjicere et supponere rationem. 2. de Div.

204. Et quidem, cur sic opinetur, rationem subjicit. Pro Syl. 59. Jam vero quod subjicit, illos, &c.

Subdo, repono, comprehensum indico. 1. de Inv. 7. Subjicere aliquam materiem arti. 4. ad Her. 53. Subjicere rationes omnibus partibus. 2. de Fin. 13. Omnes huic verbo duas res subjiciunt. 2. Off. 83. Bona civium voci subjicere præconis.

Obnoxium reddo, objicio. 1. de Orat. 202. Orator, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subjicere odio civium. Pro Pl. 56. Subjicere fortunas innocentium ficto sermoni. 2. Off. 22. Subjicere se imperio ac potestati alicujus. 2. ad Her. 50. Subjicere se sub potestatem alicujus.

Propono. 4. ad Her. 61. Subjicere aliquam rem sub aspectu omnium. Orat. 139. Sæpe rem dicendo subjiciet oculis. Pro Cluent. 6. Ne ipsi, quæ contraria sunt, taciti cogitationi vestræ subjiciatis.

Subigo. 2. de Leg. 45. Subjicere terram ferro. *id est, subigere, colere*.

Adultero. 14. in Ant. 7. Subjicere testamenta. *Lege*, Subjector.

Subjicior, eris. Pro Mil. 98. Cum omnes a meis inimicis faces invidiæ meæ subjiciantur. Pro R. P. 13. Tamen huic ordini ignem novum subjici non sivisti.

Suggeror, rememoror. Ver. 5. 24. Cupio mihi ab illo subjici, si quid prætereo.

Substituor. Orat. 92. Mutata, in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud, quod idem significet. 3. ad Her. 7. Quæ subjiciuntur sub vocabulo recti.

Comprehendor in. 2. de Fin. 6. Quæ res huic voci subjiciatur. Top. 33. Formæ cuique generi subjiciuntur.

Exponor. Pro Dom. 52. Ut Cyprius rex cum bonis omnibus sub præcone subjiceretur.

Subimpudens, tis, ὑπαναιδὴς. 7. Fam. 17. Sæpe etiam, quod a te alienissimum est, subimpudens videbare.

Subinanis, ne, *vanus*, ὑπόκενος. 2. Att. 17. Quod est subinane in nobis, et non ἀφιλόδοξον, id afficit me quadam delectatione.

Subinsulsus, a, um, ὑπόψυχρος. De Opt. 7. Est enim vitiosum in sententia, si quid subinsulsum est.

Subinvideo, es, ὑποφθονέω. 7. Fam. 10. Subinvideo tibi.

Subinvisus, a, um, δυσμενέστερος. Pro R. P. 40. Tum subinvisum apud malevolos Posthumi nomen.

Subinvito, as, ὑποκαλέω. 7. Fam. 1. Quod me quadam epistola subinvitaras, ut aliquid ad te hujusmodi scriberem, &c.

Subirascor, eris, ὑποργίζομαι. 10. 28. Interdum tibi subirascor. 2. de Fin. 12. Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. 1. Att. 11. In Epeirum quod me non invitas comitem non molestum, subirascor.

Subiratus, a, um, ὑποργισθείς. 1. de Orat. 72. Homo tibi subiratus. 3. Fam. 9. Rescripsi tibi subiratus.

Subito, *repente, repentino, continuo*, ἐξαίφνης. 6. Att. 6. Ego dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito factus sum accusatoris e us socer. Pro Dom. 40. Tu auspiciorum patronum subito extitisti. Pro Planc. 49. Consul comitia habere cœpit, subito præter opinionem omnium. 8. Fam. 7. Properanti tabellario litteras subito dedi. 1. de Div. 72. Alia autem subito ex tempore conjectura explicantur. 1. de Orat. 252. Vox et gestus subito sumi, et alicunde arripi non potest. De Orat. 150. Utile est etiam subito sæpe dicere: tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. 1. de Nat. 6. Unde hoc philosophandi mihi subito studium extitisset. *Ibid*. Nos autem nec subito cœpimus philosophari, nec, &c. 7. Att. 10. Subito cepi consilium, ut exirem. Pro Cæc. 30. Cum subito ecce idem, &c. Pro Font. 32. Bella subito atque improviso nasci. Pro Sull. 32. Vita subito fingi non potest. 2. Att. 9. Subito cum mihi dixisset Cæcilius quæstor, puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim.

Syntaxis. *Subito, præter opinionem omnium. Subito, ex tempore. Cum subito ecce ille. Bellum subito, atque improviso natum*.

Subitus, a, um, *repentinus, improvisus*, ὁ ἐξαίφνης. De Prov. 43. Subita atque improvisa formido. 2. Qu. Fr. Subita defectio Pompeii. 3. Tusc. 52. Omnia subita videri majora. 9. Att. 12. Subitus discessus, et præceps profectio. 1. ad Her. 13. Subita lætitia. 13. Fam. 2. Subitum est ei remigrare, &c. 1. de Orat. 150. Subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit. *Ibid*. Etiamsi vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit.

Syntaxis. *Subitum atque improvisum. Subita et fortuita oratio. Exercere se in subitis dictionibus*.

Subjunctus, a, um, ὑποτεταγμένος. De Arusp. 37. Video in aruspicum responsis hæc esse subjuncta, sacrificia vetusta, &c.

Subjungo, is, *subjicio, subjugo*, προστίθημι. 1. de Orat. 218. Omnes artes oratori subjungere. Orat. 94. Aristoteles translationi hæc ipsa subjungit, et abusionem. Ver. 1. 55. L. Mummius urbes multas sub imperium populi Romani subjunxit. 2. contra Rull. 67. Sub vestram jurisdictionem orbem terrarum subjungeretis.

Sublate, *elate*, ἐπαιρομένως. De Clar. 201. Sublate ampleque dicere. Pro Dom. 95. Nihil unquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis causa.

Sublatio, onis, *elatio*, ἔξαρσις. 2. de Fin. 13. Voluptas est sublatio animi sine ratione, &c.

Sublatus, a, um, *abrogatus, ademptus, remotus, ejectus*, ἀπαρθείς. 1. de Orat. 247. Veteres leges novis legibus esse sublatas. Pro Pomp. 30. Bellum adventu Pompeii subla-

tum atque sepultum est. 1. de Div. 50. Amilcarem ab his vivum esse sublatum. 3. de Nat. 82. Deorum judicio discrimen esse sublatum. 9. Att. 11. Dispersione enim Coss. actio de pace sublata est. Ad Brut. 6. Jampridem hoc ex nostra consuetudine sublatum esse debet. 1. Qu. Frat. 1. 30. Sublata Mysiæ latrocinia, cædes multis locis repressas, oppidorum furta et latrocinia esse depulsa. Pro S. R. 3. Non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo de civitate sublata. Pro C. Cornel. 1. Multarum rerum judicia sublata sunt. 4. Tusc. 45. Omnem vitæ diligentiam sublatam fore.

Elatus, suspensus. Ver. 5. 92. Ignis a specula sublatus. 4. 5. Sublatis manibus. 2. contra Rull. 95. Roma cœnaculis sublata ac suspensa. Ver. 1. 13. Sublatus in crucem.

Syntaxis. *Leges legibus sublatæ. Bellum sublatum atque sepultum. Discrimen sublatum judicio Deorum. Actio de pace sublata. Cognoscendi ratio de civitate sublata. Ignis e specula sublatus. Sublatis manibus. Roma cœnaculis sublata ac suspensa. Sublatus in crucem.*

Sublectus, a, um, *παρεκλελεγμένος.* Cont. C. Anton. Te concessione competitorum, et collatione centuriarum, et meo maxime beneficio, e postremo in tertium locum esse sublectum.

Sublevandus, a, um, *minuendus, κατεξανιστατέος.* Pro Muræ. 8. Suum laborem hominum periculis sublevandis impertire.

Abjiciendus. De Am. 90. Una illa sublevanda offensio est.

Sublevo, as, *sustento, ἀνακουφίζω, κουφίζω.* 4. ad Her. 64. Sublevare mentum sinistra, *id est, sustinere.* 7. in Ant. 24. Qui vicinos suos facultatibus suis sublevavit. Div. 5. Defendere et sublevare homines. Ver. 3. 215. Sublevare miseros.)(. *evertere.* Div. 10.

Minuo, repello. 4. Tusc. 45. Sublevare calamitates alicujus. 8. Fam. 3. Sublevare odia.

Infirmo. Div. 12. Sublevare causam inimici.

Solor, juvo, adjuvo. Pro Cæc. 23. Non minus nos stultitia illius sublevat, quam lædit improbitas. 5. Fam. 1. Quem familiæ nostræ dignitas debebat sublevare. Pro Sull. 39. Cum negat se scire Cassius, utrum sublevat Syllam, an satis probat se nescire? Sublevat apud Gallos.

Erigo. 10. Att. 4. Alter qui nos sibi ad pedes stratos non sublevabat quidem.

Compenso. Quint. de Pet. 2. Nominis novitatem dicendi gloria sublevabis.

Sublevor, aris. 2. Att. 18. Hic status una omnium voce gemitur, neque verbo cujusquam sublevatur. 2. de Orat. 173. Foris assumuntur ea, quæ non sua vi, sed extranea sublevantur. Pro Sul. 75. Sublevantur res adversæ.

Subligaculum, li, *tegumentum, quo utimur in balneo, præsertim ad obscœna tegenda, περίζωμα.* 1. Off. 129. Scenicorum mos tantam habuit a vetere disciplina verecundiam, ut in scena sine subligaculo prodeat nemo.

Sublime, *alte, εἰς ὕψος.* 2. de Div. 67. Eaque scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inventa. 1. Tusc. 102. Theodori quidem nihil interest, humi ne an sublime putrescat.

Sursum. 2. de Nat. 101. Extenuatus aer sublime fertur. 1. Tuscul. 40. Perspicuum esse debet, animos, quum e corpore excesserint, sive illi animales, id est, spirabiles, sive ignei, sublime ferri.

Sublimis, me, *altus, ὑψηλός.*)(. *humilis.* 2. de Nat. 141. Sonus natura in sublime fertur.

Subluceo, es. In Arat.

Hunc retinens aries sublucet corpore toto.

Submergo, is, *καταποντίζω.* 2. de Nat. 114.

Cedit, equi partes properans submergere Chelis.

Alii, *subjungere Cetis,* legunt.

Submersus, a, um, *βυθιζόμενος.* 1. de Div. 73. Submersus equus. 2. de N. 100. Quot genera submersarum belluarum.

Subministro, as, *suggero, ἐκπορίζω.* 1. de Inv. 7. Aristoteles, qui huic arti plurima adjumenta atque ornamenta subministravit. 2. Qu. Fr. 12. Quoniam tabellarios subministras hodierni diei, res gestas Lupercalibus habebis. Pro Deiot. 25. Deiotarus sese expoliare maluit, quam tibi pecuniam non subministrare.

Subministror, aris. Pro Cæl. 20. Palam in eum tela jaciuntur, clam subministrantur.

Submissus. *Lege,* Summissus.

Submitto, is, *demitto, ὑποβάλλω.*)(. *extollo.* De Ami. 74. Ut hi, qui superiores sunt, submittere se debent: sic quodammodo inferiores extollere. *Lege,* Summotus.

Submoleste ferre, *ὑποδυσχερῶς.* 5. Att. 21.

Submotus. *Lege,* Summotus.

Submorosus, a, um, *ὑποδυσχερής.* 2. de Orat. 279. Ridicula, stomachosa, et quasi submorosa.

Submoveor, eris, *pellor, ἀπωθέομαι.* De Proscrip. lib. Homines a Repub. submoveri.

Subnego, as, *ὑπαρνοῦμαι.* 7. Fa. 19. Quod tibi prope subnegaram.

Subnixus, a, um, *fultus, nixus, ὑποβεβλημένος, ὑποκείμενος.* De Somn. 15. Duo quasi cinguli terræ, cœli verticibus ex utraque parte subnixi. 1. de Orat. 246. Qui ejus artis arrogantia subnixi ambulant. *id est,* elati, sublimes.

Subobscœnus, a, um, *ὑπαισχρος.* Orat. 88. Subobscœno ridiculo non utendum oratori.

Submolestum, *ὑποδυσχερές.* 16. Att. 4. Illud est mihi submolestum, quod parum Brutus properare videtur.

Subobscurus, a, um, *ὑποσκότεινος.* De Cl. 29. et Orat. 11.

Subodiosus, a, um, *ὑπομισούμενος.* 1. Att. 4.

Suboffendo, is, *σμικρόν τι βλάπτω*. 2. Qu. Fr. 6.

Subornatus, a, um, *instructus ad malum*, *παρασκευασθείς*. Pro Cl. 136. In Vat. 3. Confessus es, a te accusatores esse instructos et subornatos.

Ornatus ad bonum. 2. de Leg. 58. Homo a natura subornatus in vitam venit, plura instrumenta habet ad obtinendam sapientiam. *Lege*, Exornare.

Suborno, as, *sollicito, instruo, παρασκευάζομαι*. Pro Qu. R. 51. Falsum subornavit testem Roscius Cluvium. 13. in A. 32. Apuleiana pecunia Brutum subornastis. Pro Deiot. 17. Medicum indicem subornavit, finget videlicet aliquod crimen veneni. 3. ad Her. 34. In altero loco Æsopum et Cimbrum subornare oportet.

Orno vere. 10. Fam. 23. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut nos subornes.

Subornor, aris. Pro Cæc. 71. Fictus testis subornari solet.

Subpudet. 9. Fam. 2.

Subrancidus, a, um, *vetustate corruptus, putridus, ὑπόσαπρος, σαπρίζειν*. I. P. 67. Caro subrancida.

Subraucus, a, um, *λεπτῶς βραγχιάζειν*. De Clar. 141. Subrauca vox.

Subrepo, is, *ὑποδύομαι*. Pro Sest. 126. Subrepere sub tabulas.

Subrideo, es, *μειδιάω*. Pro Qu. R. 22. Subridet Saturius veterator.

Subridicule. 2. de Orat. 149.

Subringor, eris, *subirascor, canes enim ringuntur : id est, diducto ore, dentibus retectis, iram declarant, ὑποσχάζομαι*. 4. Att. 5. Nec ii subringantur, qui villam me moleste ferunt habere.

Subrogo. *Lege*, Surrogo.

Subrostrani, *qui sub rostris in concionibus sedebant infra Senatores*. 8. Fam. 1. *al.* Subrostrarii.

Subrusticus, a, um, *ὑπάγροικος, ἰδιωτικός*. Orat. 161. Quod subrusticum videtur. 5. Fam. 12. et De Clar. 259. *Lege*, Subagrestis.

Subscribo, is, *adscribo, accusationem alicujus comprobo, subsigno, ὑπογράφω*. 9. Att. 16. Cæsar mihi litteras misit, quarum exemplum subscripsi. Pro Cl. 119. Video Censores animadvertisse in judices quosdam illius consilii Juniani, cum istam ipsam causam subscriberent. *Ibid.* 131. L. Gellius in P. Popilium subscripsit, quod is pecuniam accepisset. *Ibid.* 100. Statuæ, quibus subscripsit, reges ab se in gratiam esse reductos. 3. Q. Fr. 3. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente privigno Memmio. Pro Cl. 127. Quæ de judicio corrupto subscripserint.

Subscribor, eris, *describor*. Ver. 3. 120. Numerus aratorum quotannis apud magistratus subscribitur.

Subscriptio, onis, *præscriptio, adscriptio, ὑπογραφή*. Ver. 3. 113. Jugerum subscriptio ac professio. Pro Clu. 118. Subscriptiones censorum. Div. 49. Qui supscriptionem sibi postularunt, cuicunque vos delationem dedissetis. 6. Att. 1. In Serapionis subscriptione Africani imago.

Subscriptor, oris, *adscriptor, causidicus, qui dabatur accusatori custos, ne ei liceret forte corrupto prævaricari, ὑπογραφεύς*. Div. 47. At venit paratus subscriptoribus exercitatis. *Ibid.* 51. *quid sit subscriptor et subscriptio*. 8. Fa. 8. Itaque sine ullo subscriptore descendit, et Lucium reum fecit. Pro Dom. 49. Ille novitius Ligur, venalis adscriptor et subscriptor tuus.

Subscriptus, a, um, *ὑπογεγραμμένος*. 2. de Inv. 58. Quia parricidii causa susbcripta esset.

Subsecivus. *Lege*, Subcisivus.

Subsellium, li, *sedes judicum, et Senatus, βάθρα*. De Clar. 289. Locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal. Pro Flac. 27. Testes ex accusatorum subselliis surgunt. Ver. 2. 72. Petilius a subselliis abire cœpit. Pro Rab. P. 36. Dicere ad subsellia. De Cl. 288. Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant. 1. C. 12. Subsellia erant etiam sedes in Senatu. 2. in Ant. 19. Cum inter subsellia nostra versarentur armati. 5. Phil. 18. Cum inter subsellia Senatus versarentur latrones. Pro C. Cor. 1. Quod passus esset a populari consessu Senatoria subsellia separari.

Judicium, forensis exercitatio. 2. de Orat. 143. Cum se a subselliis in otium contulerit. 13. Fam. 10. Versatus in utrisque subselliis optima et fide et fama. 3. 9. Longi subsellii judicatio et mora. 4. ad Her. 69. et 1. de Orat. 264. Is qui habitaret in subselliis. Div. 48. Alienus a subselliis.

Subsequens, tis. De Nat. 54. Stella tum antevertens solem, tum subsequens. 1. 32. Speusippus Platonem avunculum subsequens. 1. de Div. 6. Quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit.

Subsequor, eris, *insequor, ἐπακολουθέω*. 3. de Orat. 218. Omnes hos motus subsequi debet gestus. *Ibid.* Manus minus arguta digitis, subsequens verba, non exprimens. 2. de Div. 2. Totidem subsecuti libri Tusculanarum quæstionum. Pro Deiot. 11. Talibus nunciis patebat ad Orientem via, nec ulli veri subsequebantur. 2. de Nat. 111. Minorem septentrionem Cepheus subsequitur. 13. in Ant. 23. Ut senatum funditus deleas, reliqui boni et locupletes omnes suum ordinem subsequantur. 3. Fam. 10. Mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem tuarum litterarum. 10. 15. Ipse cum legionibus subsequor. Part. 25. Quæ omnia plurimum valebunt, si cum orationis genere consentient, ejusque vim ac varietatem subsequentur. 3. de Orat. 171. Hanc sententiam subsequitur modus et forma verborum.

Subsideo, es, *consisto, ὑποκαθίζω*. 5. Att. 16. Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc sum-

matim tibi perscriberem. Pro Mil. 52. Cur non ante occurrit, ne in villa resideret? nec in eo loco subsedit, quo ille venturus esset?

Subsidium, dii, *auxilium, profugium*, ἐπικουρία. 1. de Orat. 255. Subsidium bellissimum esse existimo senectuti otium. *Ibid.* 199. Hoc mihi subsidium jam inde ab adolescentia comparavi. Pro Qu. 4. Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi. 5. in A. 46. C. Cæsar Galliæ provinciæ cum exercitu subsidio profectus est. 8. Att. 7. Subsidio venire alicui. Pro Font. 35. 8. Att. 17. Domitium liberare cupio, neque subsidio ire possum. Pro Pomp. 34. Atque hæc tria frumentaria subsidia Reip. firmissimis præsidiis classibusque munivit. 2. C. 9. Cum subsidia industriæ atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumerentur. 6. Att. 5. Bibulus ad me scripsit, ut subsidio venirem. 2. Qu. Fr. 3. Sestius multis vulneribus acceptis, subsidio Bestiæ servatus est. 9. Fam. 6. Sed hoc viderint ii, qui nulla sibi subsidia ad omnes vitæ status paraverunt. 1. Att. 10. Ut subsidium senectuti parem. 12. *Ibid.* 3. Subsidio currere. Pro Clu. 3. Nemo est, qui invidiæ sine vestro, ac sine talium virorum subsidio possit resistere.

Adjuncta. *Bellissimum, certum, certissimum, frumentarium, magnum, magnum et firmum, miserum, necessarium, opportunum.*

Syntaxis. *Subsidium parare senectuti. Comparare sibi subsidium. Diligentiam sibi subsidio comparare. Proficisci subsidio Galliæ. Subsidio venire alicui. Subsidio currere. Subsidio ire. Subsidia reip. præsidiis classibusque munire. Subsidia industriæ consumere. Subsidio servari alicujus.*

Subsido, dis, *subsideo*, ὑφίσταμαι. 6. Fam. 8. A me consilium petis, qui sim tibi autor, in Siciliane subsidas, an proficiscare, &c.

Subsignor, aris, κατασημαίνομαι. Pro Flac. 80. Illud quæro, sint ne ista prædia censui censendo: habeant jus civile: sint, necne sint, mancipi: subsignari apud ærarium, apud censorem possint.

Subsistendum, ὑφιστατέον. Pro Mil. 49. Sic Miloni, cum insidiator esset, si illum noctu ad urbem accessurum sciebat, subsistendum atque expectandum fuit. *Alii*, subsidendum.

Subsortior, iris, ἐπιλαγχάνω. *Lege*, Sortior. Act. 1. Ver. 30. Subsortiemur in M. Metelli locum? *Ibid.* In suum consilium sine causa subsortiebatur. Pro Cluent. 92. Si ex lege subsortitus non erat, &c.

Subsortitio, onis, ἐπικλήρωσις. *Ibid.* 91. Quod C. Verres subsortitionem ejus in eo codice non haberet. Ver. 1. 157. Nam de subsortitione illa Juniana judicum nihil dico.

Substerno, is, *consterno*, ὑποστρώννυμι. 2. de Nat. 129. Aves nidos construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt.

Subjicio. De Univer. 23. Deus omne, quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo.

Substituo, is, *sufficio, constituo*, ἀντικαθίστημι. Ver. 3. 161. Nunc pro te Verrem substituisti alterum civitati. 5. 71. Tum iste in eorum locum alios substituere et supponere cœpit. Quint. de Pet. 29. Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere substituant.

Substituor, eris. Oecon. 2. Qui me absente in meum locum substituitur.

Substitutus, a, um, ὑποβεβλημένος. 2. de Div. 7. Philosophiam nobis pro Reip. procuratione substitutam putamus.

Substructio, onis, ἐποικοδόμησις. Pro Milon. 58. Quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum versabatur. *Ibid.* 85. Aræ, quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.

Substuli. *Lege*, Sustuli.

Subsum, es, *lateo, insum, adsum*, ὕπειμι, ὑπόκειμαι. 10. Fa. 18. Si quid intra cutem subest vulneris. Pro Mar. 33. Quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit. 5. de Fin. 29. Nullam video gravem subesse causam. 1. ad Her. 27. Nec firmamentum exquiritur, quoniam non subest ratio. 2. 12. Non temere fama nasci solet, quin aliquid subsit. 3. de Nat. 71. Si his vitiis non ratio subesset. Pro Quint. 66. Pro S. R. 28. In qua re nulla subest suspicio. 2. de Orat. 20. Oratio, quæ, nisi subest res ab oratore percepta et cognita, inanis est. 1. Off. 38. Causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo ante justas causas esse bellorum. Con. C. Ant. Etiam cum culpa nulla subesset.

Insto, non absum. Pro Mil. 43. Præsertim cum dies comitiorum subesset. 10. Fam. 21. Subesse propinquis locis.

Supersum. 3. Att. 25. Nulla spes saluti nostræ subest.

Subter, κάτω. 1. Tusc. 20. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. 5. 4. Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet. 3. de Orat. 20. Omnia, quæ supra subterque sunt, unum esse. 2. de Nat. 106.

Torvu' draco serpit subter supraque revolvens
Sese——

De Somn. 10. Deinde subter mediam fere regionem Sol obtinet. In Arat.

Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Subterfugio, is, *devito*, ὑποφεύγω. 3. Fa. 4. Sullani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugi. Act. 1. Ver. 8. Quoniam criminum vim subterfugere non poterat, procellam temporis devitavit. *Ibid.* 13. Quod aut impudentiam ejus subterfugit, aut satietati superfuit. 3. Off. 97. Ulysses simulatione insaniæ militiam subterfugere voluit.

Subterraneus, a, um, ὑποχθόνιος. 15. Att. 25.

Subterseco, as, ὑποτέμνω. In Arat.

Subtilis, le, *acutus, tenuis*, λεπτός. 2. de Nat. 121. Solers subtilisque descriptio partium. 1. de Orat. 109. Si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione esse ars videtur. Orat. 78. Subtilis oratio. 2. de Orat. 98. Acutissimum et subtilissimum dicendi genus. 3. de Finib. 3. Subtile ac spinosum dicendi genus. Pro Plan. 12. C. Serenus subtilissimus homo: fuit enim animi satis magni, et consilii. 1. de Orat. 180. Vir oratione maxime limatus et subtilis. De Cl. 65. In docendo edisserendoque subtilis. *Ibid.* 35. Lysias subtilis scriptor et elegans. Orat. 21. Subtili et pressa oratione limatus.

Subtilitas, tis, *tenuitas, gracilitas*, λεπτότης. Orat. 76. Orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. 4. Fa. 4. Scriptorum tuorum subtilitas. 2. Off. 35. Alia est illa, cum veritas limatur, in disputatione subtilitas. De Clar. 290. Est etiam in tanta arte huic minutæ subtilitati locus. *Ibid.* 67. Ea subtilitas, quam Atticam appellant. *Ibid.* 64. Subtilitas, tenuitas, gracilitas.

Subtiliter, *acute, acriter, tenuiter*, λεπτομερῶς. Pro Fl. 52. Subtiliter ac copiose disputare de aliqua re. Orat. 22. Versute ac subtiliter dicere. 1. de Orat. 98. Subtiliter persequi aliquid.

Syntaxis. *Solers subtilisque descriptio. Dicendi genus acutum et subtile. Oratio subtilis ac spinosa. Vir oratione limatus et subtilis. In dicendo edisserendoque subtilis. Subtilis scriptor et elegans. Scriptorum subtilitas. Minuta subtilitas. Subtiliter et copiose disputare de re aliqua. Versute ac subtiliter dicere.*

Subtimeo, es, *subvereor*, ὑποδείδω. 2. in A. 36. Nunquid subtimeas, ne, &c.

Subtraho, is, *subduco*, ὑφέλκω. 3. de Orat. 19. Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. *Alii legunt*, semoveris. Pro Do. 11. Nonne id agendum nobis fuit, ut materiem subtraheremus furori tuo? 2. de Div. 139. Cum autem hæc subtracta sunt, tum, &c. 3. Off. 30. Subtrahere de commodis alterius. *Alii*, detrahere. 2. Qu. Fr. 5. Quo ego me libentius a curia, et ab omni parte Reipub. subtraho. Pro Muræ. 80. Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ. Hortens. Domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt.

Subturpis, pe, ὑπαισχρος. 2. de Orat. 264.

Subturpiculus, a, um, ὑπαισχρότερος. 4. Att. 5. Subturpicula παλινῳδία.

Subveniendum, βοηθητέον. Pro Clu. 67. Acrioribus saluti suæ remediis subveniendum putavit.

Subvenio, is, *succurro, subsidio venio*, βοηθέω. 1. de Div. 57. Alter visus est illum alterum orare, ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur. 16. Att. 13. Gravedini quæso omni ratione subveni. 10. Fam. 10. Subvenire patriæ. Pro Clu. 4. Subvenire alicui in aliqua re. Ver. 5. 37. Subvenisti homini jam collum in laqueum inserenti. De Cl. 260. Circumvenior, inquit, judices, nisi subvenitis. Brut. 14. Subveni igitur per deos, &c. 2. Fa. 6. A te peto, ut subvenias huic meæ sollicitudini. 2. Off. 13. Tecta vero unde aut initio generi humano dari potuissent, aut postea subveniri, si cecidissent? 8. Att. 7. Unum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. *Ibid.* 16. Non dubitavi, quin Pompeius Domitio subventurus esset. 1. Off. 154. Subvenire et opitulari patriæ.

Subvenitur, *occurritur*, βοηθεῖται. 1. Att. 14. Huic quoque rei subventum est maxime a nobis. 5. in A. 36. D. Bruti opera Reip. difficillimo tempore subventum est.

Syntaxis. *Acrioribus remediis subvenire. Subvenire patriæ. Subvenire alicui in re aliqua. Subvenire homini. Subvenire alicujus amici sollicitudini. Subvenire et opitulari. Subventum est reip. temporibus difficillimis.*

Subvereor, eris, *subtimeo*, εὐλαβέομαι. 4. Fa. 10. Venit mihi in mentem, subvereri interdum, ne, &c.

Subvolo, as, *avolo, evolo*, ἀναπέτομαι. 1. Tusc. 40. Sic hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subvolant.

Suburbanitas, tis. Ver. 2. 117. Populo Romano jucunda suburbanitas est hujusce provinciæ: *id est Siciliæ, quam suburbanitatem vocat: id est, quasi prædium, agrumve suburbanum populi Romani.*

Suburbanus, a, um, ὁ ἄστει παρακείμενος. Pro S. R. 133. Habet animi causa rus amœnum et suburbanum. 3. Qu. Fr. 1. Fundus suburbanus. 2. de D. 69. Ager suburbanus. 1. de Orat. 98. Suburbanum gymnasium.

Suburbanum, ni, *prædium, vel fundus prope urbem, fundus suburbanus, suburbium*, ἀγρὸς προπόλιος. 16. Att. 13. Malo enim esse in Tusculano, aut uspiam in suburbano. 3. Qu. Fr. 1. Suburbanum si quod invenisset, non dubitaturum esse emere. 12. Att. 33. Cras igitur in Siciliæ suburbano. Ver. 1. 54. In suburbana amicorum deportasses. 3. Q. Fr. 2. De suburbano cura ut sciam. Pro R. P. 26. Deliciarum causa et voluptatis, quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitella sæpe vidimus.

Suburbium, bii, προάστειον. 12. in A. 24. Qui Terminalibus nuper in suburbium ire non sum ausus.

Succeditur, ὑποδέχεται. 3. Fa. 6. Quin nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antea quam tibi successum esset, decessurum fuisse.

Succedo, is, *alterius locum occupo, in alterius locum reponor*, ὑποδέχομαι. 11. in A. 39. Nihil semper floret, ætas succedit ætati. De Cla. 87. Succedere alicui. 2. in A. 62. Antonius in Cn. Pompeii locum hæres successit. Pro Flac. 33. Frater meus, qui L. Flacco successit. *Ibid.* 49. ad Brut. 13. Succedere alicui in patris locum. Ver. 3. 120.

Quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne vicarii quidem successerint. Ver. 4. 81. Succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes tuas. Orat. 105. Demosthenes successit magnis, et maximos oratores habuit æquales. *Ibid.* 40. Horum ætati successit Isocrates. Pro Corn. 4. Etenim ei succedo orationi, quæ, &c. Oecon. 2. Qui vicarius meæ diligentiæ succedit. 3. Fam. 3. Nec me benevolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere.

Accido, procedo, cado, evenio. Ad Brut. 9. Omnia ex sententia succedunt. 15. Fam. 4. Si perinde, ut mereor, mihi successerit. Orat. 98. Etiamsi minus succedet, magnum tamen periculum non adibis. 2. Qu. Fr. 13. Si ex sententia successerit, bene erit opera posita.

Subeo, venio. 1. de Orat. 151. Omnia sub acumen styli subeant et succedant necesse est. Pro Dom. 116. Is tectum, quo imbris vitandi causa succederet, nullum habebat.

Syntaxis. *Ætatem ætati succedere. In Pompeii locum hæredem succedere. Succedere alicui in patris locum. Ego succedam vicarius tuo muneri. Horum ætati successit Isocrates. Tu vicarius meæ diligentiæ succedes. Omnia ex sententia succedere. Perinde ut mereris, tibi successit. Si minus succedet. Si ex sententia successerit. Succedere tectum. Antequam tibi successum esset, decessisti.*

Succensus, a, um, *accensus, ἀναφθείς, διάπυρος γενόμενος, ἐμπεπρημένος.* I. P. 42. Succensis ignibus torreri.

Succenseo, es, *irascor, χαλεπαίνω.* 3. de Orat. 72. Ubi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus succensuissem. 13. Fa. 73. Ei te vehementer succensuisse audivi. 1. Tus. 99. Nec vero iis, a quibus accusatus sum, habeo quid succenseam. Pro Qu. R. 46. Dii hominibus irasci et succensere solent. 6. Fa. 6. Marcellum, cui maxime succensebat, restituit. Pro Arch. 13. Quis mihi jure succenseat? si, &c. 9. Att. 4. De Pompeio quid agam, cui (quid enim negem) succensui. Pro Dei. 35. Non enim jam metuo, ne tu illi succenseas, sed ne tibi illum succensere aliquid suspicere.

Adverb. *Juste, leviter, plane, vehementer.*

Successio, onis, *hæreditas, διαδοχή.* Bru. 17. Merces Antonii oppressi poscitur in Antonii locum successio Bruti. Horten. Ejus omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est.

Successivus. *Lege,* Subcisivus.

Successor, oris, *vicarius, qui summittitur, διάδοχος.* Pro Flac. 33. Cum successor aliquid immutat de institutis priorum. De Pro. 37. 3. Fa. 6. Nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre. *Ibid.* 3. Quæ successori conjunctissimo et amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit.

Successus, a, um, *συμβεβηκώς.* 16. Fa. 21. Cum omnia velles mihi successa.

Succidia, æ, *porcus sale conditus, ταρίχευμα.* De Senect. 56. Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.

Succinctus, a, um, *munitus, διεζωσμένος.* 2. cont. Rull. 86. Carthago ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris. 13. in A. 33. Ser. Galbam eodem pugione succinctum videtis. 4. ad Her. 66. Gladio succinctus.

Succingo, is, *munio, circumdo, ὑποζωννύω.* Ver. 5. 145. Quod multo se pluribus et majoribus canibus succinxerit.

Succisivus. *Lege,* Subcisivus.

Succlamatur, *ὑποφωνεῖται.* 11. Fa. 13. Succlamatum est, et frequenter a militibus.

Succresco, is, *succedo, ὑπαυξάνομαι.* 3. de Orat. 228. Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati.

Succronensis, se, *a Sucrone flumine, et oppido Hispaniæ.* Pro Corn. 5. Succronense prælium.

Succumbens, tis. 2. con. Rul. 68. Huic succumbenti et jam oppressæ Sullanis oneribus, subvenire vult.

Succumbo, is, *inferior sum, vincor, cado, cedo, ὑποπίπτω.* 3. de Orat. 127. Gorgiæ patrono Philosopho succubuit orator. Pro Planc. 82. Quæ cum ita sint, jam succumbam, Laterensis, orationi tuæ in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium. 3. Tus. 36. et 9. Fa. 11. Cur succumbis cedisque fortunæ? 1. Off. 66. Nulli neque homini, neque perturbationi animi, neque fortunæ succumbere. Pro Sull. 71. Non fortunæ ipsi succumbere. Pro Dom. 16. Succubuissem enim potius ipse. Br. 16. Sed certe non succumbam succumbentibus, nec vincar ab iis, qui, &c. De Sen. 37. Nec languescens succumbebat senectuti. 1. de Fin. 49. Succumbere doloribus. 2. Tusc. 56. Succumbere animo. 2. de Fin. 95. Turpe est viro debilitari, dolore frangi, succumbere. Pro Deiot. 36. Deiotarus nunquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem.

Syntaxis. *Succumbere alicujus orationi. Succumbere ac cedere fortunæ. Succumbere homini. Succumbere senectuti, dolori, inimicis. Dolore frangi, et succumbere. Succumbens et oppressus oneribus.*

Succurritur, *ἐπιτρέχεται.* 2. de Orat. 313. Res hoc postulat, ut eorum expectationi, qui audiunt, quam celerrime succurratur. *aliter,* occurratur.

Succurro, is, *subvenio, subsidio venio, subsidio curro, opem fero, succedo, βοηθέω, ἐπικουρέω.* Pro Ra. 3. Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisque communibus. 1. de Orat. 169. Laborantibus succurrere, ægris mederi. Pro Milo. 29. Servi domino succurrere prohibebantur. Pro Pomp. 5. Lucullus ab eo bello discedit: huic qui succurrat, non satis est paratus.

Subeo. Pro S. R. 31. Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo.

Occurro, in mentem venio. 14. Att. 1. Ut quidque succurrit, libet scribere.

Succus, ci, *humor purus*, ἐγχύλισμα. 2. de Nat. 120. Stirpes ex terra succum trahunt. *Ibid.* 137. Succus is, quo alitur, ex intestinis et alvo secretus a reliquo cibo, permanat ad jecur per quasdam vias, &c. 1. de Div. 15.

Naribus humiferum duxere ex aere succum.

4. Att. 16. Amisimus, Pomponi, omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam civitatis. De Sen. 53. Uva et succo terræ, et calore solis augescit.

Vis quædam, nervi, pondus. 2. de Orat. 93. Omnes tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. Orat. 76. Etsi non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet. De Cl. 36. Succus ille et sanguis incorruptus. 3. de Orat. 94. Calore quodam et succo suo.

Adjuncta. *Diuturnus, humifer, incorruptus, pristinus.*

Succussus, us, *agitatio*, ὑποσεισμός. 2. Tusc. 48.

Pedetentim ite, ne succussu arripiat major dolor. Poetæ.

Sucula. *Lege*, Hyades.

Sudandum. Pro Sest. 139. Sudandum est his pro communibus commodis.

Sudo, as, *sudore mano*, ἱδρόω. 2. de Orat. 223. Cum ille diceret, se sine causa sudare, minime mirum, inquit: modo enim exiisti de balneis. *Ibid.* Vides me sudare jamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. 1. de Div. 28. Quid cum Cumis Apollo sudavit? 2. 58. Deorum simulacra sudavisse.

Sudor, oris, ἱδρώς. Pro Font. 2. Galli multo ejus sudore ac labore sub populi Romani imperium ceciderunt. 3. de Orat. 6. Tum latus ei dicenti condoluisse, et multum sudorem consecutum esse audiebam. 1. 257. Stylus ille tuus multi sudoris est. 1. de D. 74. Herculis simulacrum multo sudore manavit. 2. 58. Nec enim sanguis, nec sudor, nisi in corpore est.

Sudum, di, *serenum cœlum*, αἴθρη. 16. Fa. 18. Horologium mittam, et libros, si erit sudum.

Suesco, is, *consuesco, assuesco*, ἐθίζομαι. 2. de Nat. 111.

Has Græci stellas hyadas vocitare suerunt.

15. Fa. 8. A te id, quod suevi, peto, me defendas, &c. 6. 8. Qui mihi cum suescent libenter polliceri, responderunt, &c.

Suessa, *oppidum*. 3. in A. 10. 4. Phil. 4. et 14. 18.

Suessanus, a, um. Ad Brut. 8. C. Nasennium municipem Suessanum tibi ita commendo, ut neminem diligentius.

Suetus, a, um, *assuetus*, εἰθισμένος. 6. Att. 2. Omnes suis legibus et judiciis suetæ, καὶ αὐτονομίαν adeptæ revixerunt. *Lamb.* usæ, *legit.*

Suevi. 14. Att. 10. Suevi, Francones, &c. *aliter*, Scenæ.

Suffarraneus, a, um, *a farre factum nomen videtur; significat autem eum, qui far non magna quidem copia, sed exiguis et vilibus vecturis convehit: id quod innuit*, Sub, *præpositio præposita, quæ minuit*, σιτοφόρος. Incert. P. Ventidium mulionem castrensem suffarraneum fuisse. *Alii legunt*, Castrensis furnariæ.

Suffecturus, a, um, ὑφέξων. Inc. Si mihi vitæ spatium duplicetur, vel iis tantummodo Poetis percurrendis non esset suffecturum.

Suffectus, a, um, *substitutus*, ἀντικαταστα-θείς. 5. Fa. 10. Si Appii os haberem, in cujus locum suffectus sum, tamen, &c.

Suffero, fers, *fero, perpetior, haurio*, ὑποφέρω. 4. 5. Nisi hoc pejus sit hæc sufferre et perpeti. Pro Font. 39. Victoriæ atque imperii pœnas sufferre. 3. de Nat. 82. Quam multas Pisistratus pœnas sustulit. Pro Cæc. 98. Legis mulctæ, quam cives sufferre non poterant. 2. C. 28. Ut improbus pœnam sui sceleris sufferat.

Sufficiendus, a, um, *substituendus*, διαχειρίσιος. Pro Muræn. 85. Unus erit consul in sufficiendo collega occupatus.

Sufficio, is, *satis sum, satis habeo*, ἐξαρκέω. Ver. 5. 126. Paucorum cupiditati tum cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. 2. in A. 16. Quanquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.

Inficio, tingo. Hortens. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.

Sufficior, eris, *substituor*. Pro Mur. 82. Nam ne sufficiatur consul, non timet.

Suffimentum, ti, *odores incensi*, θυμίαμα. 1. de Leg. 40. Nam etiam sine illius suffimentis expiati sumus.

Suffixus, a, um, *affixus*, καταπαγείς. I. P. 42. Si te et Gabinium cruci suffixos viderem, &c.

Sufflatus, a, um, *inflatus*, ἐμφυσηθείς. 4. ad Her. 16. Nam gravi figuræ, quæ laudanda est, propinqua est ea, quæ fugienda est: quæ recte videbitur appellari, si sufflata nominabitur. *Loquitur de gravi figura dicendi, quam paulo post inflatam vocat.*

Suffoco, as, *animam intercludo, comprimo, vocem includo*, ἀγχονίζω. Pro Mur. 61. Qui gallum gallinaceum suffocaverit. 9. Att. 6. Consilium primum est, suffocare urbem et Italiam fame, deinde, &c.

Suffodio, is, ὑπορύττω. De Ar. 32. A Sext. Serrano sanctissima sacella suffossa, inædificata, &c. nescimus?

Suffragans, tis, ψηφιζόμενος. Qu. de Pet. cons. 22. Nemo ab ignotis hominibus, nullis suffragantibus meritis, honore afficitur. 10. Fa. 5. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus.

Suffragatio, onis, *est ipsa voluntatum et animorum declaratio, quæ fit suffragiis*, ἐπιχειροτονία. Pro Dom. 45. Facilis suffragatio pro

salute. Pro Mil. 35. Hic suffragationem consulatus perdidit. Pro Muræ. 39. Urbana suffragatio. *Ibid.* Suffragatio militaris. Pro Planc. 15. Sublata sunt studia, extinctæ suffragationes. *Ibid.* 44. Noli putare, Laterensis, legibus istis, quas Senatus de ambitu sancire voluerit, id esse factum, ut suffragatio, ut observantia, ut gratia tolleretur. Epist. lib. 10. ep. 9. Nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione vestra.

Adjuncta. *Facilis, gratior et par, si minus potens ac probata, tamen et justa et debita, militaris, urbana.*

Suffragator, oris, ψηφοφόρος. Pro Mur. 16. Tua nobilitas populo et suffragatoribus est obscurior. *Ibid.* 44. Non mihi placet &c. testium potius, quam suffragatorum comparatio. Quint. de Pet. 27. Ex fucosis firmi suffragatores evadunt.

Suffragatorius, a, um, *suffragiis declaratus, aut in suffragiis versatus,* ψηφοφορικός. Qu. de Pet. 21. Brevis et suffragatoria amicitia.

Suffragium, gii, *punctum, tabella, vox, sententia,* ψῆφος. 3. de Leg. 33. Suffragia in magistratu mandando, aut de reo judicando, &c. palam ferre melius esset. *Ibid.* 44. Nihil est in suffragiis voce melius. 2. Off. Quis est, qui, cum contra me ferebatur, iniisse se suffragium confiteatur. *Ibid.* Ferre suffragium de salute alicujus. *Ibid.* Occulta de honore suffragia. 2. cont. Rull. 4. Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: non singulæ voces præconum, sed una voce universus populus consulem declaravit. Ver. 2. 127. Cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem. 1. Att. 1. Videtur in suffragiis multum posse Galba. 2. cont. Rull. 17. Ut unusquisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. *Ibid.* Privare populum suffragiis. 2. ad Her. 17. Quæ capiunt suffragia populi. Pro Mur. 47. Confusionem suffragiorum flagitasti. 2. in A. 42. Tum vero adhibes magistrum suffragio tuo, et compotorum tuorum rhetorem. Postq. in Sen. 17. Iisdem operis suffragium ferentibus. 11. Fam. 28. Ego te suffragium tulisse audivi. Pro Dom. 46. Perditos homines de capite alicujus suffragium ferre. 15. Fam. 12. Fieri consulem cunctis suffragiis. Pro Planc. 16. Suffragia per tabulam fieri solita. *Ibid.* Itaque refert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. Pro C. Cor. 1. Legem de libertinorum suffragio Cornelius cum Manilio dedit. *Ibid.* Qui suffragii ferundi causa conveniunt.

Adjuncta. *Gratuitum, corruptum, liberum, vitiosum, occultum.*

Syntaxis. *Inire suffragium. Ferre suffragium de salute alicujus. In suffragiis multum potes. Privare populum suffragiis. Confusio suffragiorum. Fieri Consulem cunctis suffragiis. Suffragii ferendi caussa convenire.*

Suffragor, aris, *suffragium fero, faveo,* χειροτονέω. (. *adversor, refragor.* Ver. 5. 77. Cui legi vestra dignitas vehementer adversatur, ei insignis istius impudentia maxime suffragatur. 1. de Leg. 1. Mihi videris fratrem laudando, suffragari tibi. Div. 23. Hortensius tibi suffragatur, *id est,* auxilio est. Brut. 10. Nec destiti accusare ejus necessarios, qui ejus cupiditati suffragari videbantur. Pro Mur. 71. Quorum suffragium tenue est, si, ut suffragantur, nihil valent gratia. Pro Planc. 1. Ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. *Ibid.* 18. Sed vide, ne hæc ipsa, quæ despicis, huic suffragata sint. 12. Fa. 14. Suffragari laudibus cujuspiam. 10. 7. Suffragari pro aliquo. *Lege,* Suffragatio. 1. Off. 138. Domus suffragata domino, novo homini, ad consulatum putabatur.

Suffringor, eris, *frangor, perfringor,* ὑπάγνυμαι. Pro S. R. 56. Si canes luce latrent, opinor iis crura suffringantur.

Suffusus, a, um, *respersus, perfusus,* ὑποκεχυμένος. 2. de Nat. 55. Æquabili calore suffusus æther. 1. Tusc. 19. Sanguis suffusus cordi. 1. Fam. 9. Novi animum tuum tum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros malevolentia suffusum.

Suggero, is, *subjicio, suppedito,* ἀναμιμνήσκω. 2. de Orat. 117. Singulis generibus causarum argumentorum copiam suggerunt. *Ibid.* 331. et 3. de Nat. 73. Atque huic sententiæ rationes suggerit. 1. de Inv. 27. Cur tu his rebus sumptus suggeris?

Rememoro. 2. de Fin. 44. Si memoria defecerit, tuum est ut suggeras.

Suggeror, eris, *commemoror.* 2. in A. 67. Suggerebantur etiam sæpe damna aleatoria.

Suggestus, a, um, *adjunctus,* ὑποβεβλημένος. 2. de Orat. 110. Ambiguum explicatur, cum ea verba, quæ desunt, suggesta sunt.

Suggestum, sti, *rostra, locus concionum, qui recte concio etiam dicitur: alii authores plerique pulpitum vocant,* βῆμα. 1. de Div. 124. Neque illud suggestum, in quo causam dixerit, ascendenti signum ullum datum est. 5. Tusc. 59. Idemque cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

Sugo, is, *haurio, idque labris et ore, ut qui lac e mammis hauriunt,* ἀμέλγω. 2. de Nat. 122. Animalia alia sugunt, alia vorant, alia mandunt. 3. Tuscul. 2. Errorem cum lacte nutricis suximus.

Sui, sibi, ἑαυτοῦ. 13. Att. 1. Nicias vehementer sua sui memoria delectatur. 2. de Fin. 101. Item omnibus mensis dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint, ut et sui et Metrodori memoria colatur. 4. C. 7. Uterque pro sui dignitate, et pro rerum magnitudine, in summa severitate versatur. De Univers. 41. Imitantes genitorem et effectorem sui. Pro Sull. 75. Hosne tales viros, tam cupidos sui perire voluit? De Univers. 16. Ita se ipsa consumptione et senio alebat sui. 9. Att. 19. Nihil malo quam et me mei similem esse, et illos sui. Orat. 124. Com-

mendatio sui. 1. de Nat. 78. Natura quasi sui lena. 5. Tusc. 6. Dionysius alterum interfici jussit, quia viam demonstravisset interimendi sui. *id est, sui Dionysii.* De Cl. 101. Præsertim cum ille Qu. Scævolam sibi prætulisset. *id est,* Fannio. Orat. 100. Ne ipse quidem mihi persuasisset, ut se dimitterem. Pro Qu. 25. Testificantur isti, P. Quintium non stetisse, et se stetisse. Pro Milone. Tamen quotiescunque vellet quis hoc in genere se rem judicatam referre, posse voluerunt. 3. Qu. Fr. 1. Cum ad illum scribas, nihil te recordari de se, &c. 15. Att. 21. Cum sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret. 15. Att. 4. L. Cæsar ut veniam ad se rogat in nemus, aut scribam, quo se venire velim. Pro Lig. 8. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret. *Ibid.* 37. Non solum sibi ipsos, sed etiam Reipub. condonaveris. 5. Tusc. 58. Dionysius instituit, ut filiæ barbam sibi et capillum adurerent. 2. Tusc. 57. Sin erit ille gemitus flebilis ei, qui se dederit, vix eum virum dixerint. 5. de Fin. 26. Bonus pater intelligit omnes æque filios se attingere, ad seque pertinere. 4. Att. 2. Sui, *pro ei.* De Arusp. 26. Id monstrum sibi ipsum est.

Sulcus, ci, ἄλλοξ. 2. de Div. 50. Cum terra araretur, et sulcus altius esset impressus.

Sulmo, *Ovidii patria.* 8. Att. 17.

Sum, es, *consto, valeo: ad pretium relata,* εἰμί. Parad. 6. Ut quisque quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus est. 8. Att. 3. Scio quanti reipublicæ sit. 2. Off. 82. Ut commodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quam suum recuperare. Ver. 3. 194. In nullo loco frumentum tanti fuit, quanti iste æstimavit. *Ibid.* 191. Quanti Ephesi sit frumentum, tantum dare in Phrygia. *Ibid.* 189. Cum in Sicilia H-S. II. tritici modius esset. *Ibid.* Quanti frumentum esset. *Ibid.* 173. Quanti erat in Sicilia triticum. Pro S. R. 6. Bona hujus quæ sunt sexagies, duobus millibus nummum sese emisse dicit Chrysogonus. Pro Qu. R. 33. Ager nunc multo pluris est, quam tunc fuit. Pro R. 28 Is ex qua parte erat Fannii, non erat H-S. LIII. ex qua parte erat Roscii, amplius erat H-S. CCCLIII. 3. Off. 92. Emere denario, quod sit mille denarium. 7. Fam. 13. Audio Treviros capitales esse: mallem auro, argento, ære essent.

Dego, vivo, moror, habito, versor. 8. Att. 10. Esse cum aliquo. *Ibid.* Dixit etiam alia quædam de servulis suis, quare nobiscum esse non posset, morem gessi, dimisi a me. De Cl. 309. Eram cum Stoico Diodoro: qui cum habitavisset apud me, cumque vixisset, nuper est mortuus domi meæ. 4. Fam. 13. Amplector ejus familiarissimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt. 5. 21. Tamen erat nemo, quicum essem libentius, quam tecum, et pauci, quibuscum essem æque libenter. 4. 7. Nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? 2. 8. Cum Athenis decem ipsos fuissem dies. 6. 8. Ut esses in Sicilia, quoad velles. 1. Qu. Fr. 2. Plato quidam Sardianus, Epicureus, qui Athenis solet esset multum. De Ar. 25. Si essetis, versaremini que nobiscum. 2. de Orat. 27. Vos oro, ut hic sitis hodie. Ver. 5. 91. In publico esse non audet. 2. 100. Non licet mihi esse Romæ.

Evenio, intercedo. Pro Qu. 26. Alicui cum aliquo familiaritatem vel societatem esse. 2. in A. 77. Mihi cum illa posthac nihil erit. 1. de Div. 110. Cum ita solutus est animus, ut ei plane nihil sit cum corpore. Pro Cl. 172. Quid huic cum Habito? nihil. 10. in A. 11. Cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? 12. At. 18. Mihi ante ædilitatem nihil erat cum Cornificio. Pro Flacc. 55. Quæ pecunia fuerit apud se Flacci patris nomine a civitatibus. De Consolat. Mares et fœminas complures ex hominibus in deorum numero esse videmus. De Fat. Cum esset apud se ad Lavernium Scipio, unaque Pontius.

Significatione, Attinet, Spectat, Oportet: cum genitivo et recto. 4. Tusc. 54. Libidinem laudare, cujus est libidinis? *Ibid.* Ægritudinem laudare, &c. quorum est tandem philosophorum? Pro Clu. 4. Non est nostri ingenii, vestri auxilii est judices, huic subvenire. 15. Att. 20. Meus discessus desperationis est, non legationis. 1. Qu. Fr. 1. 19. Est ejus, qui aliis præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatique servire. Pro Pomp. 18. Erit igitur humanitatis ac sapientiæ vestræ, prohibere, &c. De Cl. 258. Cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis. Ad Brut. 4. Nihil mihi minus hominis videtur esse, quam, &c. 2. de Orat. 86. Clamare contra quam deceat, hominis est impudentis. *Ibid.* Quorum alterum divinitatis mihi cujusdam videtur esse, alterum humanitatis. Ver. 4. 35. Est boni judicis, facere conjecturam, &c. 3. de Fin. 57. Est hominis ingenui, velle, &c. 1. de Orat. 217. Musicam Philosophi non esse. 12. Att. 22. Fortis ægroti est, accipere medicinam. Pro Rab. Posth. 11. Hic jam, judices, vestri consilii res est. Orat. 70. Magni igitur judicii, et summæ facultatis esse debebit moderator ille hujus tripartitæ varietatis. 1. Fam. 7. Est et tuæ et nostri imperii dignitatis, &c. Orat. 1. Suscipere tantam rem vix arbitrabar esse ejus, qui, &c. 2. de Fin. 102. Hæc non ejus erat, &c. 5. Fam. 16. Statui nostræ necessitudinis esse, &c. *Ibid.* Non est jam gravitatis ac sapientiæ tuæ, &c. 4. 6. Magnæ est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis quiescendi. Pro Mur. 8. Tuum est, Cato, videre, &c. 12. At. 27. Fuit meum quondam, Rempublicam regere. 9. 18. Sed tu id quanti æstimes, tuum judicium est. 16. 20. Tota potestas ejus rei tua est. *Ibid.* 18. Consules, quorum et lege et S. C. cognitio et judicium fuit. 3. de Fin. 10. Erat enim, si cujusquam, certe tuum.

Cum dativo, ratione varia. De Cl. 97. Hæc res P. Africano vituperationi fuit. Ver. 5. 19. Hæc res erit tibi crimini, vel invidiæ. 6. At. 1. Postrema tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit. Ver. 3. 91. Hæ pecuniæ tibi fraudi et damnationi esse debent. *Ibid.* 85. Sicilia tibi prædæ et quæstui fuit. 1. Off. 139. Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit. 2. ad Heren. 6. Hoc aliis quoque bono fuit. Pro S. R. 13. Quibus occidi Roscium bono fuit. 1. de Inv. 59. Quæ signo suut omnia, ratione mundum administrari. De Cl. 40. Jam tum erat honos eloquentiæ. 5. in A. 39. Filio pietas erga patrem fraudi esse non debet. Ver. 3. 144. Quæ detrimento, maculæ, invidiæ, infamiæ nobis omnibus esse possint. Pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis, parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit.

Fio, æstimor, ducor, consto, vivo : cum septimo. 1. de Div. 38. Oraculum illud num minore gloria est? 2. de Orat. 75. Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria. 1. Qu. Frat. 2. Cum spe sum maxima, tum etiam majore animo. Pro Q. R. 20. Hic capite et superciliis semper est rasis. 6. Fam. 7. Qua in re singulari sum fato. 2. At. 7. Mira sum alacritate ad litigandum. 16. Fam. 15. Incredibili sum sollicitudine. 6. 4. Sum magno dolore. 2. de Orat. 168. Qua nos indulgentia in liberos nostros esse debemus? 14. Fam. 3. Esse mirifico studio in aliquem. 3. 6. Esse bono animo inter se. 15. 19. Spero homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, et quanto amori probitas et clementia. 6. 21. Tu qui conjunctissima fuisti mecum et sententia et voluntate. Orat. 193. Trochæus eodem spatio est, quo Choræus. *Ibid.* 192. Iambum nimis e vulgari esse sermone.

Cum ablativo, et in : vivo, habeor, dicor, versor, maneo, perduro. De Am. 104. Diutius in hoc desiderio esse non possum. 2. in A. 37. Magna in mœstitia fuisse. 11. At. 13. In eadem sum voluntate. 4. Ver. 137. Cum diutius in eo negotio curaque fueram, ad Carpinatium revertebar. Pro Sul. 38. Si hic esset in eodem scelere. Ver. 4. 11. Non modo ipsum in ære alieno nullo, sed in suis nummis multos esse, semperque fuisse. *Ibid.* 2. Esse in amore atque deliciis alicui. 2. At. 22. Esse in summa infamia sceleris. 8. 15. In eadem opinione fui, qua cæteri omnes, te, &c. 1. de Div. 31. Cum vicini omnes ad unum de rebus suis referrent, erat in magno nomine et gloria. *Ibid.* 38. 3. de Fin. 32. Timere, mœrere, in libidine esse, peccatum est etiam sine effectu. *Ibid.* 8. Esse in principibus. 5. Fa. 18. Esse in decurionibus. *Ibid.* 10. Quod est in uno te : Quæ sunt in fortuna. Esse in vitio aut virtute. *Lege,* In : *et suis locis.*

Varia potestas : consto, existo, cado, consisto, numeror, &c. 2. de Orat. 158. Omne, quod eloquimur, fit, ut id aut esse dicamus, aut non esse. Top. 26. Definitionum autem duo sunt genera prima : unum earum rerum, quæ sunt, alterum earum, quæ intelliguntur. *Ibid.* 27. Esse ea dico, quæ cerni tangique possunt, &c. non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo, atque intelligi possunt, &c. 2. de Orat. 6. Talem vero existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso, non potuisse confirmo. Postquam ad Quir. 16. Cn. Pompieus, vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute princeps. 2. de Orat. 257. Sæpe etiam versus interponitur, vel ut est, vel paullulum immutatus. 1. in A. 2. Quæ credo eis fuisse futura communia. 2. Qu. Fr. 14. Plus unus fuerit Cato, quam omnes leges. 2. Fam. 13. Jam me Pompeii totum esse scis. Pro Qu. R. 53. Quod universæ societatis esset. *Ibid.* Quod suæ partis esset. 9. Fam. 9. Esse magni apud aliquem. 15. 15. Magni mihi erunt litteræ tuæ. Ver. 5. 44. Fuit ista reprehensio quondam. 5. At. 21. Si erit, ut volumus. 5. Tusc. 23. Est, ubi id isto modo valet. 4. ad Heren. 37. Est, cum non est satius. 13. Fam. 4. Tuto esse. 2. At. 24. et 2. de Orat. 274. Quid tibi est ista mulier? uxor. 6. At. 7. Sed nunciant melius esse ei. 8. 16. 12. 3. Ne vivam, mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi certe sum libenter, sed μακάρων νῆσοι tanti sunt, ut sine te sim totos dies. 1. Qu. Fr. 127. Esse, quocunque veneris, et publice et private maximam lætitiam. 1. Off. 76. Quanquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit enim et bellicam, &c. 2. de Orat. 160. Critolaus erat ab Aristotele : *id est, sentiebat cum eo, stabat ab eo.* De Fat. Accipenser iste paucorum hominum est. Cont. C. Ant. Eo tempore in me tibi parum auxilii esse vidisse.

ADVERB. *Æqualiter, æque, aliter, assiduissime, æque libenter, libentius, aliquandiu, satis superque, aliquando, aperte, non longe, assidue, valde, aperte, et perspicue, bellissime, commode, honeste, bene, male, perpetuo, comiter, commodius, coram, præsto, libenter, commodissime, familiariter, minus multum, contra, diu, diutius, facillime, familiariter, et libenter, foris, honestius, rectissime, jamdiu, perraro, impune, incommode, præclare, longe aliter, longe, longe secus, longissime, magnopere, facilius, perjucunde, proxime, maxime tuto, mediocriter, melius, meliuscule, multum una, non longe, clam, palam, omnino nunquam, omnino tuto, omnino, prorsus, pejus, proprie, perspicue, plane, publice, privatim, propius, pulchre, recte, diu multumque, separatim, sero, tutius, tuto, tutissime, vitiose.*

SYNTAXIS. *Quanti frumentum est? Esse cordi. Multum cum illo fui,* id est diu. *Esse et versari cum aliquo. Esse in publico. Jam mihi cum illo nihil erat. Tui ingenii est. Discessus hic est desperationis, non legationis ; non scientiæ, sed consuetudinis. Magnæ deliberationis est. Tuum est, tuum judicium est, quanti, &c. Est, si cujusquam, certe tuum. Hoc est tibi usui et bono,*

non prædæ, non quæstui, non fraudi. Nunc honor est pietati. Ille magna gloria est, vel *in magna gloria. Cum spe sum maxima, tum etiam majore animo. Hac in re singulari sum fato. Hoc mihi est amori, odio. Eodem spatio sunt hi pedes. Iambus est nimis e vulgari sermone. Esse in desiderio, in voluntate, in scelere, in alieno ære, in amore ac deliciis, in magno nomine ac gloria, in libidine, in principibus, in vitio, in virtute. Ea erant futura communia. Plus unus est Cato, quam omnes leges. Magni id est mihi,* vel *apud me. Quid tibi est iste? frater. Mihi melius esset. Hæc res non solum est ex domestica ratione, sed etiam attingit bellicam. Sic est, ut volo. Id non est tanti, ut &c.*

Sumendus, a, um, 2. de Leg. 1. Quoniam et satis jam ambulatum est, et tibi aliud initium sumendum est. 4. de Fin. 46. Nam omnia, quæ sumenda, quæque legenda aut operanda sunt, &c.

Summa, mæ, *caput, genus, ratio præcipua rei pecuniariæ, κεφάλαιον.* Pro Qu. R. 4. Non refert parva nomina in codicem? imo omnes summas. 1. Off. 59. Addendo deducendoque, videre quæ reliqui summa fiat. 5. At. 21. Subducamus summam. Pro R. P. 30. Nescio utrum accessionem decumæ, an decessionem de summa fecerit. Pro Cluen. 87. Cum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua, non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat. De Som. 3. Cum hi duo numeri naturali circuitu summam tibi fatalem confecerint. 2. cont. Rull. 63. Cum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate confecisset. Ver. 3. 82. Remittere alicui de summa, vel de capite. 7. At. 13. Reliqua patebant, et cum Terentiæ summa congruebant. *Ibid.* Sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Hortens. Si æra singula probasti: summam, quæ ex his confecta sit, nonne probare soles?

Naturæ ratione. I. P. 85. Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? generatim, ea, quæ magis nota sunt, dicam. 2. de Orat. 135. Communes rerum et generum summæ.

Consilii et rationis. 2. in A. 32. Sed tamen hæc est summa conclusionis meæ. 3. Qu. Fr. 5. Et in omni summa me ad otium converto. 1. Fam. 9. Circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium. Pro Lig. 29. Quidquid dixi, ad unam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. 2. de Leg. 18. Leges autem a me edentur non perfectæ: nam hoc esset infinitum: sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. 10. Att. 18. At ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem, se, &c. Pro Quint. 32. In hoc summa judicii, causaque tota consistit. 2. de Orat. 158. Verane summa sit uniuscujusque rationis. 4. de Fin. 32.

Hoc loco sunt et ista, *ad summam, in summa*; id est breviter: *uno verbo, ut uno verbo dicam, ne plura, ne te pluribus teneam, ne multa, ne multis, quid multa? ne longus sim, ne longum sit, ne longum faciam. Quid quæris?* 7. Att. 7. Ad summam dic, M. Tulli, &c. 1. Off. 149. Ad summam, ne agam de singulis, &c. 4. de Fin. 60. 15. Fam. 14. Ad summam, forti animo sitis. 2. Qu. Fr. 15. In summa, quatuor sententiis Senatores et equites damnarunt. 8. Att. 3. Summa autem, Afranium cum magnis copiis adventare. 10. 4. Jurabat ad summam, amicissimum mihi Cæsarem esse debere. 14. 1. Ad summam, non possunt isthæc sic abire. 15. 1. Deinde ad summam, arbitrum me statuebat, non modo hujus rei, sed totius consulatus.

Causarum ratione. 1. ad Her. 7. Si summam causæ breviter opponemus. 1. de Inv. 28. Summam alicujus rei dicere, non partes ejus persequi.

Potentiæ, dignitatis, utilitatis, salutis. Pro S. R. 91. Qui summam rerum administrat. *id est, imperator.* 10. Fam. 21. Illud certe cavi, ne reipublicæ summa fallatur. 4. C. 15. Equites, qui vobis summam ordinis consiliique concedunt. Ad Br. ep. poster. 7. Voluntas mea de summa reipublicæ semper eadem fuit, quæ tua.

Adjuncta. *Charior, communis, fatalis, grandis, vera.*

Syntaxis. *Omnes summas in codicem referre. Quæ reliqui summa sit, videre. Summam subducere. Decessionem de summa facere. Ex sua voluntate sibi summam conficere pecuniæ. Remittere alicui de summa. Ad summam aliquid profectum est. Congruit hoc cum summa Terentiæ. Communes rerum ac generum summæ. In omni summa me ad otium converto. Cogitationum suarum facere summam. Ad unam summam omnia referre. Quam habebis orationis summam? In hoc judicii summa consistit. Ad summam, in summa, summa*; id est breviter. *Summam causæ breviter exponere. Summam rei dicere*)(*partes persequi. Summam rerum administrare. Summa reip. Hæc est summa conclusionis meæ.*

Summanus, *Orcus, Pluto.* 1. de Div. 16.

Summarius, a, um. 10. Att. 1. Nisi forte iste summarius ei potest persuadere, ut, &c *aliter,* Summanus: *id est, Cæsar. Ego vero,* Nummarius, *lego, ut is intelligatur, quem eadem epistola paulo ante,* Emptum pacificatorem *appellavit. Lamb. legit* summœrius.

Summatim, *acervatim, breviter, κεφαλαιωδῶς.* 5. de Fin. 36. Summatim hæc erant de corpore animoque dicenda. 1. ad Her. 14. Si summatim, non particulatim narrabimus. 5. Att. 16. Itaque subsedi in via, dum hæc, quæ longiorem orationem desiderant, summatim tibi perscriberem. 2. de Orat. 247. Nunc exponemus genera ipsa summatim. 1. 252. Jus civile summatim percipi sine doctrina potest. 10. Fam. 28. A me pauca cognosces, et ea summatim. 2. de Orat. 153.

Summe, *maxime, summopere.* 2. de Orat.

295. Hoc me sollicitare summe solet. Pro Quint. 69. Sicut tu semper summe concupisti. 4. Fam. 7. Pro Quin. 77. Ab aliquo petere summe, et contendere, ut faciat aliquid.

Summergo, is *demergo, deprimo, καταποντίζω*. 1. de Div. 73. Summersus equus voraginibus non extitit.

Summisse, *remisse, demisse, ταπεινῶς*. 2. de Orat. 215. Breviter et summisse dicere. 3. 210. Alias contentius, alias summissius dicere. Pro Pl. 12. Summisse supplicare alicui. 1. Off. 90. Tanto summissius nos geramus.

Summissio, onis, *remissio, ταπείνωσις*.)(. *elatio*. Top. 71. Parium comparatio nec elationem habet, nec summissionem. Or. 85. Summissio orationis.

Summissus, a, um, *remissus, suppressus, humilis, abjectus, ὑποτεθυμένος, ταπεινός*.)(. *se efferens*. Off. 124. Oportet æquo et pari jure cum civibus vivere, neque summissum et abjectum, neque se efferentem. Orat. 76. Summissus et humilis, consuetudinem imitans. 2. de Orat. 183. Oratio placida, summissa, lenis.)(. *fortis, acris, vehemens*. Orat. 26. Summissius a primo dicere, deinde pressius, post audacius exultare.

Syntaxis. *Summisse dicere, alicui supplicare, loqui. Summissus et abjectus, non sese efferens. Placidus, summissus, lenis sermo. A primo summisse dicere, deinde pressius, post audacius exultare.*

Summitto, is, *clam mitto, ὑποβάλλω*. Ver. 1. 105. Iste ad pupillæ matrem summittebat. 3. 69. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret, &c. 10. Fam. 21. Summittere exercitus aliquo.

Inclino. Pro Planc. 24. Appellavi populum, tribubus summisime, et supplicavi.

Demitto. De Cl. 22. Tibi ætas nostra cedit, fascesque summittit.

Detraho. Div. 48. Aliquantum remittere ex eo, quod facere possis, et multum summittere.

Subjicio. 11. Fam. 3. Summittere animum periculo. De Pro. 8. Huic vos non summittetis?

Summopere, *summe, maximopere, μάλιστα*. 1. de Inv. 26. Quæ summopere vitare oportebit. 2. 2. Cum puerorum formas summo hic opere miraretur.

Summotus, a, um, *ἀπωστισθείς*. Pro Flac. 15. Summota concione.

Summoveo, es, *ἀποτρίβομαι*. Pro Quin. 31. Et interea nostros advocatos jubet acerrime summoveri. Pro S. R. 70. Magnitudine pœnæ maleficio improbos summoveri. 1. de Leg. 39. Academiam placare cupio, summovere non audeo.

Summus, a, um, *amplissimus, perfectus, singularis, incredibilis, unicus, in quo omnia summa sunt, ἔσχατος*.)(. *infimus*. 2. de Or. 1. Si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti &c. 2. Tuscul. 44. Summum est, quo nihil sit superius. De Clar. 292. Summus et singularis vir. Pro Pomp. 36. Summus atque perfectus imperator. 8. Att. 15. Nihil nisi summa ratione facere. Pro Qu. 55. Summa sanctimonia. 1. de Orat. 6. Summi homines, ac summis ingeniis præditi. 1. Fam. 9. Qui et summa voluntate cesserit, et egregia animi alacritate abfuerit. Pro Planc. 66. Ut etiam summa resp. mihi donata fuerit gerenda. 1. de Orat. 222. Summum bonum in animone sit, an in corpore: virtute, an voluptate definiatur. 1. de Leg. 56. Summum bonum est, ex natura vivere. *id est naturam sequi, et ejus quasi lege vivere*. 3. Off. 35. Quod honestum sit, id esse aut solum aut summum bonum. *Ibid.* 117. Epicurus ponit summum bonum in voluptate. 4. Ac. 129. Herillus in cognitione et scientia summum bonum ponit. De Am. 85. Summum naturæ bonum. 5. Tusc. 84. 85. 86. Opiniones de summo bono. 1. in A. 37. Cum a summis, mediis, infimis, cum denique ab universis hoc idem fit. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit.

Altior, sublimior. Pro Planc. 17. Is, qui est in summa sacra via. 1. de Div. 48. Alexander eam buculam in summo columnæ collocavit. *Ibid.* 20. Bacillus incurvus, et leviter a summo inflexus. 3. de Fin. 48. Summum aquæ.)(. *Profundum aquæ*.

Valentior. 13. Fam. 60. Summa hyeme.

Ad summum, vel summum. *inepti dicunt*, ad plus. 13. Att. 21. Expectabam hodie, aut ad summum cras, ab eo tabellarios. 2. Fam. 1. Bis terve ad summum. Pro Quint. 78. Biduo, aut ad summum triduo, &c. 5. Fam. 21. Excepto uno, aut ad summum altero. Pro Mil. 12. Quatuor, ad summum quinque. *Ibid.* 26. Triduo, ad summum quatriduo. 12. Att. 44. Scies igitur cras, summum perendie. Ver. 2. 129. Eximunt unum diem, aut summum, biduum ex mense. 3. 189. H-S. II. summum H-S. ternis.

Syntaxis. *Summum est, quo nihil superius. Summus et singularis vir. Summus et perfectus. Summa ratione cuncta facere. Summi homines, et summis ingeniis præditi. Summa voluntate cedere*, id est libentissime. *Summam remp. administrare. In summa sacra via esse. In summo columnæ statuam collocare. A summo inflexus bacillus. Aquæ summum. Summa hyeme. A summis, mediis, infimis, denique ab universis idem fit. Infirma summis paria facere. Ad summum, summum*, adverbii loco.

Summuto, as, *commuto, ἀπαλλάττω*. Orat. Adjuncti verbi primam litteram præpositio commutavit, ut Subegit, Summutavit, Sustulit.

Summutor, aris. *Ibid.* 92. Hanc Hypallagen rhetores *vocant*, quia quasi summutantur verba pro verbis.

Sumo, is, *assumo, arrogo, attribuo, tribuo, λαμβάνω*. 6. Fam. 5. His autem de rebus, quas conjectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse prospiciam, quam, &c. 2. de Or. 294. Duo denique illa, quæ facilli-

ma videntur, &c. mihi pro meo jure sumo. 8. Att. 15. Mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit. 4. Academ. 46. Quomodo autem sumis, ut, &c. 13. Fam. 29. Tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum meminisse senties. Ver. 3. 154. Cur enim sibi hoc scribæ soli sumant? 10. Phil. 1. Quas enim partes ipse mihi sumpseram, eas præoccupavit oratio mea. 7. Fam. 5. Vide quid mihi sumpserim. 13. 50. Sumpsi hoc mihi, ut scriberem, &c. Pro Planc. 3. Mihi non sumo tantum, judices, neque arrogo, ut, &c. Pro Sull. 84. Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, &c. ego vero nihil mihi assumo. Ad Brut. ep. pr. in 1. Cum mihi tantum sumpserim, ut gubernacula reipublicæ prehenderem. 1. de Orat. 41. Quod vero in extrema oratione quasi tuo jure sumpsisti, oratorem, &c. 13. Fa. Sumpsi hoc mihi pro tua in me observantia. 16. Att. 16. Hoc pro benevolentia nostra mihi sumpsi, ut id a te peterem, quod, &c.

Pro certo, pro comperto accipio, duco, habeo. 4. Acad. 41. Quæ autem sumunt, ut concludant id, quod volunt &c. 2. de Div. 103. Sed cum bis sumpsit quod voluit, id tamen assumit, quod concedi nullo modo potest. *Ibid.* 104. Hoc vos dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur: sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis, quod velitis. 3. de Nat. 21. Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum sumere quod velis. 190. Beatos esse deos, sumpsisti: concedimus. Pro S. R. 97. Unum hoc sumo, quod mihi res manifesta dat. 4. de Fin. 49. Sumere res non concessas, et ex illis conficere quod velis. 2. de Div. 104. Tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium controversumque sit. 4. Acad. 44. Sumere vehementer repugnantia pro congruentibus. 10. Phil. 1. Sumere sibi sententias.

Eligo, assumo, capio. 2. Tuscul. 8. Epicurum autem et Metrodorum non fere præter suos quisquam in manus sumit. 2. Off. 1. Ille enim requiescens a reipublicæ pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando. 2. de Leg. agr. 15. Itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut, &c. 1. Acad. 7. Sumere sibi aliquod studium. Ver. 2. 179. Meminero me non sumpsisse quem accusarem, sed recepisse quos defenderem. 2. de Inv. 29. Ducere, sumere, trahere suspicionem ex aliqua re. In Vat. 28. Sumere inimicitias. Ad Brut. 6. Sumere aliquem judicem. Ver 3. 31. Sumere recuperatores. 16. Fam. 11. Sumere regionem aliquam tuendam. 4. de Fin. 1. Spatium sumamus ad cogitandum. 2. Qu. Fr. 12. De interpellatione tantum sumam a vobis temporis ad scribendum, quantum dabitis. 1. de Leg. 6. Sume ad hanc rem tempus. De Clar. 76. Tu qui a Nævio vel sumpsisti multa, si fateris: vel si negas, surripuisti. 1. Tuscul. 86. Non enim cum socero bellum gessisset, non imparatus arma sumpsisset. Pro Lig. Sumere arma contra aliquem. Pro Cæl. 31. Sumere aurum ab aliquo. 7. Fam. 4. Sumere diem. Pro Sest. 119. Sumere doctrinam. 7. Fam. 23. Sumere domum. 4. Att. 3. Sumere domum pro castris. Pro Cæcin. 23. Nam in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit, et eis in causa testimoniis utitur. 13. Fam. 26. Litteras ad te a M. Lepido Consule, non quæ te aliquid juberent, &c. sed quodammodo quasi commendatitias sumpsimus.

Emo, comparo. 7. 23. Sumpsisti tanti: *pro*, tanti emisti. 11. Att. 13. Sumpsimus a tuo villico, et aliunde mutuati sumus.

Haurio. 2. de Nat. 18. Sumpsimus ab igne calorem, qui est fusus in corpore.

Exigo. Pro Rosc. Amer. 66. Videtisne, quos nobis poetæ tradiderunt, patris ulciscendi causa, supplicium de matre sumpsisse? Ver. 5. 72. Dixit se, &c. pecuniam accepisse; neque de vero archipirata sumpsisse supplicium, ideo securi non percussisse. *Ibid.* Quamobrem supplicium non sumpsisti?

Suscipio. In Vat. 28. Sumere inimicitias. Pro Fl. 45. Sumere legationes.

Conduco, adduco, convoco, cogo. Parad. Sumere publicas operas.

Ordior, aggredior. 1. ad Her. Sumere orationem.

Excerpo. Hortens. Dari mihi jubeas indicem tragicorum, ut sumam, si qui forte mihi desunt.

Sumor, eris. Pro Cæcin. Colloquuntur: dies ex utriusque commodo sumitur. 4. de Fin. 10. Qua ex omni copia, plurima et certissima argumenta sumuntur ad cujusque rei naturam explicandam. Pro Leg. Manil. Quantum hujus autoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur.

Sumptio, onis, *assumptio*, λῆμμα. 2. de Div. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici.

Sumptuarius, a, um, *de sumptibus*, δαπανητικός. 13. Att. 7. Lex sumptuaria. *Ibid.* 45. Tu velim e Polluce cognoscas rationes nostras sumptuarias.

Sumptuosius, *adverbium*, δαπανηρῶς. 2. C. 20. Sumptuosius insolentiusque se jactant.

Sumptuosus, a, um, *splendidus, magnificus, lautus*, πολυτελής.)(. *frugalis*. Parad. 6. Venio jam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. 9. Fa. 23. Cœna sumptuosa. 2. de Orat. 135. Pro Clu. 70. Vir egens, sumptuosus, &c. 3. Qu. Fr. 8. Munus sumptuosum et magnificum. I. P. 67. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, ne magnopere quidem quidquam, præter libidines, sumptuosum. 2. de Leg. 60. Sumptuosa aspersio.

SYNTAXIS. *Jactare se sumptuose atque insolenter. Cœna sumptuosa. Munus sumptuosum atque magnificum. Vir sumptuosus.*

Sumptus, a, um, *delectus*, ληφθείς. Pro Rab. P. 44. Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

Pro comperto habitum. 3. de Fin. 27. Quod enim efficiebatur his duobus, quæ erant sumpta in eo, vides esse conclusum.

Sumptus, us, *impensa, impendium*, ἀνάλωμα, δαπάνη. Ver. 4. 22. Mamertini magnum sumptum in Timarchidis prandium fecerunt. 5. Att. 16. Nullus fit sumptus in nos, neque in legatos nostros. Ver. 3. 155. At habes sumptum, unde facias. 12. Fam. 30. Facere sumptum in rem militarem. 11. Att. 13. Consideres velim, ut sit unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. 2. Off. 42. Pecuniæ collocandæ ratio est, quæ perpetuos sumptus suppeditet: nec solum necessarios, sed etiam liberales. *Ibid.* Non modo ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur: sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. 5. Tusc. 96. Magnificentia èt sumptus epularum. 2. Off. 59. Nostro quidem anno sane exiguus sumptus ædilitatis fuit. 1. 140. Cavendum est etiam, si ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. 1. Qu. Fr. 1. 7. Provinciam sumptu exhauriri. Pro S. R. 68. Sumptus effusi non probro atque dedecore. 3. Fam. 8. Sumptus legitimus, sumptus infinitus. 8. Att. 5. Tyronem Curio commendas, ut ei, ut petii, si quid opus erit in sumptum, eroget. *Ibid.* 6. Sed eum video in sumptum ab aliis mutuatum. 15. 15. Quare velim cures, ut permutetur Athenis, quod sit in annuum sumptum ei satis. 3. Fa. 8. Ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem. *Ibid.* Minuere, aut remittere sumptum. 2. de Inven. 87. Legatis quæstores sumptum non dederant. 3. Qu. Frat. 1. Sumptus nusquam melius potest poni. Ver. 3. 227. Impendere laborem et sumptum ad incertum casum. 2. de Inv. 113. Insumere magnum sumptum aut laborem in aliquam rem. 9. Fa. 20. At illam tuam lautitiam veterem dico, cum mecum sumptus habebas. 5. Att. 14. Adventus noster ne minimo quidem sumptui fuit. *Ibid.* 15. et 21. Nullum teruncium, me obtinente provinciam, sumptum factum esse. *Ibid.* Hic facit, ut mihi excipiendus sit, cum teruncium nego sumptum factum. Brut. 18. Impendent infiniti sumptus in hos exercitus, quibus nunc defendimur. 2. Off. 56. In his immanibus jacturis, infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari. Part. 6. Ille sumptus non modo ad fructum, sed etiam ad fœnus est exiguus. 6. Att. 2. Omnino nullus in imperio meo sumptus factus est: nullus, inquam, ne teruncius quidem. 9. Fam. 16. Ego tibi unum sumptum afferam, quod, &c. Pro Flac. 45. Custos celavit suos cives, ultroque iis sumptum intulit. 3. Fa. 8. Ne in venditionem tributorum, &c. inducerentur sumptus minime necessarii. *Ib.* 10. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni. 2. contr. Rull. 32. Sumptum haurit ex ærario. *Ibid.* 78. Prædiorum sumptus sustentare. 1. Quint. Frat. 1. 20. Sumptus et tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolunt, tolerari æquabiliter. Pro Flac. 33. Ut hoc sumptu remigum civitates levaret. *Ibid.* Crimen tum videri solet, cum aliquis sumptus instituit eos, qui antea non erant instituti. 2. de Leg. 59. Extenuato igitur sumptu &c. tollit etiam lamentationem. 16. Fam. 4. Sumptui ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit.

Adjuncta. *Annuus, certus, exiguus, infinitus, perpetuus, necessarius, liberalis, absonus, legitimus et infinitus, nimis magnus, magnus, maximus, minimus, quotidianus, profusus, publicus.*

Syntaxis. *Facere sumptum in prandium, in filios, in rem militarem. Suppeditare sumptus. Epularum magnificentia et sumptus. Extra modum sumptu prodire. Provincias sumptu exhaurire. Effusi sumptus cum probro et dedecore. Si quid est opus in sumptu, roges. Minuere et remittere sumptum. Sumptus bene ponere, impendere ad incertum casum, insumere. Habere cum aliquo sumptus. Nullum teruncium factum esse sumptum. Sumptus ad fructum exiguus. Sumptui esse. Impendent infiniti sumptus. Nostro anno exiguus sumptus Ædilitatis fuit. Sumptum afferre, inferre, inducere, decernere, haurire. Sumptum instituere, sustentare, tolerare, levare, extenuare. Sumptui parcere.*

Sunii, *populi*. 2. de Leg.

Suo, is, ῥάπτω. 2. de Nat. 150. Tegumenta corporum vel texta vel suta.

Supellex, ctilis, *instrumentum, ornamentum aulæ*, κατασκευή. Ver. 2. 83. Supellex ære elegantior, Deliaca et Corinthia. 4. 37. Tu P. Cacurii supellectilem omnem abstulisti. *Ibid.* 97. In instrumento ac supellectili C. Verris. 2. contra Rull. 32. Deinde ornat mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili. 2. con. Rull. 38. Multa in mancipiis, in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, cæteris rebus. Parad. 1. Cogitatio supellectilis ad delicias. 1. de Orat. 165. In oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem non viderem. Orat. 80. Oratoria quasi supellex: supellex est enim quodammodo nostra, quæ est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. 2. in A. 66. Multa, et lauta suppellex, et magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. 2. de Am. 55. Amicos parare, optimam et pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, supellectilem. Oecon. 1. Instrumentum et suppellectilem distribuere.

Adjuncta. *Elegans, multa, lauta, multa et magnifica et lauta, optima et pulcherrima, oratoria, universa.*

Super, κατὰ, ὑπεράνω. 10. Att. 7. Sed super hac re nimis. 14. 24. Simul cogitet, quid agendum nobis sit super legatione votiva. 16. 6. Hac super re scribam ad te Rhegio. 1. ad Her. 23. Paterfamilias uti super fami-

lia sua legaverit, ita jus esto. 2. de Leg. 66. Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, &c. 3. Qu. Fr. 1. Tectum quod super conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. 2. de Finib. 59. Et nolle imprudentem super eam assidere: *id est, aspidem.* 2. de Leg. 53. Super dicebant, quicquid cepisset, astringi. 2. de Nat. 2. Contra Epicurum satis superque dictum est. Pro Qu. R. 46. Satis superque habeo, quod mihi dederis. De Arusp. 18. Satis superque prudentes sunt, &c. 1. de Orat. 204. Mihi vero, inquit Mutius, satis superque abs te videtur istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum.

Supera, *supra.* In Ar.

Supera terras semper tenet ille.

Syntaxis. *Hac super re scribam. Super familia sua legare. Assidere super aspidem. Tectum super conclave. Satis superque habere, dicere, facere.*

Superatus, a, um, νικηθείς. De Un. 20. Altera pari numero præstans extremis, parique numero superata.

Superbius. *Adverb.* ὑπερηφάνως. Pro Pom. 11. Appellare aliquem superbius.

Superbia, æ, *arrogantia, contumacia, intolerantia, insolentia, fastidium animi,* ἀλαζονεία. Part. 81. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. 7. Fa. 16. 1. Off. 90. Superbiam, fastidium, arrogantiam fugiamus. Ver. 4. 89. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. 1. de Invent. 105. In superbiam et arrogantiam odium concitatur. 1. contra Rull. 20. Superbia nata Capuæ ex Campanorum fastidio videtur. 2. 97. Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, et in sedibus luxuriæ collocati. 1. de Orat. 99. Quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam, sed mehercule istius disputationis insolentia, et earum rerum inscitia.

Syntaxis. *Superbia, fastidium, arrogantia. Insolentia, superbia, contumacia. Concitatum odium in superbiam et arrogantiam. Superbia nata ex fastidio. Id facio non superbia.*

Superbiloquentia, æ, μεγαλαυχία. 4. Tusc. 35. Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animique impotentiam et superbiloquentiam.

Superbio, is, ἀλαζονεύομαι. 4. Acad. 94. Si habes quod liqueat, neque respondes, superbis: si non habes, ne tu quidem perspicis.

Superbus, a, um, *arrogans, insolens, imperiosus, elatus, inflatus, non ferendus, se efferens, spe atque animo inflatus, asper, difficilis, gravis, qui fastidio et contumacia effertur,* ὑπέρογκος, ἀλαζονικός. 7. Fa. 13. Utrum superbiorem te pecunia facit, an quod te imperator consulit? 6. Att. 3. Gravius autem, non contemnere se, et reges odisse superbos. 8. 4. Is superbum se præbuit in fortuna, quam putavit nostram fore.

Supercilium, lii, *pars frontis ima, oculos a fronte, pilis, quasi limite, distinguens. In superciliorum motu existunt animi motus, præsertim arrogantiæ, gravitatis ac severitatis.* ὀφρύς. I. P. 14. Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio. Pro Q. R. 20. Ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam videntur. 1. Off. 146. Superciliorum remissio aut contractio, mœstitia, hilaritas, risus. Postq. in Sen. 14. Hic vos rugis supercilioque decepit. Pro Sest. 19. Tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio respublica, tanquam Atlante cœlum, niti videretur. De Pro. 8. Libidines, quas fronte et supercilio contegis.

Syntaxis. *Libidines fronte et supercilio tectæ. Rugæ et supercilium illius omnes decipiunt. Ad mentum deprimere supercilium. Supercilia abrasa olent malitiam. Superciliorum remissio, et contractio.*

Superficies, ei, *extrema et aperta corporis pars,* ἐπιφάνεια. 4. Att. 1. Superficiem areæ Coss. ex S. C. æstimabunt. *Ibid.* 2. Superficiem ædium Coss. æstimarunt.

Superfluo, is, *redundo, affluo, effluo, abundo,* ὑπερῤῥέω. De Cl. 316. Is redundantes nos et superfluentes juvenili quadam licentia repressit.

Superi, orum, *cælites,* οὐρανίωνες. Top. 90. Superi dii.

Superior, us, *prior tempore,* ἀνώτερος, ὑπέρτερος. 5. Fa. 17. Superioribus temporibus, nullas ad te litteras misi. 2. de Invent. 117. Ex superiore et inferiore scriptura. 16. Att. 20. 10. 6. et 9. 19. Quæ superioribus litteris a te petii. De Fat. 27. Præterea ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerunt instantia. 1. C. 1. Quid proxima, quid superiore nocte egeris. Pro Dom. 99. Utriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quod, &c. posterioris, quod &c. De Ar. 15. Negotium magistratibus est datum anno superiore, ut curarent, &c. 5. Tusc. 15. et 42. Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu. Pro Planc. 49. Comitiis superioribus est Plancus designatus Ædilis. Pro Cor. 28. Multi etiam superiori memoria, &c. 1. C. 14. Cum morte superioris uxoris, novis nuptiis domum vacuam fecisses. Pro Flac. 27. Senatus nihil a superioribus continuorum annorum decretis decessit. Orat. 216. Proximus superior pes. 2. de Div. 136. Cyrus superior. 5. de Finibus 70. Superior Africanus. De Clar. 228. Superior ætas.)(. *inferior ætas.* 3. de Natur. 74. Ver. 5. 115. Superius facinus novo scelere vincere. De Senect. 26. Senes semper agunt aliquid, tale scilicet, quale cujusque studium in superiore vita fuit. Brut. 18. Hoc mihi jam in te placuisse, potes ex superioribus litteris recordari. Hortens. Scelera suscepta in vita superiore.

Loco. 2. de Nat. 141. Omnis odor ad superiora fertur. 2. de Div. 51. Quid? idem nonne poterat Deus hominibus disciplinam

superiore e loco tradere? Ver. 2. 102. Dicere aliquid de loco superiore. 1. Tusc. 117. Atque ita velut e superiori loco concionandum.

Ordine. 3. de Fi. 27. Duorum autem, e quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet.

Dignitate. 1. Off. 90. Philippum regem, rebus gestis et gloria superatum esse a filio: facilitate vero et humanitate video superiorem fuisse. *Ibid.* Quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. In V. Cum magistratum aut aliquem superiorem invitassent. De Ami. 94. Superior loco, fortuna, fama. 2. Fa. 18. Habes enim neminem honoris gradu superiorem. 13. 5. Superior ordine, inferior fortuna. 1. de Orat. 239. Cum hic jurisconsultus fuerit superior discessurus, si, &c. 2. 209. Invident homines et paribus, et inferioribus, et superioribus. Pro Cor. 36. Ille populus in superiori conditione causaque ponitur, qui, &c.

Vi, potentia. Postq. ad Q. 22. Superiorem esse contra improbos.

Superlatio, onis, *exuperatio*, ὑπερβολή. 3. de Orat. 201. Tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque trajectio. 4. ad Her. 45. Superlatio est oratio superans veritatem, alicujus augendi minuendive causa.

Superlatus, a, um, ὑπερβληθείς. Part. 53. Verba superlata.

Supero, as, *vinco, excello, præsto, præpondero, superior sum, superfluo*, ὑπερχειν. Ver. 5. 114. Nam si cum aliis certet, longe omnes multumque superabit. 5. Fa. 8. In quo etiamsi multi mecum contendent, tamen omnes facile superabo. 1. de Orat. 66. Teque in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. Pro Plan. 6. Quærit enim, qua se laude, qua virtute Plancus superarit. 1. de Orat. 150. Si subitam orationem commentatio facile vincit, hanc ipsam profecto diligens scriptura superabit. *Ibid.* 195. Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus et autoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. 1. Fa. 9. Superare aliquem gravitate et constantia. 1. Tusc. 3. Superare aliquem doctrina. 1. Qu. Fr. 1. Epistolas ipsa fama, sua celeritate superat. 4. C. 23. Si vis improborum spem meam fefellerit atque superaverit, &c.

Ascendo, conscendo. 1. Tusc. 43. Quam regionem cum superarit animus, &c.

Supersum. Ver. 3. 195. Cum emisses quanti esset, quod superaret pecuniæ, retulisses. 2. de Orat. 83. In divisione generum et deesse aliquam partem, et superare, mendosum est. 8. Att. 17. Quæ arma superabunt, ea si Brundusium jumentis deportaveritis, vehementer reipublicæ profueritis. 5. de Fin. 42. De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. 13. Att. 44. Quinto delegabo, si quid æri meo alieno superabit, et emptionibus. Parad. 6. Uter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? Orat. 223. Pecunia superabat.

Adverb. *Facile, longe, longe multumque, perfacile.*

Syntaxis. *Longe omnes multumque superare. Subitam orationem commentatio facile superat. Superare aliquem gravitate et constantia. Spem fallere ac superare. Aliquam regionem superare*, id est conscendere. *De eo, quod sibi superat, aliis gratificeris. Mihi deest, tibi superat*, id est superest.

Superpositus, a, um, ὑπερτιθέμενος. Incer. Erythræo oppido superpositum montem Mimanta.

Supersedendum, *abstinendum*, διαλιπεῖν. 1. de In. 28. Verborum multitudine supersedendum est. *Ibid.* 30. Quod cum acciderit, omnino narratione supersedendum est. 2. ad Her. 30. Complexione supersedendum est, si res brevis est.

Supersedendus, a, um, *reticendus*. 2. ad Her. 26. Hæc causa, quod, &c. ideo non visa est supersedenda.

Supersedeo, es, *abstineo, tempero*, ἐπικαθίζομαι. 4. Fa. 2. Ita censeo facias, ut supersedeas hoc labore itineris. 3. ad Her. 17. Commode poterimus principio supersedere.

Supersedetur, *abstinetur*. 8. Fa. 8. Nam si mihi non dedisset eas, &c. potuit supersederi. 1. de Inv. 72. Sunt qui putent, posse complexione supersederi.

Superstes, stitis, *qui mortuo superest, salvus, incolumis*, περιλιμπανόμενος. 1. Q. Fr. 3. Utinam te non solum vitæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem. 6. Fa. 2. Cum superstitem te esse reipubl. ne si liceat quidem, velis. 9. 17. Superstitem alicui vivere. Pro Mur. 26. Utrisque superstitibus istam viam dico. 2. de Nat. 72. Superstites libri.

Syntaxis. *Reipub. superstitem esse. Alicui superstitem vivere. Relinquere aliquem superstitem suæ dignitatis. Libri superstites.*

Superstitio, onis, *nimia religio, vana vel inanis religio*, ἐθελοθρησκεία. 2. de Div. 125. Superstitio imbecilli animi atque anilis est. 1. de Natur. 118. Superstitio in qua inest timor inanis deorum. 2. de In. 165. Superstitio quæ religioni propinqua est. Par. 81. Religionem superstitio imitatur. 2. de Div. 148. Superstitio fusa est per gentes, oppressit omnium fere animos, atque hominum imbecillitatem occupavit. *Ibid.* Nec superstitione tollenda religio tollitur. Pro Cl. 194. Pietate et religione et justis precibus deorum mentes, non contaminata superstitione, nec ad scelus faciendum cæsis hostiis, placare. Ver. 4. 113. Tanta superstitio ex istius facto mentes omnium occupavit, ut, &c. Pro Fl. 67. Huic autem barbaræ superstitioni resistere, severitatis summæ fuit. 1. de Fin. 60. Superstitio *accedit*, qua qui est imbutus, quietus esse nunquam potest. 2. de Di. 129. Sagarum superstitio. 2. de N. 70. Superstitiones pæne aniles. 1. de Di. 7. Anili superstitione obligari. 1. de Leg. 32. Qui canem et felem, ut deos colunt, eadem superstione qua

cætera gentes, conflictantur. Pro Do. 105. Quid tibi necesse fuit anili superstitione?

Adjuncta. *Anilis, barbara, contaminata, maxima, muliebris.*

Syntaxis. *Superstitio religionem imitatur. Superstitio fusa per gentes. Superstitio mentes hominum occupavit. Superstitioni resistere. Imbutus superstitione. Anili superstitione obligari. Superstitione conflictari.*

Superstitiose, *εὐλαβῶς, μετὰ δεισιδαιμονίας*. 3. de Nat. 92. Neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione. 1. de Div. 126.

Superstitiosus, a, um, *superstitione imbutus, δεισιδαίμων*. 2. de Natur. 72. Ita factum est in superstitioso et religioso, alterum vitii nomen, alterum laudis. 2. de Div. 86. Stoici omnia cum superstitiosa sollicitudine et miseria credunt. Pro Dom. 105. Nimium esse superstitiosum non oportet. 1. de Div. 66. Superstitiosæ ariolationes. 2. 81. Imbecilli animi facile superstitiosa ista concipiunt. Pro Dom. 33. Superstitiosa dedicatio.

Supersum, es, *resto, περίειμι*. 3. C. 25. Tantum civium superfuturum putabant, quantum infinitæ cædi restitisset. 3. de Orat. 89. Duæ partes mihi supersunt illustrandæ orationis. 2. 355. Sciunt cui responderint quod supersit. 10. Fa. 33. Omnes qui supersunt de Hircii exercitu. Pro Mar. 22. Nulli de inimicis supersunt. 9. Att. 22. Quod superest, scribe, quæso, quam accuratissime. 2. Off. 4. Tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum et reip. temporis. Frag. ep. Nam neque deesse Reip. volo, neque superesse.

Redundo. 2. de Orat. 108. In definitione neque absit quidquam, neque supersit. 13. 63. Sed vereor, ne jam mihi superesse verba putes, quæ dixeram defutura. Orat. 59. Orator motu sic utetur, ut nihil supersit in gestu. Act. 1. Ver. 13. Quod aut imprudentiam ejus subterfugit, aut satietati superfuit.

Excello. Cicer. in lib. de jure civili in artem redigendo teste Gell. Nec vero scientia juris majoribus suis Quin. Helius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.

Intersum. De Repub. *Gellio teste.* Cum heri dixeris, te nobis etiam superfuturum: verum, siquidem fieri potest, ne desis, omnes te rogamus.

Syntaxis. *Nulli de inimicis supersunt. Quod superest, scribe &c. Neque deesse reip. neque superesse. Neque absit quicquam, neque supersit. Nihil supersit in gestu Oratoris.*

Supervacaneus, a, um, *supervacuus, usum non habens, πλεονάζων, περίεργος*. 3. Fam. 5. Et revera confirmata amicitia, commemoratio officiorum supervacanea est. 16. Att. 2. Cum enim tua causa fecerint omnia, vereor, ne meas litteras supervacaneas arbitrentur. 1. de Nat. 100. Quod supervacaneum sit, aut usum non habens. 2. 121. Ut nihil eorum supervacaneum sit. De Sen. 56. Tum conditiora facit hæc supervacanei operis aucupium atque venatio.

Supervacuus, a, um, *inanis, redundans, κενός*. 1. de Nat. 93. Descriptio omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil supervacuum est.

Superus, a, um, *ὁ ἄνω* .)(. *inferus*. 4. Acad. 123. Nicætus cœlum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet. *Ibid.* 127. Cogitare supera atque cœlestia. 1. Tusc. 74. Ut omnia supera, infera, media videremus. In Arat.

—Supero convertitur orbe.

2. de Na. 140. Homo spectator superarum rerum atque cœlestium. In Ar.

Cum supera sese satiavit luce, recedit. Ibid.
Hic caput et superas potis est demergere partes,
Infera lumborum nunquam convestiet umbra.

2. Acad. Aut nihil superum, aut obscure admodum cernimus.

Supinus, a, um, *ὕπτιος* .)(. *pronus*. 1. de Div. 120. Motus corporis pronus, obliquus, supinus. De Un. 42. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum.

Suppar, aris, *fere par vel æqualis, πάρισος*. De Cl. 29. Huic ætati suppares, Alcibiades, Critias, Theramenes.

Suppeditandus, a, um, *subministrandus*. Ver. 5. 126. Paucorum cupiditati tum sufficere poterant, nunc vero jam ademta est suppeditandi facultas. 2. 7. Et mercibus suppeditandis.

Suppeditatio, onis, *affluentia, subministratio, ἐπιχορηγία*. 1. de Na. 112. Suppeditatio bonorum nullo malorum interventu.

Suppeditatus, a, um, *ἐκπεπορισμένος*. Ver. 5. 134. Dicito rem frumentariam esse suppeditatam. 2. 5.

Suppedito, as, *subministro, sufficio, δαπανάω, πορίζω*. Topic. 67. Hic locus suppeditat oratoribus mirabilem copiam dicendi. 2. de Orat. 215. Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex eisdem suppeditare locis. Pro Arch. 12. Archias suppeditat nobis, ubi animus ex hoc forensi strepitu reficiatur. De Ami. 89. Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam. 5. Fa. 12. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt. 1. ad Her. 1. Vix satis otium studio suppeditare possumus. 3. 34. Hoc modo naturæ suppeditabit doctrina. 14. Att. 22. Quod Ciceroni suppeditas, gratum. 2. Q. Fr. 2. Creditores regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum. 3. 1. Domus suppeditant hortorum amœnitatem, terra fruges fert, et, ut mater, cibos suppeditat. 2. de Fin. 67. Nec non suppeditabit nobis Atticus de thesauris suis, quos, &c. 2. con. Rull. 87. Ut esset urbs, quæ res eas suppeditare posset.

Mutuo. Ibid. 32. Sumtum haurit ex ærario, suppeditat a sociis.

Non desum, sum satis, præstò sum, supersum, suppeto. De Cl. 178. Cui de repub. satis suppeditabat oratio. 5. Tusc. 108. Quocunque loco bona suppeditant, ibi beatæ possumus vivere. 1. Att. 11. Si unquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditarunt illo tempore. 1. Off. 12. Parare ea, quæ suppeditent ad cultum et ad victum et sibi et liberis. De Cla. 124. Miror illum, cum et vita suppeditavisset, et splendor ei non defuisset, consulem non fuisse. *Ibid.* 245. Cui si vita suppeditavisset, &c. *Ibid.* 105. Carbo quod vita suppeditavit, in multis judiciis est cognitus. 3. in A. 15. Cujus pater, si vita suppeditavisset, consul factus esset. 3. de Orat. 112. In hoc campo oratori facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi. Pro M. Scau. Undique mihi suppeditat quod pro M. Scau. dicam.

Suppeditor, aris, *suppedito.* 14. Att. 20. De Petusciano nomine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est.

Subministror. Ibid. 11. Tibi est curæ, ut ei suppeditetur ad usum et cultum copiose. Pro Rab. 31. Præcidere fistulas, quibus aqua suppeditatur alicui loco. 8. Att. 1. Si rem frumentariam tibi ex provinciis suppeditari vis.

Juvor. 2. C. 25. Res quibus nos suppeditamur.

Sum. 7. Fa. 18. An hoc significas, frigere te? ne chartam quidem tibi suppeditari?

Syntaxis. *Hic locus in contrarias partes argumenta suppeditat. Suppeditat poetu, ubi animus reficiatur. Abundantiam et copiam suppeditare. Suppedito tibi de. Suppeditare sumtum a sociis. Suppeditat mihi oratio. Dona suppeditant. Ea quæ suppeditant ad cultum et victum sibi et suis. Si vita suppeditabit. Hic facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi. Ut tibi suppeditetur ad usus et cultum copiose. Aquam suppeditari alicui loco.*

Suppedo, is, ὑποπέρδω. 9. Fa. 22. Suppedit, flagitium est: jam erit nudus in balneo, non reprehendes. *Lambinus*, suppellere *legit.*

Suppeto, is, *sum, supersum, adsum, præsto sum,* καταχορηγέω, ὑπηρετέω. Part. 56. Ex quibus ad augendum permulta suppetunt. Ver. 1. 31. Vereor, ne mihi verba non suppetant. 3. de Orat. 140. Inscitia illius, cui res non suppetit, verba non desunt. 2. Off. 31. Benefica voluntate benevolentia movetur, etiamsi res forte non suppetit. *Ibid.* 30. Sed tamen si cui hæc suppetunt, adjuvant aliquantulum ad cætera. 15. Fa. 13. Mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem. 2. de Fin. 110. Cibi suppetunt nobis multo labore quærentibus. 5. Tusc. 89. Ut ambitioni et quotidianis sumtibus copiæ suppetant. 3. 44. Namque regnum suppetebat mihi, ut scias, &c. Qu. de Pet. 1. Et si tibi omnia suppetunt, quæ consequi ingenio aut usu homines aut diligentia possunt. 2. Tusc. 39. Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris. Pro Arc. 12. An tu existimas suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum? 1. de Fin. 11. Si vita suppetet. 1. Off. 44. Illis ad largiendum suppetunt copiæ.

Syntaxis. *Vereor, ne mihi verba non suppetant. Mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem. Ambitioni et quotidianis sumptibus copiæ suppetunt. Si vita suppetet. Tibi omnia suppetunt.*

Supplanto, as, *pede objecto vel supposito aliquem ad casum impello,* διακλιμακίζω. 3. Off. 42. Supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere non debet.

Supplementum, ti, *quo aliquid suppletur,* πλήρωμα. 3. Fa. 3. Censebant enim omnes fere, ut in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur. Ad Bru. ep. poster. 7. De supplemento autem non video quid fieri possit.

Supplendus, a, um, ἐκπληρωτέος. 3. Qu. Fr. 4. De bibliotheca Græca supplenda, libris commutandis, &c. valde velim ista confici.

Suppletus, a, um, ἀναπληρωθείς. 8. in A. 27. Cum sex legionibus, inquit, iisque suppletis ex D. Bruti exercitu.

Suppleo, es, *præsto, expleo,* ἐκπλήθω. Ver. 4. 9. Non te instruere domum tuam voluerunt in provincia, sed illum usum provinciæ supplere.

Adjungo. 12. in A. 14. Ponite ante oculos M. Antonium consularem, sperantem consulatum, Lucium adjungite: supplete cæteros imperia meditantes. Pro Flacc. 40. Non sinunt: supplet enim ille nescio quis, et privatim dicit se dedisse.

Suppleor, eris. 2. de Orat. 110. Ut referendis præteritis verbis id scriptum, quodcunque defendimus, suppleatur.

Syntaxis. *Bibliotheca mihi supplenda. Suppletæ legiones. Usum provinciæ supplere. Supplere cætera:* id est, addere.

Supplex, icis, *abjectus, jacens, prostratus ad pedes,* ἱκέτης. Pro Dom. 113. Qui pro me patres conscriptos deprecari, et populo supplices esse vetuit. I. P. 80. Cum se Pompeius supplicem pro me profiteretur. 16. Att. 18. Nunquam putavi fore, ut supplex ad te venirem. 4. C. 18. Vobis supplex manus tendit patria communis. Pro Mur. 86. Is vester est supplex, vestram fidem obtestatur, vestram misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur. Pro Cluent. 200. Levate hunc supplicem vestrum. Pro Font. 23. Qui animo demisso atque humili ad opem judicum supplices inferioresque confugiunt. *Ibid.* 38. Tendere manus supplices alicui, vel ad aliquem pro aliquo. 12. Att. 31. Orat multis et supplicibus verbis, ut liceat. Brut. 17. Vivat hercule Cicero, qui potest, supplex et obnoxius. 1. Tusc. 71. Nec judicibus supplex fuit. Pro Planc. 21. Multitudo supplex judicibus. Pro Cæl. 79. Supplex misericordiæ alicujus. 2. in A. 86.

At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abjiciebas, quid petens? ut servires. Pro Lig. 13. Tu nos jacentes ad pedes, supplicum voce prohibebis?

Syntaxis. *Supplicem alicui esse. Pro te me supplicem profiteor. Leva hunc supplicem tuum. Supplicibus orare verbis. Captare misericordiam, supplicem se abjicere ad pedes. Esse supplicem misericordiæ alicujus. Supplicem ad aliquem venire. Patriam supplicem tendere manus civibus,* vel *ad cives. Supplex et obnoxius.*

Supplicatio, onis, *gratulatio diis immortalibus, honor diis immortalibus habitus pro victoria, ἀντιβόλησις, ἀντιβολία.* 14. Phil. 22. 3. C. 15. Supplicatio diis immortalibus, pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, his verbis, quod urbem incendiis, cæde cives, Italiam bello liberassem. *Ibid.* Cæteræ supplicationes bene gesta, hæc una, conservata republica, constituta est. De Pro. 27. Supplicatio quindecim dierum Cæsari decreta. De Prov. 27. Primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio, confecto Mithridatico bello. 3. C. 23. Supplicatio ad omnia pulvinaria decreta eat. Pro Sull. 85. Cui uni togato Senatus supplicationem decrevit. I. P. 6. Mihi Senatus singulari genere supplicationis, deorum immortalium templa patefecit. 15. Fa. 5. Si triumphi prærogativam, puta supplicationem, &c. 7. Att. 1. Supplicatio quasi triumphi prærogativa. 1. in Ant. 13. An censetis me decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? 6. Att. 7. Quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. 7. 1. Cæsar gratulans mihi de supplicatione, triumphat de Catone. 14. in A. 7. Supplicationem decernitis de improbis et audacibus.

Adjuncta. *Consularis, crebra et vehemens, justissima.*

Suppliciter, *demisse, ἱκετικῶς.* 1. de Orat. 90. Homo ita natus, ut et blandiri, et suppliciter se insinuare possit. Ad Brut. 16. Agere gratias cuipiam suppliciter et demisse.

Supplicium, cii, *cruciatus, pœna, κόλασμα.* 3. de Nat. 81. Summo cruciatu supplicioque Varius homo importunissimus periit. Pro S. R. 70. Solon nullum supplicium constituit in eum, qui parentem necasset, &c. *Ibid.* Constituere supplicium alicui maleficio. 13. in A. 21. Solvere supplicium alicui. Pro Pomp. 11. Aliquem vinculis et verberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. 8. Att. 15. Supplicia miserrima et crudelissima perferre. 5. Fa. 10. Meam animadversionem et supplicium, quo usurus eram in eum, remitto tibi, et condono. 2. de Orat. 238. Rapi ad supplicium. 2. de Inv. 84. Sumere supplicium de aliquo. Ver. 2. 91. et 5. 66. Supplicio affici aliquem. 1. de Orat. 202. Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. I. P. 43. Supplicium est pœna peccati. *Ibid.* Nullum est supplicium, quo non affici casu aliquo etiam boni viri fortesque possint. Con. C. Ant. Ad majus supplicium reservatus. Hortens. Simili nos affectos esse supplicio. 3. Off. 100. Neque vero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia proficisci. Pro Sex. R. 70. Majores nostri supplicium in parricidas singulare excogitaverunt. *Ibid.* 69. In impios singulare supplicium invenire. Ad Brut. ep. 12. Nihil affertur, quo minus summa supplicia subeunda nobis sint. 1. Cat. 3. Acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem coercere.

Adjuncta. *Acerbissimum, crudelissimum æternumque, extremum summumque, majus, maturius, acre, insigne, singulare, commune, dignum, divinum, supremum, exquisitum, inusitatum, justum debitumque, leve, maximum, miserrimum et crudelissimum, præsens, summum.*

Syntaxis. *Summo cruciatu supplicioque perire. Supplicium constituere in aliquem, alicui maleficio. Solvere supplicium alicui. Omni supplicio excruciatum necare. Supplicia miserrima et crudelissima perferre. Remittere alicui et condonare supplicium. Rapi ad supplicium. Sumere supplicium de aliquo. Supplicio affici. Scelus supplicio constringere, coercere. Ad supplicium reservatus. Supplicium excogitare, invenire, subire.*

Supplico, as, *deprecor, me ad alicujus pedes supplicem abjicio, manus alicui, vel ad aliquem tendo, ἀντιβολέω, ἱκετεύω.* Postq. ad Quir. 6. Multi pro Qu. Metelli reditu vobis supplicaverunt. 6. Fa. 14. Amicis ejus omnibus pro te libentissime supplicabo. *Ibid.* 13. Quibus ego supplicare non destiti. 2. de Orat. 230. Nemo rempub. imploravit, nemo supplicavit. Pro Font. 25. Cum amici et propinqui supplicent vobis, dubitabitis, &c. Pro Pl. 50. Prosternere se, et fracto animo atque humili supplicare alicui. *Ibid.* 12. Summisse supplicare alicui. Postq. ad Quir. 13. et 3. de Nat. 66. Ut ego illis supplicarem. Brut. 16. Vindici quidem alienæ dominationis, non vicario ecquis supplicat? Pro Font. 31. Præsertim cum tot res sint, quæ vestris animis pro hujus innocentis salute supplicent.

Adverb. *Diligentius, submisse, libentissime, publice.*

Syntaxis. *Supplicare alicui, pro aliquo, pro alicujus salute. Prosternere se, et fracto animo humilique supplicare. Summisse supplicare alicui.*

Supplodo, is, *pede terram percutio, plaudo, ἀποκροτέω, πτερνοκοπέω.* 1. Orat. 230. Quid multa? pedem nemo in illo judicio supplosit.

Supplosio, onis, *ὑποκρότησις.* 3. 44. Vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis imitatus. 3. 218. et 3. ad Her. 27. Pedis dextri rara supplosione. De Clar. 141. Supplosio pedis.

Suppœnitet, bat, *σμικρὸν μεταμέλει.* 7. Att. 14. Et hunc nostrum copiarum suppœnitet.

Suppono, is, *subjicio, subjungo*, ὑποτίθημι. Ver. 5. 71. Tum iste in eorum locum alios substituere et supponere cœpit.

Subdo. 2. de Nat. 124. Anatum ova gallinis sæpe supponimus. 1. de Inv. 12. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, &c. *Ibid.* 8. Nam et tres partes supponimus. 8. Att. 6. Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitii. 2. de Inv. 70. Subjicere et supponere rationem. Parad. 6. Si testamenta amicorumne expectas quidem, at ipse supponis. 1. de Leg. 43. Supponere falsa testamenta.

Obstringo. Pro Deiot. 42. Hieras causam omnem suscipit, et criminibus illis pro rege se supponit reum.

Supponor, eris. Pro S. R. 111. In mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. 2. de Inv. 63. Supponatur ab hæredibus hæc ratio, &c.

Supporto, as, *clam importo*, ὑποφέρω. 12. Fam. 13. Nisi quid navibus Laodicenorum supportarit, cito fame pereat necesse est.

Suppositus, a, um, *subornatus*, ὑποτεθείς, ὑποβληθείς, ὑποταχθείς. Ver. 5. 66. Ut ille suppositus, facile et libenter se illum, qui non erat, esse simularet. Pro Cl. 125. Qui supposita persona falsum testamentum obsignavit. Ver. 5. 74. Alium in suppositi locum supponere. Pro Sest. 78. Gladiatores tu novitios, pro expectata ædilitate suppositos cum sicariis e carcere emissis ante lucem in forum immittas?

Syntaxis. *Substituere et supponere aliquem in alterius locum. Ova gallinis supponere. Partes generi supponere. Subjicere et supponere rationem. Supponere testamenta falsa. Criminibus se reum supponere pro alio. Fides amicorum vicaria supponitur operæ nostræ. Supposita persona falsum testamentum obsignare.*

Suppressio, onis, ἐπίσχεσις, ἀφανισμός. Pro Cluent. 68. Statuit sibi ad easdem prædas suppressionesque judiciales revertendum.

Suppressus, a, um, *humilis, demissus*, καταπιεσθείς. Pro Sull. 30. Suppressa voce dicere de aliquo. Orat. 85. Voce et oratione suppressior.

Occultatus. Pro Cl. 75. Candidati, quorum nummos suppressos esse putant.

Supprimendus, a, um. Ad Brut. ep. poster. 7. Audita res erat, et pervulgata: quare supprimenda non fuit.

Supprimo, is, *sedo*, καταπαύω. 3. Tusc. 75. Hæc igitur sunt officia consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quam plurimum, aut supprimere, nec pati manare longius.

Retineo. Pro Cl. 71. Capit hoc consilium, ut pecuniam judicibus polliceatur, deinde eam supprimat.

Occulto. Ibid. 99. Pecuniam acceptam nomine judicii Safiniani retinuit, atque suppressit. *Ibid.* 68. Quæ cum accepisset a pupillo, suppressit.

Suppudet, bat, σμικρόν τι αἰσχύνεται. 15. Fam. 16. Puto te jam suppudere, cum, &c. 9. 1. Sed quod eorum me suppudebat.

Supra, *super, ultra: loci ratione*, ἐπί, παρά. 2. de N. 95. Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terram. *Ibid.* 116. Mare quod supra terram est. 3. de Orat. 20. Omnia, quæ supra et subter sunt, unum esse. 9. Fam. 26. Supra me Atticus, infra Verius. De Univers. 28. Secundus supra terram ambitus. De Som. Scip. 10. Supra lunam sunt omnia æterna. Ver. 3. 77. De qua muliere versus plurimi supra tribunal scribebantur. 1. de Div. 57. *Ibid.* 32. Cotem illam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus. 1. Q. Fr. 2. Ecce supra caput homo levis, &c. 2. de N. 106.

Draco subter supraque revolvens Sese.

5. Tusc. 49. A sole exoriente supra Mæotis paludes. 2. de N. 135. Paullo supra quam ad linguam stomachus annectitur. Orat. 139. Sæpe supra foret quam fieri possit.

Virtutis. Ad Br. 17. Potentia, quæ supra leges esse velit. 2. de Nat. 34. Ratio recta constansque, quæ supra hominem putanda est, Deoque tribuenda. 2. de Leg. 41. Hæc commemoratio vereor ne supra hominis fortunam esse videatur.

Ordinis. Ver. 3. 77. Supra adjecit Æschrio. 3. de Orat. 206. Illa quæ supra dixi.

Virtutis, ponderis. Top. 39. Hoc est supra, quam illud. 14. Fam. 1. Pisonis amor in omnes tantus est, ut nihil supra possit esse. 13. Att. 19. Dialogos absolvi, nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil possit supra: *id est*, ultra.

Suprascribo, is. Pro Clu. 148. Qui eorum. quorum? videlicet, qui suprascripti sunt. 6. Fam. 10. At illa polliceor, quæ suprascripsi.

Supremus, a, um, *ultimus, extremus*, ὑπέρτατος. Pro Mur. 75. Qu. Maximus P. Africanum supremo ejus die laudavit. 1. Tus. 71. De Senect. 78. Supremo vitæ die. 2. de Leg. 22. Supremo supplicio afficere aliquem. 1. in 34. Ejus diem supremum malim, quam L. Cinnæ dominatum.

Sura, ræ, *est cruris posterior pars, et crus ipsum*, κνήμη. In Arat.

Jam dextrum genus, et decoratam lumine
suram.

5. Tusc. 47. Sura ac pulmonibus sisto. *Lucilii.*

Surculus, li, *planta*, θάλος. 2. de Orat. 278. Da mihi ex ista arbore, quos seram, surculos. 3. 108.

Surdaster, stri, *qui aures hebetiores habet, qui male audit*, ὑπόκωφος. 5. Tusc. 116. Erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quod male audiebat.

Surditas, tis, κώφωσις. *Ibid.* In surditate quidnam est mali?

Surdus, a, um, *qui sensu audiendi caret, auribus captus*, κωφός. 5. Tusc. 116. et 2. de Div. 9. Surdus varietates vocum aut modos

nosceere non potest. Pro Font. 15. Satis erit id, quod dixi, non surdum judicem huic muneri præesse. 5. Tusc. 116. Ergo ii in illorum, et illi in horum sermone surdi. Omnesque itidem nos in his linguis, quas non intelligimus, surdi profecto sumus. *Ibid.* 117. Sic licet surdos ad oculorum *voluptatem traducere.*

Surgo, is, *de lecto exeo*, ἐγείρομαι. 3. Off. 112. Pomponius surrexit e lectulo. 2. de Inv. 15. Ille multo ante lucem surrexit. 16. Att. 13. V. Iduum cum ante lucem de Sinuessano surrexissem, veni, &c.

Quocunque de loco. Ver. 4. 147. Prætor de sella surrexit, atque abiit. Pro S. R. 1. Ego potissimum surrexerim, qui non sum cum iis, qui sedeant, comparandus. 12. in A. 24. Semel cecidi sciens, ut honestissime surgere possem. Pro Cluent. 51. Ego ad respondendum surrexi. 2. de Orat. 316. Surgere ad dicendum.

Adverb. *Auspicato, maturius, serius.*

Surreptus, a, um, ὑφαρπασθείς. 14. in A. 9. Palma surrepta.

Surripio, is, *furor, compilo*, ἀφαρπάζω. De Clar. 76. Tu qui a Nævio vel sumsisti multa, si fateris: vel, si negas, surripuisti. Pro Dom. 66. Qui ex ejus custodia per insidias filium regis captivum surripuerat. 13. Fam. 77. Dionysius a bibliotheca multos libros surripuit. 2. de Invent. 55. Surripere vasa sacra ex privato. 3. Off. 42. In vita sibi quenquam petere quod pertineat ad usum, non iniquum est: alteri surripere jus non est.

Capio, eligo, sumo. 5. Att. 16. Surripere aliquid spatii ad scribendum.

Surripior, eris, *abripior, abstrahor, clam auferor.* Parad. 6. Virtus nec eripi, nec surripi potest.

Adverb. *Occulte, impudenter, clam.*

Surrogo, as, *substituo*, ὑποβάλλω. Brut. 5. Statim enim Pansa collegam sibi surrogasset.

Sursum, ἄνω .)(. *deorsum.* De Un. 41. et 2. de Nat. 84. Elementis sursum deorsum, ultro citroque commeantibus. *Ibid.* 141. Aures, eo quod omnis sonus ad superiora fertur, recte sursum sunt. Orat. 135. Cum gradatim sursum versus reditur. Part. 24. Et idem quasi sursum versus, retroque dicatur.

Sus, suis, *porcus*, ὗς. 2. de Nat. 160. Sus vero quid habet præter escam? cui, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dixit esse Chrysippus: qua pecude nihil genuit natura fecundius. 5. de Fin. 38. Non inscite illud dictum videtur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. *Nonnius legit,* putisceret. 1. de Div. 23. Sus rostro humi A litteram impressit. 2. de Or. 233. Docebo sus (ut aiunt) oratorem illum, &c. 9. Fam. 18. 1. de Div. 31. Chorogr. Ut sues glande pascantur.

Susceptio, onis, ὑποδοχή. 3. de Fin. 32. Sic ea, quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione sunt judicanda. 1. Acad. 23. Laborum dolorumque susceptio, &c.

Susceptus, a, um, *non tacuatus, initus*, ἐνδεχόμενος. Pro Mur. 12. Aliquid aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium. 4. Att. 15. Nunc susceptam objurgationem reprimam. I. P. 58. Pontisius religionibus susceptis impeditur. 2. de Div. 83. Hæc hominum errore suscepta sunt. Post Redit. ad Quir. 1. Ut si meas rationes unquam vestræ saluti anteposuissem, sempiternam pœnam sustinerem mea voluntate susceptam. Pro Pomp. 1. Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. Pro Sull. 28. Bellum cum aliquo susceptum. Pro Qu. 76. Transigere susceptum negotium. Ver. 4. 78. Quo quidem scelere suscepto inanis erat basis. 2. de Orat. 101. Offensio vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis. Pro M. Scaur. Nullo suscepto odio. Hortens. Scelera suscepta in vita superiore. 3. de Nat. Ne susceptas publice religiones disputatio talis extinguat. I. P. 43. Suscepta fraus.

Natus ab ortu, exceptus. Brut. 14. Si remp., cui susceptus es, respicis. 12. At. 30. Atque utinam susceptus non essem. Ver. 5. 122. Qui a parentibus suscepti educatique sunt.

Exceptus, receptus. Pro Milon. 13. Vim inter cives susceptam.

Adverb. *Ante, bene, fortiter, proxime, publice, scelerate.*

Suscipiendus, a, um, *ineundus.* 4. At. 14. Iter Asiaticum puto tibi suscipiendum fuisse. 2. de Leg. Sequitur enim de jure belli, in quo et suscipiendo et gerendo et deponendo jus ut plurimum valet. Div. 59. In contentione suscipiendarum inimicitiarum, ridiculum est putare, &c. 1. Off. 141. In omni actione suscipienda tria sunt tenenda: primum, &c.

Admittendus. 2. de Div. 112. Libri Sibyllæ valent ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones.

Suscipio, is, *sumo, capio, recipio*, ἀναδέχομαι. 3. C. 5. Illi sine mora negotium susceperunt. 8. 24. Obsecro te, suscipe curam et cogitationem dignissimam tuæ virtutis, ut, &c. 9. 8. De his rebus rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. De Ar. 7. Ille inimicitias suscepit propter salutem meam. 1. de Orat. 103. Gorgias, qui magnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur. *Ibid.* 116. Suscipere ac profiteri magnum aliquod onus atque munus. 16. Fam. 12. Ego Varroni diligentissime te commendavi, ut susciperet te totum, ac tueretur. 12. Phil. 5. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quod spe pacis legationem suscepissem. Ad Quir. post red. 1. Sin et ea, quæ ante gesseram, &c. et illam miseram profectionem vestræ salutis gratia suscepissem, &c. Pro Cl. 153. Aliquid culpæ suscipere. 3. Fam. 7. Suscipere benevolentiam. Post Red. in Sen. 3. Suscipere calamitatem. 1. de Fin. 68. et 3. At. 24. Casum propter fidem constantiamque suscipere.

Ibid. 23. Causam alicujus suscipere. 1. Off. 131. Suscipere nimias celeritates. 6. Fam. 22. Suscipere consilium. Pro Mur. 9. Pro Pl. 52. et Ver. 5. 104. Suscipere culpam, vel crimen culpæ. 1. Tusc. 111. 3. 66. Pro Sest. 3. et pro Dom. sua. 98. Suscipere dolorem. 2. de Div. 83. Errorem et superstitionem suscipere. In Vatin. 19. Suscipere gemitum. 2. P. 6. Suscipere impuritates. Brut. 17. Qui valentissimum Antonium suscipere pro rep. non dubitavit inimicum. Pro Planc. 103. Suscipere inimicos. 3. Fam. 10. Suscipere inimicitias alicujus. De Arusp. 7. Inimicitias propter alicujus salutem suscipere. 1. Off. 28. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumtus suscipere nolunt. 7. Phil. 2. Suscipere insignia belli. Ver. 2. 137. Suscipere invidiam, vel offensionem. Cat. 82. Suscipere labores diurnos nocturnosque. 3. Off. 25. Suscipere maximos labores, molestiasque. 1. de Fin. 60. Suscipere multos labores magnosque inflammatum spe potiundi voluptatum. 2. de Nat. 62. Suscepit autem vita hominum, consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum tollerent. Ver. 3. 1. Multum negotii suscipere. Pro Cæcin. 13. Negotia atque controversias alicujus suscipere. Pro Clu. 32. Cæteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse. Pro Mil. 41. Suscipere partem alicujus. Pro Sest. 3. Suscipere partes defensionis. 4. Tusc. 41. Suscipere partes doloris. 7. At. 4. De triumpho hortari, suscipere partes suas. 3. 21. Intelligoque multas partes meæ salutis et suscipere, et posse sustinere. 3. de Orat. 60. Patrocinium voluptatis suscipere. 10. At. Suscipere aliquam personam. 9. 6. Suscipere πολίτευμα de pace. 7. 1. Suscipere πρόβλημα. 5. Fam. 8. Suscipere propugnationem pro re aliqua. Pro Mil. et 3. Phil. Suscipere remp. In Vat. 14. Suscipere sacra. Pro Sest. 49. Suscipere salutem Reip. contra aliquem. Pro Dom. sua. 27. Suscipere simultatem et contentionem. Pro Q. 76. Quod turpissime susceperas, perseverare et transigere non potuisti. De Un. 36. Ut igitur mortali generentur conditione, vos suscipite, ut illa gignatis, &c. Pro Cæl. 37. Redeo nunc ad te, Cæli, vicissim : ac mihi autoritatem patriam severitatemque suscipio. 3. Qu. Fr. 1. Suscipio, ut me putem præstare debere. Pro Sull. 68. Neque enim facinorum tantorum, tamque atrocium crimen, Judices, P. Sullæ persona suscipit. 1. de Fin. 32. Quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur ? *Ibid.* 24. Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria et pro suis suscipit, &c. De Ar. 61. Atque ego hanc orationem tuam tristem non suscepissem, nisi, &c. Pro S. R. 112. Suscipere onus officii, quod te putes posse sustinere, et recipere, mandatum. Pro Planc. 52. Eum tenere cursum, quem a prima ætate susceperis. Ver. 3. 1. Suscipere multum negotii. 1. Off. 83. Qui periculosas rerum actiones suscipiunt. 14. At. 11. Suscipiam omnem istam actionem. 3. Fam. 10. Suscipere officia et partes pro aliquo. Pro Cæcin. 18. Suscipere molestiam pro aliquo. De Ami. 84. Omnia alter pro altero suscipiet. 3. Fam. 8. Ego autem cum hoc suscepissem, &c. 6. At. 1. In quo magnum odium Pompeii suscepistis. Pro Dom. 106. Suscipere religionem. Ver. 5. 179. Tantumne igitur laborem, tantas inimicitias, tot hominum suscepturus es? Brut. 11. 6. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, &c. summo semper studio suscepturum. Pro Clu. 142. Neque mihi quidquam oneris suscepi, quum ista dixi, &c. 3. Off. 6. Suscepisti onus præterea grave, et Athenarum et Cratippi. 15. Fam. 21. Suscepisti partes Consulum. 2. Q. Fr. 2. Suscepisti judiciorum causam. Pro Flac. 13. Res sibi suscepit gloriæ causa. Ver. 5. 151. Verres ille vetus proditor Consulis, translator Quæsturæ, aversor pecuniæ publicæ, tantum sibi autoritatis in Repub. suscepit, ut, &c. 1. de Nat. 11. et 2. Div. 150. Nec vero desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus. 3. C. 5. Illi sine mora negotium susceperunt. Ver. 3. 161. Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ. Act. 1. Ver. 51. Suscipe causam Senatus, ut, &c. 2. Phil. 31. Attende enim paulisper, et cogitationem sobrii ad punctum temporis suscipe. 5. Fam. 14. Vatini suscipe me : *id est, mei defensionem, vel me defendendum.* 14. Att. 3. Suscipe meam deliberationem. 12. 20. Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. 14. 22. Quæris, ut suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem ? Pro Mur. 76. Istud me rogari oportet abs te, an te potius a me, ut pro mea salute laborem periculumque suscipias? 11. Fam. 3. Tu etiam atque etiam vide, quid suscipias, quid sustinere possis. 2. de Leg. Magnum audaxque consilium Græcia suscepit, quod, &c.

Cogito, admitto, committo, patro, concipio. Ver. 5. 11. Suscipere scelus. Pro Cluen. 170. Suscipere magnum facinus in se. De Amic. 102. Animo aut spe majora suscipere. 3. C. 22. Diis immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi. In Parad. Hæreditatis spes quid iniquitatis in serviendo non suscipit? 11. Phil. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quam is, qui alterius facinus subire cogitur.

Patior, subeo. Pro Sest. Suscipere luctum, squalorem, sordes. Pro Leg. Manil. Non modo adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit, sed, &c. 3. Phil. et pro Sull. Maximam turpitudinem suscipere vitæ cupiditate. 5. de Fin. Qui etiam nunc agendi aliquid discendique causa prope contra naturam vigilias suscipere soleamus. Pro Mil.

Suscipere vim. 16. Att. Suscipere vituperationem. Pro Cl. 153. Suscipere aliquid culpæ recusando. 1. de Inv. Quibus rebus tantum odii atque invidiæ suscepit eloquentia tua, &c. 2. in Ant. 6. Cum omnes impuritates pudica in domo susciperes.

Habeo. 5. Fam. 16. Cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt. Pro Cluen. Invito despondit ei filiam suam, illam quam ex genero susceperat. 3. in Ant. 17. Ipse ex libertini filia suscepit liberos.

Amplector. Off. 2. Si cujus virtutem suscipiunt.

Admitto. 2. de Div. 84. Quæ si suscipimus, et sternutamenta nobis erunt observanda. Pro Cluent. Quo tandem Habitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? *id est, admittere.* 1. P. 43. Suscipere fraudem. *Vide*, Susceptus.

Conflo. Off. lib. 1. Suscipere æs alienum amicorum causa.

Adverb. *Acerrime, enixe, palam, proprie, publice, fortissime, frustra, gratis, paullisper, turpissime.*

Suscipior, eris. De Ar. Resp. Eodem enim tempore et suscipimur in lucem, et hoc cœlesti spiritu augemur. 1. in Ant. Ut frustra omnis suscipiatur labor. Pro Font. Magna mehercule causa, Judices, absolutionis cum cæteris causis hæc est, ne qua insignis huic imperio macula atque ignominta suscipiatur. 1. de Fin. Dolores suscipiantur majorum dolorum effugiendorum gratia. 3. Tusc. Si vero non futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam. 1. Off. 141. Nec major cura et opera suscipiatur, quam causa postulet. Pro Mur. 9. Si nulla inertiæ, nulla inhumanitatis culpa suscipitur, ego vero libenter desino. 9. Att. 4. Bellum crudele ab aliquo suscipi. De Arusp. 57. In lucem suscipi: *id est nasci.*

Syntaxis. *Suscepta sua voluntate pœna. Vita ab ineunte ætate suscepta. Susceptum in Asia flagitium. Susceptus et educatus Deo. Suscepta vis inter cives. Suscipere religionem, curam, negotium, cogitationem, quiddam magnum, ac profiteri, onus et munus, amicum, aliquem totum, ac tueri: profectionem, benevolentiam, calamitatem, casum, causam, consilium, celeritatem, culpam, crimen, vituperationem, dolorem, errorem, superstitionem. Facinus in se suscipere. Invidiam et offensionem suscipere. Ita consuetudo suscepit, ut Parricidia suscipere, partes, patrocinium, personam alicujus, salutem alicujus. Perseverare susceptum et transigere. Suscipere sibi autoritatem patriam, vitæ cursum honestum. Omnia pro te suscipiam. Suscipere scelus. Magno animo et spe, mentem, voluntatem optimam, luctum, sordes, pœnam se indignam, liberos, æs alienum, exilium virtute magna suscipere.*

Suscito, as, *invenio, excito, incito, exsuscito,* ἀνίστημι. Pro Qu. R. Te ab tuis subselliis contra te testem suscitabo. 11. Fa. 3. Suscitare bellum civile.

Suscitor, aris. 2. de Orat. 259. Jubebis igitur, inquit, te suscitari.

Suspectus, a, um, *suspicionem præbens, in quo subest suspicio alicujus rei, sollicitus,* ὕποπτος. De Am. 52. In vita tyrannorum omnia semper suspecta atque sollicita. 1. C. 17. Si me meis civibus tam graviter suspectum atque infensum viderem. 3. Tusc. 1. Medicina animi multis suspecta atque invisa. 2. Fam. 1. Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo. Pro Quin. 14. Cum sæpe suspectus Quintio Nævius fuisset. 3. Off. 94. Cum filius patri suspectus esset de noverca.

Suspendium, dii, αἰώρησις. Ver. 3. 129. Ut homines injuriæ remedium morte ac suspendio quærerent.

Suspendo, is, *cervices frango,* ἀείρω, *παρακρεμάω. Ibid.* 57. Hominem corripi ac suspendi jussit in oleastro. *Ibid.* 129. Dioclem hominem locupletem suspendisse se constat. 2. de Orat. 278. Suspendere se de ficu. Pro Rab. 13. Caput obnubito, arbori infelici suspendito.

In alium ædifico. Hortens. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces.

Suspendor, eris. Topic. 22. Opus quod ita ædificatum est, ut suspendi non possit: *id est fornix.*

Suspensus, a, um, *anceps, dubius, incertus, sollicitus,* κρεμάμενος. Pro Dom. 96. Tota civitas suspensa atque sollicita est. 2. Att. 18. Suspenso animo sollicitoque sum. 1. cont. Rull. 23. Civitas sollicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. 2. 55. Suspensus et incertus obscura spe, et cœca expectatione pendeo. Pro Cluent. 54. Suspensus incertusque vultus. *Ibid.* 8. Ne diutius suspensa oratione mea expectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen, &c. De Clar. 200. Judices oratione suspensos teneri. 10. Att. 1. Tu tuum consilium etsi non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detines. Ver. 5. 14. Cum servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum fugitivorum videret. 1. de Orat. 239. Suspenso et occupato animo Crassum tibi respondisse video. 3. Fam. 10. Suspensus expectatione rerum. 163. Suspenso animo expecto, &c. 11. 8. Omnia sunt suspensa propter expectationem legatorum. 10. 8. Tenere aliquem suspensum de aliqua re. 5. 13. Vivendi suspensas habere rationes. 3. Att. 8. Maneo Thessalonicæ suspensus, &c. 7. in A. 1. Animus aberrat a sententia, suspensus curis majoribus.

Pendens, eversus. 2. Tusc. 67. Equi Pelopis, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur.

Sublatus. 2. cont. Rull. 95. Roma cœnaculis sublata atque suspensa.

Adverb. *Diutius, graviter, valde.*

Syntaxis. *Animo esse suspenso et sollicito. Metu suspensus. Suspensus et incertus obscura spe. Suspensus incertusque vultus. Judicum ex-*

pectationem tenere orationis suspensum. Detinère aliquem suspensum. Omnia suspensa propter expectationem legatorum. Vivendi suspensus habeo rationes. Curis suspensus animus. Tenere aliquem suspensum de re aliqua. Suspenso animo expectare. Suspenso et occupato animo scribere. Roma cœnaculis sublata atque suspensa.

Suspiciendus, a, um, *venerandus*, ἀναβλεπτέος. 2. de Div. 148. Æternam naturam esse suspiciendam, admirandamque hominum generi.

Aspiciendus. 2. de Nat. 107. Ejus cum totius est præclara species, in primis suspicienda est capitis figura.

Suspiciens, tis. 5. Tuscu. 71. Hæc ille intuens atque suspiciens, vel potius omnes partes orasque circumspiciens, considerat, &c.

Suspicio, is, *aspicio*, ἀναβλέπω. 2. de Nat. 4. Cum cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus. *Ibid.* 48. Epicurus cœlum non suspexit. 2. de Div. 72. Ille autem nec suspicit, nec circumspicit. 4. Acad. 81. Pisces, qui neque videntur a nobis, et nunc quidem sub oculis sunt, neque ipsi nos suspicere possunt. De Ar. 19. et de Somn. 1. Suspicere in cœlum.

Veneror, miror. 2. Off. 36. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus. Orat. 97. Eloquentia, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam assequi se posse diffiderent. 10. Fam. 9. Sic honores præmiaque vestra suspicio, ut, &c.

Syntaxis. *Nec suspicere, nec circumspicere. Suspicere cœlum, et in cœlum. Suspicere aliquem, maximisque efferre laudibus. Honores et præmia alicujus civitatis suspicere.*

Suspicio, onis, *conjectura, scrupulus, metus, incerto opinio*, ὑπόληψις. 8. Att. 15. Cum ad te litteras misissem, suspicionem nullam habebam, et reipublicæ causa mare transiturum. 16. 4. Hæc navigatio habet quasdam suspiciones periculi. 2. de Orat. 278. Salsa sunt etiam, quæ habent suspicionem ridiculi absconditam. *Ibid.* Quæ suspicionem et crimen efficiunt. 13. Fam. 24. Deponere suspicionem, quam de aliquo habeas. 3. 12. Ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem. De Ar. 37. Multi sunt, in quos hujus maleficii suspicio cadat. 13. Att. 10. In quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. 2. de Orat. 333. Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio. 7. Att. 8. Suspicionem mihi tua taciturnitas attulerat. 4. ad Her. 38. Occulte facere suspicionem. Pro Cæl. 9. Dare suspicioni locum. Ver. 4. 30. et 1. in A. 15. In suspicionem alicui venire. In Vat. 2. Etiamsi falso venisses in suspicionem. Pro Cæl. 23. Qui non modo a facto, sed etiam a conscientiæ suspicione abest. *Ibid.* 53. Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. 1. contra Rull. 23. Civitas sollicita suspicione, suspensa metu. Brut. 6. Audivimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ. Pro Flac. Decianus qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. *Ibid.* Nunc facis suspicionem. Pro Clu. 180. Omnis suspicio in eos servos commovebatur. 2. Fam. 16. Movere suspicionem alicui. Ver. 5. 10. Leonidæ cujusdam familia in suspicionem est vocata conjurationis. Pro Clu. 127. Non omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi. *Ibid.* 182. Novi quidam homines in suspicionem vocati sunt. *Ibid.* 106. Cum tam atrocis rei suspicio esset injecta. 2. contra Rull. 79. Tenuissima suspicione hostium injecto. Pro Clu. 174. Ea res satis firmam veneni suspicionem non habet. 2. in Ant. 114. Incidere in suspicionem regni appetendi. 1. Qu. Fr. 1. 11. Qui tibi nunquam in suspicionem avaritiæ venerit. Ver. 5. 64. Judex bonus esse nemo potest, qui suspicione certa non movetur. Pro Cl. 73. Canutius, qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensit. Pro Quint. 66. et pro S. R. 28. In qua re nulla subest suspicio. Pro Planc. 6. Sed etiam largitionis recipiendæ suspicio. 2. de Orat. 156. Opinionem istorum studiorum, et suspicionem artificii apud judices oratori adversariam esse arbitror. Pro Planc. 53. Quanquam ne id quidem suspicionem factionis habuerit. 2. de Orat. 122. Dicam enim non reverens assentandi suspicionem. 8. Att. 16. Fugere suspicionem perfidiæ. 1. cont. Rull. 17. Hæc a me suspicionibus et conjectura coarguuntur. De Clu. 43. Suspicio est, illum veneno sibi conscivisse mortem. 1. Qu. Fr. 1. 22. In quibus non potest residere inertiæ ulla suspicio. 1. in A. 33. Atque utinam ut culpam, sic suspicionem vitare potuisses. 11. *Ibid.* 21. At suspicioni crimen, aut invidiæ materiam dedisse videbimur. *Ibid.* 14. In eandam suspicionem cadere collega tuus non potest. Ver. 3. 136. Qui illam suspicionem levare, atque ab se removere cuperet. *Ibid.* 140. Ab sese omnem suspicionem propulsare. Pro C. Corn. 1. In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas. Pro M. Scau. Cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiæ tollat aut cupiditatis.

Opino, cogitatio. 1. de Nat. 62. Esse gentes immanitate sic efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. 3. 64. Hoc non modo comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possunt attingere. 8. Att. 15. Suspicione assequi aliquid non posse.

Adjuncta. *Abscondita, adversaria, atrocissima, cæca, certa, domestica, falsa, ficta, satis firma, nimia, pertenuis, repentina, tenuis, tenuissima, turpis, indigna, magna, subita, turpissima, odiosa, minima, propria, ridicula, et abscondita, sollicita, vacua atque pura.*

Syntaxis. *Suspicionem habere magnam. Navigatio suspicionem habet. Salsa habent ridiculi suspicionem absconditam. Id efficit suspicionem. Suspicionem afferre, dare, facere, deponere. In te non cadit suspicio crudelitatis. Dare locum suspicioni. Ille venit bonis in suspicionem. A conscientiæ suspicione abesse. Magna in te unum suspicio commovetur. Poni in*

suspicione. Vocari in suspicionem. Suspicionem injicere. In suspicionem regni incidere, cadere. Suspicione certa moveri. Suspicionem dimovere, expurgare, tollere, levare, fugere, ab sese propulsare, removere, vitare. Odorem suspicionis sentire. Opinio et suspicio artificii apud sapientes judices adversaria est oratori. Suspicionibus et conjectura coarguere. Suspicione assequi, attingere. Apud aliquas gentes nulla suspicio Deorum est. Nulla in me residet inertiæ suspicio.

Suspiciose, *credibiliter, criminose, ὑπόπτως.* Pro S. R. 55. Criminose et suspiciose dicere et arguere. Pro Deiot. 16. Suspiciosius dicere. De Clar. 131. Qui suspiciosius aut criminosius diceret, audivi neminem.

Suspiciosus, a, um, *suspicionem præbens et suscipiens, ὑφορώμενος.* Ver. 5. 73. Te conscientia timidum suspiciosumque faciebat. 1. Qu. Fr. 1. 11. Esse nimis durum et suspiciosum in suos. 1. Fam. 7. Etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano. Pro S. R. 18. Quod adhuc est suspiciosum, res ipsa perspicuum faciet. *id est dubium et obscurum.* Part. 114. Suspiciosum crimen. 2. ad Her. 11. Rem perspicuam, non suspiciosam videri oportere. Pro Flac. 68. Suspiciosa et maledica civitas. *Ibid.* 7. Suspiciosissima civitas. Pro Clu. 174. Ea res satis firmam veneni suspicionem non habet. Si esset suspiciosum, tamen ad alios potius quam ad Avitum pertineret. De Am. 67. Esse suspiciosum, et semper aliquid existimantem ab amico esse violatum.

Syntaxis. *Conscientia facit timidum et suspiciosum. Durus et suspiciosus in suos. Tempora suspiciosa. Id suspiciosum est. Hoc suspicionem habet.*

Suspicandum. De Clar. 56. Tantummodo conjectura ducor ad suspicandum.

Suspicans, tis. *Ibid.* 294. Iis tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicantem, quale esset copiose et ornate dicere.

Suspicor, aris, *suspicione assequor, suspicione attingo, suspicionem habeo, οἴομαι, οἶμαι, ὑπολαμβάνω.* 7. Att. 12. Scribe non modo si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicabere. 12. 41. Suspicabar, vel potius intelligebam, nihil esse, &c. De Cl. 55. Ex monumentis suspicari de aliquo. Pro Syll. 48. Defendit eum, de quo nihil est suspicatus. 1. de Orat. 78. Nos in amicorum negotiis res ipsa ante confecit, quam possemus aliquid de tantis rebus suspicari. Pro Clu. 27. Suspicari aliquid mali. 8. Att. 5. Autoritate tua permotus, ut suspicer. Ad Br. 15. Suspicor illud tibi non probari, quod, &c. *Ibid.* 13. Quod velim temere de illo suspicati sunt homines. 15. Att. 21. Nihil eram suspicatus de tabulis. Pro S. R. 117. Qui de ejus scelere suspicari nihil potuerunt. Pro Mil. 64. Cives de rep. optime meriti, in quibus homines non modo res præclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.

Cogito, reputo. 1. de Nat. 28. Deus, in quo neque figuram divinam, neque sensum quisquam suspicari potest. *Ibid.* 29. Nec Protagoras quidquam videtur de natura deorum suspicari. 1. Fam. 9. 5. 2. et 3. de Fin. 14. Certi homines, quos jam suspicari debes. Orat. 133. Verum hæc vis, quam quærimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exempla non habemus. 3. de Orat. 15. Ut majus quiddam de L. Crasso, quam quantum a nobis exprimetur, suspicetur.

Spero. 1. Fam. 6. Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas.

Adjuncta. *Difficillime, injuriose, temere, levissime, obscurius, plane, sceleste, valde.*

Suspirium, rii, *gemitus, etiamsi sit aliquid discriminis, utrumque tàmen doloris est indicium, μυχθισμός.* 1. Att. 15. Quem nemo aspicere sine suspirio posset. 4. Tus. 72. Sine cura, sine suspirio.

Suspiro, as, *ἀναμυχθίζω, στενάζω.* 1. Att. 15. Neminem habeo quocum aut jocari libere, aut suspirare familiariter possim. 1. de Div. 42.

Susque, deque: *id est, non laboro, non sum sollicitus, ἀδιαφόρως ἔχειν.* 14. Att. 6. Nam de Octavio susque deque.

Sustentandus, a, um. 4. C. 6. Id malum opprimi sustentando et prolatando nullo pacto potest: quacunque ratione placet, celeriter vobis judicandum est.

Sustentatio, onis, *dilatio, ἀνοχή.* 2. de Inv. 146. Deinde utrum statim fieri necesse sit, utrum habeat aliquam moram, et sustentationem.

Sustentatus, a, um, *ἀνοχημένος.* Pro Mur. 3. Is cui resp. a me uno traditur sustinenda, magnis meis laboribus sustentata. 1. de Orat. 239. Cum is jurisconsultus fuerit superior discessurus, qui esset non juris civilis scientia, sed eloquentia sustentatus.

Sustento, as, *sustineo, nitor, ἀνέχω.* De Pro. 12. Qui se etiam nunc subsidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate sustentant. Postquam in Sen. 10. Qui egestatem domestico latrocinio sustentavit. Pro Cæl. 38. Egestatem alicujus suis sumptibus sustentare. 4. Fam. 13. Quorum opibus casus meos sustentabam. Pro R. P. 4. Fide sustentare amicos. 6. Fam. 4. Tu velim te tua virtute sustentes. 7. 1. Sustentare ac tueri imbecillitatem valetudinis. Pro Fl. 3. Spes, quæ hominum mentes cogitationesque sustentat. 9. Att. 11. Te adhuc tuæ litteræ sustentarunt. Pro Mil. 101. Nunc me una consolatio sustentat, &c. 3. Att. 6. Me vix misere sustento, &c. Pro Fl. 12. Noster autem testis ut se ipse sustentat, ut omnia verba moderatur. 6. Fam. 1. Sustentare se conscientia optimorum consiliorum. I. P. 89. Cum sustentare vix possis mœrorem tuum doloremque decessionis. 16. Fa. 21. Ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.

Adverb. *Maxime, privatim, vix misereque.*

Sustentor, aris, *confirmor.* 2. Qu. Fr. 7.

Ædificationem Arcani ad tuum adventum sustentari placebat. 1. Tuscul. 56. Per animum ipsum tam natura putarem hominis vitam sustentari quam vitis, quam arboris. *Ibid.* 43. In quo animus nulla re egens, aletur et sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur. 2. de D. 139. Animi vigilantium sustentantur membris, et corpore, et sensibus. 10. Att. 4. Præclara conscientia sustentor. 2. Qu. Fr. 3. Cato a Crasso sustentatur. 3. 5. Angor, mi frater, nostrum hoc tempus ætatis aut forensi labore jactari, aut domesticis litteris sustentari. 2. Off. 86. Valetudo sustentatur notitia sui corporis. 4. Att. 9. Litteris sustentor et recreor.

Syntaxis. *Suos casus opibus alienis sustentare. Sustentare ac tueri valetudinis imbecillitatem. Spes mentem cogitationemque sustentat. Conscientia præclara sustentari. Sustentari, et recreari litteris.*

Sustinendus, a, um, *καρτερητέος*. 1. Qu. Fr. 1. 2. Animus in maximis rebus gerendis et sustinendis exercitatus. 12. Att. 50.

Sustineo, es, *sustento, tueor, corruere non sino, fulcio, labentem excipio, contineo, ἀνέχω, ἀνέχομαι*. Postq. in Sen. 9. Quorum mentes angustæ et humiles, magnitudinem tanti imperii sustinere non possunt. Pro Do. 5. Hi tales viri, qui non solum consiliis suis, sed specie ipsa dignitatem reip. sustinent. *Ibid.* 142. Remp. in hac causa vestris cervicibus sustinetis. Pro Cæl. 45. Fieri non potest, ut quisquam tantum onus non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. De Am. 75. Tantum cuique tribuendum est, quantum quisque potest sustinere. *Ibid.* Deferre aliquid ad alterum, quod ille non possit sustinere. 10. Fa. 4. Interim maximam hic sollicitudinem curamque sustineo. 6. 6. Quia non putat se sustinere causas posse multorum. Ver. 3. 53. Cujus mortis causam fugitivi sustinent. 7. Att. 3. Sustinere culpam alicujus rei. 11. 25. Corpore vix sustineo gravitatem cœli hujus. 8. 19. Pro Quint. 62. Alicujus quotidianum convicium sustinere. 2. de Orat. 102. Tres personas unus sustineo summa animi æquitate, meam, adversarii, judicis. De. Clar. 113. Rutilius magnum munus de jure respondendi sustinebat. Pro S. R. 112. Suscipere aliquod onus, quod sustinere non possis. Ver. 3. 199. Fungi ac sustinere aliquid muneris in rep. 2. Fa. 11. Sustinere onera in rep. 11. Att. 11. Nihil est mali, quod non et sustineam et expectem. De Clar, 6. Sustinere aliquem dolorem præter cæteros. Pro Flac. 34. Est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen sua autoritate sustineat. 5. Tus. 16. Ferre et sustinere servitutem. Pro Dom. 101. Eandem pœnam ego subibo et sustinebo. Postquam ad Quir. 1. Sempiternam pœnam sustinerem, &c. 1. C. 23. Vix molem istius injuriæ sustineo. 5. Fa. 5. Quæ, &c. omnibus meis viribus sustinebo. 3. Att. 9. Sustinebimus nos, et spe, qua jubes, nitemur. Ver. 3. 207. Sustinere jam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lacrymas, querimonias non potest. I. P. 4. Ego interpositam Senatus autoritatem sustinui contra invidiam atque defendi. Ver. 1. 78. Tantæ ne tuæ, Verres, libidines erunt, ut eas capere ac sustinere non provinciæ populi Rom. non nationes exteræ possint? 2. contra Rull. 86. Qui tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam, statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere.

Duro, perfero, resisto, tolero. 12. Fam. 6. Brutus enim Mutinæ vix jam sustinebat. Ver. 1. 10. Judices sustinebunt, Verrem tantæ populi Romani voluntati restitisse? 2. Fa. 1. Sustinere expectationem sui concitatam. *Ibid.* 6. Sustinere beneficia in se collata. *Ibid.* Sustinere officium. 4. Acad. 48. Sustinere se ab omni assensu. 4. Tusc. 40. Sustinere se. 9. Fam. 8. Meque sustinebam, ne, &c. 4. Acad. 94. Sustinere equos. 13. Att. 21. Sustinere currum. 4. Acad. 164. Cum se a respondendo, ut approbet quid, aut improbet, sustineat. Acad. Sustinere assensionem. 7. in A. 17. O dii! quis hujus potentiam poterit sustinere? De Senect. 4. Onus Ætna gravius sustineo. *Ibid.* 33. Cum humeris bovem sustineret vivum. 1. Att. 14. Laborem propter ambitionem sustinere. 10. 2. Protinus sustinui me in Arcano fratris. 14. 20. Puto fore, ut me præsentem non sustineat. 3. Off. 6. Sustines enim magnam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. De Senect. 34. Sustinere munera. De Ami. 64. Est igitur prudentis, sustinere ut cursum, sic impetum benevolentiæ. Pro Deiot. 36. Ille enim furoris mulctam sustinuerat, hic erroris. 11. Fam. 14. et pro Mil. 29. Totum hoc negotium ipse guberno, et meis humeris sustineo. Pro Rab. Posth. 43. Labentem excepit, corruere non sivit, fulsit, sustinuit, re, fortuna, fide: hodieque sustinet.

Sustineor, eris. 13. Att. 21. Sed arbitrabar, sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Ver. 3. 11. Hac provincia alimur et sustinemur. Orat. 128. Quod cum rapide fertur, sustineri nullo modo potest. 3. de Natur. 84. Pateræ coronæque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur. 4. C. 17. Omnis opera equestris artificum frequentia sustinetur, alitur otio.

Occultor, contegor. 1. Fam. 9. Fronte ac vultu, quibus simulatio facillime sustinetur.

Adverb. *Arroganter, facillime, diutius, ægre, plane, facile, firme, vix.*

Syntaxis. *Dignitatem reip. sustinere. Remp. cervicibus suis sustinere. Sollicitudinem curamque sustinere, culpam alicujus rei, onus, causam, gravitatem cœli, convicium. Sustinere personam, munus respondendi de jure, plurimum mali, molem alicujus injuriæ. Fungi et sustinere aliquid muneris in rep. Civitatis nomen sua autoritate sustinere. Ferre et sustinere ser-*

virtutem. Pœnam subire et sustinere. Sustinere se, et spe niti. Sustinere Senatus auctoritatem, imperii gravitatem ac nomen. Sustinere arma, bellum, luctum, lacrymas, querimonias. Sustinere remos, equos, currum. Sustinere simulationem fronte ac vultu. Sustinere expectationem sui, beneficia in se collata, officium. Sustinere se ab omni assensu, a respondendo. Sustinere assensionem. Sustinere solutionem alicujus nominis, id est differre. *Negotium suis humeris sustinere, et gubernare.*

Sustuli, sti, *extuli*. 6. Att. 2. Salaminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt. 3. de Nat. 76. Sol in currum Phaethontem filium sustulit. 4. Tus. 49. Fortitudo Herculem in cœlum sustulit. Ver. 1. 7. Verres cives Romanos in crucem sustulit. Pro Deiot. 28. Cum eum plures in equum sustulissent, vix hærere in eo senex poterat. 7. Fam. 5. Sustulimus manus ego et Balbus. 16. 10. Oculos paullulum sustulerunt. 2. Att. 24. Hortensius laudes nostras in astra sustulit. Hortens. Eloquentiam in cœlum sustulisses.

Emitto. 2. Q. Fr. 1. Clamorem satis magnum sustulerunt. 1. de Div. 79. Quo aspectu exterrita nutrix clamorem sustulit.

Rapio, amoveo, detraho, aufero, tollo, perdo. 2. Att. 24. Cæpionem de oratione sua sustulit, quem antea nominarat. 1. Fa. 9. Exemplum præclarissimum vindicandæ seditionis de rep. sustulerunt. 4. Ac. 62. Sublata assensione, omnem motum animorum sustulerunt. 1. de Div. 5. Xenophanes divinationem funditus sustulit. 1. in A. 4. Dictaturam funditus de rep. sustulit. 1. de Div. 8. Pro S. R. 71. Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse? 3. de Nat. 81. Varius Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. 1. Off. 35. Majores nostri Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt. 15. Att. 12. Eam rem Servilia sublaturam ex S. C. se esse dicebat. 1. de Leg. 3. Orithiam Aquilo sustulit. 3. de Orat. 175. Cum verba jacentia sustulimus e medio.

Excipio. 2. Qu. Fr. 9. Sustulissem. *id est, hospitio accepissem.*

Suscipio. Pro S. R. 10. Plus oneris sustuli, quam ferre possum.

Gigno, suscipio. 13. in A. 23. Qui ex eadem sustulerit liberos.

Susurratio, onis, *susurrus*, ψιθυρισμός. 8. Fam. 1. De Cæsare crebri et non belli rumores, sed susurrationes veniunt.

Susurrus, ri, ψόφος. 5. Tusc. 103. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est, insusurrantisque alteri.

Sutor, oris, *qui calceos suit vel facit*, ῥάπτης. Pro Flac. 17. Sutores et zonarii.

Sutorius, a, um. 9. Fa. 21. Sutorium atramentum. 6. Att. 1.

Sutus, a, um, ῥαφείς. 2. de Nat. 150. Tegumenta corporum vel texta vel suta.

Suus, a, um, σφέτερος. 10. in A. 13. Animus Hortensii dignus et ipso, et majoribus suis. Pro Mil. 17. Quasi Appius ille cœcus viam munierit, ubi impune sui posteri latrocinarentur. Pro Sest. 142. Hunc sui cives e civitate ejecerunt. 2. de Div. 78. Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem, quam possessionem suam. 2. de Leg. 25. Suos deos aut novos coli, confusionem habet religionum. Pro Quint. 29. Alphenus utebatur populo sane suo. 2. cont. Rull. 2. Petere consulatum anno suo. 3. de Orat. 107. Placeatne a Carthaginensibus captivos nostros, redditis suis, recuperari. De Cla. 4. Hortensius e vita cessit, suo magis quam civium suorum tempore. 9. Att. 14. Tamen illum ulciscentur mores sui. 4. de Fin. 10. Is poterit semper esse in disputando suus. 2. de Orat. 345. Sua cuique virtuti laus propria debetur. 14. Att. 22. Suos quisque debet tueri. De Opt. 1. Poematis tragici, comici, et reliquorum, suum quodvis est diversum a reliquis. 2. de Orat. 66. Qui profitetur esse suum, facere aliquid. 4. Fa. 3. Multa addunt atque afferunt de suo. *Ibid*. Abesse a suis. 13. Att. 2. Ariarates pedem ubi ponat in suo, non habet. 3. de Orat. 10. Crassus suapte interfectus manu. 3. de Nat. 59. Minerva patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. 2. de Orat. 47. Quasi nihil possit dici sine præceptis suis. *id est, ejus*. 2. de Inv. 52. Hunc pater suus deduxit, &c. *id est, pater ejus*. 15. Att. 25. Ut spectem ludos suos. *id est, illius*. Pro Quin. 87. Defensus a necessario suo. *id est, illius*. 9. Fa. 6. Cum ille scripsisset, &c. scripserunt ad eum sui, ne id faceret. De Ami. 11. Factus est Cos. bis, primum ante tempus, iterum sibi, suo tempore, reip. pæne sero.

SY

Sybota, *insula*. 5. Att. 9.

Sydus. *Lege*, Sidus.

Sylla, læ, *Sulla*. Att. lib. 7. ep. 7. Pro Qu. 76. Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla dictatore vendente. Pro Sex. Ros. 21. Sylla felix. Pro Cæc. 9. Arietinis adempta civitas, *a Sylla*. 3. de Legib. 22. Quamobrem in ista quidem re vehementer Syllam probo, qui Trib. pleb. sua lege injuriæ faciendæ potestatem ademerit, auxilium ferendi reliquerit. 1. de Div. 73. Cum quidam C. Posthumius haruspex oraret illum (*Syllam*) ut in expeditionem exercitum educeret: id cum Sylla fecisset, tum ante oppidum Nolam florentissima Samnitum castra cepit. 2. Phil. 27. Sylla cum Scipione inter Cales et Teanum, cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de autoritate Senatus, de suffragiis populi, et de jure civitatis legis inter se conditiones contulerunt. 1. de Div. 73. Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, ab infima ara subito anguis emersit. Ad Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 26. Græci nomen publicani aspernari non possunt, qui

ADJUNCTA. *Cerata, grata, index, tacita, judicialis, vindex.*

Tabellarius, a, um, *tabellaria lex, de suffragiis libere ferendis, non voce et aperte, sed tabella,* πινακικός. De Clar. 106. Lex tabellaria a Gabinio primum, deinde a L. Cassio lata. De Ami. 41.

Tabellarius, rii, *nuncius, qui litteras fert,* διακομιστὴς, γραμματεύς. 12. Fa. 12. Scripsi ad te, tabellarios complures Romam misi. De Prov. 15. Alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est, &c. 2. in A. 77. Janitor, quis tu? a Marco tabellarius. 8. 22. Sed si dedita opera, cum causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem, facerem inepte. 9. Fam. 15. Duabus tuis epistolis respondebo: uni, quam triduo ante acceperam a Leto: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. 15. 18. Tabellarius flagitat, *scil. litteras.* 11. Att. 25. Tabellarius diligenter fasciculum reddidit. 3. Qu. Fr. 9. Tabellarius locuples. 1. Att. 10. Tabellarium fidelem non invenio. 11. 2. Tabellarium tardius ad te remisi. 15. Fa. 17. Tabellarii præposteri. 12. Att. 38. Tabellarii quotidie respondebant tempori. 12. Fam. 12. Non dubito, quin Dolabella, &c. tabellarios meos deprehenderit, litterasque interceperit. 14. 22. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus. Ad Br. 14. Statim extrusi tabellarios, &c. 14. Fam. 18. Tabellarios instituere. 10. 31. Tabellarios scrutari, et excutere.

ADJUNCTA. *Alienus, certus, domesticus, fidelis, ignotus, locuples, præposterus.*

SYNTAXIS. *Tabellarium mittere, remittere. A Marco tabellarius. Invenire fidelem tabellarium. Tabellarius flagitat, fasciculum diligenter reddit, respondet tempori. Tabellarium deprehendere, litterasque intercipere. Tabellarios expectare, instituere, scrutari et excutere, statim extrudere.*

Taberna, næ, *caupona,* καπηλεῖον, ἐργαστήριον. 2. de Invent. 14. Cum ambo in quandam tabernam divertissent, simul cœnare voluerunt. 14. Att. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Pro Dom. 54. Cum edictis tuis tabernas claudi jubebas. 4. Acad. 144. Occludi tabernas jubes. Pro Clu. 178. Tabernam illi instructam et ornatam Larini medicinæ exercendæ causa dedit. 4. C. 17. Leno quidam Lentuli concursat circum tabernas, pretio sperans sollicitare posse animos egentium. *Ibid.* Occlusis tabernis quæstus minui solet. 2. in Ant. 21. Taberna libraria. 3. Qu. Frat. 7. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ. Pro Cl. 163.

ADJUNCTA. *Instructa et ornata, libraria.*

SYNTAXIS. *In tabernam divertere. Tabernam corruere, rimas agere, claudi, occludi. Dare alicui tabernam instructam et ornatam. Concursare circum tabernas.*

Tabernaculum, li, *castrense tectum, quod figi et revelli, alioque transferri potest,* σκήνωμα, σκηνίδιον. Ver. 5. 30. In ipso ore portus tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. *Ibid.* 87. Ponere tabernaculum in litore. 5. Att. 16. Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerunque. De Cl. 37. Processit enim non ut a militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti umbraculis. 2. contra Rull. 32. Deinde ornat multis tabernaculis, centuriis, supellectili. 3. de Orat. 77. Qui in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt. 1. de Div. 33. Cum tabernaculum vitio cepisset imprudens. 2. 75. Tabernaculum recte captum. I. P. 61. Si domus vacua non fuisset, in Campo Martio mihi tabernaculum collocassem. 4. Fam. 12. Quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset.

Tabernarius, rii, *caupo,* κάπηλος. Pro Fl. 18. Opifices et tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid est negotii concitare? Pro Dom. 13. Clodius concitator tabernariorum. 8. Fam. 6. Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem, veternus civitatem occupasset.

Tabes, bis, *macies,* ἔκτηξις, μάρανσις. 3. Tusc. 27. Sed ægritudo habet majora quædam, tabem, cruciatum, afflictationem &c.

Tabescendum. 3. Att. 25. Nobis in hac calamitate tabescendum est.

Tabesco, is, *liquesco,* μαραίνομαι. 2. de Nat. 26. Frigoribus durescit humor, et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore.

Contabesco, langueo, extabesco. 4. Tuscul. 37. Qui neque tabescat molestiis, neque frangatur timore. 2. Att. 21. Pompeius tabescit dolore. 2. C. 6. Ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. 2. Att. 14. Otium, quo nunc tabescimus.

Tabificus, a, um, *qui tabem inducit,* τηξιμελής. 4. Tusc. 36. Ut hæ tabificæ mentis perturbationes sunt, sic, &c.

Tabula, læ, *asser,* δέλτος. 3. Off. 89. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit &c. 4. Att. 17. Hæc una me ex hoc naufragio tabula delectat.

Pictura. De Clar. 261. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. 1. de Orat. 161. Tabulas ac signa propalam collocare. 5. de Fin. 3. Imago Epicuri in tabulis, et poculis, et annulis. Part. 5. Actæonis tabula te stupidum tenet, aut aliquod signum Polycleti.

Æra. 1. in A. 3. Ne qua tabula illius decreti Cæsaris figeretur. 13. Fam. 36. Tabulam, in qua nomina eorum incisa erant, revelli jussit. 11. in A. 19. Quod si comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus: tabula modo nova detur nobis, sicut populo data est. 1. de Orat. 58. Decemviri, qui XII. tabulas perscripserunt. *Ibid.* 193. Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, et autoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. Pro S. R. 26. Ille affirmabat, sese nomen S. R. de tabulis exempturum. 2. Off.

93. Tabulæ novæ quid habent argumenti? nisi ut emas mea pecunia fundum, et eum tu habeas, ego non habeam pecuniam. 6. in A. 11. Trebellius sine tabulis novis salvus esse non potest. 11. 24. Vindices tabularum novarum novam tabulam vidimus. 5. Att. 21. Periculum est, ne res ad tabulas novas perveniat. Pro Qu. 25. Tum Nævius amicos corrogat, ut ad tabulam Sestiam sibi adsint hora secunda postridie. Qu. de Pet. 6. Amico Sabidio et Panthera, quod ad tabulam quos poneret, non habebat. 14. Att. 21. Maxime autem expecto, ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas novas fecerit. 2. Qu. Fr. 6. Racilius tabulam proscripsit. 2. in Ant. 92. Inspectantibus nobis, toto Capitolio tabulæ figebantur.

Codex, expensi datique liber. Top. 16. Multum differt, in arcane positum sit argentum, an in tabulis debeatur. Pro Fon. 2. Unæ tabulæ proferantur. Ver. 1. 60. et pro Cæl. 17. Facere tabulas, conficere tabulas. Ver. 1. 149. Tabulæ et codex. *Ibid.* 61. Tabulæ accepti. Pro Fl. 20. In tabulas quodcunque commodum est, referre. *Ibid.* Inferre rationes falsas. Pro Syl. 42. Ait, me aliter ac dictum in tabulas retulisse. Ver. 1. 57. Tabulæ publicæ. Pro Flac. 40. Qui de tabulis publicis recitat &c. *Ibid.* Cum tabulæ illæ ipsæ, cujusque modi sunt, proferuntur.

Geographica descriptio. 6. Att. 2. Tabulæ Dicæarchi, *id est, de geographia.*

Adjunct. *Ænea, æterna, antiqua, auctionaria, censoria, non commendatitia, sed tributaria, falsa, privata, publica, nocturna, nova, picta, præclara, religiosa.*

Tabularium, rii, *locus in quo tabulæ publicæ civitatis asservantur, γραμματοφυλάκιον.* 3. de Nat. 74. Qui tabularium incenderit, &c. Pro Rab. 7. De peculatu facto, de tabulario incenso. Pro Arch. 80. Tabulæ publicæ Heracliensium, quas Italico bello, incenso tabulario, interiisse scimus omnes, &c.

Tabum, bi, *sanies*, λύθρον. 1. Tusc. 107. Saxa spargens tabo. I. P. 43. *Ennii.*

Tacendo, dum, σιγητέον. 1. de Orat. 119. Enunciabo apud vos, quod semper tacui, et tacendum putavi. Pro Sest. 40. Illi hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non inficiando confiteri videbantur.

Tacens, tis, σιωπῶν. 4. Att. 16. Hic Abdera, non tacente me. *proverbium. Lege*, Abderiticus.

Taceo, es, *sileo, reticeo, tacitum relinquo, silentio prætereo, conticeo*, σιγάω. Act. 1. Ver. 27. An me taciturum tantis de rebus existimastis? 1. Att. 16. Qui de rebus nostris diu tacuerat.

Adverb. *Arroganter, insulse, perpetuo, plane, nimium diu, pie, recte, sapienter.*

Tacetur. 3. cont. Rull. 4. Ut doceam Rullum posthac, in his saltem tacere rebus, in quibus de se taceri velit.

Tacite, *silentio*, σιγῇ. Pro Quint. 50. Huic ne petire quidem tacite obscureque concedi- tur. Pro Pomp. 13. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant.

Taciturnitas, tis, *silentium*, ἀφασία. 1. de Inv. 54. Taciturnitas imitatur confessionem. 7. Att. 8. Suspicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat. De Clar. Orat. 231. et 1. Fam. 5. Te arbitror malle ipsum tacere, quam taciturnitatem nostram experiri. Pro Q. R. 14. Pecuniam stipulatam non esse, taciturnitas testium concedit. 1. C. 16. Vocis contumeliam expectas, cum sis gravissimo judicio taciturnitatis oppressus? I. P. 32. Curiæ taciturnitas annua.

Taciturnus, a, um, σιγηλός. Pro Sest. 21.

Tacitus, a, um, *silens, latens, abditus, obscurus, non expressus*, σιγηρός. 1. C. 20. Quid expectas autoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? Pro Cæl. 3. De dignitate Cælius notis ac majoribus natu tacitus, facile ipse respondet. 3. C. 26. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. 1. Att. 1. Quasi vero clarorum virorum tacitos congressus esse oporteat. Pro Mar. 131. Hoc tacitus nullo modo præterire possum. Pro Clu. 63. Tamen vocat me alio jamdudum tacita vestra expectatio. De Prov. 40. Quo minus sæpe aut interpeller a nonnullis, aut tacita existimatione reprehendar. 3. Fam. 8. Sed hæc tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Pro Qu. 78. Tacito ipso studio, quod habebat erga propinquum suum, quemvis commovere. 3. de Orat. 193. Omnes tacito quodam sensu, sine ulla arte, aut ratione, quæ sunt recta ac prava, dijudicant. Orat. 203. Sed aures tacito cum sensu sine arte definiunt. Pro Qu. R. 20. Tacita corporis figura conjecturam affert hominibus. 2. de Inv. 140. Quædam tacitis exceptionibus caventur. Pro Dom. 63. Omnis improborum vis diu collecta et inveterata compresso odio atque tacito erumpebat in actum. 2. Att. 3. Cætera si reprehenderis, non feres tacitum. Pro Mil. 12. Tacitis et occultis occasionibus. Ver. 2. 180. Cum id quoque constabit, vos jam me tacito intelligetis.

Patiendi vi. 3. de Orat. 61. Illud etiam si est verissimum, tacitum tamen nunquam mysterium teneant. Pro Cæcin. 53. Si voluntas tacitis verbis intelligi posset, verbis non uteremur.

Syntaxis. *Nihil mutum, nihil tacitum. Congressus taciti. Tacita hæc relinquenda. Tacito sensu judicare. Compressum, tacitumque odium. Si id agas, non feres tacitum. Tenere tacita mysteria. Tacitis verbis voluntatem intelligi. Tacitus prætereo. Tacita expectatio. Tacita existimatione reprehendi. Tacita corporis figura. Tacitis exceptionibus caveri aliquid. Tacitæ et occultæ occasiones.*

Tactio, onis, *tactus*. 4. Tusc. 20. Voluptates oculorum, tactionum, odorationum, et saporum.

Tactus, us, ἁφή. 2. de Nat. 141. Tactus toto corpore æquabiliter fusus est, ut omnes ictus, omnesque nimios et frigoris et caloris

appulsus sentire possimus. 4. Acad. 20. Quid de tactu, et eo quidem, quem Philosophi interiorem vocant, aut doloris, aut voluptatis? *Ibid.* 76. Tactus intimus. 3. de Orat. 97. In tactu modus et mollitudinis et lenitatis. Pro Cæl. 42. Qui non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur. 3. de Orat. 214. Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant. De Univ. 13. Qua ex conjunctione cœlum ita aptum est, ut sub aspectum et tactum cadat. 2. de Nat. 40. Et is solis tactus est, ut non tepefaciat solum, sed etiam comburat. 2. de Div. 96. Plus terrarum situs, quam lunæ tactus ad nascendum valere. *Alii* tractus, *alii vero* status, *legunt*.

Tactus, a, um, *exploratus, tractatus, indicatus*, ἀφθείς. Postq. in Sen. 6. Tribuni sanctissimum corpus non solum tactum ac violatum manu, sed etiam vulneratum ferro, confectumque vidistis. 2. de Orat. 43. Genus illud tertium, quod a Crasso tactum est. Pro Cæc. 37. Verum ita est, uti dicis: te dejectum debeo intelligere, etiamsi tactus non sis.

Tadianus, a, um. 1. Att. 4. Tadiana res. *Ibid.* 6. Tadianum negotium.

Tæda, dæ, *fax*, δᾴδιον. Ver. 4. 106. Ceres dicitur inflammasse tædas ex ignibus Ætnæ. I. P. 46. Furiarum tædis ardentibus. 4. Acad. 89. Circumstant cum ardentibus tædis. Pro S. R. 67. Agitari et perterreri furiarum tædis ardentibus. 4. ad Her. 60. Qui tædas candentes accipit.

Tædet, bat, *piget*, ἄχθομαι. Act. 1. Ver. 35. Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. 7. Fa. 1. Nam me cum antea tædebat, tum vero, &c. 5. Att. 16. Quid quæris? tædet omnium nos vitæ. Pro Fl. 105. Quod si talium civium vos, judices, tædet, ostendite. 2. Att. 22. Tædet ipsum, vehementerque pœnitet. 1. Qu. Frat. 2. Pertæsum est enim levitatis Græcorum.

Tages, gis, *autor aruspicinæ*. 2. de Div. 50. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, et sulcus altius esset impressus, extitisse repente, et eum affatus esse qui arabat, &c.

Talaria, um, *calcei aligeri, seu pennati, quales Mercurio tribuunt poetæ*, πέδιλα. 3. de Nat. 59. Minerva, cui pinnarum talaria affigunt. 14. Att. 23. Quare talaria induamus. In Arat.

Diversosque pedes vinctos talaribus aptis.

Talaris, re, *ad talos usque demissus*, ποδήρης. Ver. 5. 31. Tunica talaris. 2. C. 22. Manicatis et talaribus tunicis amicti.

Talarius, a, um, πεττευτικός. 1. Off. 150. Adde his saltatores, totumque ludum talarium. 1. Att. 13. Non enim turpior unquam in ludo talario confessus fuit.

Talentum, ti. *Multa genera fuerunt: sed hic Atticum intelligimus, quod aureis nummis seu coronatis sexcentis valebat*, τάλαντον. I. P. 86. cc. talenta tibi Apolloniatæ dederunt, ne pecunias creditas solverent. Pro Fl. 90. Quinquaginta talenta Flacco dicit se dedisse. Pro R. P. 21. Decem millia talenta Gabinio esse promissa. 5. Tusc. 91. Legati ab Alexandro quinquaginta Xenocrati talenta attulerunt: quæ erat pecunia, temporibus illis, Athenis præsertim, maxima. 5. Att. 21. Cyprii talenta Attica cc. dabant.

Talio, onis, ἰσοδύναμον. De Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, servitus.

Talis, le, *hujusmodi, ejusmodi, ejus generis, id genus*, τοιοῦτος. 2. Off. 44. Ut quales simus, tales esse videamur. 1. de Orat. 97. Ut ipsis talis, qualem se ipse optaret, videretur. Pro Mur. 32. Cum esset talis, qualem te esse video. 2. de Inv. 176. Ut non tales, quales ante habitæ sint, habeantur. 2. Att. 16. Et talis, qualem esse eum scripseras. Pro Clu. 147. Vir tali dignitate præditus. 2. de Orat. 316. Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen, &c. 4. Acad. 5. Ac vereor ne talium personarum imminuam gloriam. *Ibid.* 2. Tali ingenio præditus Lucullus. 1. Fam. 6. Talem te esse oportet, qui primum te sejungas, &c. deinde, &c. Pro Qu. 42. et I. P. 7. Tot talesque viri, &c. 15. Fam. 4. Tale ac tantum jusjurandum. I. V. 10. Honor talis populi Romani voluntate paucis est delatus, ac mihi. 2. de Leg. 11. Omnem legem esse laudabilem, talibus quibusdam argumentis docent. De Univ. 19. Idque molitus est tali quodam modo. 2. in A. 71. Quibus rebus tantis, talibus gestis, cur, &c. 16. Att. 8. Non quidem hoc divina vi, sed aliquid tale putavi fore &c. Ad Brut. 1. Civis talis, qualis et prudentissimus, et fortuna optima esse debet. 1. Off. 91. Tales enim nos esse putamus, ut jure laudemur.

Talpa, pæ, ἀσπάλαξ. 4. Acad. 81. Quid talpam? num desiderare lumen putas?

Talus, li, *os est prope calcaneum, quod extat quasi rotundum in extremo pede. Hinc os quatuor laterum, quo ludunt, talus appellatur*, ἀστράγαλος. Pro Clu. 111. Illa usque ad talos demissa purpura. 1. de Div. 23. et 2. 41. Quatuor tali jacti casum venereum efficiunt. 3. de Fin. 54. Ita jacere talum, ut recte assistat. *Ibid.* Qui talus ita erit jactus, ut cadat rectus. De Sen. 58. Ex multis lusionibus nobis relinquant talos, tesseras, &c. 3. de Orat. 55. Pila, tesseræ, tali. *Ibid.* Brulla talis præclare ludens, Titius pila.

Tam, *æque, adeo, tam valde, tam maxime*, τόσον. 7. Att. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? 1. de Orat. 234. Tam vehementer. 2. de Div. 81. Nihil est tam valde vulgare, quam nihil sapere. Orat. 108. Nemo tam multa, ne in Græco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra. 8. Att. 4. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi. 3. de Nat. 69.

Melius erat non dari omnino, quam tam munifice ac tam *large* dari. Pro Cæl. 67. Hic tam imbecillus, quam videtis. De Clar. 126. Utinam Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ præstitisset. 1. de Div. 10. Quorum neutrum tam facile, quam tu arbitraris, conceditur. Qu. Fr. Ego hæc tam esse, quam audio, non puto. 1. de N. 72. Quod tibi tam facile credam, sicut alteri nemini. De Am. 87. Vituperanda est rei tam maxime necessariæ tanta injuria.

Tamen, *attamen, verumtamen, nihilominus, certe*, ὅμως, ἀλλ' ὅμως. Pro S. R. 55. Innocens est quispiam. verumtamen, quanquam abest a culpa, suspicione tamen non caret: tametsi miserum est, tamen ei, qui hunc accuset, possum aliquo modo ignoscere. Orat. 76. Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Part. 92. Nemo enim est, quem non si ipsa minus honestas, contumelia tamen et dedecus moveat. Pro S. R. 153. Illam priorem proscriptionem, quæ facta est in eos qui arma capere potuerunt, tamen Senatus suscipere noluit, ne, &c. 1. Fam. 2. Cui cum Cato intercessisset, tamen est perscripta. Pro Dom. 50. Quid si pluribus de rebus uno sortitu retulisti, tamenne arbitraris, id te posse obtinere? De Ar. 17. Quanquam si me tantis laboribus perfunctum efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum hominum animi quidam dolor, quis non ignosceret? *Ibid.* 45. Ego pro patria solus exarsi, sic tamen, ut, &c. *Ibid.* Ut modo vendat illis, nec tamen ita, ut, &c. 13. Fam. 15. Et tamen nihilominus αἰὲν ἀφρονέειν. Pro Cl. 76. Tamen nihilominus putabam, &c. 4. Fam. 15. Sed tamen etsi, &c. tamen, &c. 1. de Orat. 253. Sed tamen non fugisset hoc Græcos homines, &c. 2. Qu. Fr. 11. Lucretii poemata lita sunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis. 9. Fam. 19. Tamen a malitia non discedis, &c. Pro Cæc. 9. Tamen, *pro* certe, *vel* profecto, *vel* saltem. De Senect. 28. Quod equidem non amisi adhuc, et tamen videtis annos meos.

Tametsi, *etsi, quanquam, cum tamen*, καὶ, εἰ καίτοι. Pro S. R. 73. Tametsi vicisse debeo, tamen de meo jure decedam. Ver. 2. 23. Quid ego nunc hic Sex. Pompeii Chlori testimonium recitem? qui causam egit Dionis: qui omnibus rebus interfuit hominis honestissimi, tametsi civis Rom. virtutis causa jamdiu est, tamen omnium Siculorum primi ac nobilissimi. Quid, &c. 1. Fam. 5. Tametsi mihi nihil fuit optatius, quam, &c. tamen afficior summo dolore, ejusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse, ut, &c. *hic*, Tametsi, *principium est epistolæ: quod est notandum*. 3. 4. Meum studium erga te, et officium, tametsi multis jam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in iis maxime declarabo, quibus, &c. Ver. 3. 62. Non mehercule, quæ loquor, crederem, judices, tametsi vulgo audirem. Pro Qu. 13. Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare, tametsi causa postulat. Ver. 4. 19. Verum fac te impetrasse, &c. tametsi, quæ est ista laudatio? &c. 3. Fam. 7. Quid? cum dabas iis litteras, &c. non eos ad me venturos arbitrabare? Tametsi id quidem fecerunt ridicule. Quas enim litteras afferebant, ut opus æstate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt.

Tanagræ, *oppidum*. Pro Dom. 111.

Tanagræus, a, um. *Ibid.* Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur.

Tandem, *demum, aliquando, ad extremum*, ἄρα. 2. contra Rul. 102. Perficiam, ut jam tandem illi fateantur, &c. Pro R. P. 38. Quod genus tandem est illud ostentationis? 2. C. 2. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse putatis? Pro Cæc. 48. In fundum Cæcinna utrum noluit tandem, an non potuit accedere? 1. de Nat. 106. Hoc, per ipsos deos, quale tandem est? 2. de Fin. 60. Quomodo eum tandem laturum fuisse existimas? Pro Flac. 24. Utrum hic tandem cognitionem veritatis fore putas? an, &c. 1. de Leg. 1. et 4. et Part. 12. Quorsum tandem, aut cur ista quæris? 3. Tuscul. 8. Quonam tandem modo? 11. Fam. 28. Tandem aliquando Romæ esse cœpimus. Pro Qu. 94. Tandem aliquando posse consistere, &c. 14. Fam. 5. Litteræ jam tandem mihi redditæ sunt a Cæsare. 2. de Orat. 13. Quid tandem? inquit Crassus.

Tandiu, *usque eo*, ἐπὶ τοσοῦτο. 2. Fam. 1. Ego te abfuisse tandiu a nobis doleo. 1. Att. 2. Abs te tandiu nihil litterarum. 9. Fam. 12. Tibi assentantur tandiu, dum ades. 5. Tusc. 96. Corpus gaudet tandiu, dum sentit voluptatem. 9. Att. 4. Tandiu dum lego. Pro Flac. 41. Qui valuit tandiu, dum huc prodiret. 2. Off. 43. Is tandiu laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. De Clar. 4. Vixitque tandiu, quam licuit bene vivere. *Ibid.* 236. Feram tandiu, quam ferre potero. 1. de Orat. 47. Verbi enim controversia tandiu torquet Græculos homines, &c. 9. Att. 3. Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo.

Tango, is, *contingo, attingo*, ἅπτομαι. 2. Tusc. 57. Genu terram tangere. 2. Fam. 17. De præda mea teruntium nec attigit, nec tacturus est quisquam. 2. contra Rull. 67. Idcirco agros nominare non possum, quia tangam nullum ab invito. Ver. 1. 27. et 6. Att. 1. Verres simul ac tetigit provinciam, Statius, &c. Pro Mil. 52. Villa quæ viam tangit.

Indico, leviter tracto. Pro S. R. 83. Non omnia dicam, et leviter unumquodque tangam. 4. Acad. 136. Ubi Aristoteles ista tetigit?

Commoveo, moveo, perturbo. 2. Att. 19. Minæ, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.

Violo. Pro Dom. 50. Lex, cujus quam

quisque partem tetigit, voce, suffragio, &c. repudiatus est.

Tangor, eris. 8. in A. 26. Et ne tangantur rationes ad Opis.

Syntaxis. *Terentium non tanges de præda mea. Simul ac tetigit provinciam. Villa, quæ viam tangit. Non omnia dicam, sed leviter unumquodque tangam. Minæ tuæ modice me tangunt.*

Tanquam, *quasi, quodammodo, juxta ac, ut, ὥσπερ.* De Clar. 258. Ætatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiæ, sic Latine loquendi. Orat. 44. Hæc magna sunt, et tanquam animi instar in corpore. 1. de Orat. 46. Oratorem in judicia et conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi videbam. 2. in A. 106. Ut istum, tanquam si esset consul, salutarent. 6. Att. 1. Quod video tibi etiam novum accidisse, tanquam mihi. 8. 22. Ego tecum tanquam mecum loquor. 1. Tusc. 109. Gloria virtutem tanquam umbra sequitur. 2. Fam. 1. Nam illo si veneris, tanquam Ulysses cognosces tuorum neminem. I. V. 4. Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, intulisti. 2. de Orat. 154. Tanquam ad scopulum aliquem libidinis mentem appellere. De Clar. 71. Nam Odyssea Latina est, sic tanquam opus aliquod Dædali. Pro Cæc. 61. Neminem reperies, qui, tanquam si arma militis inspicienda sint, ita probet armatum. Pro S. R. 91. Qui, tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant, &c. 2. Fam. 16. Tanquam si res tua agatur. 2. de Div. 131. Similes sunt dii, si objiciunt, &c. tanquam si Pœni, &c. 1. de Orat. 102. Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo, quæstiunculam ponitis? 13. Fa. 69. Apud eum sic frui, tanquam domi meæ.

Tantalidæ, arum. 3. de Nat. 90.

Tantalus, li. 1. Tusc. 10. Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus. 4. 35. Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera animique impotentiam, &c.

Tanti. Ver. 4. 28. 5. Att. 20. Fuit tanti. Act. 1. Ver. 15. Est mihi tanti, o Quirites, hujus invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo, &c. 3. Off. 82. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni et splendorem et nomen amittas? 2. Att. 13. Juratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. Pro Mil. 59. Id quidem non tanti est, quam quod, &c. Pro Cæl. 36. Is non putat tua dona esse tanti. Pro Qu. R. 22. Tibi certe tanti non fuisset, ut socium fraudares. *Ibid.* Roscio cur tanti fuerit, quæro. 1. C. 22. Sed non est mihi tanti.

Tantidem. Pro S. R. 115. Is voluntatem municipum tantidem, quanti fidem suam fecit. Ver. 3. 83. Coegit Segestanenses a Decimo tantidem publice accipere. *Ibid.* 192. Tantidem frumentum emere, quanti, &c.

Tantillus, a, um, *σμικρὸς ὅσος.* De Sen. 52. Omitto ipsam vim omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantillo grano, &c. tantos truncos ramosque procreat. *al.* tantulo.

Tantisper, *interim, μέχρι τούτου.* Pro Cæc. 30. Sed tantisper de aliquo reo cogitasse. 9. Fam. 2. Tantisper dum effervescat hæc gratulatio. 2. de Invent. 149. Sed video quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimabo.

Tanto, *τοσούτῳ.* Ver. 5. 89. Quod si Cleomenes non tanto ante fugisset, aliqua ad resistendum ratio fuisset. 3. 225. Reperietis quinquies tanto, judices, amplius istum, quam, &c. *Ibid.* 106. Tantone minoris decumæ venierunt?

Tantopere, *τηλικοῦτον.* 1. de Orat. 164. Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus in causis oratione delector. 4. Acad. 132. Non potest igitur uterque sapiens esse, quoniam tantopere dissentiunt. Pro Mur. 23. Illud nescio quid, quod tantopere didicisti. 1. de Fin. 10. Nec cum istis tantopere pugnare, qui Græca legere malint. Pro Qu. 1. Neque hoc tantopere querendum videretur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. 5. Fam. 12. Ut tantopere et tam multis verbis a te petamus.

Tantulum, *adverb. τηλικόνδε.* Ver. 5. 175. Si quis tantulum de recta regione deflexerit. *Ibid.* 181. Si tantulum oculos dejecerimus, præsto insidias esse.

Tantulus, a, um, *tam parvus, minimus, τυτθάδιος, τηλικόσδε.* 1. Att. 11. Ut vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim. De Senect. 52. Ex tantulo fici grano. Pro S. R. 114. Si ex eo tantulum in rem suam convertisset. Ver. 2. 124. Quorum oratione ne tantulum quidem commotus est. Pro S. R. 118. Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. 1. de Leg. 34. Si interesse cuipiam tantulum modo potuerit. 2. Tusc. 66. Tantulum tamen est, ut, &c.

Syntaxis. *Vix huic tantulæ epistolæ tempus habui. Si ex eo tantulum in rem tuam converteris. Si tantulum oculos dejeceris.*

Tantum, *tantummodo, solum, μόνον.* Parad. 1. Nomen tantum virtutis usurpas: quid ipsa valeat, ignoras. Pro Mur. 78. Nihil dicam arrogantius, tantum dicam, totos dies, &c. Pro Flac. 34. Dixit tantum, nihil ostendit. Qu. de Pet. 25. Homines rusticani nomine tantum noti. 1. Fam. 9. Non dicam quid acciderit (multorum enim, &c.) Ver. 2. 234. Verrem tantum semper avaritia hiante, atque imminenti fuisse, ingenio, et cogitatione nulla. 1. de Orat. 227. Non tantum parum commode, sed etiam turpiter. *alias,* non modo. Ver. 1. 116. Tantum quod hominem non nominat. 3. 124. Tantum quod aratoribus obsides non dedit.

Vix. 7. Fam. 23. Tantum ex Arpinati veneram, cum, &c.

Tam, ita, adeo, ὡς, τοσόνδε. 1. Att. 14. Nec tantum proficiebam, quantum volebam. 6. 2.

Tantum abest, ut ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim. 12. 19. De sano illo, de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. *Ibid.* 249. Nec quicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem prætereris. De Sen. 48. Tantum, quantum sat est. Orat. 229. Tantum abest, ne enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. 1. Off. 43. Id autem tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrarium.

Tantummodo, *modo, duntaxat, μόνον.* 2. de Natur. 81. Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas. 3. de Orat. 49. Neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. Pro Sul. 30. Quæ omnia suppressa voce dixit, tantummodo ut vos, qui ea probatis, possetis exaudire. Incert. His tantummodo poetis percurrendis.

Tantundem, *τοσοῦτον καὶ ἴσον.* 2. de Leg. 48. Qui tantundem capiat, quantum, &c. 12. Att. 34. Tantundem populo dandum est. 1. Qu. Fr. 3.

Tantus, a, um, *tam multus, tam magnus, et id genus alia, τόσος, τοσοῦτος.* 2. de Div. 10. Sol majorne quam terra sit, an vero tantus, quantus videatur. 1. de Fin. 1. Sed tantum studium, tamque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. Pro Pomp. 34. Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? 1. Att. 15. Ex iis, quæ scripsimus, tanta etiam a me non scripta perspicis. Pro Cor. 47. Si tanta bella legisses, quanta et gessit et confecit, &c. I. P. 49. Cum fines provinciæ tantos haberet, quantos optaverat. 6. in A. 18. Multas habui conciones, nullam unquam vidi tantam, quanta nunc vestra est. 2. de Nat. 92. Hi tanti ignes tamque multi. *Ibid.* 15. Tam multæ res, atque tantæ. 2. de Orat. 84. In tanta re, tamque immensa. 1. de Orat. 44. Ista tanta, tamque multa. 3. 31. Tot tantæque res. Act. 1. Ver. 47. Tot tantaque vitia. 3. de Nat. 92. Urbs tanta atque talis. 13. Fam. 66. In hominem tantum atque talem. 5. Tuscul. 29. In his tot ac tantis malis. 12. Fam. 7. Dixit tanta contentione, quantum forum est. 5. 8. Tanta contentione decertavi, quanta nunquam antea. Pro Cæl. 75. Nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur. 7. Att. 8. Quid enim est tantum in uno aut altero die? Pro S. R. 125. Non fuit tantus homo Sextus Roscius in civitate, ut de eo potissimum conqueramur. 8. Att. 19. Tanta multitudo. 7. 3. Tantum, et plus etiam. 13. Fam. 17. Si intellexero, has litteras tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse &c. 2. Att. 20. Si me amas tantum, quantum profecto amas. 5. Fam. 14. Tecumque ero tantum, quantum patietur utriusque ætas. Pro Mar. 23. Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. 7. Att. 7. Equitatus tantus, quantum volet. 1. de Orat. 27. Tantus in jocando lepos. Pro Q. R. 24. Qui tantas et tam infinitas pecunias repudiarit.

SYNTAXIS. *Tantum studium, tamque multa opera. Tanta res, tamque immensa. Homo tantus ac talis. Tanta et tam infinita pecunia.*

Tarde, *sero, βραδέως* .)(. *ocyus.* 5. Att. 15. Tarde tibi reddituro dabam, sed amico homini. 11. 20. Tarde iter facere. 2. Fam. 9. Quo propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur. 4. Att. 13. Te Roma profectum esse tardius, quam dixeras. 1. Tuscul. 75. Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. 2. de Nat. 52. Tardius moveri .)(. *celerius moveri.* Pro Q. R. 31. Tarde percipere .)(. *celerius arripere.* Pro Sest. 25. Consules qui remp. nimis tarde concidere mœrerent. 10. Att. 1. Ne tardius, quam vellem, reip gratularer. Pro Milon. 55. Egreditur a villa subito. cur vesperi? quid necesse est tarde? 14. Fam. 5. Tarde et incommode navigavi. De Prov. 35. Et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire. 3. Att. 6. Aut accedemus in Epirum, aut tarde per Candaviam ibimus. Pro Cæc. 7. At ea res, de qua, &c. tardissime judicatur, &c. 4. Tuscul. 32. In morbum incidunt tardius.

Tardigradus, a, um, *βραδύπορος.* 2. de Div. 133. Quadrupes tardigrada.

Tarditas, tis, *cunctatio, mora, stupor, βραδυτής* .)(. *celeritas.* De Univers. 28. Top. 47. Celeritati tarditas contraria est. 2. Qu. Fr. 14. Cursu corrigere tarditatem. 10. Fam. 22. Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum. Pro Rab. 21. Qui cum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat. Pro Sest. 100. Ita ut nonnunquam cunctatione et tarditate utrunque amittant. 1. Fam. 5. Sed nosti hominis tarditatem. I. P. 1. et Orat. 229. Tarditas ingenii, stupor debilitasque linguæ. 1. de Nat. 11. Quod non Academiæ vitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse. 1. de Orat. 125. Aut æterna in te, aut certe diuturna valebit opinio tarditatis. 3. C. 20. Sed tanta fuit operis tarditas, ut, &c. De Clar. 154. Considerata tarditas. 2. in A. 118. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. 1. Off. 131. Cavendum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus. 5. in A. 25. Ista legatio moram, et tarditatem afferet bello. 6. *Ibid.* 7. Plerisque in rebus agendis tarditas et procrastinatio odiosa est. 11. in Ant. 25. Ista sententia affert tarditatem ad Dolabellam persequendum. De suis consil. Tarditate modorum et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

ADJUNCTA. *Abjecta, considerata, mollior, odiosa.*

SYNTAXIS. *Tarditatem cursu corrigere. Cunctatio et tarditas. Tarditas ingenii, stupor debilitasque linguæ. Id contigit hominum tarditate. Occasionis tarditatem expectare. Mo-*

ram et tarditatem afferre alicui rei. Tarditas et procrastinatio in rebus agendis. Tarditas modorum, et gravitas cantus.

Tardandum, περιελιπτέον. 6. Att. 7. Scribe, quæso, nunquid putes reip. causa tardandum esse nobis.

Tardatus, a, um, ἐλλειμμένος. Ad Brut. ep. poster. 1. Si ea, quæ ex tempore suscepta sunt, ut agerentur, non tardata et procrastinata essent. 1. de Div. 21.

Nec tardata diu species, multumque morata,
Consule te, tandem celsa est in sede locata.

Tardo, as, *tardum facio, moram et tarditatem affero, moram interpono, moror, cunctor, differo,* ἐλλείπω, et ἐλινύω. 6. Att. 8. Nos Etesiæ vehementissime tardarunt. 7. 12. Nec Senatus eum tardabit. Pro Cæc. 77. Et me similis ratio pudoris a præsentis laude tardaret. Orat. 3. Vereor, ne tardem studia multorum, qui desperatione debilitati nolent, &c. De Clar. 239. Nam M. Glabrionem socors ipsius natura negligensque tardaverat. Ver. 3. 130. Cum ejus animum negligentia tardaret. 2. 167. Ut omnium inimicorum animos accusatorumque tardares. 7. Fam. 5. Impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare.

Moram traho, commoror. Ad Brut. 18. Tardare et commorari te melius est.

Tardor, aris. 1. Tuscul. 75. Minus tardabitur cursus animorum. 11. in A. 24. Vereor ne exercitus nostri tardentur animis.

Syntaxis. *Nimium hæc tardata et procrastinata sunt. Hoc me a studiis tardat, et mea studia tardat. Ego tardo studia multorum. Animos accusatorum tardare. Exercitus animis tardantur aliquando. Tardo et commoror hic. Te tua natura tardat.*

Tardus, a, um, *longus, cunctator, serus,* βραδύς.)(. *citus, celer, incitatus, expeditus, velox.* 1. de Invent. 35. Velox, an tardus. 9. Att. 15. Sed eo tardior ad discedendum fui, quod, &c. 7. 3. In decedendo Bibulus erit, ut audio, tardior. 1. de Orat. 254. Tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores facere. 2. 213. Principia orationis tarda. 2. Orat. 216. Spondæus, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior. 1. Acad. 31. Sensus hebetes, tardi, et pingues. 2. de Fi. 39. Ut tardam et languidam pecudem. 10. Att. 20. Omnia adhuc tarda et spissa. De Clar. 247. C. Lentulus non tardus sententiis, non inops verbis fuit. Pro Cæcin. 9. Juris dubitatio tardiorem me facit ad judicandum. 1. Off. 34. Ut cæteri sint ad injuriam tardiores. Pro Cæc. 7. Quo delictum majus est, eo pœna est tardior. Postq. ad Quir. 23. Qui in ulciscendo remissior fuit, et qui in beneficiis remunerandis est tardior. 2. de Div. 47. Et redemptor non inopia aut inertia tardior fuit. *Ibid.* 64. Tarda et sera nimis, &c.

Hebes, remissus, parum efficax, obtusus. 4. Acad. 97. Epicurus, quem isti tardum putant. 3. contra Rull. 6. Quem vestrum tam tardo ingenio fore putavit, qui, &c. 1. de Orat. 127. Tradere aliquid vel etiam inculcare, si quis forte sit tardior. De Clar. 216. Tardus in cogitando. 1. de Nat. 12. Quidam nimis indociles tardique sunt. 2. de Orat. 117. Tardum ingenium. De Sen. 21. Aut etiam si sis natura tardior.

Syntaxis. *Tardus ad discendum, vel in discendo. Sensus hebetes, tardi, et pingues. Tardus sententiis, inops verbis. Ad injuriam tardior. Tardo esse ingenio. Tardum esse natura.*

Tarentum, ti, *urbs.* De Senect. 10. 7. Fam. 12.

Tarentinus, a, um. 5. Att. 19.

Tarichea, castra, *a Taricheis insulis.* 12. Fam. 11.

Tarpeius, a, um. 4. ad Her. 44. Ut si quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet.

Tarquiniensis, se. Pro Cæc. 10. Municipium Tarquiniense. 2. de Div. 50. Ager Tarquiniensis.

Tarquinii, *opp. pop.* 5. Tuscul. 109. Demaratus fugit Tarquinios Corintho.

Tarquinius. Pro Rab. 13. Tarquinius superbissimus atque crudelissimus rex. 3. de Fin. 75. Rectius enim appellabitur (*sapiens*) rex, quam Tarquinius, qui nec se nec suos regere potuit. 9. Att. 12. Male Tarquinius Porsenam, Octavium, Manilium contra patriam *armavit.* 1. de Div. 32. Tarquinius dixit, se cogitasse, cotem novacula posse præcidi, tum Attium jussisse experiri. 3. L. A. 9. Atque ille Tarquinius, quem majores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus habitus est et dictus. *Ibid.* 11. Tarquinius pro populo Rom. bellum gerebat, tum cum est expulsus. De Ami. 53. Tarquinium dixisse ferunt, tum cum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, et quos infidos, cum jam neutris gratiam referre posset. 2. Tusc. 27. Tarquinio vero quid impudentius, qui bellum gereret cum iis, qui ejus non tulerant superbiam? is cum restitui in regnum nec Veientium, nec Latinorum potuisset, Cumas se contulisse dicitur, inque ea urbe senio et ægritudine esse confectus. 2. de Leg. 10. Nec si regnante Tarquinio, nulla erat Romæ scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sext. Tarquinius vim Lucretiæ, Tricipitini filiæ, attulit. 1. de Leg. 4. Ab Aquila Tarquinio apicem impositum putent. Pro Sull. 22. Cum Tarquinium, et Numam, et me tertium peregrinum regem esse dixisti.

Tarracina, næ, *oppidum.* 7. Att. 5. et 7. Fam. 23.

Tarracinensis. Pro S. R. 32.

Tarraco, onis, *oppidum Hispaniæ.* Pro Cornel. 28.

Tarsus, si, *urbs in Cilicia.* 4. ad Her. 69. 3. Fam. 5. Att. 16. L. P. 89.

Tarsensis. 5. Att. 21. 12. Fam. 13.

Tartareus, a, um. 2. Tusc. 22. Tartarea plaga.

Tartesius, et Tartesii, *pop. Hispaniæ*. 7. Att. 3. et 3. Off.

Tauripylæ. 5. Att. 20.

Taurominium. 16. 11.

Tauromitani. Ver. 2. 160.

Taurus, ri, *mons*. Pro Sest. 58. Pro Deiot. 36.

Non castratus bos, ταῦρος. Ver. 4. 73. Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur. 2. de Div. 37. Si paulo ante fuerit cor in tauro opimo.

ADJUNCTA. *Corniger, ingens, truculentus, nobilis, opimus.*

Ταξιάρχης, *centurio, qui ordines ducit, princeps*. 16. Att. 11. Anagnini sunt, Mustella ταξιάρχης, et Laco, qui plurimum bibit.

Taxillus, li, *talus*. Orat. 153. Litteram X, e maxillis, e taxillis consuetudo elegans Latini sermonis evellit.

Taygetus, *mons*. 1. de Div. 112.

T E

Te. 12. Att. 19. Tute scis (si modo meministi) me tibi dixisse, &c.

Tecte, *obscure*, κεκρυμμένως.)(. *aperte*. Orat. 228. Tecte declinare impetum adversarii. 9. Fam. 22. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. 1. Att. 11.

Tectorium, rii, *calx, sive crusta inducta parieti aut muro, qua tanquam pavimento lapides teguntur, quo opus sit pulchrius*, κονίαμα. Ver. 1. 145. Columna ex qua tectorium vetus deletum sit, et novum inductum. 3. Qu. Frat. 1. Mihi erit curæ tectorium, ut concinnum sit. 2. de Div. 58. Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem imitari potest. 1. Att. 8. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possis includere.

ADJUNCTA. *Concinnum, novum, vetus.*

Tectoriolum, li, *tectorium*, κονιαμάτιον. 9. Fam. 22. Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam pavimenta isto modo.

Tectorius, a, um, κονιατικός. 2. de Leg. 65. Exornare sepulcrum opere tectorio.

Tectum, cti, *pars domus summa, qua tegitur*, δῶμα. 5. Att. 16. Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerumque. Pro Qu. R. 33. Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. Par. 1. Marmorea tecta, ebore et auro fulgentia. 1. Tusc. 85. Tecta cælata, laqueata. De Clar. 257. Firma tecta in domiciliis habere. 2. cont. Rull. 89. Tecto ac sedibus suis aliquem recipere. 3. Qu. Fr. 1. Vaporarium quod est sub tectum cubiculi. Postquam ad Quir. 8. Illi magnam partem tectis ac tenebris continebantur. 4. Att. 3. Disturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur, et ad tectum jam pene pervenerat. 3. Qu. Fr. 1. Absolutum offendi in ædibus tuis tectum: quod supra conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum, id non honeste vergit in tectum superioris porticus. Par. 6. Aurata tecta in villis et sola marmorea facere. Oecon. 1. Cum victus et cultus humanus domi sub tecto accurandus esset. *Ibid*. Qui tectis reconderet atque custodiret victum. *Ibid*. Cum vero paratæ res sub tectum essent congestæ &c. *Ibid*. Fruges et alimenta indigebant tecto.

Domus. 3. C. 29. Vos in vestra tecta discedite. Ver. 5. 26. Non modo extra tectum, sed ne extra lectum quidem.

ADJUNCTA. *Cælatum, firmum, inauratum, magnificum, marmoreum, fulgens, laqueatum, miserum, sartum integrumque, sylvestre.*

Tectus, a, um, *obscurus, occultus*, κεκαλυμμένος.)(. *apertus*. 9. Fa. 22. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. 2. de Orat. 296. Aliquem in dicendo esse tectissimum. 5. Tusc. 38. Bestiæ abditæ, terraque tectæ. 2. de Fin. 54. Qui occultus et tectus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam, &c. Prognost.

Stinguuntur radii cæca caligine tecti.

Taciturnus, fidelis. Pro Deiot. Quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior?

Defensus. 1. de Orat. 253. Majores nostri, clarissimorum hominum autoritate leges ac jura tecta esse voluerunt.

Tegeatæ, *pop*. 1. de Div. 37. *aliter*, Taygetæ, *sed verius est*, Tegeatæ.

Tegendum, καλυπτέον. Pro Cæcin. 60. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum.

Tegmen, inis, *tegumentum*, σκέπη. 2. de Nat. 112.

— Lato sub tegmine cœli.

2. de Div. 63.

Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos.

5. Tusc. 90. Scythicum tegmen.

Tego, is, *obduco, obnubo, contego, velo, operio, vestio, convestio, occulto*, καλύπτω. 2. de Div. 143. Is cum esset projectus inhumatus, amica corpus ejus texit suo pallio. I. P. 56. Triumphi nomine tegere, ac velare cupiditatem suam. 3. de Leg. 38. Leges quæ tegunt omni ratione suffragium. De Cla. 53. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. Pro Rab. 21. Ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. Pro Qu. 81. Id te admisisse dicis, quod ne mendacio quidem possis tegere. 5. Tusc. 11. Ut nostram ipsi sententiam tegeremus.

Excuso, defendo. Pro Cæc. 83. Majores vim armatam nulla juris defensione texerunt. Pro Planc. 1. Is meam salutem atque vitam sua benevolentia præsidioque texit. Pro Sest.

145. Patria, quam (ut levissime dicam) certe texeram. 13. Fam. 66. Tegere et tueri aliquem. 3. 10. Cum me armis texit suis.

Tegor, eris. 1. Q. Fr. 1. 11. Uniuscujusque natura tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur. Pro Sest. 22. Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur.

Tegulæ, *sunt quibus tecta consternuntur ad arcendas pluvias, et alia incommoda, κέραμος.* Pro Dom. 61. Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturos putabant. Ver. 3. 119. Excisis arboribus, demptis tegulis. I. A. 2. 45. Cum tu tamen nocte socia per tegulas demitterere. Frag. ep. In singulas tegulas impositis sexcentis. Hortens. Solertiam eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

Tegumentum, ti, *tegmen, κάλυμμα.* 2. de Nat. 150. Tegumenta corporum vel texta, vel suta. *Ibid.* 141. Palpebræ sunt tegumenta oculorum. 5. de Fin. 32. Pennarumque contextu corporis tegumenta faciebat.

Casa, diverticula. Pro Cæl. 47. Flagitiorum tegumenta quærere.

Tela, læ, *ἱστός.* 4. Acad. 95. Dialectica quasi Penelope telam retexens. Ver. 4. 59. Domus plena telarum. 3. de Orat. 224. Quanquam ea tela texitur, ut, &c.

Telephus. Pro Flac. 72.

Τελικά. *Lege,* Efficiens.

Tellus, uris, *γῆ.* 3. de Nat. 52. Terra ipsa dea est, quæ est enim alia tellus? De Somn. 10. Tellus neque movetur, et infima est. In Ar.

Quorum stirpes tellus amplexa prehendit.

10. Att. 13. In Telluris. *id est,* in æde Telluris. 3. Q. F. 1. Ad Telluris quidem tuam statuam locavi.

Telmessus, *urbs Cariæ.* 1. de Div. 91.

Telmesses, *populi.* 1. de Div. 94.

Τέλος. 1. de Fin. Id est vel summum bonum, vel ultimum, vel extremum, quod Græci τέλος nominant. *Lege,* finis.

Telum, li, *jaculum, hasta, hastile, ferrum, gladius, τόξον.* 3. de Orat. 156. Telum manu figit. Pro Qu. 52. Conjicere omnia tela in aliquem. *Ibid.* 8. Cum etiam telum adversarius nullum jecerit. Pro Dom. 39. Tela, quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. De Prov. 23. Tela omnia undique in patriam intenta. 1. ad Her. 18. E corpore cruentum telum educit. De Arusp. 2. Non dubito, quin ea tela, quæ conjecerit inimicus, quam ea, quæ collega patris emisit, leviora atque hebetiora sint. 3. C. 8. Qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret. Pro Arc. 23. Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare. 1. C. 15. Omnes sciunt, te stetisse in comitio cum telo. Ver. 5. 7. Edictum, ut ne quis cum telo servus esset. 2. Att. 24. et in Vat. 24. Vectius confessus est, se cum telo fuisse. 1. de Orat. 202. Oratorem inter hostium tela incolumem versari. 7. Fam. 16. Itaque te commovere non curas: usquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum. Pro Mil. 11. Esse cum telo. *Ibid.* Habere telum. Pro S. R. 33. Quod non totum telum corpore recepisset. Pro P. Opp. Telum ei e manibus ereptum est. Oecon. 1. Seorsum arma ac tela seponebantur.

Ansa, facultas, stimulus. De Ami. 62. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.

Adjuncta. *Acerrimum, levius atque hebetius, non mediocre, occultum, nefarium, venenatum.*

Syntaxis. *Telum manu figere. Conjicere tela in aliquem. Facere telum. Tela in corpus immittere. Tela in patriam intendere. Telum e corpore educere. Tela emittere. Stare in Comitio cum telo. Cum telo esse. Inter hostium tela versari. Habere telum. Totum telum corpore recipere. Telum e manibus eripere.*

Temerarius, a, um, *nullius consilii, inconsideratus, præceps, θρασύς.* Pro Cæc. 34. Ea sunt et turbulenta, et temeraria, et periculosa. 1. de Inv. 2. Cœca et temeraria cupiditas. 10. Fa. 21. Indicabo temerarium meum consilium tibi.

Temere, *inconsulte, inconsiderate, nulla ratione, sine judicio et modo, temeritate quadam, fortuito, ἀβούλως.* 2. de Orat. 32. Plerique temere et nulla ratione causas in foro dictitant. Pro S. R. 31. Forsitan in suscipienda causa temere impulsus adolescentia fecerim. *Ibid.* 79. Roscius de prædiis suis nunquam temere discessit. Pro Font. 1. Audacter hoc dico, non temere confirmo. 2. de Div. 113. Aliquid effutitum temere. 1. de Nat. 43. Inconsulte ac temere dicere aliquid. 10. Ar. 9. Temere et imprudenter facere aliquid. 1. de Inv. 58. Temere et nullo consilio regi. 4. Fam. 13. Non scribo hoc temere. 1. de Div. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt. 2. de Nat. 6. Idque evenit non temere, nec casu. *Ibid.* 115. Corpora huc et illuc casu et temere concursantia. Orat. 186. Superior ætas numero caruit, nisi si quando temere ac fortuito. 2. ad Her. 12. Non temere fama nasci solet. 1. Tuscul. 118. Non temere nec fortuito sati et creati sumus. 1. Off. 103. Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt, ne quid temere, ac fortuito, inconsiderate, negligenterque agamus. 8. in A. 16. Omnino irasci amicis non temere soleo.

Syntaxis. *Cœca et temeraria cupiditas. Temere, et nulla ratione. Inconsulto ac temere. Temere atque imprudenter. Temere et nullo consilio regi. Temere aspersa pigmenta. Non temere, nec casu. Casu ac temere. Temere ac fortuito. Temere, fortuito, inconsiderate, negligenter agere. Huc et illuc temere concursare.*

Temeritas, tis, *inconsiderantia, ἀβουλία.*) (*. sapientia.* De Arusp. 55. Plenus inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis. 3. de

Nat. 61. Fortuna ab inconstantia et temeritate sejungi non potest. Pro Planc. 9. Populus non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu plerumque, et quadam temeritate. 1. de Divin. 7. Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est. 2. 85. Quibus in rebus temeritas et casus, non ratio et consilium valet. 1. Off. 49. Multi multa faciunt temeritate quadam, sine judicio vel modo. 2. 8. Temeritas, quæ a sapientia dissidet plurimum. 3. C. 16. Cethegi furiosa temeritas. 1. de Inv. 58. Exercitus, qui stultitia et temeritate alicujus administratur. 2. ad Her. 36. Temeritate omnia regi. 2. Off. 62. Temeritate remota, gravissima est liberalitas. Pro C. Corn. 1. Ante vestros animos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut &c. 3. Acad. Facilior esset emendatio temeritatis.

Adjunct. *Admirabilis, furiosa, inconsideratissima, ac dementissima, insignis, summa, turbulenta, tribunitia, turpis, vitiosa.*

Syntaxis. *Inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis plenus. Non delectu aut sapientia, sed impetu ac temeritate duci. Temeritas et casus, non ratio et consilium. Temeritate facere, non judicio, vel modo. Stultitia et temeritate regi. Temeritate remota.*

Temetum, ti, *vinum, quod mentem tentet, μέθυ.* 3. de Rep. Careant temeto omnes mulieres.

Temo, onis, *lignum protensum in curru vel plaustro, quo jugum continetur, ῥυμός.* 2. de Nat. 109. *Poetæ.*

Temperamentum, ti, *temperatio, ratio, κρᾶσις.* 3. de Leg. 24. Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent.

Temperans, tis, *continens, qui in omni libidine se continet, moderatus, μέτριος.* 15. Att. 1. Cum hominem temperantem tantus improviso morbus oppresserit. Pro Font. 30. Vir frugi, et in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans, plenus pudoris, plenus officii, plenus religionis. Par. 3. An temperantem eum dices, qui in aliqua libidine se continuerit, in aliqua se effuderit? *Lege*, Temperantia.

Temperantius, ἐγκρατῶς. 9. Att. 2. Si hic temperantius egerit, consideratius consilium dabo.

Temperantia, tiæ, *modestia, moderatio, frugalitas, conformatio et moderatio continentiæ, σωφροσύνη, ἐγκράτεια.*)(. *Luxuria, libido.* 2. de Inv. 164. Temperantia est rationis in libidinem et in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Par. 81. Temperantiam immanitas in voluptatibus imitatur. 3. de Nat. 38. Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus. 5. de Fin. 67. Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. 1. Off. 96. Ut in eo moderatio et temperantia appareat, cum specie quadam liberali. 5. Tuscul. 42. Temperantia est moderatrix omnium commotionum. 1. Off. 15. Omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo et modus, in quo inest modestia et temperantia. 2. de Fin. 60. Modestia vel temperantia, quæ est moderatio cupiditatum, rationi obediens. 2. de Orat. 247. Dicacitatis moderatio et temperantia. 1. Fam. 9. Novi enim temperantiam et moderationem naturæ tuæ. 3. Tuscul. 16. Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam Sed haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit. 1. de Fin. 47. Ne temperantiam quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis afferat, et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia est enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem, ut sequamur, monet. et 2. Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod, &c. Par. 76. Quæ vero moderandis cupiditatibus, regendisque animi motibus laudatur, ejus est munus in agendo, cui temperantiæ nomen est. 5. Tusc. 57. Summa fuit ejus in victu temperantia. 3. Off. 116. Restat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. 6. Att. 9. Quæ tua prudentia et temperantia est. 1. Off. 93. Sequitur, ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia, et quasi quidam ornatus vitæ, temperantia, et modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, et rerum modus cernitur. 3. Off. 96. Altera in conformatione et moderatione continentiæ et temperantiæ cernitur. 1. de Fin. 48. Temperantia est expetenda, non quia voluptates fugiat, sed quia majores consequatur.

Adjunct. *Inimica libidinis, moderatrix omnium commotionum.*

Temperate, *temperanter, συμμέτρως.* 12. Att. 31. Agere temperate.

Temperatio, onis, *temperamentum, moderatio, modestia, εὐκρασία.* 1. Tusc. 21. Animus temperatione naturæ viget et sentit. 4. 30. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus. 2. de N. 13. Cœli temperatio, fœcunditas terrarum 2. de Div. 95. Hoc temperatio lunæ, cœlique moderatio efficit. *Ibid.* Quæ a luna, cæterisque sideribus cœli temperatio fiat. 2. de N. 26. Semina temperatione caloris oriri et augescere. Ver. 4. 98. Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solus perspicis. 4. Acad. 85. Eodem ære, et eadem temperatione facere signum. 1. Tusc. 68. Commutationes temporum quadripartitæ ad temperationem corporis aptæ. 2. de L. 16. Mensium temperatio, &c. 3. 12. Temperatio reip. *Ibid.* 28. Temperatio juris. 4. Tusc. 1. Temperatio civitatis. 3. de Leg. 27. Sed præsto est hujus vitii temperatio. De Un.

37. Deinde ad temperationem superiorem revertit, in qua omnem animum universæ naturæ temperans permiscebat.

Moderator. De Somn. 10. Sol mens mundi et temperatio.

Syntaxis. *Animus temperatione naturæ vigat et sentit. Temperatio corporis, cœli, terrarum. A luna cæterisque sideribus temperationem fieri. Semina temperatione caloris oriri e augescere. Eodem ære eademque temperatione facere signum. Temperatio reip., juris, civitatis. Sol mens mundi et temperatio.*

Temperator, oris, ἁρμοστής. Orat. 70. Moderator ille, et quasi temperator hujus veritatis.

Temperandus, a, um. Orat. 103. At hæc interdum temperanda et varianda sunt. *Ibid.* 97. In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi pedes. 4. Acad. 3. In constituendis temperandisque civitatibus.

Temperans, tis. De Som. 11. Sonus, qui acuta cum gravibus temperans, varios æqualiter concentus efficit.

Temperatus, a, um, *temperans, moderatus, modicus*, εὔκρατος. 3. de Nat. 87. Vir justus, temperatus, sapiens. 12. Fam. 27. Temperati moderatique mores. 11. Att. 24. Moderatione paullo minus temperatus. 1. de Div. 115. Si modo temperatis escis, modicisque potationibus est affectus. 2. 89. Perinde utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes formari. 1. Off. 3. Æquabile et temperatum orationis genus. 2. de Orat. 12. Nec est ulla temperatior oratio, quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. Orat. 106. Oratio permista et temperata numeris. *Ibid.* 95. Orator medius, modicus, temperatus, mediocris, &c. De Ami. 64. Ut utamur quasi quis temperatis, sic amicitiis, aliqua ex arte periclitatis moribus amicorum. 1. Att. 6. Sed ita temperata tota ratio est, ut reip. constantiam præstem. 4. 6. Hominem in summa animi magnitudine multa humanitate temperatum perdidimus. 1. Tusc. 63. Auribus magna oblectatio parta est, inventa et temperata varietate et natura sonorum.

Temperius, *tempestivius*. Epist. lib. 9. ep. 16. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat: cætera eodem modo. *Alii* temporius *legunt*.

Syntaxis. *Temperati moderatique mores. Temperatæ escæ. Temperatus aer. Æquabile et temperatum orationis genus. Oratio permista et temperata numeris. Homo in summa animi magnitudine multa humanitate temperatus.*

Tempero, as, *moderor, temperationem facio, misceo*, ἁρμόζω. 1. de Div. 96. Lycurgus qui Lacedæmoniorum remp. temperavit. De Univ. 19. Ea cum tria sumsisset, unam in speciem temperavit. Orat. 99. Si suam copiam cum illis duobus generibus non temperavit. Pro Mar. 8. Temperare victoriam. 1. Tuscul. 2. Temperare remp. optimis institutis et legibus. Orat. 176. Hoc genus Isocrates moderatius temperavit. *Ibid.* 60. Oculorum et hilaritatis, et vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. 2. de Nat. 50. Solis tum accessus modici, tum recessus, et frigoris et caloris modum temperant. 2. de Leg. 21.

Abstineo. Pro Corn. 60. Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. Ver. 2. 17. Verrem nemini ulla in re temperasse. 1. 154. Te putet quisquam, cum ab Italia freto disjunctus esses, sociis temperasse? 10. Fam. 7. Temperare sibi in aliqua re. 2. ad Her. 29. Cui mirum videbitur istum a maleficio non temperasse? 4. 26. Eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum?

Temperor, aris. 12. in A. 26. Cujus immanitas naturæ, ne vino quidem permixta temperari solet. 2. de Div. 93. Ortus et occasus syderum, quorum vi cœlum modo hoc, modo illo modo temperatur. 2. Fam. 15. Nam ea, quæ speras Tulliæ meæ prudentia temperari posse, scio, &c. 1. Off. 119. Quod simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri et temperari non potest. 2. de Nat. 131. Etesiarum flatu nimii temperantur calores.

Syntaxis. *Temperare varietatem et naturam sonorum. Multa unam in speciem temperare. Temperare victoriam. Remp. optimis institutis et legibus temperare. Frigoris et caloris modum temperare. Temperare alicui*; id est abstinere. *Temperare sibi in aliqua re. A maleficio temperare. Sibi a mendacio temperare. Ex dissimilibus rebus misceri et temperari.*

Tempestas, tis, *tempus*, ὥρα. 3. de Orat. 151. Qua tempestate Pœnus in Italiam venit. Orat. 164. Qua tempestate Paris Helenam, &c.

Naturalis turbo, procella, ζάλη. 2. Off. 19. Procellæ, tempestates, naufragia, ruinæ, incendia. 7. in A. 28. Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam a vectoribus admoneri solent. 1. de Nat. 4. Tempestates ac temporum varietates, cœlique mutationes. 1. de Inv. 4. Turbida tempestas. Pro Mur. 36. Tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commoventur, sæpe obscura aliqua ex causa concitantur. 2. de Nat. 167. Si segetibus aut vinetis cujuspiam tempestas nocuerit, &c. 2. de Invent. 95. Nautas adversa tempestate in alto jactari. 5. Tusc. 5. Jactatus magna tempestate. 2. Att. 6. Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. 2. de Div. 94. Alia Romæ, alia Tusculani evenit sæpe tempestas. Pro Sest. 101. Tempestas periculi: *id est, metus. Ibid.* 140. Cæteri vero aut repentina vi perculsi ac tempestate populari, aut &c. 3. de Nat. 51. Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræque tempestates. Pro S. R. 131. Ventus vehemens, immoderata tempestas. Ver. 4. 86. Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. Pro Sest. 46. Navis reipub.

fluitans in alto tempestatibus seditionum et discordiarum. Ver. 5. 26. Nullus dies tam magna ac turbulenta tempestate fuit, quin, &c. 2. de Inv. 96. Fluvius commotus magnis tempestatibus. 16. Fam. 9. Ibi propter tempestatem ad VI. Id. morati sumus. Pro Cæc. 88. Ut si qui ex alto tempestate subito rejectus optaret, &c. 2. de Inv. 98. Cum magna in alto tempestas esset. Parad. 6. Virtus nec tempestatum nec temporum permutatione mutatur. 3. de Orat. 55. Cum homines tempestatis causa opere prohibentur. Pro Ligar. 35. Tempestate abreptus est unus. De Ar. 4. Multo ante prospexi quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipublicæ. De Prov. 18. Omnem illam tempestatem, cui cesserim, Cæsare impulsore, atque adjutore esse excitatam. Ver. 1. 46. Tam subito tempestates coortæ sunt maximæ, ut &c. *Ibid.* tempestas sedatur.

Ærumnæ, calamitas, tempus miserum. 5. in A. 15. Hæc causa, cur lex tam egregia maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina et tonitrua feratur. 7. *Ibid.* 7. Hujus magnitudini animi tempestas est oblata formidolosissimi temporis. 9. Fam. 6. His tempestatibus es prope solus in portu. 10. Att. 4. Eaque ipsa tempestate eversa est resp. quam ego XIIII. annis ante prospexi. 1. de Orat. 2. Nam qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ molestiarum et turbulentissimæ tempestates extiterunt. Pro Clu. 96. Non fuit illud judicium, &c. sed vis (ut sæpe dixi) ruina, atque tempestas. Pro Dom. 108. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. *Ibid.* 137. Tu procella patriæ, turbo et tempestas pacis. Pro Pl. 11. Qui hac populi tempestate jactamur et fluctibus. 2. de Inv. 154. Sedatis fluctibus, et tempestate jam commutata. 1. C. 22. Quanta tempestas invidiæ nobis impendeat. Ver. 2. 91. Tempestatem calamitatemque vitare.

Aeris, ac temporis constitutio, statusque. Pro Flac. 31. Defendenti facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione et conversione. 2. Q. Fr. 2. Tu velim quam primum bona et certa tempestate conscendas. *Ibid.* 5. Dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. 14. Fa. 4. Nautæ tempestatem prætermittere noluerunt. 2. de Div. 82.

Cum tonuit lævum bene tempestate serena.

89. Tempestas cœli. 9. Att. 15. Egregia tempestas. Frag. ep. Cum iter facerem Claternam tempestate spurcissima. 16. Fam. 1. Comites, et tempestates et navem idoneam ut habeas, diligenter videbis.

ADJUNCTA. *Adversa, læta, serena, bona et certa, calamitosa, communis, horribilis, civilis, egregia, idonea, non idonea, immoderata, sæva, magna, turbida, magna, turbulentaque, maxima, popularis, perfrigida, repentina, subita, tetra, turbulentissima, violentissima.*

SYNTAXIS. *Tempestatem commoveri, concitari, sedari. Adversa tempestate in alto jactari. Ex alto tempestate rejectus. Tempestate abreptus. Tempestate everti remp. Tempestate et fluctibus jactari, percelli. Tempestas invidiæ nobis impendet. Tempestatem excitare, cooriri, vitare. Tempestati cedere. Tempestatem habere idoneam.*

Tempestive, *opportune, in tempore,* εὐκαίρως. 2. de Nat. 156. Tempestive demetendi percipiendique fructus scientia.

Tempestivitas, tis, *opportunitas,* εὐκαιρία. De Sen. 33. Sua cuique parti ætatis tempestivitas est data.

Tempestivus, a, um, *opportunus,* ἐπίκαιρος. 1. Tusc. 109. Multa mihi ad mortem tempestiva fuerunt. Pro Pomp. 34. Pompeius Sardiniam cum classe venit, nondum tempestivo ad navigandum mari. 2. de Nat. 131. Natura quam tempestivos dedit, quam salutares omnibus animantibus ac stirpibus ventos etesias. 2. Off. 14. Nec ex his tempestivos fructus capere possemus. De Sen. 5. Maturitas tempestiva.

Tempestiva convivia dicebantur, quæ statis temporibus ac diebus sodalitates agitabant, in quibus multa erat licentia, multus sermo, sed festivus: nam ad omnem hilaritatem comparata hujuscemodi convivia fuisse videntur. Pro Arch. 13. Quantum temporis alii tribuunt tempestivis conviviis, tantum, &c. 9. Att. 1. Multa a me conviviis tempestivis disputantur. Ver. 3. 62. Statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. De Sen. 46. Ego propter sermonis delectationem tempestivis conviviis delector. Pro Mur. 13. Tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Att. 9. 13. Quas enim cœnas et facere, et obire, scripsit ad me Sestius! quam lautas! quam tempestivas!

Templum, pli, *fanum, ædes, ædes sacra, sacer locus, cella, domus,* ναὸς, νεὼς, νεός. Ver. 4. 94. Herculis templum sane sanctum apud Agrigentinos, et religiosum. 10. Fa. 12. Venit Servilius Jovi ipsi iniquus, cujus in templo res agebatur. 1. de Div. 94. In templo Herculis. 2. de Leg. 21. Templa liberata et effata habento. *Ibid.* Effari templum. 2. de Inv. 1. Templum et fanum idem, et ædes sacræ. 5. in A. 18. In cella Concordiæ collocari armatos, e templo carcerem fieri. De Somn. 6. Deus is, cujus hoc templum est omne, quod conspicis. 1. de Div. 41. Ad cœli cœrula templa. Pro Dom. 131. Curia est sedes ac templum publici consilii. In Vat. 24. In rostris, in illo inquam augurato templo ac loco. Pro Mil. 91. Curia, templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, ara sociorum, portus omnium gentium. 1. de Div. 4. Templum Junonis Sospitæ L. Julius de Senatus sententia refecit. *Ibid.* 99. Templum a Senatu Junoni Sospitæ restitutum. Pro M. Scau. Sanctissimos deos illo constituisse in templo videtur in vestro conspectu, ut. De Consolat. Eorum

in urbibus atque agris augustissima templa veneremur.

ADJUNCTA. *Amplissimum, antiquum, auguratum, augustissimum, et religiosissimum, clarissimum, et religiosissimum, clarissimum, egregium, pulcherrimum et magnificentissimum, sanctum, et religiosum, novum, sanctissimum.*

Temporalis, le, ὥριος. De Nat. Deor.

Temporius, *maturius.* 9. Fam. 16. Temporius fiat cœna. *Alii* Temperius, *legunt.*

Tempus, oris, *motus mensura,* χρόνος, καιρός. 1. de Inv. 39. Tempus autem est id quo nunc utimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis cum alicujus annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii certa significatione. De Un. 29. Siderum errores idipsum esse, quod rite dicitur tempus. 1. de Nat. 21. Tempus sine mundi conversione effici non potest. Pro Mur. 72. Quod enim tempus fuit aut nostra aut patrum nostrorum memoria, quo hæc ambitio non fuerit? 9. Att. 18. Consilia differre in tempus aliquod. 2. contra Rull. 3. Vester honos ad mei temporis diem petitus. 6. Fam. Temporum nostrorum magna varietate. 1. 9. Temporibus assentiendum. 13. 29. Paruit et temporibus et fortunæ meæ. 12. Att. 50. Temporibus parere præcipiunt omnes politici. 10. Fam. 3. Temporibus nimis servire. 1. 7. Tempora adipisci. Orat. 120. Conservare et notare tempora. 7. Fam. 1. Matutina tempora lectiunculis consumere. 4. 5. Modo uno tempore. 7. 18. Diversis temporibus. 4. 5. Hisce temporibus. *Ibid.* 3. A primis temporibus. 1. 6. Temporbus illis. *Ibid.* 9. Primis temporibus illis. *Ibid.* Meis temporibus accidit, &c. 5. de Fin. 4. Quodam tempore Metapontum veni tecum. 1. de Inv. 4. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes et insipientes homines solitos esse versari, nec &c. Pro Clu. 138. In illo tempore. *Ibid.* 95. Optimis hercle temporibus, tum cum, &c. Pro Font. Illis optimis temporibus, cum, &c. 10. Fa. 10. Cujus rei non modo non præteriit tempus, ted ne maturum quidem etiam nunc fuit. 1. 2. Nactusque tempus hoc magis idoneum, quam antea, &c. 3. 6. Tempus anni idoneum. 2. Off. 4. Cum Philosophiæ multum adolescens temporis tribuissem. 10. Att. 20. Ipse confiteor venisse tempus, quum jam nec fortiter, nec prudenter quidquam facere possim. Post Redit. ad Quirit. 33. Tempore et die memoriam beneficii definire. 5. Fa. 15. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, ut, &c. 13. 75. De tempore alicui commodare. Off. 2. 33. Ex tempore consilium capere. Pro Arch. 18. Ex tempore dicere. 10. Att. 1. Ex tempore futura scelera censes? 2. de Leg. Agra. 55. Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore. 5. 8. Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi observantiam, neque mihi tuam summam benevolentiam ac liberalitatem defuisse. 2. de Inv. 40. In tempore quid considerandum. 1. de Orat. 2. Tempora communia. Ver. 5. 1. Dubia formidolosaque tempora. Pro Font. 32. Dubia Reip. tempora. 12. Att. 19. Tempora erudita. 1. Div. 1. Tempora Heroica. 5. Fam. 17. Tempora priora in ruinis Reip. jacuerunt. 1. ad Her. 9. Tempora tria, quibus principio uti non possumus. 2. Fa. 17. Tempora autem Reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Part. 89. Tempora vim maximam habent. 1. de Leg. Tempora quædam subcisiva incurrunt, quæ ego perite non patior. 12. Fam. 1. Tempora valent in Rep. plurimum. 1. de Orat. 2. Temporum casus. 1. de N. 21. Nulla temporum circumscriptio metitur spatio æternitatem. Pro Corn. Balb. 38. Fuit hoc sive meum, sive Reipublicæ fatum, ut in me omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. *id est,* ut omnis illa Reipub fortuna. 3. Q. Fr. 8. Motus temporum venientis anni. Ver. 3. 36. Ex tempore admoneri. 1. C. 15. Nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore. 2. de Orat. 169. Nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. Ver. 4. 107. Flores omni tempore anni. 2. de Orat. 181. Tempus est jam de ordine argumentorum dicere. 7. Att. 17. Sed stomachari desinamus, tempori pareamus. 1. de Orat. 1. Fuit tempus illud, cum putarem, &c. 11. Fa. 28. Veniet tempus, cum, &c. Pro Pom. 1. Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. *id est,* periculis vel casibus. Pro Q. 4. Diligentia quanta sit, nisi tempus et spatium datum sit, intelligi non potest. Ad Br. 10. Datum Lepido tempus est, in quo levitatem ejus experiremur. Pro Cæc. Si tempus feret. 1. Qu. Fr. 1. 23. Cuipiam in doctrina percipienda multum studii fuisse, et temporis. Pro Q. 54. Post tempus in aliena re facere, quod ille in sua re, cum tempus erat, non fecit. Pro Cæc. 19. Quadriennium hoc est, ex quo tempore fundus veniit. 4. Fa. 9. Tempori cedere, id est, necessitati parere, sapientis semper est habitum. 1. 5. Ejusmodi tempora post tuam perfectionem consecuta sunt, ut, &c. 5. 15. Nisi id verbum in omne tempus perdidissem. 5. Tus. 70. Æterno tempore. 1. de Finib. 63. Ex infinito tempore. *Ibid.* 17. Ex æterno tempore. 5. Famil. 20. Ut ii accipiunt, quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. *Ibid.* 15. Consumere omne tempus in litteris. 15. 2. Ponere tempus in aliquo magno officio. 4. 5. Traducere tempus. 5. 8. In eadem Reip. tempora incidimus. 3. 4. Ex quo tempore tu me diligere cœpisti, &c. 5. 17. Omne tempus una fuissemus. 1. 5. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus et agendi, et cogitandi. 1. de Inven. 86. Difficilia factu longi temporis indigent. 5. Fa. 8. Extitit tempus optatum mihi magis, quam speratum. 6. 10. In temporum parvis inclinationibus. 7. 17. Ætatis magis idoneum tempus, hoc si amiseris, nullum unquam es reperturus.

Orat. 194. Tempus, intervallum, spatium in pede oratorio. 2. ad Her. 7. Tempus instans, præteritum, consequens. 1. de Fin. 72. Tempus futurum, posterum, consequens. 15. Fa. 17. Tempora priora et prima)(. *posteriora et proxima.* Ver. 1. 103. Iste nullum temporis punctum vacuum peccato præterire passus est. Orat. 120. Conservare et notare tempora. 1. Off. 31. Sed incidunt sæpe tempora, cum ea quæ, &c. Ver. 4. 74. Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur. 4. Cat. 13. Atque illo tempore Lentulus, &c. De Clar. 50. Quis Thebanum oratorem scit fuisse temporibus illis? Ver. 5. 75. Piratæ, a quo tempore capti sunt, domi tuæ fuerunt. 3. de Orat. 144. Aut si non potuerim tempus non perdere, cum tamen, &c. Brut. 17. Vereor ne in breve tempus dilata sit abs te pernicies. 1. Qu. Fr. 1. 12. Si quem forte tui cognovisti amantiorem, quam temporis. 11. in A. 27. Necesse est interdum rerum temporibus potius parere, quam moribus. Cat. Breve tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque vivendum. 3. Phil. 2. Tempus breve imparatis longum. 4. Acad. 2. Tempus diuturnum in aliqua re consumere. 6. Att. Tempus emeritum. 1. 1. Tempus ereptum e summis occupationibus. 14. 12. Tempus grave. 1. de Div. 32. Tempus hyemale. 1. Off. 142. Tempus idoneum ad agendum. 2. de Fin. 88. Infinitum tempus ætatis. 1. 33. Tempus liberum, quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere possimus. 2. Fam. 19. Opportunum tempus. 3. Tuscul. 7. Tempus postmeridianum. 2. Div. 44. Tempus ratum. Pro Dom. 29. Repentinum tempus. Pro Clu. 94. Suspiciosissimum tempus. Cat. 70. Tempus vernum. 2. de Fin. 88. Ultimum tempus ætatis. 10. Fam. 33. Anni autem tempus libertatem majorem mihi dat. 5. P. 38. Tempus civitatis. 16. Att. 6. Tempus discessus absurdum. Læl. 60. Ferendum id Scipio potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum, putabat. Pro Mur. 7. Abiit illud tempus, mutata ratio est. 9. Fam. 20. Tempus omne corpori datur. 1. Div. 127. Tempus nihil novi efficit, et primum quidque replicat. 1. Off. 142. Tempus est actionis opportunum, juxta Stoicos. 3. Fam. 10. De qua re alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. 1. Off. 64. Nullum tempus est, quod justitia vacare debeat. Pro Mil. 70. Erit, erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, &c. 9. Att. 3. Si commodius anni tempus esset. 2. ad Her. 7. Tempus quomodo inspiciatur. 2. de Leg. 29. Tempus, ut sacrificiorum libamenta serventur, fœtusque pecorum, diligenter habenda ratio intercalandi est. 12. Att. 19. Tempus illud longum, cum non ero, magis me movet, quam hoc exiguum. Ad Qu. Fr. Quod mihi tempus, Romæ præsertim, ut iste me rogat, manenti vacuum ostenditur? 1. Off. 81. Quum tempus necessitasque postulat. 7. Att. 9. Præteriit tempus legitimum non legis, sed libidinis tuæ. 2. Famil. 7. Tibi quum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis, quam ne tempus nobis provinciæ prorogetur. 4. 6. Ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. 1. Tusc. 49. Quem tempus mortis venisset. 9. Att. 13. Temporis aliquid impertias huic quoque cogitationi. 3. de Orat. 226. Edidi quæ potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiæ coegerunt. Pro Sest. 11. Temporis atrocitas. 6. Famil. 6. Temporis beneficium. 4. Acad. 63. Temporis brevitate ab aliquid faciendo excludi. 1. Att. 6. Eo factum est, ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid, cum brevitate temporis tam pauca cogerer scribere. Pro Dom. 75. Sed si mihi ante hæc durissima tempora Reipub. nihil aliud unquam objectum est, nisi crudelitas illius temporis, quum a patria perniciem depuli, &c. 3. Famil. 2. Temporis decursus. Pro Dom. sua. 69. Temporis flamma. Pro Mil. 28. Deinde profectus est id temporis, quum jam Clodius, &c. redire potuisset. 1. C. 10. Quos ego jam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram. 16. Famil. 8. A temporis injuria abesse. 6. 4. Temporis longinquitas me mitigavit. 5. 16. Temporis medicina. 2. 6. Ne patiare quidquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. De Univers. 26. Temporis motus consignandus e cursu siderum. 4. Acad. 12. Multum temporis in ista una disputatione consumpsimus. 2. Att. 23. Nam cum vacui temporis nihil haberem, &c. hæc dictavi ambulans. 1. Qu. Fr. 1. Cui temporis plurimum fuit in virtute percipienda. Act. 1. Ver. 8. Temporis procella. 5. Fa. 15. Propagatio miserrimi temporis. 1. de Nat. 52. Nullo puncto temporis intermisso. 3. Fa. 10. Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Cat. 69. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet contentus esse. 8. Att. 4. Affert enim et temporis reliqui recuperandi rationem, et præsentis tuendi. De Un. 39. Ad temporis spatiorum significationem mundi partes notæ constitutæ. 7. Phil. 7. Temporis tempestas. 2. de Nat. 161. Longinqui temporis usu et periclitatione aliquid præcipere. 10. Fa. 25. Nunc nihil prætermittere videbere usitati, et quasi legitimi temporis ad petendum. 3. 1. Temporis usuram sarcire. 12. Att. 39. Sunt hujus temporis, *id est, apta huic tempori*. Br. 243. Tempori obedire. 4. Fa. 6. Officiis, quæ illi tempori tribui potuerunt. 1. Phil. 9. Non quo me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardius, quam cuperem, Reip. gratularer. Cat. 60. Usque ad ultimum tempus senectutis. 1. Att. In aliud tempus quidpiam differre. 35. Fa. 14. Considera ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. 2. 6. Quod in id Reipubl. tempus non incideris, sed veneris. 2. de In. 78. Si sibi illa res, atque ea faciendi causa per

idem tempus accidisset. De Cla. 285. Duo Oratores fuerunt per idem tempus dissimiles inter se. 16. Fam. 1. Quum per anni tempus navigare poteris, ad nos veni. 12. 24. Tempus minimum non amisi tuendæ salutis. 15. 12. Causam totam et tempus arripere. 11. 16. Tempus satis scite et commode cepit ad te adeundi, *id est*, temporis opportunitatem. 7. Att. 11. Tempus omne consumo considerans. *pro*, in considerando. 5. Fam. 15. Liberum mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari, &c. 6. P. 23. Tempus differre. 15. Fa. 9. Tempus cuipiam lege finire. *id est*, præscribere. 7. Phil. 28. Tempus habes tale, quale nemo habuit unquam. *id est*, occasionem. 3. Q. Fr. 5. Nostrumque hoc tempus ætatis, quod in illa autoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore jactari, aut domesticis litteris sustentari. 11. Fa. 10. Observare tempus faciendi aliquid. 2. Div. 93. Tempus nascendi nihil ad agendam vitam pertinere, sed vim et naturam gignentium. Top. 1. Brevi tempore. *id est*, brevi temporis spatio. 2. cont. Rull. 14. Concurrunt plures uno tempore librarii. 4. C. 7. Eos puncto temporis vivere non oportere puto. 6. Fa. 5. Ne punctum quidem temporis. 9. 11. Brevi tempore sum visurus. Pro Muræ. 62. Temporis causa irasci licet. 4. Acad. 113. Nec dico temporis causa, sed ita plane probo. Pro Flac. 36. Aliquid temporis causa facere, vel dicere. Pro Q. R. 50. Eos improbos temporis causa esse fingo. De Ami. 26. Qui simulatione amicitiæ coluntur temporis causa. Pro Planc. 72. Aliquem ea, quæ de aliquo dicat, mentiri, et temporis causa fingere. Pro Clu. 28. Uno tempore duas res audire. Ver. 1. 141. Alienissimo tempore locare incipit. De Cl. 2. Hortensius alienissimo Reip. tempore extinctus est, et cessit e vita, suo magis, quam civium suorum tempore. 16. Att. 1. Sæpe ii, qui debent, non respondent ad tempus. 13. 43. Ad tempus redire. Ver. 1. 141. Accurrunt tamen ad tempus tutores. Pro Cæl. 17. Ad tempus accommodare se alicui. 1. Off. 27. Perturbatio animi, quæ plerunque brevis est, et ad tempus. 10. Fa. 9. Capere consilium ad tempus. 2. de Inv. 78. Per idem tempus. *id est*, eodem tempore. 8. Att. 19. Castra per anni tempus facere non possum. 1. ad Her. 21. Qui per id temporis quæstor urbanus erat. Pro Arch. 12. A nullius me unquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxit. 3. Off. 93. Nisi forte eam pecuniam in Reipubl. magnum aliquod tempus contulerit. 1. de Leg. 6. Sumere tempus ad aliquam rem. 2. Qu. Fr. 9. Tantum sumam a vobis temporis ad scribendum, quantum dabitis. 1. Att. 11. Ut vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim. Div. 41. Omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis consumo. 1. Att. 10. Ponere tempus in aliquo loco. De Ami. 53. Coluntur autem simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. 11. Fa. 16. Scite et commode capere tempus adeundi ad aliquem. Part. 30. Dicere aliquid ad tempus apte. 2. Att. 14. Ejusmodi sunt ii versus, ut ab amico Pompeii in tempus scripti esse videantur. 15. Fam. 15. Temporibus amissis, quæ plurimum valent, præsertim in bellis civilibus. 11. 16. Temporibus Clodianis. 10. 12. Et si Reip. causa maxime gaudere debeo, tantum ei te præsidii, tantum opis attulisse extremis pæne temporibus &c. 9. de Na. 126. Vespertinis temporibus delitescere. 6. Fam. 10. Temporibus regentur quæ sunt in fortuna. 1. Tusc. 1. Remissa temporibus, longo intervallo intermissa, revocavi. *scilicet Reip. intelligit enim tempora turbulenta bellorum civilium.* Part. 32. In temporibus quæ cernenda. Pro Clu. 146. Et illa oratio potius temporis mei, quam judicii et autoritatis fuit. *Ibid.* Omnes illæ orationes causarum et temporum sunt, non hominum ipsorum ac patronorum. 1. de Nat. 63. Sophistes temporibus illis vel maximus. De Cl. 107. Fuit (ut temporibus illis) juris valde peritus. *Ibid.* Erat cum litteris Latinis, tum etiam Græcis (ut temporibus illis) satis eruditus. Ad Att. Multas uno tempore accepi epistolas tuas. Div. 73. Si tantulum offensum, titubatumque sit, ut ea, quæ singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore universa perdamus. 3. Qu. Fr. 1. Quod me de versibus faciendis rogas, incredibile est, mi frater, quam egeam tempore. 13. in A. 24. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumsisses. Pro C. Cor. 1. Judicium æquiore tempore fieri oportere. Hortens. Omnesque ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissemus. Timæ. Ad originem temporis inventum est curriculum Solis et lunæ. Incert. Et eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur.

Tempestas, et status anni, diei, annique tempus, ac pars. Ver. 2. 95. Hic, qui Romam venisset, satisque feliciter anni jam adverso tempore navigasset, &c. rem ad amicos detulit.

Calamitosi dies. Pro Q. 20. Tempore deteriore aliquid facere. In Cat. 27. Extremo tempore. 1. de Div. 12. Observata sunt hæc tempore immenso. 4. Fa. 14. Ego tam misero tempore nihil novi consilii cepissem. Ver. 3. 136. Scandilius rem se totam relicturum dicit, et suo tempore esse redditurum. Pro Pomp. 61. Exercitum difficili Reip. tempore conficere. Pro Cæc. 11. Temporibus illis difficillimis solutione. Pro Sest. 5. In gravissimis temporibus civitatis. 4. Fa. 13. Tristissimo meo tempore. Pro Do. sua. 6. Quamdiu tempus turbulentum fuit. 2. Fa. 16. Tempora Reip. turbulenta. Pro Corn. 22. In periculis et asperis temporibus, &c. *Ibid.* 34. Duris quondam temporibus &c. 5. in A. 46. Summo et difficillimo reip. tempore. Act. 1. Ver. 1. Summo Reip. tempore. 3. de Leg. 33. Est autem boni auguris, maximis Reip. temporibus præsto esse. 11. At. 1. Tempo-

ribus his miseris et extremis. 4. Ac. 1. Quibus temporibus? *pro*, quando? 15. Fa. 8. Vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis. Pro Sest. 4. In gravissimis temporibus civitatis, &c. 5. Fa. 16. Perturbatio temporum perditorum. Ver. 5. 176. Temporum ratio atque inclinatio permagni momenti in Rep. 8. At. 16. Temporum tristitiam subire. 3. de Leg. 24. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum gravissimo Reip. tempore, &c. 4. Fa. 13. Tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo. 3. 10. Quererer tecum, atque expostularem, ni, ut supra scripsi, purgare me tibi hocce tempore, quam accusare te mallem. Pro C. Cor. 1. Extremi ac difficillimi temporis vox illa. *Ibid.* Instituí exemplum temporibus suis accommodatissimum cupierunt.

Pars capitis ad utrumque latus. 4. ad Her. 69. At iste Graccho percutit tempus.

Tempore, id est, opportune, vel in tempore, vel ad tempus. 7. Fa. 18. Ego enim renovabo commendationem, sed tempore. Ver. 2. 128. Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. 3. Off. 58. Ad cœnam tempore venit Cannius. 11. Fa. 1. Satis tempore ad eos accedemus.

Adjuncta. *Adversum, æstivum, dubium, dubium formidolosumque, miserrimum atque acerbum, æternum, finitimum, alienum, alienum, et minime necessarium, alienissimum, antelucanum, felicissimum, secundum, triste, incertum, difficillimum, legitimum, usitatum atque legitimum, utilius, annuum, gravius, summum, et periculosissimum, hybernum, asperum, durum, atrox et difficile, bellicum .)(. pacatum, sedatius, tranquillum, bonum, magnum, breve, longum, diurnum, nocturnum, brevissimum, idoneum, brumale, cæcum, minimum, certum, civile, turbulentum, commodum, commune, deterius, inauditum, difficile, difficillimum, dignum, tranquillissimum .)(. turbulentissimum, dirum, hyemale, dispar, grave, domesticum, et forense, inimicum, durissimum, repentinum, tranquillum .)(. turbulentum, eruditum, exiguum, meridianum, pomeridianum, sempiternum, extremum, infirmum, infestum, formidolosissimum, optabile, necessarium, futurum, posterum, consequens, gladiatorium, gravissimum, importunum, heroicum, honestius, honestissimum, longinquum, minus idoneum, opportunum, summum, immensum, improvisum, infinitum, ultimum, inimicum, iniquum, non modo justum, sed etiam necessarium, liberum, miserum, et luctuosum, tranquillum, et optatum, perditum, primum, privatum, reliquum, superius, longinquum, et immensum, vespertinum, matutinum, maturum, supremum, vernum, maturius, miserrimum, varium, medium, proximum, ultimum, melius, miserum, miserum, et extremum, posterum, miserum, ac perditum, perbreve, novissimum, opportunissimum, optatissimum, perexiguum, optimum, præposterum, præsens, præteritum, proprium, subitum, et exiguum, turbidum, quietum, recens, vacuum ac liberum, solutum, ac liberum, subabsurdum, summum, et difficillimum, suspiciosissimum, tenebricosissimum, tristissimum, verum.*

Syntaxis. *Differre aliquid in tempus. Ad mei temporis diem hoc accidit. Tempore et die metiri beneficia. De tempore alicui commodare. Ex tempore orare, servire, auxiliari. Infinito ex tempore. Ex quo tempore inservis? Tibi multum est temporis in Medicina. Dari tempus et spatium. Æterno tempore. Ex æterno tempore. Tempus ponere, traducere, consumere. In illo tempore, illo tempore, et illis temporibus. Brevi tempore. Hoc puncto temporis. Uno tempore plura facere. Dicere causa temporis. Non possum per anni tempus. A tuo tempore nulla me causa abstrahet. In tempus amici conferre pecuniam. Adverso navigare tempore. Adverso anni tempore. Temporum tristitia. Id tu agis tempore. Ad tempus venis. In breve tempus differre. Rerum temporibus parere. Ætatis nostræ breve tempus. Ereptum ex occupationibus tempus. Dare omne tempus studiis. Temporis decursus. Temporis usuram sarcire.*

Temulentus, a, um, *vinolentus, ebriosus,* ἀθώνευτος. Pro Sest. 20. Consul temulentus. Postq. in Sen. 12. Vox pressa et temulenta. Acad. Libera turba temulentorum.

Tenacitas, tis, *συνάφεια.* De Nat. 122. Quædam animalia unguium tenacitate cibum arripiunt.

Tenax, cis, *γλίσχρος.* Pro Cæl. 36. Pater parcus et tenax. Pro Planc. 54. Restrictum et tenacem esse.

Tendiculæ, *laquei, retia, παγίς.* Pro Cæc. 65. Aucupia verborum et litterarum tendiculæ.

Tendo, is, *aliquid cogito, ad aliquid aspiro, τείνω, συντείνω.* 2. de Div. 4. Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo.

Extendo, porrigo. 10. in A. 9. Græcia tendit dextram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. 4. C. 18. Vobis supplex manus tendit patria communis. 1. de Div. 4.

Tendebamque manus ad cœli cærula templa.

Pro Font. 38. Tendere manus supplices ad deos, vel diis, pro aliquo. De Pro. 9. Imperator dextram tendens, &c.

Molior. Pro Q. R. 46. et 1. de Leg. 47. Tendere insidias alicui.

Ostendo. Pro Font. 26. Non intelligunt, se populo Romano non metum belli, sed spem triumphi tendere.

Fundo. De Un. 18. Animum autem ut in mundi medio collocavit, ita per totum tetendit. 1. de Orat. 184. Prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigere atque tendere.

Eo, contendo. 16. At. 5. Itaque dubito, an Venusiam tendam, ibique expectem.

Tene, es, *urbs in Peleponneso.* 6. Att. 2. et Ver. 1.

Tenebræ, arum, *obscuritas, caligo, nox, σκότος.* Pro S. R. 91. Qui tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in

tenebris, omniaque miscebant. 2. de Nat. 96. Tenebræ Ætneorum ignium finitimas regiones obscuraverunt. 2. contra Rul. 43. Nunc tetris tenebris et caligine Alexandriam se perventuros putant. Pro Arch. 14. Quæ jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Postq. in Sen. 5. Ex superioris anni caligine et tenebris lucem in Repu. respicere cœpistis. Pro Dom. 24. Quæ tu in illis Reip. tenebris, cœcisque nubibus et procellis constituisti. Pro Deiot. 30. Obscuram familiam e tenebris in lucem vocare. 4. Acad. 61. Offundere tenebras, vel caliginem alicui rei. *Ibid.* 122. Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris. *Ibid.* 16. Obducere tenebras rebus clarissimis. 3. de Fin. 38. Homines solitudinem et tenebras nacti, &c. 7. Att. 11. Quæso quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. Hortens. Ut easdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli. De Consol. Deprimi in tenebras.

Tenebris, *nocte*, seu *noctu*, *ea formula, qua et luce, et vesperi dixere.* 2. in A. 76. Primum luce, non tenebris, intelligitur rediisse.

Adjuncta. *Æternæ, intimæ, crassæ, diuturnæ, magnæ, opacæ, terræ, quasi perpetuæ.*

Syntaxis. *Tenebræ obscurant. Tenebris et caligine ire. Ex anni præteriti caligine ac tenebris Reip. Cœcæ nubes, tenebræ, atque procellæ. Tenebris non eundum, sed luce. Ruere in tenebris. Jacere in tenebris. E tenebris in lucem vocare. Offundere tenebras alicui rei. Latent hæc crassis occultata et circumfusa tenebris. Obducere tenebras rebus lucidis. Solitudinem et tenebras nancisci. Efficere tenebras. Deprimi in tenebras.*

Tenebricosus, a, um, *obscurus*, σκοτεινός. 4. Acad. 73. Esse sensus nec obscuros dicit, nec tenebricosos. I. V. 11. Illud tenebricosum tempus ætatis tuæ patiar latere. *aliter*, tenebricosissimum. I. P. 18. Tu ex tenebricosa popina extractus, &c. De Prov. 8. Lateant libidines ejus illæ tenebricosæ, quas &c.

Tenebricus, a, um, *tenebricosus*. 2. Tuscul. 22. Tartarea tenebrica plaga.

Tenedius, a, um. 2. Q. Fr. 10. Tenedia securis. *proverbium.* Ver. 1. 49. Qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur. 3. de Nat. 39.

Tenedus, di, *insula.* Ver. 1. 49. Tenedo Tenem ipsum, cujus ex nomine Tenedus nominatur, abstulit.

Teneo, es, *retineo*, κρατέω, λαμβάνω. 2. de Div. 141. Draco cum radiculam ore teneret locutus est. 3. Off. 68. Leges tollunt astutias, quatenus manu tenere res possunt: philosophi, quatenus ratione et intelligentia. 11. Famil. Tenere aliquem ad præsidium. 2. Q. Fr. Tenere Senatum. *pro*, retinere. 4. Fam. Tenere statum et famam dignitatis suæ. De Arusp. Tenere suffragia districta. Orat. 210. Cum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est, ac tenetur. Pro Sest. Tenere locum. *id est*, dignitatem. 5. Phil. 18. Tenere locum agminis. Parad. Honestissimum locum servitutis tenere. *Ibid.* Tenere iracundiam. 1. de Finib. 67. Jucunditatem perpetuam vitæ tenere. 2. de Nat. 9. Tenere jus auspiciorum. 1. C. 28. Tenere jura civium. Pro Cæl. 34. Tenere matrimonium alicujus. 1. Off. 83. Tenere mediocritatem, quæ est inter nimium et parum. De Senect. 37. Diutius memoriam aliquorum tenere. Act. 1. Ver. 13. Verre prætore Siculi neque suas leges, neque communia jura tenuerunt. 14. Fam. 14. Tenere aliqua secum. Pro Planc. 52. Tenere eum cursum, quem a prima ætate susceperis. *Ibid.* Tenere æquabilem rationem juris. 3. de Orat. 199. Tenere rationem numerorum in oratione. Pro Dom. 147. Qui in mea salute principem semper locum tenuistis. Pro Cor. Balb. 13. Animis ac memoria tenere. 5. Att. 9. Tenere annum. 1. Div. 89. Tenere auguria. 3. Off. 99. Tenere Consularis dignitatis gradum. Pro Pla. 27. Tenere summum gradum. 4. Att. 8. Tenere γραμμὴν in re aliqua. 2. Div. 2. Gubernacula reip. tenere. 13. Att. 46. Verebatur autem, ne non liceat tenere hæreditatem. 1. de Finib. 37. Tenere atque servare id, quod statuerunt. 2. de Nat. 8. Tenere summum imperium. De Pet. cons. 18. Tenere aliquem devinctum. 1. de Orat. 42. Interrogationum laqueis aliquem irretitum tenere. 14. Fam. 4. Nescio, utrum teneas aliquid, an plane sis spoliata. 2. et 3. Tusc. et pro Cæc. Ut jus suum et libertatem tenerent. 2. de Leg. 40. Tenere religiones, quæ essent in more majorum. 4. Acad. 71. Quod multos annos tenuisset. I. P. 10. Me ipsa suo complexu patria tenuisset. 5. Tusc. 11. Quem morem quum Carneades acutissime copiosissimeque tenuisset, fecimus, &c. De Clar. 322. Nemo qui memoriam rerum Romanarum teneret, ex qua, &c. Qu. de Pet. 43. Hoc et tenentur homines Romæ et alliciuntur. 8. et 9. Att. Ego tuis consiliis usus sum, maxime quod gravitatem in congressu nostro tenui quam debui. De Sen. 12. Multæ etiam, ut in homine Romano, litteræ: omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. 1. Fam. 9. Tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta jacta confirmandi Senatus, ut, &c. 7. 3. Quin etiam ipsum diem memoria tenebo. Pro Lig. 6. Tenere fasces. *pro*, retinere. 1. Famil. 9. Neque integra re mihi ad consulendum, capesseremne remp. tenebar implicatus. 1. Qu. Fr. 1. Simul et illud Asia cogitet, nullam calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur. 2. 14. Quod Cæsaris, quod Pompeii gratiam tenemus, hæc me, ut confidam, faciunt. 12. Fa. 25. Meo justissimo honestissimoque convicio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, &c. Fr. ep. Promissa tua memoria teneas.

Adstringo, obstringo. 4. Aca. 147. Deinde ita teneri, si sciens fallat. Ver. 1. Manifesto teneri in rebus turpissimis. *Ibid.* Teneri in manifesto furto. Pro Cæcin. 40. Ebutius hoc

Interdicto non tenetur. Ver. 2. 139. Teneri legibus. De Arusp. 15. Teneri lege de vi. Pro Clu. 145. Civitas, quæ legibus tenetur, *Ibid.* Legibus aliquando non teneri. *id est*, adstringi. 2. Qu. Fr. 3. Teneri ea pœna, quæ est de vi. Parad. 3. Quod non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. 3. de Nat. 74. Dolum malum Aquilius tum teneri putat, cum aliud simulatum sit, aliud actum. I. P. 29. Quum vos quanquam fœdere obstricti tenebamini, tamen, &c. 3. Att. 19. Lege enim collegii sui non tenebantur. 2. Off. Multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. 12. Att. 19. Sed jam quasi voto quodam et promisso me teneri puto. 11. Phil. Alter Cæsar Vopiscus, &c. solvatur legibus: quanquam leges eum non tenent. 5. Fam. 20. Transferri nomen ab aliquo non potuisse, sed teneri prædes. Ver. 4. Summa religione teneri. 3. Off. 100. Jurejurando teneri. Pro C. Corn. 1. Quæ lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri.

Potior, occupo, guberno. 1. Off. 36. Pompilius imperator tenebat provinciam, in cujus exercitu Catonis filius tyro militabat. 12. Fa. 5. Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam reip. Pro Dom. 129. Tenere civitatem oppressam servitute. 4. Fam. Sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis. 1. Q. Fr. 1. Nunc vero ea pars tibi reip. commissa est, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet. I. V. 5. Tenere Templum armatis hominibus. De Ar. respon. Tenere terram. 10. Att. Existimat, qui mare teneat, eum necesse rerum potiri. 12. Phil. Tenere castra, regna, res bellicas. Pro Cæcin. Tenere causam. *pro* obtinere. 1. Tus. Tenere causas et rationes rerum. Cat. Tenere clavum. 11. Phil. Tenere rem familiarem. Pro Mur. Pro Sest. 2. Philip. et 1. de Orat. Tenere Remp. 1. Fam. 7. Qui Ciliciam Cyprumque teneas. *Ibid.* 9. Ab improbis et perditis civibus Rempub. teneri. 2. Off. 3. Quum autem dominatu unius omnia tenerentur, &c. 1. Att. 17. Tenere viam præsidio, vel comitatu.

Agnosco, assequor, intelligo. Orat. 100. Tenere aliquid animo, vel manu comprehendere. Orat. Redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam et speciem: quam etsi non cernimus, tamen animo tenere possumus. 2. Qu. Fr. 11. Quid multa? tenent omnia: idque ita omnes intelligere volunt. 14. Att. 9. Jam tenetur venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum. Pro Sull. 52. Causam Reip. non tenes. *id est*, non intelligis. 1. de Inv. 77. Probe teneo. 6. Fa. 8. Quibus rebus capiatur Cæsar, non tenes. 3. de Finib. 44. Quod idem Peripatetici non teneant. 5. Tusc. 64. Tenebam enim quosdam senariolos. 2. Att. Tenere voluntatem alicujus.

Habeo. 4. de Finib. 25. Hunc igitur finem illi tenuerunt, &c. 10. Att. 13. Teneo facile meum. 14. Fa. 15. Tulliam adhuc mecum teneo. 11. 16. Tenes equitum centurias. 3. in A. 18. Quem omnes certatim amamus, omnibusque horis, oculis, auribus, complexu tenemus. 1. Off. 132. Tenere animum attentum ad decori conservationem. 1. de Di. 56. Quod prævideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur. 1. de Fin. 34. Hanc ego quum teneam sententiam, quid est, &c. 1. Tusc. 7. Quum pæne in manu jam mortiferum illud teneret poculum, &c. 1. Q. Fr. 1. Tenere in sua potestate motum animi et dolorem. 5. Phil. 45. Tenere exercitum. Pro Flac. 5. Tenere fiduciam.

Prehendo. 1. de Leg. 4. et 3. Phil. 34. Teneo, quam optabam, occasionem, neque omittam. 12. Phil. 9. Quorum epistolas spem victoriæ declarantes in manu teneo. De Clar. 276. Quum indicia mortis se comperisse manifesto, et manu tenere diceret, &c. 2. Att. 2. Tenere manibus. Ver. 3. 137. Teneo in mediis vectigalibus populi Romani, in ipsis fructibus provinciæ Siciliæ furem.

Contineo me, abstineo, parco: moderationis. 2. de Leg. 61. Quo tempore incipiat sepulchrum esse, et religione teneatur. Pro Flac. Pro Deiot. et 5. Phil. Tenuit se, neque attulit in judicium quicquam ad lædendum. 4. Acad. 12. Nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur. 16. Att. 11. Ab ea hasta ægre me tenui, *id est*, abstinui, continui. 2. 3. Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his litteris declararem. 3. Q. Fr. 1. Ego tamen teneo ab accusando vix me, &c.

Contineo me: loci, custodiæ. 9. Att. 18. Pompeius se oppido tenet: nos ad portas castra habemus. Pro Dom. sua. 6. Tenere se domi. Post Redit. in Sen. 29. Tenere se domo. 7. Att. 12. Tenere se domesticis finibus. 11. Fam. Teneat se Appenino. *id est*, contineat. 12. Tenere se cœpit clauso portu.

Evinco, convinco. Pro Cæc. 3. Nam si negassent vim hominibus armatis esse factam, facile honestissimus testibus in re perspicua tenerentur. Ver. 1. 1. Ne hoc quidem sibi reliqui fecit, ut in rebus turpissimis, quum manifesto teneatur, si reticeat et abeit, &c. 4. 191. Nemo ita in manifesto peccato tenebatur, ut quum, &c. 5. 99. Neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. Pro Cl. 125. Dum hæc de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur.

Obtineo. De Clar. 81. Et tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Fulvius, et una Ser. Fabius Pictor, &c. 4. de Fin. 54. His propositis tenuit prorsus consequentia. 12. Phil. 27. Non tenuit omnino colloquium illud fidem: a vi tamen, periculoque abfuit. 2. de Finibus. Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem.

Maneo, moror in loco. 3. Att. 9. Me etiam nunc istorum beneficiorum et litterarum expectatio, ut tibi placet, Thessalonicæ tenet.

5. 8. Me et incommoda valetudo, qua jam emerseram, &c. tenebat duodecimum jam diem Brundusii. 16. Fam. 14. Et si ob eam rem moraris, accipio causam: si te id non tenet, advola. 6. 18. Tenuit me Romæ Tulliæ meæ partus. 5. Att. 12. Qui nos Nonis tenuit, *id est*, ventus. 16. Fam. 2. Septimum jam diem Corcyræ tenebamur.

Obtundo dictione. 11. 17. Non tenebo te pluribus.

Vexo, afficio, moveo. 1. Qu. Fr. 1. Tenet me aviditas. 15. Att. 10. Me conturbatum tenuit epistolæ tuæ prior pagina. De Consol. Nescio qui nos teneat error, aut miserabilis ignoratio veri.

Assero. Parad. 1. Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum, &c. 1. de Finib. 35. Interea hoc tenebo. *id est*, disputabo.

Sustento. 2. de Nat. 2. 24. Quum homines et bestiæ hoc calore teneantur, et propterea moveantur et sentiant. *Ibid.* 134. Nam quum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu, &c.

Alo, pasco, irretio. 4. Acad. 20. Adhibita vero exercitatione et arte, ut oculi pictura teneantur, &c. De Petit. cons. 38. Ut multi spe tui præsidii teneantur. 5. de Fin. 48. Ut pompa, ludis, atque ejusmodi spectaculis teneantur, &c. 7. Fam. 20. A quo teneri solent advenæ. 3. Tusc. 16. Teneri angustiis. 1. Off. 121. Populum concionibus tenere.

Valeo, vigeo. 12. Att. 24. Sed nunc fatemur, posteaquam unum quo tenebamur, amisimus, &c. 2. de Nat. 83. Terra tenetur natura et viget.

Circumvenio, circumvallo. 2. Att. Tenemur undique.

Servo. 5. Phil. 35. Tenere ordinem. 3. de Orat. 175. Itaque cum graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus. 5. Off. 142. Modus est optimus, decus ipsum tenere. *Ibid.* 128. Decorum tenere. 8. Phil. 28. et 12. Fam. Tenere dignitatem. 2. de Leg. Disciplinam tenere. 1. de Fi. 63. Tenere stabilem scientiam rerum. Ver. 4. 47. Tenuit hoc institutum in turibulis omnibus, quæcunque in Sicilia fuerunt. Orat. 205. An numerus in tota oratione tenendus sit. 1. Off. 106. Tenere modum voluptatis fruendæ.

Dirigo. 3. de Nat. 83. Navigare, et cursum tenere.

Faveo. 6. Att. 1. Amici regis duo tresve perdivites sunt: sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu.

Arceo, cohibeo, freno. De Clar. 277. Itaque tantum abfuit ut inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus. In Vat. 20. Illi autem, quibus erat in deliciis, vix risum tenebant.

Subeo, intro, jam sum in. 1. Fam. 9. Tenere portum.

Adeo. 3. Att. 2. Sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antonium.

Fungor. 5. Tusc. 38. Tenere suum munus.

Confirmo, consolor. De Clar. 232. Etsi me facile omni tuo sermone tenuisti, tamen, &c.

Custodio. Pro Clu. 128. Miles qui locum non tenuit, &c.

Impedio. 7. Fam. 1. Tenuit te dolor, quo minus ad ludos venires. 12. Att. Nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano. Pro Cæl. 44. Nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt.

Vinco, habeo. 4. Acad. 98. Si recte concluserit, teneo: sin vitiose, minam Diogenes reddet.

Dominor: patiendi significatione. 2. in A. 104. O tecta misera: &c. quam a dispari domino tenebantur!

Pro certo habeo. Orat. 237. Tenere aliquid firmum. *id est*, pro certo habere. 4. Acad. Teneatur modo illud, non inesse in his quidquam tale, quale, &c.

Prehendo, vi, astu. Pro Qu. 63. Hic te, inquit, teneo.

Ago, vexo. Ver. 4. 11. Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuit? tanta egestas, tanta vis oppressit? 9. Att. 3. Italia tota armis præsidiisque tenetur.

Dirigo. 3. de Nat. 83. et 4. Tuscul. 33. Secundissimo vento cursum tenere.

Vinco, expugno. 14. Att. 9. Cum Cæcilius circumsederetur a se, et jam teneretur, &c.

Possideo, assequor. Pro Clu. 20. Res non conjectura, sed oculis ac manibus tenetur.

Sector, sequor. De Sen. 60. Agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. Act. 1. Ver. 20. Nos non tenebimus judicia diutius.

Vexo, vallo, circumvallo. 2. Att. 16. Oppressos vos, inquit, tenebo exercitu Cæsaris.

Rapio. In Vat. 37. Quæ te tanta tenuit amentia, ut putares, &c.

Facio, reddo. Ver. 5. 158. Ut varietate criminum vos attentos tenerem.

Moror, detineo. Ver. 1. 34. Ne diutius teneam, pecunia attributa, numerata est.

Comprehendo, foveo. De Univ. 36. Teneat oportet cœlum complexu suo omnia animalia.

Sustineo, gero. 3. de Orat. 51. Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.

Orno, honesto. 1. de Legib. 23. Homines deorum agnatione et gente teneantur.

Occupo. Pro Lig. 39. Teneri in foro.

Defendo, tueor. 3. de Fin. 78. 4. Acad. 51. Tenere aliquid mordicus.

Præsto. 3. Off. 104. Quod autem affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est.

Supprimo, comprimo. Pro Dom. 14. Tenere compressum frumentum. 12. Att. 37. Tenere dolorem. Ver. 4. 39. Lacrymas interdum vix tenere. *id est*, continere. 12. Att. 37. O hominem cavendum! quanquam mihi quidem; sed tenendus dolor est.

Calleo, habeo. 10. Fam. 12. Tenere facultatem rei alicujus agendæ.

. *Obtineo.* 2. de Leg. 58. Tenuerunt hoc eorum posteri jure.

Retineo, produco, occupo, custodio, guberno. 9. Att. 8. Cæsaris tenere diutius victoriam. 1. Fam. 1. Teneri res aliter non potest. 1. Tuscul. 19. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. De Senect. 64. Sententiæ principatum tenere. Ver. 5. 144. Qui sinus quosdam obsedisse, aut aliqua promontoria tenuisse dicuntur. 6. Att. 2. Tenere aliquem inclusum in curia. 5. Famil. 21. Neque me res ulla alia Romæ tenet. De Cl. 137. Tenere locum oratoris in civitate. 4. de Fin. 37. Quia virtus, ut omnes fatemur, altissimum locum in homine, et maxime excellentem tenet. Pro Cæcin. 67. Et hoc loco Scævolam dixisti causam apud Centumviros non tenuisse.

Observo. 1. Qu. Fr. 1. Teneri hoc facillime potest.

Conservo. Pro Arch. 6. Archias totam domum Hortensiorum devinctam consuetudine tenebat. 1. Off. 141. In omni actione suscipienda tria sunt tenenda. 2. de Div. 151. Tenebimus hanc consuetudinem a Socrate traditam. 1. Qu. Frat. 1. 25. Juris æquabilem tenere rationem. De Cl. 209. Reliquæ partes suam vim et dignitatem tenent. *Ib.* 261. Cæsar splendidam quandam dicendi rationem tenet. 2. de Orat. 8. Cum etiam nunc vivam illorum memoriam teneamus. Ver. 1. 97. Itaque M. Scaurus, qui C. Dolabellam accusavit, istum in sua potestate, ac ditione tenuit. Postq. ad Quir. 24. Vos qui apud me vim nomenque deorum tenetis. De Senect. 37. Appius tenebat non modo autoritatem, sed etiam imperium in suos. 2. Off. 23. Nihil aptius est ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi. Qu. de Pet. 42. Perge tenere istam viam. 1. Phil. 27. Si consuetudinem meam, quam semper in Rep. habui, tenuero.

Moveo, afficio, impello. 1. Tusc. 97. Magna me, inquit, spes tenet, Judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Pro Cluen. 7. Quamobrem magna me spes tenet, si ea, quæ sunt in causa, explicare, atque omnia dicendo consequi potuero, &c. 1. Att. 7. Summum me eorum studium tenet, sicut odium jam cæterarum rerum. De Pet. cons. 18. et 5. Famil. 13. Teneri spe. 1. de Leg. et 1. Acad. 4. Studio rei alicujus teneri. 7. Fam. 33. Studiis iisdem teneri. 2. 11. Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atque in primis satietas actæ provinciæ. 1. Ac. 4. Teneri studio alicujus rei. 1. de Nat. 125. Si Deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, valeat. 7. Att. 2. De triumpho nulla me cupiditas unquam tenuit. 1. de Nat. 45. Neque ira, neque gratia teneri. Ver. 1. 23. Me tantum odium urbis tenet, ut foras evolare cupiam. 3. Tusc. 16. Quæ nisi tanta esset, et iis angustiis, quibus plerique putant, teneretur, nunquam esset L. Pisonis nomen tantopere laudatum. In Vatin. 14. Tenet aliquem furor. Ad Quin. post red. 1. Misericordia desideriumque tenet. *Ib.* Ut aliquando vos memoria mei, misericordia, desideriumque teneret. Ver. 1. 23. Homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat, &c.

Teneor, eris. Ver. 3. 152. Manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia. 1. de Leg. Quod si teneretur &c. Pro C. Corn. 1. Ea *lege* non videri populum teneri, &c.

Adverb. *Acutissime, copiosissime, ægre, diligenter, diu, mordicus, diutius, diutissime, facile, præclare, facilius, facillime, optime, plane, firmius, omnino, maxime, melius, necessario, perpetuo, probe, summe.*

Tener, a, um, *mollis, tractabilis,* ἁβρός.) (. *durus, et quasi ferreus.* Orat. 52. Oratio mollis et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocunque torqueas. De Clar. 273. Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipsius arbitrio fingeretur. 3. de Orat. 174. Tenerum, flexibile, quod facile sequatur, quocunque ducas. 2. Tusc. 12. Sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle. 5. Fa. 21. Verum enim dicam, teneriore animo mihi videbare. De Cla. 38. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. I. P. 89. Cum tuis teneris saltatoribus. 14. Att. 13. Tenero animo ejus persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. De Ami. 48. Virtus in amicitia tenera est, atque tractabilis. 1. de Leg. 2. Procera et tenera palma. *Ib.* 47. Qui teneros et rudes cum acceperunt, inficiunt et flectunt, ut volunt.

Juvenis. De Ami. 69. Equis vetulis teneros anteponere solemus.

Syntaxis. *Oratio mollis et tenera. In animis tenerum quid, et molle. Virtus in amicitia tenera et tractabilis.*

Teneritas, tis, *mollities,* ἁβρότης. 5. de Finib. 58. In primo ortu inest teneritas et mollities quædam.

Tenes, is, *Deus Tenediorum.* Ver. 1. 49. Tenedo Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cujus ex nomine Tenedus nominatur, pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit. 3. de N. 39. Tenedii Tenem habent ex homine Deum.

Tennum, *Oppidum: unde Tennites.* Pro Flac. 42.

Tennites. *Ib.*

Tenor, oris, *cursus, ratio,* τόνος. Orat. 21. Isque uno tenore (ut aiunt) in dicendo fluit.

Tentandus, a, um, πειρατέος. Pro Pomp. 23. Nationes, quas nunquam pop. Rom. neque lacessendas bello, neque tentandas putavit. Pro C. Cornel. 1. Homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos.

Tentans, tis, πειράων. 2. de Orat. 13. Tu, quem ego omni ratione tentans ad disputandum elicere nunquam potui.

Tentatio, onis, *commotiuncula,* πειρασμός.

10. Att. 19. Valetudinem tuam jam confirmatam esse et a vetere morbo et a novis tentationibus gaudeo.

Tentatus, a, um, *de quo factum est periculum*, πεπειρασμένος. Orat. 132. Nullus modus est, &c. qui a me non tentatus sit. 12. Att. 19. Habeo nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. Pro Cl. 80. et 9. Judicium pecunia esse tentatum non a Cluentio, sed contra Cluentium. Pro Rab. 2. In his rebus evertendis unius hominis senectus, infirmitas solitudoque tentata est. Ver. 1. 105. Utrum admonitus, an tentatus fecerit, nescio. Pro Clu. 176. Cum essent animi servorum et spe et metu tentati.

Vexatus. De Arat. 55. Mementote, P. C., verbo illo nefario tentatas aures vestras, et perniciosam viam audiendi consuetudine esse munitam. Pro Cæl. 55. Domus illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis.

Tento, as, *attento, experior, periclitor, conor*, πειράω, πειράζω. 15. Fam. 16. Tento te, quo animo accipias. 2. contra Rull. 16. Tentare aliquem leviter, quo animo ferat aliquid. Ver. 5. 137. Homines in præliis belli fortunam tentare ac periclitari solent. 1. C. 27. Ut exul potius tentare, quam consul vexare Rempub. posses. 1. de Div. 32. Cujus cum tentaret scientiam auguratus, dixit ei, &c. Brut. 16. Experiar et tentabo omnia. 2. con. Rul. 19. Rullus, qui tentavit (ut opinor) patientiam vestram. 1. Tusc. 98. Tentare prudentiam alicujus. 1. de Orat. 97. Cum et per me ipsum egissem, et per Drusum sæpe tentassem. 1. de Leg. 59. Homo cum se ipse prospexerit, totumque tentarit, intelliget, &c. Pro M. Scau. Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca tentavit?

Attingo, tango. 2. de Leg. 6. Hoc flumen ita frigidum est, ut vix pede tentare id possim.

Tentor, aris. 2. Off. 21. Male enim se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Pro Clu. 157. Video quanta quæstio tentetur ab accusatoribus. Pro S. R. 13. Nihil aliud hoc judicio tentatur, nisi ut, &c. Ver. 5. 4. Hæc eadem nunc ab illis defensionis via ratioque tentatur.

Afficior, affligor. 4. Tusc. 31. Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.

Periculum fit. Ver. 2. 26. Utrum asseveratur in hoc, an tentatur? mihi enim res nova est.

In discrimine sum. Pro Sest. 148. Summa Reip. in hujus periculo tentatur.

Teneor, tangor. 4. ad Her. 65. Ut res prope manu tentari possit.

Tenuiculus, a, um. 9. Fam. 19. Tenuiculus apparatus.

Tenuis, e, *exilis*, ἰσχνός, ψιλός. De Aruspic. 39. Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. 2. contra Rull. 44. Autoritas tenuis, persona levis. 1. de Orat. 169. Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi. Pro Cæcin. 34. Persequi tenuissima quæque. 4. ad Her. 51. Huic pater non tenuissimum patrimonium reliquit. Pro Q. R. 43. Inani et tenui spe te consolaris. 1. de Orat. 124. In artificio et opera quam tenui et levi adhibere multam diligentiam. Pro Dom. 96. Vide, si vicissem, tenues reipublicæ reliquias; si victus essem, nullas futuras. Ver. 1. 123. Verres tenuissimum quemque contempsit. Pro Mur. 47. Commoti animi sunt tenuiorum. *Ibid.* 70. Tenuiorum amicorum est ista assiduitas. Part. 117. Obscurus et tenuis. 2. de Fin. 66. Tenuis L. Virginius, unusque de multis. 3. Att. 19. Spes mea semper fuit tenuior, quam litteræ tuæ. 1. de Orat. 57. Tenui quodam et exiguo sermone disputare. 9. Fam. 6. Tenuis causa et inops. Pro Cæcin. 43. Suspicio tenuis. In Hortens. Eundem non modo mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. 9. Fam. Tenues causæ privatæ. Pro Quint. 2. P. Quint. cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. 3. de Leg. 30. Qui tenuioris ordinis essent. Prognost.

Ast autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.

Minimi momenti, fidei. Part. Testis obscurus et tenuis.

Subtilis, purus .)(. *crassus, concretus.* 2. de Nat. 42. Æthereus locus tenuissimus est, et semper agitatur et viget. De Fato 7. Athenis tenue cœlum:. ex quo etiam acutiores putantur. Ver. 2. Bidis oppidum est, tenue sane, non longe a Syracusis. 2. de Nat. 142. Tenuissima membrana. *Ibid.* 42. Aer purus, tenuis .)(. *crassus et concretus.* 4. Acad. 66. Ratio ad tenue elimata.

Levis, frugalis. 3. Tusc. 46. Tenuem victum anteferre copioso. Ver. 2. Tenuissima dubitatio. 2. de Nat. 50. Tenuissimum et plenissimum lumen Lunæ. Pro Flac. 22. Tenuissimo cultu vivere. 2. de Fin. 90. Negat enim tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis et potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum.

Acer. 4. Acad. 43. Tenuis et acuta distinctio.

Pauper, humilis. 3. de Leg. 24. Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. Ver. 2. 138. Nam locupletissimi cujusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. 2. Off. 41. Qui prohiberent injuria tenuiores æquitate constituenda.

Tenuitas, tis, *gracilitas*, λεπτότης, ψιλότης. De Clar. 64. Quosdam, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat.

Sublimitas, elegantia. 1. Tuscul. 50. Tanta est animi tenuitas, ut fugiat aciem. 3. de Finib. 40. Limata quædam et rerum et verborum tenuitas.

Paupertas. 16. Fam. 21. Ex meis angustiis illius sustento tenuitatem. 2. de Orat. 265.

Tenuiter, *anguste, presse*, λεπτῶς, ψιλῶς. Or. 46. Philosophorum mos tenuiter disserendi.

Accurate. 2. de Inven. 51. Sed illa tenuius, subtilius et acutius tractantur. 3. ad Her. 15. Sæpe ita tenuiter incidunt, ut, &c.

Inepte. 4. 49. Non contra tenuiter et nugatorie responsum?

Tenus, *usque*, μέχρι. 8. Fam. 1. Illi rumores de comitiis Transpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. In Arat.

——Tum Cepheus conditur ante
Lumborum tenus, &c.
Et loca convisit cauda tenus infera piscis. Ibid.
Crateraque tenus lucet mortalibus hydra.

Pro Deiot. 36. Antiochus a Scipione devictus, Tauro tenus regnare jussus est.

Tantum. 3. de Leg. 14. Nam veteres verbo tenus tractarunt: acute illi quidem, &c. sed, &c.

Tepefacio, is, *calfacio*, θερμαίνω. 2. de Nat. 40. Is solis tactus est, ut non tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat.

Tepefactus, a, um. θερμαινόμενος. De Sen. 51. Terra semen tepefactum vapore et complexu suo diffundit, &c. 2. de Nat. 26. Glacies tepefacta mollitur, tabescitque calore. 5. Tusc. 37. Alia verno tempore tepefacta frondescunt.

Tepesco, is, θερμαίνομαι. 2. de Nat. 26. Maria agitata ventis tepescunt.

Tepor, oris, *moderatus calor*, χλιαρότης. *Ibid.* Tepor ex intimis maris partibus agitatione excitatus. De Senect. 57. Uva vestita pampinis, nec modico tempore calet, et nimios Solis defendit ardores.

Adjuncta. *Extremus, adventitius, modicus.*

Τέρας. *Lege*, Monstrum. 8. Att. 9. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est: *id est, Cæsar.*

Ter, τρίακις. Pro S. R. Amer. 132. Vix ter in anno audire nuncium possunt. 6. Att. Ter millia. 1. de Div.

Tercenti. 3. Att. 10. Tercenti viri.

Ter decies H-S. Ver. 3. 184.

Terentianus, a, um. De Ami. 91. Terentiano verbo libenter utimur.

Terentinus, a, um. Pro Planc. 43. Tribus Terentina.

Terentius. 7. Att. 3. Terentius, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a Lælio scribi. Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Teres, etis, *acer*, στρογγύλος. De Opt. 11. Qui teretes aures habent, intelligensque judicium. Orat. 27. Atticorum aures teretes et religiosæ.

Æqualis. 3. de Orat. 197. Plena et teres oratio.

Tereus. *Accii tragœdia*. 16. Att. 2.

Tergeminum. par. 11. Philip.

Tergiversatio, onis, *recusatio*, στροφή. Pro Mil. 55. Quid ergo erat moræ et tergiversationis? 10. Att. 6. Tergiversationem istam probo.

Tergiversor, aris, *refugio*, ποικίλλω. Pro Qu. R. 37. Fannium invitum, et huc atque illuc tergiversantem, testimonium contra se dicere cogo. 5. Tusc. 81. Itaque eum tergiversari non sinent, secumque rapient ad tormenta. Pro Planc. 48. Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? 3. Off. 118. Atque in his tribus generibus, quoquo modo possunt, non incallide tergiversantur. 7. Att. 1. Non est locus ad tergiversandum contra Cæsarem. Pro Fla. 47. Hunc æstuantem et tergiversantem judicio ille persequitur. 3. Tusc. 41. Quid tergiversamur, Epicure? nec fatemur, &c. 7. Att. 12. An cuncter et tergiverser, et iis me dem, qui tenent, qui potiuntur? 16. 5. Brutus non valde moratur, non tergiversans, sed expectans.

Syntaxis. *Locus ad tergiversandum contra aliquem. Æstuans, et tergiversans. Huc atque illuc tergiversari. Tacere, dissimulare, tergiversari.*

Tergo, is, *abstergo*, ἀποσμήχω. Par. 5. Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, &c.

Tergum, gi, *tota posterior corporis pars*, νῶτον. 2. de Nat. 125. Grues in tergo prævolantium capita reponunt. *Ibid.* 159. Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata. 1. 100. Redundans alvo, tergo, poplitibus. 2. 111.

Namque ipsum ad tergum cynosuræ vertitur
arcti.

10. Fam. 32. Manibus ad tergum rejectis. Ver. 5. 97. A latere, a tergo magnam partem urbis relinquere. 3. in A. 32. Antonius a tergo, a fronte, a lateribus tenetur. 1. de Div. 49. Tum Deus illi præcepit, ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. Pro Mil. 29. et 57. A tergo adoriri aliquem. 16. Fam. 12. Clodius a tergo hostium interclusum reliquit. 4. Tusc. 94. Senectus nos in cursu a tergo insequens nec opinantes assequitur.

Syntaxis. *Ad tergum revinctæ manus. A fronte teneri, a lateribus, a tergo. A tergo adoriri. Terga ad onus accipiendum figurata.*

Terinæus, a, um, *a Terina Crutiorum urbe.* 1. Tusc. 115.

Terminalia, *Termineo deo consecrati dies.* 12. in A. 24.

Terminatio, onis, *finis, mensura, modus*, ὅρισις, διόρισις. Orat. 200. Quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur. *Ibid.* 178. Versus inventus est terminatione aurium. 5. de Fin. 27. Terminatio rerum expetendarum.

Terminatus, a, um, *circumscriptus, conclusus, finitus*, διωρισμένος. Orat. 20. Oratio terminata. 1. de Fin. 45. Ipsa natura divitias, quibus contenta est, parabiles et terminatas

habet. Orat. 198. In oratione universa comprehensio clausa et terminata est. 3. Fam. 12. Annuo imperio terminato.

Termino, as, *finio, determino, concludo, claudo, definio, regionibus aliquibus definio, regionibus circumscribo*, ὁρίζω. 1. Off. 33. Itaque illarum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit. 3. C. 26. Quorum alter finem vestri imperii, non terræ, sed cœli regionibus terminaret. Pro Arc. 29. Si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, &c. De Senect. 82. Si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus &c. Pro Mil. 75. Qui Janiculo, et Alpibus spem possessionum terminabat suarum. Pro Cæcin. 22. Ingrediens intra finem ejus loci, quem oleæ terminabant. 1. Tusc. 62. Terminare rem infinitam. 2. 45. Terminare modum magnitudinis. 2. de Nat. 9. An Atii Navii lituus ille, quo ad investigandum suem regiones vineæ terminavit, contemnendus est? 3. Off. 117. et 1. de Finib. 38. Epicurus, qui bona voluptate terminavit: mala, dolore. 9. Att. 22. Sed aliquando sententiam terminemus.

Terminor, aris. 2. de Nat. 135. Stomachus ex utraque parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Orat. 38. Ut pariter extrema terminentur, eundemque referant in cadendo sonum. 3. de Orat. 181. Clausulam longa syllaba terminari. Orat. 199. Cadere numerose, terminarique sententiam. Pro Corn. 13. Pompeii gloriæ domicilium communis imperii finibus terminatur. Par. 6. Non æstimatione census, sed cultu atque victu terminatur divitiarum modus. Pro Mar. 34. Sed unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Hortens. Ut aliquando terminetur oratio.

Terminus, ni, *finis, regio*, ὅρος. 1. de Orat. 214. Crassus mihi visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis describere. *Ibid*. 70. Nullis terminis circumscribere aut finire jus suum. 4. Acad. 132. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. Pro Mil. 75. Cui nulli possessionum termini erant. 4. C. 21. Pompeii res gestæ iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur. Pro Sest. 67. Qui imperium pop. Rom. orbis terrarum terminis definiunt. De Senect. 72. Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autem nullus est certus terminus. Pro Rab. 29. Longius quam vitæ termini postulant, cogitare. De Univ. 33. Quæ de deorum natura præfati sumus, hunc habent terminum. 1. de Leg. 56. Termini, quos Socrates pepigit. Pro Rab. 8. Regiones aliquanto latius excitare, quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant. Pro Qu. 35. Certos mihi fines terminosque constituam, &c.

Syntaxis. *Terminis describere aliquid. Nullis terminis circunscribere, aut finire jus suum. Regionibus ac terminis contineri. Terminis definire. Vitæ termini. Terminum habere Certos sibi fines terminosque constituere.*

Ternus, a, um, τρεῖς, τρία. 3. de Orat. 196. Terna, aut bina, aut singula etiam verba dicere. Orat. 201. Ternæ autem sunt utriusque partes verborum, &c. *Lege* Binus. Pro Cor. 48. Ut in singulas colonias ternos cives Rom. facere posset. Orat. 214. Hæc item membra ternis pedibus. Ver. 3. 114. Terna medimna, aut quaterna in singula jugera exigere.

Tero, is, *mollio, consumo*, ἐκτρίβω. 4. Acad. 18. Jam enim hoc verbum satis externo sermone trivimus. 3. de Fin. 14. Rerum nomina novarum, quæ nunc consuetudo diuturna trivit. 5. in A. 30. Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. 3. de Orat. 121. Terere omnem ætatem in nugis discendis.

Terra, æ, *globus terræ; humus, tellus, solum, medius mundi locus*, γαῖα, γῆ. 2. de Nat. 98. Terra locata in media mundi sede, solida et globosa, et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata. 3. de Orat. 178. Terram mediam esse, ac sua vi nutuque teneri. 1. Tusc. 68. Tum globum terræ eminentem a mari, fixum in medio mundi universi loco. 5. 69. Unde terra, et quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat. 4. Acad. 112. Videamus terrane penitus defixa sit, et quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. 3. de Nat. 52. Terra ipsa dea est, et habetur: quæ est enim alia Tellus? Pro Clu. 193. Terra, quæ mater est omnium. De Som. 6. Ille globus, quem in hoc templo medium vides, quæ dicitur Terra. 2. de Nat. 102. Ut Terra cum cœlo hilarata videatur. *Ibid*. Terra est infima. 7. Fa. 26. Terra nata. De Som. 10. Terra immobilis manens, ima sede semper hæret. *Ibid*. Omnis terra, parva quædam insula est. 2. de Leg. 63. Terra, humatis in ea mortuis, obducta fructibus obserebatur. 2. de Nat. 98. Terra sita in media parte mundi, circumfusa est aere. *Ibid*. Terra vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. *Ibid*. 25. Terræ cavernis magna vis caloris continetur. 2. de Leg. 45. Terræ cultum segniorem suspicor fore, si ad eam tuendam, ferroque subjiciendam superstitionis aliquid accesserit. De Un. 11. Terræ expers solidum nihil esse potest. 2. de Nat. 83. Terræ expirationibus aer alitur, et æther, et omnia sidera. *Ibid*. Terræ faucibus patefactis. 2. de Nat. 50. Umbra terræ soli officiens, noctem efficit. 2. de Leg. 56. Terræ in sepultura corpus redditur, et ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. 3. Tusc. 19. Reddenda est terræ terra. De Un. 32. Terram altricem nostram, quæ trajecto axe sustinetur, voluit Deus esse diei noctisque effectricem, eandemque custodem antiquissimam deorum omnium, qui intra cœlum generantur. 2. de Nat. 17. Terram crassissimus circunfundit aer. 1. de Nat. 30. Terram Deum esse, dicit Plato in Timæo, et in Legibus. *Ibid*. 40. Terram eam

esse, quæ Ceres diceretur, disputat Chrysippus. 4. Acad. 118. Terram ab igni formari sensit Parmenides. 1. Tusc. 36. In terram cadere dicuntur corpora. De Univ. 11. Terram primum, ignemque jungebat Deus, mundum efficere moliens. 4. Ac. 123. Præter terram rem ullam in mundo moveri negavit Strato. 1. de Nat. 34. Terram et cœlum refert in deos Heraclides Ponticus. 2. 25. Terram calentem fumare videmus ex recenti fossione. Pro Mur. 4. Quod si e portu solventibus, &c. quo tandem animo me esse oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas Reipublicæ tempestates esse subeundas? 1. Tus. 41. A terra longissime se efferre. 5. de Finibus 9. Una pars est natura disserendi, altera vivendi, tertia natura sic ab his investigata est, ut nulla pars cœlo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermissa sit. 10. Att. 4. Terra et mari bellum comparat. 5. Fam. 9. Conquirere aliquem terra marique. 4. Acad. 120. Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit? Act. 1. Ver. 3. Quam multæ mihi a Verre insidiæ terra marique factæ sint. Pro Leg. Manil. 56. Ut aliquando vere viderentur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. 9. Att. 1. Cedamus igitur, et, ut boni cives simus, bellum Italiæ terra marique inferamus. 7. 21. Aut terra aut mari persequi aliquem. 2. de Natur. 120. Ex terra succum trahunt stirpes. *Ibid.* 84. Ex terra aqua oritur. De Ami. 13. Qui in hac terra fuerunt, &c. De Univ. 39. In terra deos spargens. 1. de Div. 79. Terrarum varia genera. 5. Fam. 9. Terra marique conquirere aliquem. 1. Att. 10. Et huic terræ filio nescio cui, &c. 2. de Leg. 45. Terra (inquit Plato) ut focus domicilium sacrum omnium deorum est. 1. de Nat. 24. Terra enim profecto, quoniam pars mundi est, pars est etiam Dei. 1. Tusc. 40. Terra ad universi cœli complexum, quasi puncti instar obtinet. 3. de Nat. 31. Terra in aquam se vertit. 1. Tuscul. 40. Terra et aqua in medium mundi locum gravitate ferantur et pondere. De Somn. 15. Terra quibusdam quasi cingulis redimita et circundata. 2. de Nat. 156. Terra fœta frugibus. 3. 83. Terra gravidata seminibus, omnia parit et fundit ex sese. Ver. 4. 107. Subito non longe a Syracusis penetravit sub terras. 2. de Leg. 67. Terra fruges fert, et, ut mater, cibos suppeditat. Oecon. 3. Nullo modo facilius posse terram a Sole percoqui. Incer. Multos in terris prædiorum dominos. *Ibid.* Meliora unguenta sunt, quæ terram sapiunt. Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram jaceant. Incer.

Jupiter auctiferus lustravit lumine terras.

Ibid. Mausolus rex terræ Cariæ. *Ib.* Quædam terræ imbribus sicciores fiunt.

Orbis, vel inter homines. 2. cont. Rull. 61. Pecunia tanta, quanta sit in terris. Brut. 9. Id amisisti, cui simile in terris nihil fuit. Pro Dom. 73. Quod enim est in terris commune tantum, tantulumve consilium, quod, &c. 4. Att. In terris nemo est, qui &c.

Regio. 1. de In. 108. In terra hostili turpiter jacuit insepultus. 1. Fa. 9. Aliquid ex ultimis terris accersitum. 1. C. 20. Si his morari non potes, abi in aliquas terras. 2. de Nat. 42. Qui terras incolunt, in quibus aer crassus est. Ver. 5. 142. Ubicunque terrarum et gentium. 5. Att. 10. Nesciebam ubi terrarum esses. De Am. 13. Philosophi qui in hac terra fuerunt. 8. Att. 11. Omnes terras, omnia maria movere. De Ar. resp. 24. Accersere aliquem ex ultimis terris. 1. Qu. Fr. 1. 25. Non ignoro, quod sociis accidat in ultimis terris. Pro Pom. 25. Mithridates non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terram unquam attingeret. 2. cont. Rull. 40. Mitylenæ, &c. quæ terræ nostræ factæ sunt. Ver. 3. 47. Ut eæ terræ solent, in quibus bellum acerbum est. De Arus. 19. Hujus gentis ac terræ domesticus nativusque sensus. Hort. In continentibus terris vestrum nomen dilatari potest.

Terræ pars, solum. Pro Cæcin. 60. Qui saxa jacerent, quæ de terra ipsi tollerent. De Ami. 58. Ne quid excidat, aut defluat in terram.

Itineris. Pro Planc. 96. Iter a Vibone Brundusium terra petere contendi.

Adjuncta. *Aliena, immanis, aspera, angusta, latior, immobilis, lata, occulta, nota, parva, beata, hostilis, ingrata, misera, continens, disjunctissima, extrema, fœcunda, infirma, universa, horrida, media, solida, et globosa, ultima.*

Terræmotus, us, *σεισμός*. 1. de Div. 78. Magnos terræmotus in Liguribus totaque Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque descenderint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerit. *Ibid.* 97. Apulia maximis terræmotibus conquassata est. 1. de Div. 35. Cum terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus prædixerint. 2. de Nat. 14. Animos terreri vastitate, pestilentia, terræ motibus. De Ar. 62. Terræmotus horribilis eodem tempore in agro Piceno factus. *Ibid.* 63. Cum ipse mundus, cum agri terræmotu quodam novo contremiscunt. 2. Off. 13. Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate cecidissent, &c. *Lege,* Puteus.

Adjuncta. *Horribilis, novus, et inusitatus, maximus.*

Terrenus, a, um, *terrestris, γαιώδης*. 1. de Nat. 104. Bestiarum terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles. 2. 43. Humor marinus vel terrenus, longo intervallo extenuatus. 1. Tusc. 42. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta. *Ibid.* 47. Tamen terrenis concretisque corporibus sunt intersepta. *Ibid.* 40. Terrena et humida suopte nutu in terram feruntur. 1. de Div. 58. Decoloratio

quædam ex aliqua contagione terrena potest sanguini similis esse.

Terreo, es, *terrorem affero, terrorem infero, terrorem vel timorem injicio, metum affero, metum mortis infero, timorem facio, καταδειδω.* 1. de Leg. 40. Non pœna, neque metus, sed turpitudo terrere debet ab injuriosa vita. De Ar. 6. Qui omnia cæde incendiisque terret. 1. de Orat. 90. Adversarios minaciter terrere possumus. Pro S. R. 67. Suæ quemque conscientiæ animi terrent. Pro Pl. 87. Terrere aliquem denunciatione periculi. 2. Fa. 16. et 3. Tusc. 52. Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. I. P. 46. Homines impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. Parad. 2. Hunc tu hominem terreto, si quem eris nactus istiusmodi, minis.

Terrestris, stre, *terrenus.* Ver. 5. 69. Apronius terrestris archipirata. *Ibid.* 86. Terrestre præsidium. 2. de Nat. 75. Res cœlestes atque terrestres. De Univ. 31. Terrestre animal. Ver. 4. 129. Domicilium terrestre. Oecon. 1. Alimenta terrestria.

Terribilis, le, *horribilis, φοβερός.* Parad. 2. Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur. 2. in A. 65. Pompeius, cujus virtute terribilior erat pop. Rom. exteris gentibus. Pro Sest. 19. Alter, o dii boni! quam teter incedebat! quam truculentus! quam terribilis aspectu! Orat. 93.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Ex Ennio. 4. Tus. 62. Neque tam terribilis ulla fando oratio est. *Poetæ.*

Terrigena, næ, *γηγενής.* 2. de D. 133. *Poetæ. Lege,* Cochlea.

Terripavium. *Lege,* Tripudium.

Terripudium. *Lege,* Tripudium.

Territo, as, *terreo.* 4. ad Her. 29.

Territorium, *terra, ager, τοπαρχία.* 2. in A. 29. Ut florentis coloniæ territorium minueretur.

Terror, oris, *minæ, φόβος.* 5. de Fin. 31. Qui sibi injecto terrore mortis horrescunt. Ver. 1. 80. Causam hujus tanti terroris occultas. 4. Tusc. 19. Terror est metus concutiens: ex quo fit, ut terrorem pallor, et tremor, et dentium crepitus consequatur. De Pro. 43. Terror injectus Cæsari de ejus actis. De Cl. 44. Athenæ vim et terrorem Periclis timuerunt. Pro Font. 24. Alicujus minis ac terrore commoveri. 3. Off. 112. Juravit hoc terrore coactus Pomponius. Pro Cæc. 33. Armis, viris, terrore periculoque mortis repulit, fugavit, avertit, &c. Pro Fon. 23. Aliquem vagari erectum passim toto foro, cum quibusdam minis et immani terrore verborum. 6. Att. 8. Batonius miros terrores ad me attulit Cæsarianos. 15. Fam. 15. Terrorem alicui inferre. 2. Att. 23. Terrores jacere, atque denunciare. 5. Philip. 37. Si M. Antonio patuisset Gallia &c. quantus Reipublicæ terror impenderet?

Adjuncta. *Barbarus atque immanis, implacabilis, militaris, mirus, non mediocris, nocturnus, novus, sempiternus, summus, tribunitius.*

Syntaxis. *Terrorem Cæsaris timent Pompeiani. Minæ ac terror agendi potestate ac vi. Terrorem alicui injicere, inferre, jacere, denunciare, impendere. Minis et terrore commoveri. Immanis terror verborum. Terrores ad aliquem afferre.*

Tertianus, a, um, *τριταῖος.* 3. de Nat. 24. Tertianæ et quartanæ febres, quarum reversio et motus constans est.

Tertio, *τρίτον.* Pro Deiot. 14. Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.

Tertium, *adverb.* 2. de Div. 121. Iterum ac tertium jacere.

Tertium, *nomen.* 1. Fa. 1. Sed si res coget, est quiddam tertium. 9. 22. Nihil esse tertium. 2. Phil. 31. Non igitur homicidæ? Sequitur, ut liberatores suo judicio sint: quandoquidem tertium nihil potest esse.

Tertius, a, um, *τρίτος.* 5. Att. 20. Mancipia veniebant Saturnalibus tertiis.

Teruncius, uncii, *nummulus, quem Plinius* triuncem *vocat, et* quadrantem: *quod tres uncias continet, et libellæ pars quarta est, τεταρτημόριον.* 3. de Fin. 45. In divitiis Crœsi teruncii accessio. 2. Fa. 17. De præda mea teruncium non attigit quisquam. 5. Att. 17. Sic in provincia nos gerimus, ut nullus teruncius insumatur in quemquam. 6. 2. Omnino nullus in imperio meo sumtus factus est, nullus inquam, ne teruncius quidem.

Teruncia, ciæ. 7. Att. 2. Fecit palam te ex libella, me ex teruncia: id est, te omnium bonorum hæredem, me ex quarta parte.

Tesqua. Incer. Tesqua loca aspera et difficilia.

Tessera, ræ, *talus, κύβος.* De Sen. 58. Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras. 3. de Orat. 55. Pila, tesseræ, tali. 2. de Div. 85. Quid enim est sors? idem propemodum quod talos jacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas et casus, non ratio et consilium valet.

Tesserula, læ, *ἀβάκιον.* Orat. 149. *Lege,* Emblema.

Testa, stæ, *concha, et vas fictile, ὄστρακον.* 2. de Nat. 100. Belluæ ad saxa nativis testis adhærentes. 4. ad Her. 9. Ipse a vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

Testæ, arum, *navigii genus.* 16. Att. 4. Et testis utemur. *Alii* tectis.

Testamentarius, rii, *subjector testamentorum, ὁ τῶν διαθηκῶν συγγραφεύς.* Pro Sest. 39. Cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone. 3. Off. 73. Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est.

Testamentarius, a, um, *de testamentis, διαθετικός.* Ver. 1. 108. Lex testamentaria.

Testamentum, ti, *suprema voluntas. Testamentum (inquit Ulpianus) est voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod post mortem

fieri voluerimus, διαθήκη. Ver. 1. 111. Multi testamenta eodem modo fecerunt. 1. de Orat. 228. Facere testamentum in procinctu, sine libra atque tabulis. 2. de Nat. 9. Ex quo in procinctu testamenta perierunt. De Arusp. 42. Clodius mortuorum testamenta conscripsit. 1. de Orat. 241. Constat agnoscendo rumpi testamentum. *Ibid.* 173. Testamentorum ruptorum aut raptorum jura. Pro Cæc. 72. Cui filius agnatus sit, ejus testamentum esse ruptum. Pro Cl. 31. Mutare testamentum. Top. 50. Tabulæ, quas is instituit, cui testamenti factio nulla esset. 7. Fa. 21. Qui factionem testamenti non habuerit. 2. de Leg. 51. Cui plus legatum est, quam sine religione capere liceat, is per æs et libram hæredem testamenti solvat. Parad. 6. Si testamenta amicorum ne expectas quidem, atque ipse supponis. 1. de Leg. 43. Falsa testamenta supponere. 14. in A. 7. Subjicere testamenta. Parad. 6. et 2. C. 7. Testamentorum subjector. 2. de Leg. 50. Si in testamento deducta scripta non sint. 7. Att. 2. Ejus testamentum de Tortorio, Ciceronum signis obsignatum. *Ibid.* 8. Dolabellam video Liviæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente. 15. 15. Ego testamentum composui, quod cum voles, obsignabis. 2. in A. 109. Antonius testamentum irritum fecit. *Ibid.* In publicis actis nihil est lege gravius, in privatis firmissimum est testamentum. 3. Off. 93. Cum testamento sestertium millies relinquatur. Pro Milone 49. Una fui, testamentum simul obsignavi cum Clodio. *Ibid.* Testamentum palam fecerat, et illum et me hæredem scripserat.

Adjuncta. *Falsum, firmissimum, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum, irritum, ruptum, ratum.*

Syntaxis. *Testamentum facere. Testamentum conscribere. Testamentum rumpere, mutare. Habere testamenti factionem. Testamenta expectare. Falsa testamenta supponere. Testamenta subjicere. Testamentum obsignare, componere, irritum facere. Testamento relinquere aliquid.*

Testatus, a, um, *ratus, indubitatus, exploratus, μεμαρτυρημένος.* Pro Fla. 26. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum reperitur. 11. Fa. 27. Hæc quæ testata sunt, et illustria. Act. 1. Ver. 48. Hujusmodi res ita notas, ita testatas, ita manifestas proferam, ut, &c. Pro Mur. 45. Aut testatam rem objiciunt, aut, &c. 1. Att. 13. Nihil dixi pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum. 1. Fam. 9. Ut quasi testata esset pop. Rom. nostra gratia. Pro Cæl. 64. Ut res esset multorum oculis testatior. 2. Fam. 3. Ut testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. 5. 20. Nisi ista pecunia gravissimis esset certissimisque monimentis testata.

Apertus. 8. Att. 9. Testatum esse volo de pace quid senserim.

Per testes firmatus. Part. 32. Si testata dici videbuntur: *id est, testimoniis firmata.* 10. in A. 7. Laus Bruti nondum autoritate publica testata est: *id est, nondum de ejus laude S. C. factum est.*

Invocatus, obtestatus. 2. de Fin. 66. Stuprata per vim Lucretia a regis filio, testata cives, seipsam interemit.

Syntaxis. *Religione testatum. Illustre atque testatum. Res nota, testata, manifesta. Testata res omnium oculis. Apud animum alicujus relinquere quidpiam testatum. Testata dicere.*

Testes, *testiculi, ὄρχις.* 9. Fa. 22.

Testiculi, *testes, ὀρχίδιον.* 3. ad Her. 33. Medicus testiculos arietinos tenens.

Testificatio, onis, *testimonium, formula testimonii, διαμαρτύρησις.* Ver. 4. 92. Si ejus rei testificatio tolleretur, cautumque esset, eos testimonium non esse dicturos. 5. 101. Ut si quando opus esset, hac videlicet testificatione uteretur. De Cl. 276. Chirographa, testificationes, indicia, &c. 9. in A. 15. His honoribus habitis Ser. Sulpitio, repudiatæ legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

Affirmatio privata. 1. Fa. 1. Cum summa testificatione tuorum in se meritorum.

Testificor, aris, *testor, notum facio, testibus firmo, testimonium dico, μαρτυρέω.* 2. de Orat. 224. Brute, testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. Ver. 5. 17. Hæc cum maxime summa hominum frequentia testificaretur, in vincula conjectus est. 8. Att. 1. Sed uti in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non retinenda testificabar sententiam meam. Orat. 35. Testificor me recusantem hoc fecisse. 2. de Finib. 7. Quippe qui testificetur, se, &c. 1. Att. 14. Abs te aliquando testificata tua voluntas fuit. 8. 9. Nam quod testificor, me expertem belli fuisse, scripsi, &c. 3. de Orat. 185. Quod eo sæpius testificor, ut, &c. 2. Fam. 4. Et hoc quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. 4. Tusc. 55. Ut sæpe testificor. 2. de Finibus 51. Quasi testificarere, laudari honestatem, &c. In Vat. 32. In faciendo quod fas non fuit, testificatus est se supplicationes illas non probare. Pro Qu. Testificantur isti, P. Quintium non stetisse. Pro Cæc. 45. Ut statim testificati discederent. 6. in A. 5. Testificor, denuncio, ante prædico, nihil eum facturum, &c. 4. ad Her. 5. Non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. 5. Tuscul. 33. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, et testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim.

Obtestor. 8. Fa. 16. Nam deos, homines, amicitiamque nostram testificor, me, &c.

Testimonium, nii, *judicium, jurejurando devincta autoritas, μαρτυρία.* Pro Dom. 132. Senatus mihi testimonium hujus urbis conservatæ dedit. 3. de L. 1. Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti judicii tui tes-

timonium. Pro Q. R. 17. Dabit enim nobis jam tacite vita acta in alterutram partem firmum et grave testimonium. 5. Fam. 12. Ut mihi non solum præconium tributum, sed etiam grave testimonium impartitum esse videatur. *Ibid.* 17. De tuo filio vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitum ejus virtuti videar testimonium non cepisse. Pro Q. R. 9. A C. Fannio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. 1. de Inv. 48. Testimonium, et gravior quædam confirmatio. Pro Font. 20. Jupiter ille, cujus nomine majores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. Pro Fla. 9. Testimoniorum religionem et fidem nunquam ista natio coluit. *Ibid.* Unde illud est? da mihi testimonium mutuum: totum illud Græcorum est. 3. Qu. Fr. 4. Testimonium secundum fidem et religionem gravissime dicere. Pro Sul. 83. Ego qui testimonium de conjuratione dixi in alios. Pro S. R. 103. More majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Pro Quin. 76. Tuum testimonium, quod in aliena re leve esset, id in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse. Pro Cæcin. 94. Sunt in eam rem testimonio. *Ib.* 23. In eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit. *Ibid.* 52. Exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis aptum pendere jus. 8. Att. 19. Cui rei testimonio sunt litteræ, quas Brussenus ad me misit. Pro Qu. R. 11. Ejus rei ipsa verba formulæ testimonio sunt. *Ibid.* 36. Alia certiora testimonia in causa haberem. 2. ad Her. 28. Cujus rei mors indigna Palamedis testimonium dat. Ver. 5. 157. Dare testimonium. *id est,* dare testes. Pro Planc. 55. Dicere testimonium de ambitu. Ver. 1. 94. Dicere testimonium in aliquem. 3. de Nat. 83. Dicere testimonium contra aliquem. Pro Cæl. 65. Religiose dicere testimonium. 1. de Nat. 84. Petere testimonium veritatis ab aliquo. 4. Acad. 81. Dicere falsum testimonium. Pro S. R. 100. et Ver. 1. 14. Dicere aliquid pro testimonio. 1. Att. 13. Neque dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum. Pro Cluent. 132. Lentulus Popilium in ambitus judicio pro testimonio diligentissime laudavit. 4. ad Her. 2. Ridiculus sit, si quis in judicio domestico pugnet, et sui ipsius testimonio abutatur: ut enim testimonium, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur. *Ibid.* Hoc igitur interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id, quod dicimus, cujusmodi sit: testimonio, esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. 10. Fa. 17. Esse testimonio alicui. *Ibid.* 9. Habere testimonium alicujus rei. 5. 2. Habere testimonium vocis alicujus. De Clar. 292. Si asseveremus, vide ne religio nobis tam adhibenda sit, quam si testimonium diceremus. 5. in A. 52. Tribuere testimonium virtutis alicui. 14. *Ibid.* 13. Is demum est, mea quidem sententia, justus triumphus ac verus, cum optime de repub. meritis testimonium a consensu civitatis datur. Pro Mil. 47. Legite testimonium testium vestrorum: dixit C. Cassinius, &c. Hort. Copia gravissimorum exemplorum quasi incorruptorum testimoniorum.

Adjuncta. *Acerrimum, improbum et falsum, inimicissimum, atque improbissimum, certius, et clarius, firmum, et grave, debitum, divinum.*)(*humanum, gravius, tacitum, exploratum, externum, firmissimum et sanctissimum, falsum, sempiternum, firmissimum, gratum, grave, gravissimum, publicum, privatum, vehementius, mutuum, parvum, præclarum, proprium, verum.*

Syntaxis. *Testimonium alicui dare judicii sui. Ab aliquo sumere testimonium. In aliquem dicere testimonium. In eam rem sunt testimonia. Testimonia capere, accipere. Pro testimonio dicere. Testimonium habere vocis alicujus. Testimonium petere ab aliquo, tribuere alicui, impartiri.*

Testis, is, *testimonium, autor, laudator, obsignator, conscius, ἐπιΐστωρ, μάρτυς.* Ver. 3. 136. Locupletissimus quisque certissimus testis est. De Cl. 322. Ab inferis locupletissimos testes excitare. 2. de Fin. 67. Excitare testes ex monumentis annalium. 1. Fam. 7. Præterea quidem de consularibus nemini possum aut studii erga te, aut officii, aut animi esse testis. 2. 2. Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei. 1. de Fin. 71. Testis incorruptus atque integer. Pro Quint. 75. Testis gravis.)(. *Testis levis.* 2. de Orat. 9. Testis vivus et præsens. Pro Cæc. 73. et in Vat. 1. Testis religiosus. 1. de Orat. 112. Te mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. 2. de Orat. 86. Stultitiæ suæ quam plurimos testes domestico præconio colligere. Pro Flac. 40. Ut qui locuples testis sanguinis sui non fuerit, idem sit gravis autor injuriæ publicæ. Postquam ad Quir. 16. Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresque fuerunt. De Pro. 43. Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, et sponsor est illi de mea. 3. Off. 44. Cum vero jurato dicenda sententia sit, meminerit, Deum se habere testem. *Alii* adhibere. 2. de D. 27. Hoc ego philosophi non esse arbitror, testibus uti, qui aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. 2. in A. 8. Qui si negem, &c. quo me teste convinces? Pro Qu. 86. Id testibus planum faciam, qui et scire debent, et causam, cur mentiantur, non habent. Pro Q. R. 5. Suum codicem testis loco recitare. Pro Cæc. 27. Ver. 4. 48. Cum testes ex Sicilia dabo, quem volet, eligat. *Ibid.* 62. De quo, credo, satis idoneum, satis gravem testem Qui. Minutium dicere audistis. et Div. 13. Deinde sunt testes viri clarissimi, &c. Pro Fon. 8. Testis cupidus, iratus, conjuratus, ab religione alienatus. *Ibid.* 6. Testis et conscius alicujus rei. Pro Flac. 8. De quibus vos testes aliis esse de-

betis, de iis ipsi alios testes audietis? *Ibid.* 9. De testibus refutandis. Ver. 5. 185. Castor et Pollux arbitri et testes omnium rerum forensium. 2. de Orat. 216. Tu mihi testis esse potes, nullam esse artem salis. Ver. 1. 13. Producere testes ad judices. Act. 1. Ver. 55. Dare testes in singulas res. Pro Qu. 75. In hanc responsionem testes dare oportebat. 2. de Fin. 62. Dare testes. *Ibid.* Sic a me satis testium est dictum. 5. Fa. 5. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. 1. Off. 75. Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ. Pro Fl. 32. Cujus rei cuncta testis est Asia. 12. in A. 29. Quorum commoda, ut vos optimi testes estis, semper oratione firmavi. *Ibid.* Quorum testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum, Regulum, nolite quæso contemnere. Pro R. P. 47. Possum excitare multos reductos teste liberalitatis tuæ. Pro C. Cor. 2. Ego vobis edam duos testes. Pro M. Scau. Ut M. Æmilius sordidissimæ, levissimæ, vanissimæ genti, ac prope dicam pellitis testibus condonetur. Pro Corn. Balbo 41. Proferam testes, proferam legatos &c. Pro Quint. 37. In hac re te, te, inquam, testem, Nævi, citabo. Ver. 2. 146. In hanc rem testem totam Siciliam citabo. Pro Cæc. 71. Cum fictus testis subornari solet, et imponi falsæ tabulæ. Pro Mur. 49. Testium seductiones.

Adjuncta. *Alienigena, cupidus, iratus, conjuratus, a religione alienus, fictus, non satis idoneus, et conscius, inimicus, certus, gravis, gravior, disertus, locupletissimus, domesticus, stultus, levis, egregius, nocturnus, pergravis, præclarus, falsus, gravior certiorque, idoneus, et gravis, gravissimus, gravissimus, et religiosissimus, honestissimus, minus idoneus, improbus, misericors, religiosus, probus, ignotus, publicus, incertus, præclarus, incorruptus, atque integer, iratus ac stultus, non levis, pusillus, vivus, et præsens, locuples, locupletissimus et certissimus, obscurus et tenuis, vanus, et levis, non mediocris, sed haud scio an gravissimus, mercenarius, urbanus, provincialis, non necessarius, novus, optimus, tacitus, sempiternus, vehemens, verus.*

Syntaxis. *Testem esse locupletissimum ac certissimum. Testes ab inferis excitare, ex monumentis annalium. Gravi teste privari. Quamplurimos testes colligere. Deum habere, vel adhibere testem. Teste convincere aliquem. Teste planum facere. Dare testes, refutare, audire, producere ad judices, edere, proferre, citare, subornare.*

Testor, aris, *doceo, significo, ostendo, demonstro*, διαμαρτυρέω. 2. de Nat. 138. Venæ et arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur. Pro M. Scau. Curia illa de principatu patris testatur.

Invoco, obtestor, testem voco. Pro Corn. 40. Testantur et mortuos nostros imperatores, se hoc jus esse velle, ut sibi, &c. 2. in A. 28. Is me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. 1. Fa. 9. Ipsum meum fratrem testatus est, se egisse, &c. Pro Qu. 66. Alphenus testatur omnibus audientibus, se, &c. Pro Clu. 23. 1. de Div. 33. Nunc illud testabor, non me psychomantiam agnoscere. Pro Rabir. 30. Quapropter equidem testor, me putare, &c. Orat. 227. Sæpe enim hoc testandum est. Pro Sul. 35. Atque hoc vos, judices, testor. *Ibid.* 64. Implorarem sensus vestros, et uniuscujusque indulgentiam testarer in suos. Pro Clu. 194. Preces illius et vota cognoscimus, quibus illa deos de suo scelere testatur. Pro Sul. 86. Deos testor, integro me animo ac libero P. Sullæ causam defendere. Pro Cæc. 83. Ego omnes homines deosque testor. Pro Mur. 78. Ego quod facio, me omnium vestrum causa facere clamo atque testor.

Manifesto. Pro Sul. 41. Recenti memoria Senatus, autoritatem hujus judicii monumentis publicis testatus sum.

Testamento decerno. 2. de Inv. 62. Possitne quisquam de filii pupilli re testari.

Testudo, inis, *animal crusta tectum*, χελώνη, χραμαδόλη. 2. de Nat. 124. Bestiæ aquatiles, veluti crocodili, fluviatiles testudines. 2. de Div. 133.

Concameratus et fornicatus locus, κάχληξ. De Cl. 87. Usque illum in quadam testudine cum servis litteratis commentatum fuisse. 3. Qu. Fr. 1. Nunc hoc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æstivum locum obtinebit.

Teter, tra, um, *fœdus, flagitiosus*, μιαρός. Ver. 4. 123. At videte, quanto hic tetrior tyrannus. 2. Qu. Fr. 12. Homo teter et fœdus. Pro Sest. 19. Teter, truculentus, terribilis aspectu. Pro Cæl. 13. Quis tetrior hostis huic civitati? De Prov. 13. 4. Tusc. 44. Tetra et immanis bellua. 2. de Fin. 94. et 2. Tusc. 19. Tetri cruciatus. 1. C. 11. Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam reipubl. pestem effugimus. 2. de Nat. 141. et 16. Att. 11. Quæ tetri aliquid essent habitura. 3. Off. 36. Tempestates, quibus nihil tetrius. 1. Tusc. 108. Sed ita tetra sunt quædam, ut ea reformidet et fugiat oratio. In Vat. 9. Quanquam sis omni diritate atque immanitate teterrimus. 4. Fa. 12. Vir clarissimus ab homine teterrimo occisus est. 1. Tusc. 96. Teterrimus in aliquem. Brut. 15. Tetrum spectaculum. 2. Qu. Fr. 5. Ei tres sententiæ teterrimæ in consilio defuerunt. 2. Off. 77. Nullum vitium est tetrius, quam avaritia. 1. 59.

Tetradrachmum, mi, *nummus quatuor drachmis æstimatus*, τετράδραχμον. 12. Fam. 13. Jam ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est.

Tetrarcha, chæ, *qui quartam regni partem tenet*, τετράρχης. Pro Dom. 60. 11. Phil. 31. Pro Cornel. 13. et 2. Att. 9. Qui prædia tetrarchis dederunt.

· Tetrarchia, chiæ, *quarta regni pars*, τετραρχία. 1. de Div. 27. Deiotarus a Cæsare tetrarchiæ regno mulctatus est.

Tetre, *fœdissime*, βδελυρῶς. 1. de Div. 60. Facere multa impure atque tetre. Ad Brut. Teterrime gerere se in provincia. Pro Dom. Aliquid impurissime teterrimeque violare.

· Teucris, *tragœdiæ nomen*. 1. Att. 9.

· Texo, is, *prætexo*, *contexo*, πλέκω. 2. de Nat. 123. Ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ ex inopinato observant.

· *Ædifico*. 4. Att. 15. Paulus basilicam texuit iisdem antiquis columnis.

· *Lucubro*, *compono*. 9. Fam. 21. Texere epistolas quotidianis verbis.

· *Necto*. 4. Acad. 147. Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

Texor, eris. 2. Fam. 16. Togam prætextam texi Appio, puto te audisse. 3. Qu. Fr. 5. Sane texebatur opus luculenter. 3. de Orat. 224. Quanquam ea tela texitur, et ea incitatur in civitate ratio vivendi, ut, &c.

Textilis, le, *textus*, πλεκτός. 2. de L. 45. In delubris communibus textile, nec operosius quam mulieris opus menstruum. 5. Tus. 61. Textile stragulum. 2. 20. Ipse illigatus peste interimor textili. Ver. 4. 1. Pictura textilis, aut in tabulis. 2. de Leg. 45. Color albus præcipue decorus Deo est, tum in cæteris tum maxime in textili.

Textor, oris, γέρδιος. Pro Pl. 62. Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus.

Textrina, næ, *texturis officina*, ἱστουργική. Ver. 4. 58. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit.

Textrinum, ni, *textrina*, ὑφαντεῖον. *Ibid.* 103. Quod tamen oppidum isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem faciendam fuit.

Textus, a, um, πεπλεγμένος. 2. de Nat. 150. Tegumenta corporum vel texta, vel suta.

TH

Thaumantis, *Iridis pater*. *Lege*, Arcus.

Theanum, *oppidum*. Pro Cl. 27. et 197. et 2. contra Rull. 95.

Theatralis, le, θεατρικός. Pro Sest. 115. Theatrales consessus.

Theatrum, tri, *cavea*, θέατρον. 3. de Orat. 196. Si in his paulum modo offensum est, theatra tota reclamant. 1. de Div. 59. Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum est. 2. Att. 19. In theatro ac spectaculis. 13. 20. Theatrum quidem sane bellum habuisti. Pro Clu. 93. Gradus illi Aurelii tum novi, quasi pro theatro illi judicio ædificati videbantur, quos accusator concitatis hominibus compleverat. Pro R. P. 42. Multas equidem C. Cæsaris virtutes cognovi, sed sunt certe hæ majoribus quasi theatris propositæ, &c. De Clar. 6. Forum quod fuisset quasi theatrum illius ingenii. Ver. 5. 35. Quæsturam meam quasi in aliquo orbis terrarum theatro versari existimabam. 12. Fa. 29. Familiaritas, quæ mihi cum Lamia est, magno theatro spectata est: tum cum, &c. Pro Qu. Gall. Multos condiscipulos habet in theatro.

Adjuncta. *Bellum*, *commune*, *frequentissimum*, *magnum*, *majus*, *maximum*, *refertissimum*, *amplissimum*, *eruditissimum*, *vacuum*.

Syntaxis. *Theatrum reclamans. In theatro ac spectaculis. Magno theatro spectata familiaritas. Theatrum tui ingenii.*

Thebæ, arum. 1. de Div. 75. *Lege*, Crassus, et Pinguis.

Thebani. De Fat. 7. 2. de Inv. 69.

Thebe, *Alexandri Pheræi uxor*. 2. Off. 25.

Theca, cæ, *arcula*, *in qua aliquid reponitur*, θήκη. Ver. 4. 52. Efferri sine thecis vasa. 4. Att. 7. Theca nummaria.

Thecula, læ, θήκη σμικρή. 9. Att. 6.

Themista. I. P. 63. Themista sapientior. *proverbium*.

Themistocles, clis. 4. Tusc. 43. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset: quærentibusque respondebat, Miltiadis trophæis se e somno suscitari. Pro Arch. 20. Themistocles laudum suarum vocem libentissime audivit. Læl. 93. Themistocles, quod adjutorem contra patriam inveniret neminem, mortem sibi conscivit. 3. Off. 49. Themistocles post victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium Reip. salutare, sed id sciri opus non esse: postulavit ut aliquem populus daret, quicum communicaret: datus est Aristides. *Ibid.* Aristides dixit, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. 7. Att. 11. Quale tibi consilium Pompeii videtur? Hoc quæro, quod urbem reliquerit. Fecit idem Themistocles, fluctum enim totius Barbariæ ferre urbs una non poterat. Bru. 41. Themistocles fuit, regnante jam Græcia, nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata. *Ibid.* 28. Post hanc ætatem aliquot annis, ut ex Atticis monumentis potest perspici, Themistocles fuit: quem constat, cum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse. 2. de Orat. 351. Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles: ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur, eique artem memoriæ, quæ tum primum proferebatur, pollicitum esse se traditurum: quum ille quæsisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem: Ut omnia meminisset: et ei Themistoclem respondisse, gratius sibi illum esse facturum, si se oblivisci, quæ vellet, quam si meminisse docuisset. 10. Att. 7. Themistocles in odio apud Lacedæmonios et apud suos cives fuit. 1. Q. 75. Quamvis enim Themistocles jure laudetur, et sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas: non minus

præclarum hoc quam illud judicandum est. Lael. 42. Themistocles imperator bello Persico servitute Græciam liberavit. 9. Att. 12. Themistocles mori maluit, quam contra patriam armari. Lael. 42. Themistocles propter invidiam in exilium missus. Cato. 21. Themistocles omnium civium nomina perceperat. Brut. 43. Themistocles, populi ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedavit. 2. Off. 71. Themistocles quum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: Ego vero, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quæ viro. 1. Tusc. 4. Themistocles quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Cat. 8. Themistocles Seriphio cuidam in jurgio dicenti, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum, respondit: Nec hercle, si ego Seriphius essem, nobilis, nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. 10. Att. 7. Themistocles non vidit, quid Artaxerxi polliceretur. 5. Fa. 12. Cujus studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituque retinetur? Ad Brut. 15. In qua videtur illud esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna pervenit: sed id et antiquum est, et omnium civitatum; si quidem etiam Themistoclis liberi eguerunt. 10. Att. 7. Themistoclis prudentia ex verbis Thucydidis. Pro Sest. 141. Themistoclem a defendenda Repub. non deterruit nec Miltiadis calamitas, nec Aristidis fuga. 4. Acad. 2. Sed quo plus in negotiis gerendis res quam verba prosunt, hoc erat memoria illa præstantior: quam fuisse in Themistocle, quem facile Græciæ principem ponimus, singularem ferunt. Brut. 43. Omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano, ut Coriolanus sit plane alter Themistocles.

Themistocleus, a, um. 10. Att. 7. Themistocleum exilium, et Themistocleum consilium.

Thempsa, *oppidum*. Ver. 5. 40.

Thempsanus, na. *Ibid.*

Thensa, sæ, *sacrum deorum vehiculum ex argento*, ... Ver. 5. 185. Omnes dii, qui vehiculis thensarum solemnes cœtus ludorum initis. De Arusp. 23. Si puer ille terram non tenuit, aut thensam, aut lorum omisit. Ver. 3. 6. Qui ex thensarum orbitis prædatus est. 1. 154. Via thensarum et pompæ.

Theodectes. Orat. 172. Theodectes politus scriptor atque artifex.

Theogonia, niæ. 1. de Nat. 36. Hesiodi Theogonia: *id est, origo deorum.*

Theologus, gi, *rerum divinarum peritus*, θεολόγος. 3. 53. Joves tres numerant hi, qui Theologi numerantur. *Ibid.* 54. Soles multi a Theologis proferuntur.

Theopompino genere, aut etiam asperiore aliquid pangi. 2. Att. 6.

Theopompus, *Historicus, Isocratis discipulus.* 2. de Orat. 57. *Lege*, Calcar.

Theopompeus, a, um. Orat. 207. Theopompeo more dicere.

Theophanes, *scriptor rerum Pompeii.* Pro Arc. 24.

Theophrastus. Orat. 62. Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. De Clar. 121. Theophrastus in dicendo dulcis. *Ibid.* 172. Theophrastus hospes. 1. Ac. 33. et 5. Tusc. 25. *de Theophrasto.* 2. de Leg. 15. Theophrastus autor haud deterior Timæo, meliorem multi nominant. Brut. 37. Theophrastus, homo doctissimus. 3. de Leg. 14. Theophrastus institutus ab Aristotele, abundavit in eo genere rerum. 1. de Fin. 6. Quid Theophrastus? mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos? 1. de Orat. 49. Si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputaverunt, eloquentes, et in dicendo suaves atque ornati fuerunt, &c. 1. Acad. 33. Theophrastus autem vir et oratione suavis, et ita moratus, ut præ se probitatem quandam et ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodammodo veteris disciplinæ autoritatem. Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse beate vivere. 5. de Finibus 10. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e terra gignerentur, causas atque rationes. 5. Tusc. 24. Hoc illud est, quod Theophrastus sustinere non potuit. Nam quum statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patriæ eversiones, exilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret. Quam bene, non quæritur: constanter quidem certe. Hic autem elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus non reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum: vexatur autem ab omnibus: Primum in eo libro, quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit. *Ibid.* 25. Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam: Vitam regit fortuna, non sapientia. 3. 69. Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset, quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. 2. Off. 3. Theophrasti discipulus Demetrius Phalereus. 1. de Nat. 35. Nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est. Modo enim menti divinum tribuit principatum, modo cœlo, tum autem signis, syderibusque cœlestibus. 5. de Fin. 12. Quod maxime efficit Theophrasti de vita beata liber, in quo multum admodum for-

tunæ datur, quod ita si se habeat, non possit beatam præstare vitam sapientia. *Ibid.* 13. Primum Theophrastus Stratophysicum se voluit: in quo etsi est magnus, tamen nova pleraque, et perpauca de moribus. 2. Att. 3. 16. Fam. 17. Quomodo Theophrasto placet verecunda tralatio. Br. 172. Ut ego jam non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa, atque addidisset: Hospes, non pote minoris: tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, quum ætatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. 5. de Fin. 12. Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit firmitatis et roboris. 1. de Na. 93. Meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. Brut. 121. Quis Aristotele nervosior? Theophrasto dulcior? 5. de Finib. 11. A Theophrasto leges etiam cognovimus. *Ib.* Sæpe ab Aristotele, a Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. 3. de Legibus 13. Sed hujus loci de magistratibus sunt propria quædam, a Theophrasto primum, deinde a Dione Stoico quæsita subtilius. 2. Att. 16. Quoniam tanta controversia est Dicæarcho familiari tuo cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικὸν, &c.

Adjuncta. *Dulcis, elegantissimus, et eruditissimus.*

Theorema, tis. De Fato 11. Percepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα.

Thermæ, *oppidum Siciliæ, ubi sunt aquæ calidæ.* Ver. 2. 183.

Thermanus. *Ibid.* 83.

Thermopylæ, *locus in Græcia.* 1. Off. 61.

Thesaurus, ri, *est (ut jurisconsultus definit) vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Sic enim fit ejus qui invenit, quod non alterius sit. Capitur autem præterea pro rerum omnium pretiosarum copia reposita, aut pro loco, in quo res ipsæ custodiuntur,* θησαυρός. 2. de Div. 18. Qui thesaurum inventurum, aut hæreditatem venturam dicunt, quid sequuntur? *Ibid.* 134. Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto. 15. Att. 26. Tibi de gloria excudam aliquid, quod lateat in thesauris tuis. 13. in A. 12. Servus domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco. De Sen. 21. Obruere thesaurum alicubi. 1. de Orat. 18. Thesaurus rerum omnium, memoria. Par. 109. Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet. 11. Fa. 10. Non si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptum possem. 2. de Fin. 67. Suppeditare alicui aliquid de thesauris suis.

Theseus. 3. de Na. 76. 1. Off. 32. et 3. 94.

Thesis, sis, *propositum,* θέσις. Top. 79. Quod Græci θέσιν appellant, nos propositum possumus nominare. 3. de Orat. 107. Omnem civilem orationem in alterutro genere versari, aut definita controversia certis temporibus ac reis, hoc modo, Placeatne a Carthaginensibus captivos nostros, redditis suis, recuperari: aut infinite de universo genere quærentis, Quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit: atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera quæstio infinita, et quasi proposita, consultatio nominatur. 9. Att. 11. Θέσεις meas commentari non desino. *Ib.* Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ et politicæ sunt, et horum temporum. Orat. 45. et 46. Orator a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocat controversiam; latius enim de genere, quam de parte disceptare licet: ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse: hæc igitur quæstio a propriis personis ad universi generis rationem traducta appellatur Thesis. Part. 1. 3. de Orat. 108. Θέσεις oratorum esse.

Thesmotes, *Apollo.* Ver. 4. 119. Alii, *Temnites.*

Thespiæ, arum, *oppidum Siciliæ.* *Ibid.* 4. Cupido ille, qui est Thespiis. 13. Fa. 22.

Thespienses. Ver. 4. 135.

Thesprotia, *Græciæ ora.* 6. Att. 3.

Thessalia, æ, *regio.* Pro Flac. 63.

Thessali, *populi.* Pro Clu.

Thessalonica, cæ, *urbs.* De Ar. 35. et 1. Att. 14.

Thessalonicenses, *populi.* De Prov. 4.

Theutoni, *populi.* Pro Pomp. 60.

Thoys, *sive, ut alii, in quibus Suidas, volunt,* Thoyt. 3. de N. 56. Quintum Mercurium Ægyptii Thoyt appellant: eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur, is est September.

Thrasimenus, *lacus.* Pro S. R. 89. De Cl. 57.

Thracius, a, um. De Pro. Castra Thracia.

Thrax, cis. 6. in A. 13. Myrmillo Thrax. *Ibid.* Ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem, conduceret. De Prov. 9.

Threiicius, a, um. 2. Off. 25. Barbarus compunctus notis Threiiciis.

Thucydides, dis. 2. de Orat. 56. Post Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio, mea sententia, facile vicit. De Cl. 287. Thucydides rerum gestarum pronunciator sincerus et grandis fuit, hoc forense concertatorium judiciale tractavit genus: orationes, quas interposuit, eas ego laudare soleo: imitari neque possim, si velim: nec velim fortasse, si possim. Orat. 30. Thucydides autem res gestas et bella narrat, et prælia graviter sane et probe: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum: ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur:

quod est in oratione civili vitium vel maximum. De Opt. 15. Thucydidis quidam eloquentiam admirantur, id quidem recte : sed nihil ad eum oratorem, quem quærimus. *et ibid. de Thucydide multa.* 2. Qu. Fr. 12. Capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides. Orat. 234. In Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. 7. Att. 1. Sed hæc, ut ait Thucydides, fuerit ἐκβολὴ λόγου, non inutilis, *id est, egressio orationis.*

Thucydidius, a, um. Orat. 30. et de Opt. 16. Ecce autem aliqui se Thucydidios esse profitentur.

Thuribulum, li, *acerra*, θυμιατήριον. Ver. 4. 46. Num etiam de L. Papyrio thuribulum emisti? *Ibid.* Quem volet eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis.

Thurii, *oppidum*. 9. Att. 2.

Thus, thuris, λιβανωτόν. 3. Off. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus et cerei. Ver. 4. 77. Thura et odores incendere.

Thusculanum, ni, *villa Ciceronis, et aliorum, sæpissime ad Atticum, et alibi occurret.*

Thusculanus, a, um. 2. de D. 2. Thusculanæ disputationes. *et alibi sæpe. Alias,* Tusculanus.

Thusculanensis, se. 9. Fam. 6. Equidem hos tuos Thusculanenses dies instar esse vitæ puto.

Thusculum, li, *municipium Romæ finitimum.* Pro Font. 2. de D. 94. et in Rull.

Thuscus, a, um, *Hetruscus.* 2. de N. 11. An vos Thusci et Barbari auspiciorum populi Rom. jus tenetis? 2. de Div. 106. 3. de Orat. 66. Mare inferum Thuscum.

Thyamis, *fluvius.* 7. Att. 2.

Thyestes, *viri et tragœdiæ nomen.* 3. de Nat. et in Bruto.

Thyesteus, a, um. I. P. 43. Thyestea ista execratio est.

Θύμωσις. *Lege,* Excandescentia.

Thyome, *Bacchi mater.* 3. de N. 58.

Thyreum, ei, *oppidum.* 13. Fa. 63.

T I

Tibareni, *populi.* 15. 4.

Tibi. 4. Ac. 121. Ecce tibi e transverso, &c. 8. Fa. 2. Hic tibi strepitus. *Ibid.* 15. Nunc tibi milites, &c. 9. 2. At tibi repente, &c. 7. Att. 18. Ecce tibi. 111. Nonæ Feb. Pro S. R. 133. Alter tibi descendit de palatio et sedibus suis, &c. 8. Fam. 8. Eos tibi et rem, de qua misi, velim curæ habeas. Ver. 1. 84. Mihi eodem modo positum, quo tibi. 1. Att. 11. 2. 8. Ecce tibi nuncius, pueros venisse Roma. 3. Off. 83. Ecce qui tibi rex populi Rom. esse concupierit.

Tibia, æ, *fistula,* αὐλός. 2. de Orat. 338. Tibicen sine tibiis canere potest. 3. 195. Ut epularum solemnium fides et tibiæ indicant. 2. de N. 22. Tibiæ modulate canentes, et fidiculæ numerose sonantes. De Cl. 192. Si tibiæ inflatæ non referant sonum, tibicen eas abjiciat. Pro S. R. 134. Cantus vocum, nervorum, et tibiarum. 1. Tusc. 106. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. 4. ad Her. 44. Tibiæ nuptiales. Hortens. Ponendæ sunt fides et tibiæ. De suis consil. Tibiarum cantu instincti.

Tibicen, inis, *qui tibiis canit,* αὐλητής. 2. de Orat. 338. Tibicen sine tibiis canere non potest. De Cl. 187. Tibicen Antigenidas dixit discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane et musis. 4. Acad. 20. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt. *Ibid.* 86. Simul inflavit tibicen, &c. 2. de L. 61. Ad cantus et ad tibicinem prosequi laudes clarorum virorum. De Ar. 22. 33. Tibicen repente conticuit. 2. de Na. 22. Tibicinis scientia. Pro Dom. 125. Tibicen adhibebatur in consecratione. Pro Mur. 26. Transit idem jurisconsultus tibicinis Latini modo. Ver. 3. 78. Rhodius tibicen. 7. Fam. 24. Bellus tibicen. 3. de Nat. 22. Orat. 198.

Tibicina, æ, *quæ tibiis canit,* αὐλητρίς. De suis consil. Admonuisse tibicinam, ut spondæum caneret, *Pythagoras dicitur.*

Tiburs, tis, *a Tibure opp. ut Tiburs ager.* 2. de Orat. 224. In Tiburti. *Ibid.* 263. Villam in Tiburte habes. 8. Att. 22. In Tiburti Lepidi.

Tiburtinum, *villa Scipionis.* 5. Phil. 19.

Tignarius, a, um, ἰκριωτικός. De Clar. 257. Faber tignarius.

Tignium, *oppidum.* 7. Att. 13.

Tigurinus ager. Pro Tullio, apud Quintilianum.

Timæus, *historicus longe eruditissimus.* 2. de Orat. 58.

Timendus, a, um, φοβητέος. 1. Fam. 5. Sed tamen in ejusmodi rerum perturbatione quanquam omnia sunt timenda, nihil magis quam perfidiam timemus.

Timeo, es, *metuo, horreo, extimesco, pertimesco, reformido, vereor, hoc me commovet, in metu sum, timore afficior, metus animo objicitur,* φοβέομαι. 6. Fam. 10. Quotidie aliquid fit levius et liberalius, quam timebamus. Pro Sul. 58. A quo quidem genere judices ego nunquam timui. Bru. 4. Itaque timeo de consulatu, &c. 7. Att. 6. De rep. valde timeo. *Ibid.* Timere de honore suo. *Lege,* Pertimesco. 12. Att. 24. Quid possem, timebam. 11. Fam. 10. Timeo quemadmodum hæc explicari possint. 3. Att. 8. Nunc istic quid agatur, magnopere timeo. De suo consul.

Atque animo pendens noctis eventa timebat.

Timeor, eris. Pro Dom. 11. Ut jam plane inopia ac fames, non caritas, timeretur.

Adverb. *Aperte, certe nihil, in posterum, magnopere, maxime, plane, plene, recte, valde, vehementer.*

Syntaxis. *Id levius fit quam timui. De meo honore timeo. Mihi timeo. Timeo quemadmodum res cadat. Quid fiat, ego timeo.*

Timide, *ignave, timido animo, dubitanter, diffidenter*, φοβερῶς.)(. *Fidenter*. Pro Qu. 51. et 6. Fam. 7. Timide ac pedetentim ad aliquid agendum descendere. 12. in A. 24. Timide hoc dicam, &c. 2. Tuscul. 55. Ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave faciamus, &c. Pro Cæc. 77. Nam ipso præsente de ejus virtute timidius dicerem. 5. de Fin. 6. Tum ille timide, vel potius verecunde, &c. Pro Sull. 80. Quanquam a me de ea timide modiceque dicetur. Pro Planc. 24. Timide dico, sed tamen dicendum est. 2. de Div. 67. Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat.

Syntaxis. *Timide ac pedetentim descendere ad aliquam rem. Abjecte, timide, ignave. Timide, imo potius verecunde. Timide, modiceque dicere.*

Timiditas, tis, *angustus et parvus animus*, δειλία. Par. 81. Verecundiam timiditas imitatur. 4. de Fin. 53. et 5. Tusc. 52. Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis oritur. 3. Tusc. 14. Quæ qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam. 2. de Orat. 300. Cautio mea et timiditas in causis. Pro Cluen. 120. Supplicium in bello timiditati militis propositum esse. 2. in A. 71. Tu ei bello propter timiditatem defuisti. Pro Cæl. 36. Qui propter nescio quam credo timiditatem, et nocturnos quosdam inanes metus tecum semper cubitavit. 2. de Orat. 10. Tu pudore a dicendo, et timiditate ingenua quadam refugisti.

Adjuncta. *Ingenua, turpis, vilis et fracta.*

Timidus, a, um, *ignavus, parum animi habens, nullius animi, quicquid increpuerit pertimescens, diffidens, vecors*, δειλός. Pro Mil. 96. Pro Mar. 21. Si in alterutro sit peccandum, malim videri nimis timidus, quam parum prudens. Pro Sest. 36. Me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. 7. Fam. 17. Timidus in labore militari. 11. 18. et 4. ad Her. 49. Timidum atque ignavum judicari. 12. in A. 24. Nemo me minus timidus, nemo cautior. I. P. 74. Timidus ac tremens. Pro Cæc. 18. Homo timidus atque imperitus. 1. Off. 82. Ne imbelles timidique videamur. Pro D. 56. Fac me timidum esse natura, quid, &c. 7. Att. 20. Timidissimæ in oppidis conciones. 3. Off. 115. Quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiunt, ea non esse utilia.

Syntaxis. *Timidus, nullius animi, nullius consilii. Timidus et ignavus. Timidus et cautus. Imbellis ac timidus. Animus timidus, humilis, demissus, fractus.*

Timolus, vel Tymolus, *mons, quem Mela Timolum, si integra lectio est, vocat*. Pro Flac. 45.

Timon, onis. De Ami. 89. Si quis ea asperitate est, et immanitate naturæ, ut congressus societatemque hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. 4. Tusc. 25. Ut odium in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur. *Ibid.* 27. Similiter definitur mulierum odium, ut Hippolyti et Timonis, generis humani.

Timor, oris, *metus, formido*, δειλία, φόβος. 4. Tusc. 19. Timor est metus mali appropinquantis. 1. Fam. 5. Animos a minore cura ad summum timorem traducere. 5. Att. 20. Nostris animus accessit, hostibus timor injectus est. Ad Br. 3. Civitas perculsa magno timore. De Som. 2. Ades, inquit, animo, timorem omitte. 2. in A. 90. Quanquam te bonum timor faciebat non diuturni magister officii. Ad Brut. 4. Utinam inspectare posses timorem de illo meum. 1. contra Rull. 23. Spem improbis ostendisti, timorem bonis injecisti. 1. de Div. 58. Tum ego contremui, timore perterritus. 2. Fam. 10. Æstas, quæ sequitur, magno est in timore. 10. 18. Res quæ mihi facit timorem. 11. 2. Amici nostri magno timore de nobis afficiuntur. 3. Qu. Fra. 4. Sine timore sum. 5. Att. 14. Magno timore sum. 2. Off. 25. Dionysius cruciatu timoris angi solitus, qui, &c. Hortens. Imbecillus est pudoris magister timor, qui si quando paullulum aberraverit, statim spe impunitatis exultat. Pro S. R. 9. Huc accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit, et vestra dignitas, et vis adversariorum, et Sex. Roscii pericula. 2. Fam. 11. Belli magni timor impendet. 2. de Orat. 209. Timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. 6. Fam. 7. Auges etiam tu mihi timorem, qui, &c. 1. Cat. 18. Nunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar: sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. 11. Fam. 23. Omni timore deposito, debemus libere Reipubl. consulere. *Ibid.* 21. Tuis opibus et Consulatu tuo, etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abjiceremus. 8. *Ibid.* 12. Scis Domitio diem timori esse. 2. de Finibus 30. Cupiditate et timore vacuum esse.

Adjuncta. *Cæcus, domesticus, falsus, verus, inanis, magnus, major, maximus, quotidianus, summus.*

Syntaxis. *Ad timorem traducere animum. Injicere alicui timorem. Timore percelli. Timorem animo omittere. Timore perterritus. Esse in magno timore. Id mihi timorem facit. Timore affici. Magno timore esse. Cruciatu timoris angi. Timorem impendere, incutere, augere, eripere, deponere, abjicere. Timori esse. Timore vacuum esse.*

Timotheus, thei, *musicus*. 2. de L. 39. Severa illa Lacedæmon nervos jussit, quod plures quam septem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

Tinctus, a, um, *imbutus*, βεβαμμένος. De Cl. 211. Ergo illam patris elegantia tinctam videmus. 2. de Orat. 85. Sit enim mihi tinctus litteris. *Ibid.* 120. Alterum, quod totum arte tinctum videtur.

Tincta, orum, βάμματα. 2. de L. 45. Color autem albus præcipue decorus Deo est,

cum in cæteris, tum maxime in textili. Tincta vero absint, nisi a bellicis insignibus.

Tingo, gis, *coloro*, ἐνδίζω. 3. de Na. 70. Tunica sanguine centauri tincta.

Tinnio, is, *κουδωνίζω*. 14. Att. 23. Maxime autem expecto, ecquid Dolabella tinniat: *id est*, an afferat nummos.

Tiretius, *pons*. 16. Att. 13.

Tissenses, *populi*. Ver 3. 86.

Titanes, num, *Gigantes*. 3. de L. 5. Plato e Titanum genere statuit eos, qui, ut illi cœlestibus, sic hi adversentur magistratibus. *Lege*, Gigantes.

Titan, nis, *sol*, τιτάν. In Arat.

Quem cum perpetuo vestivit lumine Titan.

Titillans, tis. 3. de Fin. 1. Ut pluris esse contendat dulcedinem corporis, et titillantem ex ea re natam lætitiam, quam, &c. 2. Off. 62. Assentatores populi multitudinis levitatem voluptate quasi titillantes.

Titillatio, onis, *suavitas motus*, γαργαλισμός. 1. de Na. 114. Voluptates, quibus quasi titillatio sensibus adhibetur. De Senect. 47. Non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titillo, as, *moveo, sed cum quadam suavitate*, γαργαλίζομαι. 1. de Fin. 39. Voluptas quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate afflueret et illaberetur.

Titillor, aris. 3. Tusc. 47. Nisi sensus quasi titillarentur voluptate.

Titius, tii, *saltutionis genus*. De Cl. 225. Quos Sex. Titius consecutus, homo loquax sane, et satis acutus: sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset.

Titubanter, *dubitanter*, παραφόρως. Pro Cæl. 15. Posuistis enim, atque id titubanter et strictim, hunc, &c. Ad Her. Titubanter et inconstanter loqui.

Titubatio, onis, *hæsitatio*, συγκλόνησις. 2. de Inv. Metus, lætitia, titubatio. 2. ad Her. 19. Ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur.

Titubo, as, *hæsito: nec vox, neque lingua consistit*, συγκλονοῦμαι. Pro Flac. 22. et Pro Cæl. 66. Testes, si verbo titubarint, quo revertantur, non habebunt. 2. Att. 9. Qui nihil titubarunt. 3. de Orat. 190. Versus debilitatur, in quacunque ejus sit parte titubatum. Pro Dom. 139. Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid. 12. Famil. 10. Si quid forte titubatum est, ut fit in bello. 2. ad Her. 8. Erubuisse, expalluisse, titubasse.

Syntaxis. *Titubanter ac strictim. Titubanter et inconstanter loqui. Impediri titubatione. Verbo titubare. Mente ac lingua titubante facere aliquid. Siquid forte titubatum est.*

Titulus, li, *index*, ἐπίγραμμα. I. P. 19. Qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus. 5. Tuscul. 30. Iidem dicant semper beatum esse sapientem: quos si titulus hic delectat insignis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus, inducant animum, &c.

Adjunct. *Dignissimus, insignis, et pulcher.*

TO

Toga, gæ, ἀμπεχόνη. I. P. 73. Toga pacis est insigne et otii. Pro Sest. 144. Cui superior annus idem et virilem patris et prætextam populi judicio togam dedit. Pro Cluent. 154. Toga prætexta et sella curulis. 2. C. 22. Socii Catilinæ velis amicti, non togis. In Vat. 30. In epulo cum toga pulla accumbere. I. A. 44. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. De Ami. 34. Pueri togam sumentes, prætextam deponebant. 7. Att. 8. Concio, in qua erat accusatio Pompeii, usque a toga pura. 9. 20. Dare togam puram alicui. Ver. 1. 113. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? 5. Att. 20. Quinto sororis tuæ filio togam puram jubeo dari. *Lege*, Prætexta. 6. Fa. 1. et 9. 44.

Adjuncta. *Parva, pulla, prætexta, pura, purpurea, virilis.*

Togatam agere, *idest*, *comœdiam*. Pro Sest. 118.

Togatus, a, um, τηβεννοφόρος. 1. de Orat. 111. Quasi unus e togatorum numero. Pro Sull. 85. Cui uni togato Senatus supplicationem decrevit. 5. in A. 14. Græcus judex modo palliatus, modo togatus. Pro S. R. 135. Magna caterva togatorum. 9. Att. 9. Sibi satis esse dixit, si togatus officia urbana sibi præstitissem.

Togula, læ, εὐτελής. I. P. 54. Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt. 1. Att. 15. Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam.

Tolerabilis, le, *vendibilis, probabilis, non contemnendus, patibilis*, ἀνεκτός. De Sen. 8. Moderati senes tolerabilem agunt senectutem. 6. Att. 1. Ergo Græci solvunt tolerabili fœnore. 2. de Fin. 57. Quem quidem vos, cum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis, cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. Ad Brut. 15. Ignoscere etsi in cæteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. 4. C. 16. Servus est, qui modo tolerabili conditione sit servitutis, qui non, &c. 1. de Orat. 218. Ac si jam placet, &c. tolerabilius est sic dicere, ut boni oratoris sit, &c. *Ibid.* Philosophi qui tolerabiliores motus esse volunt, &c. 1. de Orat. 8. Vix singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inventi sunt. De Cla. 178. Orator sane tolerabilis. 7. Att. 7. Regnum nemini tolerabile. Frag. ep. Tolerabile erratum.

Tolerabiliter, *toleranter*, ἀνεκτῶς. 15. Fam. 20. Quo tolerabilius igniculum desiderii tui feramus. 3. de Fin. 42. Etiamsi dolores tolerabilius patiantur. 2. Tusc. 43.

Tolerandus, a, um, ἀθλευτέος. 1. Att. 14. Nobis inter nos nostra sunt vitia toleranda. 2. Off. 45. Omni militari labore tolerando. 2. Tusc. 18. Res ad patiendum tolerandumque difficilis.

Toleranter, καρτερικῶς. 4. Fam. 6. Ferre aliquid toleranter. 2. Tus. 43. Toleranter dolorem pati. *Lege*, Humane.

Tolerantia, tiæ, ὑπομονή. Parad. 4. Tolerantia rerum humanarum, contemptio fortunæ, &c.

Toleratio, onis, ἄθλευσις. 2. de Fin. 94. Quænam alia toleratio est verior?

Toleratu. 4. 52. Dicunt illi, dolorem esse difficilem toleratu.

Tolero, as, *fero, patior, perfero, sustineo*, ἀνέχομαι. 2. C. 25. Idcirco se facilius hyemem toleraturos putant. 2. de Divinat. 63.

Ferte viri, et duros animo tolerate labores.

7. Fa. 18. Forti animo istam tolera militiam. Br. 16. At qui potuimus tolerare nostram fortunam?

Toleror, aris. 1. Q. Fr. 1. 20. Sumptus et tributa civitatum ab omnibus tolerari æqualiter.

Syntaxis. *Orator tolerabilis. Ferre tolerabiliter, et pati. Res ad patiendum ac tolerandum difficilis. Toleratu difficilis. Hyemem facile tolerare, militiam forti animo, fortunam, sumptus, tributa.*

Tollendus, a, um, *removendus, amovendus, interimendus*, ἐγερτέος. 2. de Orat. 171. Avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda luxuries. Pro Cluen. 23. Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendumque curavit. 2. de Fin. 27. Cupiditas tollenda est, atque extrahenda radicitus.

Laudandus, ornandus. 11. Fam. 20. Quod diceret, se dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, se non esse commissurum, ut tolli possit. *hic*, tollere, *ambiguum est. Ita enim dixerat, quasi esset extollendus et ornandus Octavius: sed revera removendum et extinguendum intelligebat, ut etiam ipse Octavius intellexit.* 1. Q. Fr. 1. 25. Portoriis Italiæ tollendis. De Consola. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

Tollo, is, *aufero, detraho, deleo, extinguo, removeo, eximo*, αἴρομαι, αἴρω. 6. Att. 1. Alterius inique constituta et acta tollere. 4. Acad. 18. Hoc infirmat tollitque Philo. 1. Qu. Fr. 2. Tolle *litteras* omnes, si potes, iniquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. Pro Quin. 70. Tollere funditus, ac delere memoriam alicujus rei. 3. Fam. 8. Tollere discordias ex amicitia. 1. 1. Ut exercitum religio tollat, te autorem Senatus retineat. 12. Att. 7. Ut mihi omnem dubitationem tolleret. Ver. 4. 7. Idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret. 3. 36. Tollere frumentum de area. 13. Att. 1. Cujus festinationem mihi tollis, quoniam de æstate polliceris, vel potius recipis. Pro S. R. 6. Ut deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis. 2. de L. 31. Augures possunt a summis imperiis comitia tollere. Pro Dom. 44. Tollere aliquem e civitate. Pro S. R. 20. Tollere aliquem de medio. Orat. 209. Delere, tollere, auferre, detrahere. Pro Dom. 45. Si qua res illum diem sustulit, tota causa sublata est. 2. de Leg. 31. Leges non jure rogatas tollit augur, ut Titiam decreto collegii, ut Livias consilio Philippi consulis et auguris. 3. de Nat. 81. Q. Varius Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. Pro C. Cornel. 1. In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, et Qu. Metelli adolescentia. Pro M. Scaur. Propinquitas et celebritas loci tollit suspicionem. De Consolat. Cedo et manum tollo.

Laudo, attollo, extollo. Pro Cæc. 60. Qui saxa jaceret, quæ de terra ipsi tollerent. Ver. 3. 1. Tollere aliquid oneris: *id est*, suscipere. 2. Qu. Fr. 9. Sed mea factum est invisa verecundia, ut te proficiscens non tollerem. 3. de Orat. 102. Augere aliquid, et tollere altius dicendo. De Ar. 33. Tollam altius tectum, non ut despiciam, sed, &c. 5. Tusc. 37. Tollere se a terra altius. 4. Acad. 63. Tollere manus ob admirationem. Hortens. Nihil esse, in quo se animus excellens tollat.

Tollor, eris, *auferor*. 13. Att. 42. Da negotium alicui, ut id nomen ex omnibus libris tollatur. Pro Sest. 55. Ut censoria notatio de Rep. tolleretur. 1. de Fin. 37. Ut tollatur error omnium imperitorum. Pro Sest. 34. Gradus ejus templi tollebantur. 13. Att. 23. Menda librariorum tolluntur. De Fat. 11. Vitia naturalia extirpari, ac funditus tolli non possunt. 6. Familiar. 7. Cum mendum scripturæ litura tollatur. Pro Mur. 30.

Tollitur e medio sapientia, vi geritur res.

Abducor. Pro Quin. 12. Tollitur ab atriis Liciniis, atque a præconum consessu in Galliam Nævius, et trans alpes usque transfertur.

Extollor. 3. Off. 94. Phaethon optavit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est insanus. Ver. 4. 94. Clamor a fani custodibus tollitur.

Adverb. *Altius, aperte, apertissime, audacter, celeriter, impudenter, libidinose, clam, funditus, perfacile, ingenue, ornate, incredibiliter, in perpetuum, mature, omnino, paullulum, penitus, obscure, perspicue, publice, radicitus, recte.*

Tolosa, *urbs*. I. V.

Tolosanus, a, um. 3. de N. 74. Tolosanum aurum.

Tondeo, es, κείρω. 5. Tusc. 58. Ancillari sordidoque artificio regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam et capillum patris. *Ibid.* Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias docuit.

Tonitru, et Tonitruum, *aeris sonitus, cœlestis clamor*, βροντή. 2. de D. 44. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse: cum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere atque disrumpere, idque crebrius facere, et vehementius, tum et fulgura et tonitrua existere. *al. fulgores.* 8. Fam. 2. Hic tibi strepitus,

fremitus, clamor, tonitruum. 2. de D. 42. Quod homines tonitrua jactusque fulminum extimuissent. 5. in A. 8. Quæ porro illa tonitrua? quæ tempestas? 3. de Orat. 155. Cœlum tonitru contremit.

Tono, as, *βροντάω*. 2. de Div. 149. Si fulserit, si tonuerit. 2. de N. 65. Jupiter in cœlo fulgens et tonans. 2. de Div. 43. Jove tonante et fulgurante comitia populi habere, nefas. 5. in A. 7. Jove tonante, cum populo agi fas non est. 2. de Div. 82.

Cum tonuit lævum.—ex Enn.

Orat. 29. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam, dictus est.

Tonsillæ, arum, *glandes ad radicem linguæ, quæ salivam conficiunt: quanquam* tonsillæ *in homine, in sue* glandulæ, *teste Plinio appellantur, ἀντιάδες*. 2. de Nat. 131. Stomachus ex utraque parte tonsillas attingens, palato extremo et intimo terminatur.

Tonsor, oris, *καλλυντής*. 5. Tusc. 58. Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit.

Tonsorius, a, um, *κουρικός*. 2. Off. 25. Dionysius cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

Tonstricula, læ, *κουρευτρίδιον*. 5. Tusc. 58. Ancillari sordidoque artificio regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam et capillum patris.

Tonsus, a, um, *κεκαρμένος*. I. P. 18. Cum illa saltatrice tonsa, &c.

Topiaria, riæ. 3. Qu. Fr. 1. Topiariam facere.

Topiarium, rii, *opus ex arbore aut frutice, variè inflexis ramis, et vinctis ad speciem decoremque hortorum. Ibid.* Topiarium laudavi, ita omnia convestivit edera.

Topica, orum, *τοπικά*. 7. Fam. 9. Institui Topica Aristotelica conscribere. Top. 1. Aristotelis Topica quædam.

Topice, ces, *τοπική*. *Ibid.* 6. Inveniendi ars, quæ Topice dicitur.

Toreuma, tis, *opus torno factum, τόρευμα*. I. P. 67. Toreuma nullum. Ver. 2. 118. Toreumata sane nota ac pretiosa auferuntur. 4. 38. De hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata: in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu summo artificio facta.

Tori, orum, *lacerti ipsi, seu lacertorum capita, in quibus est robur, pars coronæ eminentior, βραχίονες*. 2. Tuscul. 22. O pectora, o terga, o lacertorum tori! Orat. 21. Aut addit aliquos, ut in corona toros. *id est, flexus ornamentorum graviorum.*

Tormentum, ti, *cruciatus, supplicium, eculeus, κέντρον*. Par. 50. Alii metu mortis vim tormentorum pertulerunt. 3. de Fin. 42. Ut in omnibus tormentis conservetur vita beata. Pro Cluen. 176. Servi autoritate advocatorum, et vi tormentorum adducti, in veritate manserunt. *Ibid.* Nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur. Pro Mil. 58. Aliquem tormentis cogi quippiam confiteri. *Ibid.* Quod tormentis invenire vis, fatemur. 11. in A. 5. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniæ. *Ibid.* 8. Nec graviora sunt carnificum tormenta, quam interdum cruciamenta morborum. Pro Sull. 78. Quæstiones nobis servorum et tormenta accusator minitatur. *Ibid.* Tormenta gubernat dolor, et moderatur natura cujusque. 6. Fam. 7. Calumnia timoris, et cœcæ suspicionis tormentum. 3. De N. 82. Accepimus Zenonem in tormentis necatum. 3. Off. 39. Sed tanquam tormenta quædam adhibemus, ut si, &c. 11. in A. 3. Mortem naturæ pœnam putat esse, iracundiæ tormentum atque cruciatum. 13. 21. Antonius omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

Machina, vel instrumentum, quo jaculamur. 2. Tusc. 57. *Lege,* Balista. 8. in A. 20. Antonius ante oculos legatorum tormentis Mutinam verberavit.

Tormina, num, *dysenteria, id est, intestinorum gravis dolor et morbus, ἀνειλήματα*. 2. Tusc. 45. Quamvis Epicurus forticulum se in torminibus et in stranguria sua præbeat, &c.

Torminosus, a, um, *στροφώδης*. 4. 27. Dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos: non quia jam sint, sed quia sæpe sint.

Torno, as, *polio, quasi torno facio, διατορνῶ*. De Un. 15. Deus mundum ita tornavit, ut nihil fieri possit rotundius.

Torpedo, inis, *genus piscis, νάρκη*. 2. de Nat. 127. Atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines se tutantur.

Torpeo, es, *obtorpeo, ἀκηδέω*. 1. 103. Epicurei Deum feriatum volunt cessatione torpere. 2. de Div. 64.

Quidnam torpentes subito obstupuistis Achivi?

Torpor, oris, *stupor, ἀδράνεια*. 2. de Nat. 127. Torpore torpedines se tutantur.

Torquatus, ti. 2. de Fin. 73. 1. 23. et 3. Off. 112. Hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, Torquati cognomen invenit.

Torqueo, es, *flecto, intorqueo, στρέφω*. 4. Acad. 123. Cum terra circum axem se summa celeritate convertat et torqueat. Orat. 52. Oratio ista flexibilis, ut sequatur, quocunque torqueas. 1. de L. 29. Opinionum vanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorum, quocunque cœpit. Pro Cæl. 13. Versare suam naturam et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. 3. ad Her. 25. Torquere vocem a sermone serio ad liberalem jocum. 2. de L. 39. et 1. Off. 131. Cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. 2. de Inv. 46. Quod uterque torquere ad suæ causæ commodum debet. 4. Acad. 80. Torquere oculum, et duas ex lucerna flammulas videre.

Vexo, ango. Parad. 2. Tuæ te libidines

torquent. 8. Fa. 11. Acriter nos tuæ supplicationes torserunt. 1. P. 90. Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles. 1. de Orat. 47. Verbi controversia tam diu torquet Græculos homines, &c.

Jaculor. 1. de Orat. 242. Torquere hastas amentatas.

Torqueor, eris, *convertor.* De Univ. 17. Mundus maxima una conversione, atque eadem ipse circum se torquetur et vertitur.

Inflector. 4. Acad. Vultus mutantur, ora torquentur.

Distrahor, corrumpor. Pro Cæcin. 77. Verbo ac littera jus omne torqueri.

Angor, excrucior. 1. de Fin. 57. Stulti malorum memoria torquentur. 2. 14. Qui in dolore est, torquetur. 1. Att. 13. Apud Rhodios liberi civesque torquentur. Pro Sull. 78. Vita P. Sullæ torqueatur. 3. de Fin. 42. Torqueri eculeo. 7. Att. 9. Equidem noctes diesque torqueor.

Adverb. *Acriter, diutissime, mirifice, vehementius.*

Torques, quis, *colli ornamentum intortum, monile,* ψέλιον. Ver. 3. 185. Qu. Rubrium phaleris et torque donasti. 3. Off. 112. et 1. de Fin. 23. T. Manlius, qui Galli torque detracto, Torquati cognomen invenit.

Torrens, tis, *fluvius imbri crescens, qui montibus lapsus rapide fertur,* ἄναυρος. 2. de Fin. 3. Cum fertur, quasi torrens, oratio, multa cujusquemodi rapit.

Torreor, eris, *exuror,* φρύττομαι. De Somn. 15. Medium autem illum cingulum solis ardore torreri. 1. P. 42. Succensis ignibus torreri.

Torridus, a, um, *perustus, aridus.* 2. cont. Rul. 93. Homo macie torridus, contemptus, abjectus.

Tortor, oris, *carnifex,* βασανιστής. Pro Clu. 177. Cum jam tortor, atque essent ipsa tormenta defessa, quidam, &c. 11. in A. 7. Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem, tortoremque Samarium. 4. de Fin. 31. Si sapiens ad tortoris eculeum ire cogatur &c. Pro Mil. 58. Quid opus est tortore?

Tortuosus, a, um, *flexuosus, aduncus,* κοχλιώδης. 2. de Nat. 136. Est autem alvus multiplex et tortuosa. *Ibid.* 144. Soni ex tortuosis locis et inclusis referuntur ampliores. Pro Cluen. 180. Serrula adunca ex omni parte dentium, et tortuosa.

Difficilis. 2. de Div. 129. Visa quædam tortuosa et obscura.

Insuavis. De Ami. 66. Multiplex et tortuosum ingenium.

Arduus, spinosus. 4. Acad. 98. Tortuosum genus disputandi.

Tortus, us, στροφή, διαστροφή. 2. de Div. 63.

Vidimus immani specie tortuque draconem
Terribilem, &c.—2. Tusc. 22.
Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.
Poetæ.

Torus, στιβάδιον. *Vide,* Tori.

Torvus, a, um, *horribilis,* στρεβλός. 2. de Nat. 106.

Torvu' draco serpit, &c.—

Tostus, a, um, *exustus,* ὀπτημένος. 3. Tusc. 44. Tosti alii stant parietes.

Tot, τόσοι, τόσαι, τόσα.)(. *quot.* 2. de Orat. 140. Quot homines, tot causæ. 4. Att. 8. Qui tot annos, quot habet, des. Cos. fuit. De Ar. 16. De nullo opere publico tot Senatus extant consulta, quot de mea domo. Pro Pomp. 48. Tot et tantas res, &c. quot et quantas, &c. Ver. 2. 14. Tot et tantæ, et tam graves civitates. Pro Quin. 10. Tot tantæque difficultates. 5. Tusc. 29. In his tot et tantis malis, quæ accidere possunt. Pro Mur. 60. Accessit his tot doctrina paulo asperior. Parad. 2. Animus Reguli tot virtutum præsidio, tantoque comitatu septus &c. Pro Cæl. 66. An timebant, ne tot unum superare possent? *Lege,* Tantus.

Totidem, *par numerus,* τοσοῦτοι, τοσαῦται, τοσαῦτα. 2. de D. 90. Patroclus et Eurysthenes gemini fratres fuerunt: at hi nec totidem annos vixerunt, anno enim vita Patrocli brevior fuit. 6. Att. 2. Istum ego locum totidem verbis a Dicæarcho transtuli. Pro R. P. 90. Hoc totidem verbis translatum caput est. 2. de Fin. 100. Epistola, quam modo totidem verbis interpretatus sum. De Clar. 328. Totidem, quot dixit, ut aiunt, scripta verbis oratio. 4. Acad. 40. Totidem verbis, quot Stoici. Orat. 53. Quot, &c. totidem, &c. *Lege,* Quot.

Toties, τοσάκις. Ver. 2. 146. 1. de Orat. 251. Toties quoties præscribitur. 7. Att. 12. Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. Pro Mar. 19. Quoties, &c. Toties, &c.

Totus, a, um, *omnis, cunctus, universus, integer,* ὅλος, ἅπας. Pro Mil. 62. Tota resp., omnis Italiæ pubes, cuncta populi Rom. arma. De Un. 6. Ut tota oratio sibi constet, et ex omni parte secum ipsa consentiat. 2. de Fin. 112. Omne cœlum, totamque cum universo mari terram mente complecti. 1. Off. 85. Ut totum corpus reip. curent: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. 2. de Orat. 102. Ubi plus mali quam boni reperio, id totum abjudico atque rejicio. 2. de Div. 3. Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni. 2. de Orat. 29. Hoc totum, quicquid est, sive artificium, sive, &c. *Ibid.* 218. Leve est enim totum hoc risum movere. De Ar. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento, quod, &c. 14. Att. 11. Octavius venit mihi totus deditus. De Cl. 306. Totum ei me tradidi. 16. Fa. 5. Ei te totum trade. 2. Qu. Fr. 5. Plautius totus noster est. 2. in Ant. 7. Qui se totos et animis et corporibus in salutem Reip. contulerunt. Pro Cl. 72. Homo qui esset totus ex fraude et mendacio factus. 3. Off. 15. Vulgus

quid absit a perfecto, non fere ex toto intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. 12. Att. 15. Totos dies scribo. Pro Mur. 78. Totos dies atque noctes de rep. cogito. Top. 97. 6. Fam. 7. Totum et omne. 4. de Fin. 2. Totum et universum. 1. de Orat. 219. Quo in studio hominum ingeniosissimorum totas artes videmus esse contritas. 16. Att. 5. Quintus præceptis meis commutatus est totus. De Un. 14. Ut unum opus totum atque perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolveretur. 1. Acad. 19. Corporis bona alia ponebat esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, pulchritudinem, in toto, in partibus autem, sensus integros, et præstantiam aliquam partium singularum.

Syntaxis. *Totus noster est. Tradidi me tibi totum. Totus ex fraude et mendacio factus. Ex toto id non intelligo. Opus totum atque perfectum. Totos dies scribere.*

TR

Trabalis, le, *robustissimus*, ὁ δοκοῦ ἱκανός. Ver. 5. 52. Beneficium, ut dicitur, trabali clavo figere.

Trabea, *poeta Comicus.* 9. Fam. 21. Quare nihil tibi opus est illud a Trabea. 2. de Fin. 13. Ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam, lætitiam dicit eandem, quam ille Cæcilianus.

Trabs, bis, δοκίδιον. 2. ad Her. 34. Abiegnæ trabes. 3. de Nat. Deor.

Trachiniæ, *Sophoclis tragœdia.* 2. Tusc. 20.

Tractabilis, le, *lenis, mollis, facilis, flexibilis,* εὐμεταχείριστος. De Ami. 48. Virtus in amicitia tenera est atque tractabilis. 10. Att. 13. Nihil est eo tractabilius.

Sub tactum cadens, ἁπτός. De Univ. 11. Corporeum et aspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est.

Tractandus, a, um, διαχειριστέος. Orat. 71. Nec omnis auditor eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum. 1. de Leg. 17. Explicanda est natura juris, considerandæ leges, quibus, &c. tractanda jussa et jura populorum. 1. de Orat. 59. Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. Ver. 2. 181. Mihi videor eorum consuetudinem usu tractandoque cognovisse.

Tractans, tis, *in manibus habens,* χειρίζων. Parad. 5. Aliquis matellionem Corinthium cupidissime tractans.

Versans mente. 5. Tusc. 73. Hæc tractanti animo, et noctes et dies cogitanti, existit illa cognitio, &c.

Tractatio, onis, *usurpatio, usus, tractatus, explicatio,* μεταχείρησις. 2. de Div. 9. Qui tibiis uti volunt, earum tractationem accipiunt a musicis. 3. de Orat. 298. Ut hi qui in armorum tractatione versantur. 4. Acad. 6. Tractatio Philosophiæ optimo quoque dignissima est. De Clar. 15. Tractatio litterarum mihi salutaris fuit. Orat. 23. Tractatio atque usus vocis in nobis est. 1. de Orat. 54. Orator tractationem orationis sibi assumet. *Ibid.* 109. Quæ observata sunt in usu et tractatione dicendi. 2. 177. Tractatio autem varia esse debet. Orat. 201. Est enim in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum.

Studium. 2. Off. 17. Quæ in usu et tractatione belluarum fiunt.

Adjuncta. *Dignissima, salutaris, varia.*

Tractatus, us, *tractatio,* διαχείρησις. 3. de Orat. 83. Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt.

Tractatus, a, um, *versatus,* μεταχειρισθείς. Pro Arch. 3. Persona in judiciis minime tractata.

Acceptus, exceptus. 3. Fam. 10. Qui a te tractatus est præstanti fide. Pro Cæl. 3. Quod pater parum pie tractatus a filio diceretur. Pro Pomp. 11. Mercatores injuriosius tractati.

Agitatus in disciplina. Orat. 118. Orator habeat omnes Philosophiæ notos et tractatos locos. 3. Off. 8. Qui locus a Posidonio breviter tractatus est in quibusdam commentariis. 3. de Orat. 51. Quæ omnia oratori tractata atque agitata esse debent.

Actus, transactus. 4. ad Her. 34. An ad suam revertetur antiquam vitam, alicubi honeste tractatam?

Adverb. *Bene, diligenter, breviter, benignissime, liberaliter, copiose, graviter, incisim et membratim, parum pie, suaviter, varie, uberrime.*

Tracto, as, *exerceo, dissero, doceo, disputo,* διαχειρίζω. 5. de Fin. 39. Tractare et tueri vites. De Fat. 3. Nec ea, quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. 1. de Leg. 5. Tractare historiam. 4. Acad. 22. Tractare artem: *id est, exercere.* Orat. 72. Grammatici hunc locum tractant in poetis, eloquentes in omni genere, et parte causarum. 3. de Orat. 130. Euclides Geometriam tractavit. 1. Off. 16. Quocirca huic quasi materia, quam tractet, et in qua versetur, subjecta est veritas. 2. de Orat. 116. Tractare argumenta. *Ibid.* 176. Nequaquam satis est invenire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. 1. Off. 154. Tractare et contemplari res cognitione dignissimas. De Sen. 38. Jus pontificium et civile tracto. 1. de Orat. 170. Tractare atque agere causas amicorum. Pro Corn. 3. Aliquem omnia quæ facere velit, facillime tractare. De Cl. 7. Arma quæ tractare cœperam, et quibus me assuefeceram. Pro Sest. 20. Clavum imperii tenere, et gubernacula reipublicæ tractare. 15. Fa. 77. Qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit. Ver. 5. 60. Ut is eam pecuniam tractaret, quem ipse præfecisset. 12. Att. 19. Hoc tu tractabis, ut tibi videbitur. De Ami. 66. Quæ omnia pertinent ad eam, quam jamdudum tracto, constantiam. Parad. 1. Cato, cum sententiam in Senatu diceret, locos graves ex Philosophia tractabat.

Accipio, excipio, cum aliquo ago. 8. Fam. 8. Me tractat liberaliter Curio. 4. 17. Cæsar Quintum meum, Dii boni! quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia! non secus ac si ego essem imperator. Act. 1. Ver. 23. Commemorat, quam liberaliter eos tractasset, etiam antea. 1. Qu. Frat. 3. Hortensius me sceleratissime, insidiosissimeque tractavit. 2. in A. 10. Non tractabo illum ut Consulem, ne ille quidem me ut consularem. 3. Off. 106. Cum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. 1. Fam. 4. Omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat, &c. 2. 17. Quanquam quemadmodum tractare audiebam? 8. 9. Sic tu, inquit, Hirrum tractasti. 2. Qu. Fr. 4. Tractare aliquem nimis aspere.

Sustineo. Pro Q. R. 20. Tractare personam alicujus in scena.

Afficio, verso. Orat. 97. Eloquentiæ est, tractare animos, et omni modo permovere.

Tango. 5. Tusc. 111. Ut ea, quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus.

Me gero. 3. C. 29. Deinde ita me in republica tractabo, ut, &c. 13. Fam. 12. Quo in munere ita se tractavit, ut, &c.

Tractor, aris. 1. de Orat. 92. Omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse et incerta. 7. Fam. 17. et 14. Att. 14. Liberalissime atque honorificentissime tractari ab aliquo. 15. Att. 15. Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum non modo perliberaliter a nobis, sed etiam ornate cumulateque tractari. Pro Planc. 17. Contentio vestrum, quæ tractari sine contumelia non potest. De Ar. 34. Cujus arbitrio sicæ nunc omnes, atque omnia venena tractantur. 5. Att. 20. Nicanor in officio est, et a me liberaliter tractatur. Ver. 2. 12. Liberaliter tractari ex cibariis alicujus.

Adverb. *Accuratius, acutius, distributius, gravius, et ornatius, subtilius, tenuius, aspere, sceleratissime, comice, hilare, remisse, crudeliter, nefarie, scelerate, cupidissime, diligenter, minutius, diligentius, diligentissime, ingeniose, disertissime, divinitus, lautissime, facillime, honeste, honorifice, liberalissime, quam liberalissime, improbissime, injuriosius, insidiosissime, leviter, liberaliter, modice, negligenter, præclare, publice, scienter, eleganterque, studiose, commode, communiter, ornate, ac graviter, cumulate, perliberaliter, honorificentius, liberalius, honorificentissime, indiligenter, liberius, male, perspicue, separatim, subcontumeliose, temere.*

Tractus, us, *regio,* ἴλλυσμα. Pro Planc. 22. Totus ille tractus celeberrimus Venafrenus se hujus honore ornari arbitratur.

Cursus, fluxus. 2. de Orat. 202. Quæ hæsitatio tractusque verborum? *Ibid.* 54. Tractu orationis levi et æquabili perpolivit illud opus. 2. de Div. 96. Lunæ tractus. *aliter,* tactus.

Tractus, a, um. Orat. 66. In concionibus tracta quædam, et fluens petitur oratio. 2. de Nat. 139. Nervi a corde tracti et profecti in omne corpus ducuntur. Ver. 5. 134. Vacuum tractum esse remum. De Cl. 21. Ab isto initio tractus est sermo.

Productus, dilatus. Pro Mil. 24. Comitia tracta esse.

Raptatus. 10. in A. 5. Corpus tractam et laceratum abjecit in mare.

Deductus. 1. de Div. 70. Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos atque haustos.

Tradendus, a, um, διαδοτέος. 1. de Orat. 92. Cum hæc omnia audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut obscura opinio. 14. Att. 13. Non esse tradendas posteris inimicitias. Hortens. Sive vates, sive in sacris, initiisque tradendis divinæ mentis interpretes.

Traditio, onis, ἀνάδοσις. Top. 28. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio.

Traditurus, a, um, μεταδώσων. 4. Ac. 2. Qui quidem etiam pollicenti cuidam, se artem ei memoriæ, quæ tum primum proferebatur, traditurum, respondisse dicitur, oblivisci se malle discere. Pro Flac. 42. Et qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris profitebatur, ipse omnibus turpissimis judiciis convictus est. 4. Acad. 114. Idemque etiam disputandi, et intelligendi judicium dicas te, ut artificium traditurum.

Traditus, a, um, παραδοθείς. 1. de Leg. 3. Sic enim est traditum. 2. de Div. 151. Tenebimus consuetudinem a Socrate traditam. Pro Dom. sua. 33. Hoc est nobis a majoribus traditum. De Un. 35. Ut traditum est ab iis, qui diis ortos se dixerunt. De Cl. 204. Isocratem dixisse traditum est, &c. Parad. et 1. Tuscul. Nam istum doctum et sapientem virum fuisse, memoriæ traditum est.

Trado, is, *do, exhibeo, dico,* διαδέχομαι, ἐκδίδωμι. 7. Fam. 17. Sic te Cæsari commendavi et tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui. 2. Off. 40. Lælius facile bellum reliquis tradidit. 13. in A. 40. Quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. 5. Tusc. 5. Tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. 1. de Finib. 47. Victi, et debilitati objecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos: nec quid perventurum sit, provident. De Clar. 306. Totum ei me tradidi, admirabili quodam ad Philosophiam studio concitatus. 1. Qu. Frat. 2. Hominem comprehendit, et in custodiam Ephesi tradidit. 8. Att. 7. Qui tradidit nostra, &c. Pro S. R. 21. Prædia vacua alicui tradere. 7. Fam. 5. Totum denique hominem tibi trado, de manu (ut aiunt) in manum. 3. 2. Tradere provinciam alicui. 1. Orat. 226. Cui populus ipse regendi sui potestatem tradidisset. Qu. Fr. 3. et 16. Fam. 5. Tradere se totum alicui. 5. Fam. 14. Lacrymis et tristitiæ te tradidisti. Postquam ad Quir. 13. Tradere se autorem inimicis Reipubl. De Prov. 10. Tradere aliquem in servitutem alicui. Pro S. R. 61. Quos tradituros sperabas, vides judicari. 1. Off. 112. Qui se in Africa Cæsari tradide-

runt. Pro Sull. 88. Id metuit, cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne æternam memoriam dedecoris relinquat. Læl. 88. Qui se totos tradiderunt voluptatibus. 2. Phil. 3. et 1. de Div. 92. At enim te in disciplinam meam tradideras. Somn. Scip. 2. Quæ dicam, trade memoriæ. 16. Fam. 1. Ei te totum trade, &c. De Pro. consul. 39. 3. Fam. 2. Per manus hanc provinciam tradam ei, cui maxime vos velitis. 1. de Inv. 4. Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa et tumultuosa vita, se in studium aliquod tradere quietum. 1. de Div. 121. Qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit &c. Pro Dom. 60. Alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes, ad diripiendum tradidisses. Ver. 1. 131. Quæsivit, quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. 1. Off. 90. Tradere equum domitori. 1. Tuscul. 96. Tradere poculum alicui. Oecon. 1. Mulieri domestica negotia curanda tradidit natura. Incer.

Tunc se fluctifero tradit mandatque paroni.

Doceo, demonstro, dico, prodo. 1. Tuscul. 5. Nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse tradunt. 3. de Orat. 57. Socratis ingenium, variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. 3. de Finib. Non facile est invenire, qui quod sciat, non tradat alteri. 2. Div. 1. Si optimarum artium vias traderem civibus meis. 1. de Orat. 84. Qui dicendi præcepta traderent. Topic. 2. Tradere et ponere præcepta. 4. de Finib. 76. Tradere aliquid artificio et via. 4. Acad. 92. Tradere elementa loquendi. *hoc est, Grammaticam.* 1. de Finib. 31. Qui hæc subtilius velint tradere. Top. 2. Tradere topica alicui. 1. de Leg. 13. Tradere vias non tam justitiæ quam litigandi. 1. de Div. 116.

Commendo. 2. de Inven. 3. et pro Qu. R. 6. Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt.

Trador, eris, *exhibeor, dicor.* Pro Sest. 141. et 3. Off. 87. Aristides, qui omnium justissimus fuisse traditur. *id est, dicitur, vel memoratur.* 5. Tusc. 7. Homerus Lycurgi temporibus fuisse traditur. 1. de Orat. 99. Earum rerum, quæ quasi in arte traduntur, inscitia. Pro Pomp. 28. Cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis est tradita. 1. de Orat. 247. Virtutem hominibus (si modo tradi ratione possit) instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. 3. de Leg. 39. Traditur gratiæ aut autoritati reliqua populi voluntas. 1. de Div. 71. Tum, quum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur. 3. Tusc. 2. Quum vero parentibus redditi, demum magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut &c.

Adverb. *Atrocius, bene, egregie, festive, gratis, honeste, nominatim, occultius, penitus, subtilius, tuto, expeditius, furtim, perpolite, pulcherrime, vere.*

Syntaxis. *Tradere se voluptatibus, tristitiæ, studiis, amicis. Se totum tradere alicui. Aliquid memoriæ tradere. Plato fuisse sapiens traditur:* et, *Platonem fuisse sapientem, traditum est. Tradi magistro. Ut est a majoribus traditum. Tradere artem.* id est docere. *Commendare aliquem et tradere alicui. Comprehendere aliquem et in custodiam tradere. Tradere in servitutem. Tradere alicui potestatem sui. Tradere se in alicujus disciplinam. Tradere se in studium aliquod. Tradere alicui provinciam ad diripiendum. Tradere aliquem memoriæ hominum sempiternæ.*

Traducendus, a, um, διαβιβαστέος. 3. de Orat. 119. Adolescentes a minutis concertationibus ad omnem vim dicendi traducendos puto. 4. Fa. 6. Ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.

Traduco, cis, *confero,* διαβάλλω. De Pro. 22. Inimicitias in viris fortibus non solum extinxit reipublicæ dignitas, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. 1. Fam. 2. Ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere.

Adduco. 4. de Fin. 2. Traducere aliquem ad se. 14. Att. 23. Sic homines traducere ad optimates paro. De Cl. 322. Judices a severitate ad hilaritatem traducere. Orat. 192. Traducere eos, qui audiunt, in magnam admirationem. 1. de Nat. 41. Traducere partum Jovis ad Physiologiam. Pro Clu. 144. Is traduxit me ad suam sententiam.

Inflecto, converto. 2. de Orat. 199. Tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Cæpionis fugam. *Ibid.* 293. Animos ad nostram defensionem conor traducere. 1. Fam. 5. Quæ animos a minore cura ad summum timorem traduceret. Ver. 2. 192. An ab hac ejus infamia nequitiæ vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? 5. Tus. 8.

Sustineo. 5. Att. 9. Summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducemus.

Ago. De Sen. 82. Vitam otiosam et quietam sine ullo labore et contentione traducere. Ad Brut. 16. Traducere vitam egregiis factis. 3. Tuscul. 25.

Produco. Pro Cl. 134. Deinde jussit equum traducere.

Protraho, duco. 4. Fam. 6. Traducere tempus.

Traducor, eris, *trajicior.* 2. de Inven. 96. Fluvius ita magnus factus est, ut eo traduci victimæ nullo modo possent.

Impellor. 1. de Leg. 9. Ego vero animi pendeo, cum quid exorsus sum, si traducor alio.

Traductus, a, um, *actus,* διαβεβλημένος. Pro Plan. 30. O adolescentiam traductam eleganter!

Adductus. De Clar. 118. Iidem traducti a disputando ad dicendum, inopes reperiuntur.

Conversus. Orat. 46. Quæstio a propriis personis ad universi generis rationem traducta.

Terminatus. De Arusp. 23. Ludi ab lætitia ad metum traducti sunt.

Traductio, onis, διαγωγή. Pro Sest. 15. Traductio ad plebem furibundi hominis. 1. de Div. 127. Sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil novi efficientis, sed primum quidque replicantis.

Est et exornatio verborum, quæ facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem reddat orationem, hoc pacto: Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. 4. ad Her. 21.

Item metonymia. 3. de Orat. 165. Traductio atque immutatio in verbo.

Traductor, oris, διάβολος. 2. Att. 9. Hic Hierosolymarius traductor ad plebem.

Tradux, cis, *stirps arboris: vel vitis alio traducta.* Viviradicem *appellant rei rusticæ autores,* ὑπόῤῥιζος. De Senect. 52. Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines. *Lamb.* viviradices.

Tragice, *sublate, ample,* τραγικῶς. De Cla. 43. Rhetorice, et tragice ornare aliquid. 3. de Orat. 27. Res comicas tragice tractare.

Tragicus, a, um, *ut Tragici Poetæ,* τραγικός. De Cl. 203. Grandis, et, ut ita dicam, Tragicus orator. 2. de Orat. 227. Sed hæc tragica atque divina. L. P. 47. Tragico illo Oreste, aut Athamante dementior. Hortens. Dari mihi jubeas indicem Tragicorum, ut sumam, si qui forte mihi desunt.

Tragœdia, diæ, *genus poematis grande et magnis motibus concitatum. Hinc fit, ut tragœdia pro magnis motibus et flammis animorum sumatur,* τραγῳδία. 1. de Orat. 219. Nec vero istis tragœdiis tuis, Crasse, perturbor. Pro Mil. 18. Nunc ejusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? 2. de Orat. 205. In parvis rebus adhibere non debemus has dicendi faces, neque tragœdias agere in nugis. 4. Tusc. 73. At quas tragœdias effecit? 3. Qu. Fr. 6. Quatuor tragœdias xvi. diebus absolvisse cum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris, et κλέος quæris, cum Electram et Troadem scripseris? 11. in A. 13. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. De Senect. 22. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit.

Tragœdus, di, *Tragœdiæ actor,* τραγῳδός. 1. de Orat. 128. Vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum. Orat. 109. Comœdum in tragœdiis, et tragœdum in comœdiis placere vidimus.

Trahens, tis, *adducens.* Acad. Utrosque audiet trahentes se ad suas partes.

Traho, his, *vi adduco, impello,* ἑλκύζω, ἑλκύω, ἕλκω. 1. de Div. 86. Magnes lapis est, qui ferrum ad se allicit et trahit. Pro Pomp. 19. Non possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.

Adduco. 1. ad Her. 8. Trahere aliquem in invidiam.

Duco, sumo. 2. de Inv. 29. Ducere, sumere, trahere conjecturam ex aliqua re.

Sumo. Pro Cor. 54. Trahere spolia de hostibus.

Habeo, accipio. 4. Fam. 3. Nemini concedo, qui majorem ex pernicie Reip. molestiam traxerit.

Obtineo. 4. in A. 5. Legio Martia, quæ a Marte traxit nomen.

Addisco. 2. in A. 20. Aliquid enim salis ab uxore mima trahere poteras.

Sortior. 3. 6. Qui ex contumelia cognomen traxit.

Traduco, produco, tardo. Pro Mil. 24. Comitia tracta esse: *id est, dilata.* 10. Att. 7. Si trahitur bellum, quid expectem? 15. 2. Quin etiam idcirco trahebam, ut quam diutissime integrum esset.

Trahor, eris, *allicior.* 1. Off. 18. Omnes ducimur et trahimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem. Pro Arch. 26. Trahimur omnes laudis studio.

Exhaurior. 2. de Nat. 25. Ex puteis jugibus aquam calidam trahi.

Inducor. Orat. 114. Omnis ratio, quæ ad dicendum trahi possit.

Adverb. *Consulto, extrinsecus, divinitus, leviter, omnino.*

Trajectio, onis, διάβασις. 4. ad Her. 44. 8. Att. 23. Cautior certe est mansio, honestior existimatur trajectio. 1. de Div. 2. et 2. 16. Assyrii trajectiones motusque stellarum observaverunt. Orat. 230. Trajectio verborum. 3. de Orat. 203. Tum augendi minuendive causa, veritatis superlatio, atque trajectio.

Trajicio, cis, *transeo,* διάγω, διαίρω. 7. Att. 21. Et si terra quidem, qui possim? si mari, quo trajiciam! *Lamb. legit,* mari quo? tradam igitur isti me.

Traduco. 10. Fam. 9. Exercitum Rhodanum trajeci. *Ibid.* 11. Rhodanum copias trajecissem. *Ibid.* 18. Dum Brutus copias trajiceret. 11. 9. Si se Alpes Antonius trajecerit. *Ibid.* 13. Si quo casu Hisaram se trajecerint.

Transilio. 4. de Fin. 22. Murumque jaculo trajecit.

Transfero. Orat. 229. Trajicere verba. *Lege,* Transgressio.

Trajectus, a, um, *adductus,* διαπεπεραμένος. Postq. ad Quir. 20. Marius cum parva navicula trajectus est in Africam.

Tralatio, onis, *translatio,* μετάθεσις, μεταφορά. 16. Fam. 17. Ut sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. Orat. 94.

Tralatitius, a, um, *translatitius, translatus,* μεταστατικός. 3. Fa. 8. Hoc vero caput, ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid, in quo te offenderem, tralatitium est. 8. 5. Nosti enim hæc tralatitia. 1. Att. 8. Alterum caput est tralatitium.

Tralles, ium, *oppidum*. 5. 14. et 2. cont. Rull. 39.

Trallianus, a, um. Pro Flac. 53. Orat. 234. et 3. Phil. 15.

Trames, itis, *semita*, τρίβος. 12. in A. 26. Non idem in Apennini tramitibus potero facere? 13. *Ibid*. 19. Egressus est non viis, sed tramitibus paludatus.

Trano, as, *quasi transno, trajicio*, διαπλέω. 2. de Nat. 25. Vis ignea, quæ tranat omnia. De Somn. 16. Num cujusquam nostrum nomen aut Caucasum transcendere, aut Gangem tranare potuit?

Tranquille, *placate*, γαληνῶς. Orat. 99. Tranquille et leniter. 3. Tusc. 25. Tranquille et placide traducere vitam. 5. Att. 21. Velim tranquille a Parthis.

Tranquillitas, tis, *placatio, securitas*, εὐθυμία, μαλακία. 1. de Orat. 2. Locus quietis et tranquillitatis plenissimus. Pro Mur. 55. Qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ sequuti sunt. 1. Off. 69. Ut tranquillitas animi adsit, quæ afferat dignitatem. 5. de Fin. 23. Securitas est animi tanquam tranquillitas. I. P. 9. Lex Ælia et Fusia propugnacula, murique tranquillitatis atque otii. 6. Att. 8. Nos longis navibus tranquillitatem aucupaturi eramus. 4. Acad. 100. Si jam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo navigio, bono gubernatore, hac tranquillitate. 1. Off. 69. Multi et sunt et fuerunt, qui tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis se removerint, ad otiumque perfugerint.

Adjuncta. *Honesta, utilis, mirifica, summa*.

Tranquillo, as, *placo*, γαληνόω, ἡσυχάζω. 1. de Fin. 50. Tranquillare animos. Topic. 98. Ut aut purturbentur animi, aut tranquillentur.

Tranquillus, a, um, *sedatus, pacatus, placatus, lenis, omni perturbatione carens*, ἄζηλος. 7. Att. 1. Cætera videntur esse tranquilla, tranquillissimus autem animus meus. Pro Clu. 138. Mare, quod sua natura tranquillum est. 1. de Fin. 71. Placata, tranquilla, quieta, beata vita. 1. de Orat. 30. Pacatæ et tranquillæ civitates. Orat. 176. Isocrates in faciendis verbis tranquillus. 3. Tuscul. 31. Tranquilla et serena frons. 4. Famil. 5. Tranquillus animo. 1. Off. 101. Appetitus sint tranquilli, atque omni perturbatione animi careant. De Sen. 74. Tranquillo animo esse, et tranquillo animo consistere.

Syntaxis. *Otium ac tranquillitatem vitæ sequi. Tranquillitatem aucupari, expetere. Navigare tranquillitate. Isocrates in verbis faciendis tranquillus. Tranquillus animo. Tranquillo animo esse. Locus quietis et tranquillitatis plenissimus.*

Trans, πέρα et πέραν. 12. Att. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. 2. de Div. 22. Si scisset, sibi trans Euphratem esse pereundum. Pro Quin. 12. Nævius trans alpes usque transfertur. Pro Mil. 75. Domino trans ripam inspectante. 2. Fam. 15. Trans montem Taurum etiam de matrimonio est auditum. 1. de Inv. 45. Ego eo ipso tempore trans mare fui. 2. de Inv. 97. Ut qui trans flumen essent, videre possent.

Transactor, oris, προξενήτης. Ver. 2. 69. Timarchides rerum omnium transactor et administer.

Transactus, a, um, διαπεπραγμένος. 2. de Orat. 15. Sed transactis jam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis. 4. Tusc. 54. et 2. ad Her. 8. Rebus jam transactis et præteritis.

Transalpinus, a, um. 9. Fam. 15. Transalpinæ nationes. Postq. in Sen. 14. Cognatio materna transalpini sanguinis. 2. Off. 28. Transalpina bella. Ver. 2. 118. Ægritomanus transalpinus. Pro Mur. 89. Transalpina Gallia.

Transcendo, is, *transeo*, ὑπερβαίνω. 4. C. 6. Hoc malum manavit non solum per Italiam, sed etiam transcendit Alpes. De Somn. 16. Num cujusquam nomen aut Caucasum transcendere potuit, aut Gangen tranare?

Transcribo, is, *scribo, describo*, μεταγράφω. 3. de Nat. 74. Qu. Sosius, qui transcripsit tabulas publicas. Pro Clu. 41. Oppianicus testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. 4. ad Her. 6. Si vestra manu fabulas aut orationes totas transcripsissetis.

Transcurro, is, *prolabor*, διέξειμι. De Clar. 231. Alexander, et Cyrus, qui suum cursum transcurrerant. 4. ad Her. 46. Ne sine delectu temere videatur in rem dissimilem transcurrisse.

Transducere, μετάγειν. Ver. 4. 90.

Transenna, næ, *fenestra, cancelli*, κιγκλίς. 1. de Orat. 162. Eam copiam quasi per transennam prætereuntes, strictim aspeximus.

Transeo, is, *trajicio, transmitto, transgredior, præterveho, trano, delabor, deflecto, defluo*, διέξειμι. 2. de Nat. 11. Cum Gracchus pomœrium transiret, auspicari est oblitus. I. P. 57. et Orat. 146. Cum mare vastissimum hyeme transibas. 8. Att. 16. Horum studiorum causa mare transivi. *Ibid*. 15. Pompeius mare transiit. 7. 7. Cum legis dies transierit. 4. Acad. 119. Quædam animalis intelligentia per omnia permeat et transit. 5. Tusc. 38. Nullum animal in disparis animantis vitam transire potest. 11. Fam. 10. Quod si me Cæsar audisset, atque Apenninum transisset, &c. Ver. 1. 40. Sicut mos majorum ferebat, repente relinquas? deseras? ad adversarios transeas? 2. Att. Video jam quo invidia transeat, et ubi sit habitatura, &c. 1. de Inv. 30. Deinceps ad partitionem transeamus. Ver. 3. 220. Si vos semel in judicando finem æquitatis et legis transieritis. 2. Att. 7. Transire ad plebem. 3. ad Her. 21. Transire ad sermonem. 2. Div. 76. Transire amnes auspicato. 3. de Fin. 75. Rectius dives quam Crassus: qui nisi eguisset, nunquam Euphratem, nulla belli causa, transire voluis-

set. 10. Fam. 7. Varifidium equitem Romanum familiarem meum ad te ipsum transire jussi. Parad. 3. Siquidem est peccare, tanquam transire lineas. 2. Att. 21. Transire locum. Orat. 146. Transire maria. 9. Att. 3. Transiit Formias. 15. 10. Transiit hic nimbus. 4. Tus. 40. Ægre tulisse P. Rutilium, &c. sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam a vita recesserit.

Deflecto, vito. 9. Fam. 1. Spero tamen, si te viderim, et ea, quæ premant, et ea, quæ impendeant, me facile transiturum.

Accedo, eo. Transierant illuc. *id est, in illam sententiam.*

Attingo, tracto. Pro Rosc. Amer. 91. Sed in animo est leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem.

Omitto. 8. Fam. 11. Transi multa.

Tego. 2. Att. 19. Equidem malueram, quod erat susceptum ab illis, silentio transire.

Adverb. *Auspicato, breviter, quam brevissime, separatim, sigillatim, facile, leviter, tuto.*

Transitur, *acceditur.* 2. de Fin. 47. Cujus similitudine perspecta, in formarum specie, a dignitate transitum est ad honestatem dictorum atque factorum.

Transitus, a, um, *omissus, μεταπεθειμένος.* 5. Att. 2. Julia lege transita, &c.

Transferens, tis, *traducens.* 1. Off. 14. Similitudinem natura, ratioque ab oculis ad animum transferens.

Transfero, fers, *traduco, ἀνίστημι.* 2. de Orat. 133. Sed, si placet, sermonem alio transferamus. Pro Mur. 46. Cum te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transtulisses. 3. de Orat. 53. Alii a regendis civitatibus totos se ad cogitationem rerum transtulerunt. 13. Att. 13. Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtulique ad nostrum sodalem. Orat. 65. Transferre verba apertius. Pro Clu. 128. Nec est probandum, illos ad notationes censorias exemplum a consuetudine militari transtulisse. 1. de Inv. 33. Transferre aliquid ex Philosophia. 5. Fam. 13. Transferre animum ad aliqua. Pro Font. 8. Transferre culpam in alios. 15. Att. 27. Ut omnem culpam in te transferas. Pro Sest. 82. Transferre crimen in aliquem. Pro Qu. R. 8. Qui tabulas conficiunt, menstruas pæne rationes in tabulas transferunt. Ver. 2. 126. Hoc idem transfero in magistratus. 3. in A. 30. Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. De Clar. 48. Totumque se ad artes componendas transtulit. Pro Mil. 24. Clodius reliquit annum suum, seseque in proximum transtulit. 3. de Orat. 139. Quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset. 1. de Finib. 7. Si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem. 2. de Fin. 45. *Quæ mens* similitudines transferat. Frag. ep. Veritus, ne nos in Catonem nostrum transferamus illinc mali aliquid. Incert. Mustella catulos suos quotidie transfert, mutatque sedem.

Censeo, recenseo. Pro Sull. 77. In hunc igitur gregem vos P. Sullam rejicietis? in parricidarum numerum transferetis?

Adhibeo, derivo. 2. de Fin. 14. Hanc jucunditatem transfer in animum.

Transcribo. 3. Fam. 8. Ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. 6. Att. 2. Istum ego locum totidem verbis a Dicæarcho transtuli.

Transferor, eris, *deportor.* 4. Academ. 50. Nihil de suo genere transferri in aliud genus potest. 3. de Orat. 46. Non valde productis iis, quæ similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur. 2. de Invent. 48. Argumenta, quæ transferri in multas causas possunt. 1. de Orat. 319. Nec in alias causas posse transferri. *Lege,* Definitio. Pro C. Corn. 1. Qui huc et illuc transferuntur. Fragm. epist. Ut Hercules Antianus in alium locum transferretur.

Auferor, conferor. Pro Dom. 62. Cum domus in palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem transferebatur.

Accommodor. 1. Off. 53. Quod ab Ennio positum in una re, transferri per multas potest.

Traducor. Orat. 92. Translata ea dico, quæ per similitudinem ab alio transferuntur. *Ibid.* 82. Cum verbum aliquod altius transfertur. 3. de Orat. 147. Verbum transferri, et quasi in alieno loco collocari. De Fat. 16. Quid est, quod non possit ex connexo transferri ad conjunctionum negationem?

Mittor. Pro Qu. 12. Tollitur a præconum consessu in Galliam Nævius, et trans alpes usque transfertur.

Adverb. *Acute, altius, apertius, audacius, crebrius, contumeliose, commode, separatim, tragice.*

Translatus, a, um, *excerptus, μεταστασθείς.* 2. de Legib. 59. Jam cætera translata fere sunt de Solonis legibus. Pro R. P. 9. Hoc totidem verbis translatum caput est, quod fuit ante in lege Servilia. 16. Att. 3. Archetypus in Macrocolla translatus.

Delatus. Ver. 4. 72. Hoc translatum Carthaginem, locum tantum mutarat.

Commissus. Pro Mur. 2. Cum omnis potestas deorum immortalium aut translata sit ad vos, aut certe communicata vobiscum.

Transfigens, tis, *configens, διαπείρων, διελαύνων.* 1. de Div. 106.

Ipsa feris transfigens unguibus anguem.

Transfixus, a, um, *trajectus, confixus, διαπαρείς.* 2. de Finib. 97. Transfixus hasta.

Transfuga, gæ, *perfuga, qui ad hostes profugit, αὐτόμολος, ἀποστάτης.* 1. de Div. 100. Non omnia illum transfugam ausum esse Senatui dicere.

Transfugio, is, *perfugio, profugio, διαφεύγω.* Pro Quin. 93. Ab afflicta amicitia transfugere, et ad florentem aliam devolare.

Transfundo, is, *transfero, μεταχέω.* 2. in A. 77. Omnem amorem abjecit illinc, atque in hanc transfudit. 9. Fam. 14. Li-

bentius omnes meas laudes ad te transfuderim, &c.

Transgredior, eris, *migro*, ὑπερβαίνω. 1. de Div. 33. Quod inauspicato pomœrium transgressus esset. 3. Fam. 8. Taurum transgressus sum. 11. 20. Transgredi alpes.

Transgressio, onis, *transitus*, παράβασις. I. P. 81. Alpium vallum contra ascensum, transgressionemque Gallorum.

Oratoria quædam exornatio. 3. de Orat. 205. Verborum concinna transgressio. 4. ad Her. 44. Transgressio est, quæ verborum perturbat ordinem perversione, aut transjectione, &c.

Transjectio, onis, ὑπερβολή. *Lege*, Trajectio.

Transigo, gis, *decido*, *pactionem facio*, *conficio*, *facio*, *gero*, διάγω. Ver. 2. 79. Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. Pro S. R. 114. Transigere atque decidere cum aliquo. Pro Qu. R. 55. Transigere cum aliquo de aliqua re. Ver. 1. 140. Quod erat H-S. quadringentorum millium, transigunt H-S. ducentis millibus. Pro Cl. 39. Itaque Manilius rem cum Oppianico transigit, pecuniam ab eo accipit. Pro Q. R. Is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat. Pro Qu. 97. Transigere cum aliquo qualibet, dummodo tolerabili, conditione. 2. Att. 4. Amabo te, cura ut cum Ticinio transigas. Pro Qu. R. 49. Hoc tu per nuncium transigere potuisti. Ver. 3. 60.

Rem absolvo, *perficio*. Pro S. R. 112. Recede de medio, per alium transigam. 12. Att. 24. Benefecit Aulus Silius, qui transegerit, &c. Orat. 137. Ut cum transegerit jam aliquid, definiat. 1. de Inv. 33. Transigere quæ posita sunt in partitione. *Ibid.* 39. Transigere multas res uno tempore. 1. Att. 3. Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus. Ver. 3. 60. Transigere de aliquo. 1. Att. 3. Transigere aliquam controversiam. Ver. 4. 35. Quod verbo transigere possum. Div. 45. Transigere, absolvere, expedire unumquodque. Pro Qu. 76. Transigere susceptum negotium. 13. Fa. 14. Negotium conficiendum ipse suscipias, transigas, operamque des, ut, &c. 2. in A. 20. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum gladio stricto insecutus es? negotiumque transegisses, nisi se abdidisset.

Transigor, eris. 4. Att. 15. Cum privatis non poterat transigi minore pecunia. Pro Quint. 20. Ut quoniam suspicaretur, de aliqua re fore controversiam, videret, ut quam primum tota res transigeretur. 8. Fam. 4. Profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. 1. ad Her. 13. Verum hoc in exercendo transigetur. Pro S. R. 149. Quæ domi gerenda sunt, ea per Cæciliam transiguntur.

Transigitur, *agitur*. 14. Fam. 4. Sin, ut ego metuo, transactum est, fac venias.

Transactus, a, um, *confectus*, *absolutus*, διαπεπραγμένος. 3. C. 15. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. 2. Qu. Fr. 3. Sed res, multis querelis de Rep. interponendis, nulla transacta est. Ver. 2. 75. Transacto aut dilato judicio. 2. ad Her. 8. Transacto negotio, et re transacta. Ver. 1. 156. Prima actio VIII. diebus a nobis transacta est.

Transilio, lis, *migro*, *prætereo*, μεταπηδάω. 3. de Orat. 158. Transilire ante pedes posita. 4. de Fin. 39. Cum autem ad summum bonum volunt pervenire, transiliunt omnia, &c. 2. in A. 84. Sed, ne rem unam pulcherrimam transiliat oratio, veniamus, &c.

Transitio, onis, διάβασις. 1. de Nat. 49. Imagines similitudine et transitione perceptæ. De Cl. 62. Transitiones ad plebem. 12. Fam. 13. Qui spem sæpe transitionis præbuit.

Item sejunctio, exornatio quædam. 4. ad Her. 36. Transitio vocatur, quæ cum ostendit breviter, quod dictum sit, proponit item brevi, quod consequatur. 1. 14. Rem breviter narrare poterimus, &c. etsi transitionibus nullis utemur.

Transitus, tus, διάβασις. 5. Tusc. 59. Ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxit.

Translatio, onis, *exornatio est, cum verbum in quamdam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem recte videtur posse transferri*, μεταφορά, μετάθεσις. 4. ad Her. 46. et 3. de Orat. 156. Translationes quasi mutationes sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas. 2. 261. Unius verbi translatio, aut inversio verborum. Orat. 94. Jam cum fluxerunt continuæ plures translationes, alia plane fit oratio: itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte: genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. 3. de Orat. 163. Verecunda debet esse translatio.

Remotio. Ver. 4. 91. Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare.

Traductio. 1. Off. 43. Et Sullæ et C. Cæsaris pecuniarum translatio a justis dominis ad alienos non debet liberalis videri. *Lege*, Tralatio.

ADJUNCTA. *Continua, frequentissima, mollissima, paulo durior, puerilis, liberalis, verecunda*.

Translatitius, a, um, *tralatitius*, μεταληπτικός. Ver. 1. 114. Et hoc vetus edictum translatitiumque esse. *Lege*, Tralatitius.

Translativus, a, um. 2. de Inv. 57. Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, constitutio translativa appellatur. 1. *Ibid*. 14.

Translator, oris, μετακομιστής. Ver. 5. 151. Translator quæsturæ.

Translatus, a, um, μετενεχθείς. Orat. 92. Translata verba, quasi stellæ illustrant orationem.

Transmarinus, a, um, *qui trans mare est, vel inde petitur*, ὑπερθαλάσσιος. 11. in A. 26. et 3. de Orat. 133. Transmarina et adventitia

doctrinâ. 2. contra Rul. 79. Transmarina vectigalia. Ver. 5. 44. Accersere res transmarinas.

Transmissio, onis, *trajectio*, διακομιδή. 1. in A. 7. Quod ab urbe ea transmissio in Græciam laudabatur. 4. Att. 16. Navigationem mehercule valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Transmitto, tis, *transeo*, *trajicio*, διακομίζομαι. 2. de Nat. 125. Grues cum maria transmittunt, trianguli formam efficiunt. 8. Att. 11. Lentulum ante puto transmissurum, quam &c. 2. Qu. Fr. 5. Aiebant te prima navigatione transmissurum. 2. de Div. 52. Cæsar in Africam transmisit. Pro Pomp. 32. Cum exercitus nostri Brundusio transmiserunt.

Posthabeo. Pro Pomp. 1. Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.

Trado. *Ibid.* 42. Quis dubitat, quin hoc tantum bellum Pompeio transmittendum sit?

Præmitto. 16. Att. 6. Pæstanum et Vibonensem, utrumque pedibus et equis transmisimus.

Transnare, διανήχω. *Lege*, Trano.

Transnumero, ras, ὑπεραριθμέω. 4. ad Her. 64. Si hodie vis transnumerari.

Transpadanus, a, um. 2. Fa. 17. 5. Att. 2. et 11. et 3. Off. 88.

Transporto, as, *trajicio*, *transfero*, μετακομίζω. 7. Att. 16. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam. 8. 17. Ut copiæ navibus Dyrrhachium transportarentur. 1. P. 47. Macedonia, in quam tantum exercitum transportaras.

Transtrum, ri, *remigum sedes in navi*, *κατάστρωμα*. Ver. 5. 134. Nullum vacuum transtrum fuisse.

Transtyberini, *populi*. 12. Att. 24.

Transvectio, onis, διακομιδή. 1. Tusc. 10. *Num te terret* Transvectio Acherontis?

Transvehor, eris, *trajicior*, *transeo*, διακομίζομαι. 5. de Fin. 49.

Nam nemo hæc unquam est transvectus cærula cursu,
Quin prius astiterit vocum dulcedine captus.
Ex Homero, de Sirenum cantu.

Transverbero, as, *transfigo*, τύπτων διαπείρω. 7. Fa. 1. Cum præclara bestia venabulo transverberatur.

Transversus, a, um, *obliquus*, πλάγιος.) (. *rectus*. Ver. 4. 119. Una via lata, perpetua, multæque transversæ Syracusis. 5. Att. 1. Nunc venio ad transversum illum epistolæ tuæ versiculum. De Un. 27. Orbium motio transversa. 3. de Orat. 131. M. Manlius transverso ambulans foro. 13. Att. 20. In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. 4. Acad. 58. Ab hac mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum discedere. 15. Att. 4. Ecce autem de transverso L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat. 4. ad Her. 15. Ecce tibi e transverso, &c. De Cla. 331. Cujus in adolescentia, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transversa incurrit misera fortuna reip.

Syntaxis. *Transversa via, versiculus, orbium motio. Transverso foro deambulare. Unguem transversum non aberrare. A via non discedere digitum transversum. Ecce de transverso Cæsar. Ecce tibi e transverso. Transversa ecce incurrit fortuna.*

Transvolo, as, ὑπερίπταμαι. 10. Fam. 31. Num etiam Alpes poteram transvolare? 4. ad Her. 32. Oceanum Macedonum gloria transvolasset.

Trapezophoros, *statua erat pro tripode ad mensam sustinendam*, τραπεζοφόρον. 7. Fam. 23. Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis.

Trasymenus. Pro S. R. 89. Multos cæsos non ad Trasymenum lacum, sed ad Servilium vidimus. De Cl. 57. C. Flaminius apud Trasymenum interfectus.

Trebulanus, ager. 5. Att. 2.

Trecenti, τριακόσιοι, σιαι, σια. 2. de Fin. 97.

Threcidicus, a, um, *quasi Threiicius dicitur*. 7. in A. 17. Cum ornasset Threcidicis comitem et familiarem suum, illum miserum fugientem jugulavit. *Threcidicis, scilicet armis et vestitu. Et Ausonius de Commodo Cæs.* Threcidicum gladium *dixit*.

Tredecies, τρισκαιδεκάκις. H-S. Ver. 3. *Lege*, Terdecies.

Tremebundus, a, um, *tremens*, τρέμων. Pro Dom. 134. et I. A. Is postem tremebunda manu tetigit. 3. ad Her. 25. Tremebunda vox.

Tremefacio, cis, *concutio*, φοβέω. 1. de Div. 18.

Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus.
Poetæ.

Tremefactus, a, um, *concussus*, ἐκπεπληγμένος. 2. Off. 24. Quamvis enim tremefacta sit libertas, tamen, &c.

Tremo, is, *contremisco*, ἀμφιτρομέω. 4. Acad. 48. Qui tremunt et exalbescunt objecta re terribili. 4. Tusc. 48. Tremere toto pectore. 1. Qu. Fr. 1. 4. Tremo animo. 2. de Orat. 285. Sapiens si algebis, tremes. I. P. 74. Timidus, ac tremens. *Ibid.* 99. Horrens et tremens. 3. Qu. Fr. 2. Trementi voci. Orat. 93.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Ex Ennio.

Tremor, oris, τάρβη. 4. Tusc. 19. et 4. Acad. 48. Terrorem pallor et tremor, et dentium crepitus consequitur. Pro Flac. 10. Tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore et pallore dixit?

Tremulus, a, um, *tremens*, *tremebundus*, ἔντρομος. 1. de Div. 14.

Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. Poetæ.

Radiatus. 2. de Nat. 110.

Magnu' leo tremulam quatiens e corpore flammam.

1. de Div. 18.

Vidisti et claro tremulos ardore Cometas.

Tremorem inducens. I. A.

Tum firum tremulo quatietur frigore corpus. Poetæ.

Trepidatio, onis, *metus, commotio,* τρόμος. Pro Deiot. 20. Num quæ trepidatio? num qui tumultus?

Trepido, as, *metuo,* τρέμω. 3. de Orat. 166. At Romanus homo, &c. corde suo trepidat.

Tres constantiæ. Tusc. 4.

Tres tabernæ. 1. et 2. Att. *Lege,* Taberna.

Ad tres horas dormire. 10. Att.

Tres viri. 2. contra Rul.

Treviri, *populi Galliæ.* 12. Fa. 15. Treviros viros censeo: audio capitales esse: mallem auro, argento, ære essent. *Jocus ex ambiguis: intelligit enim triumviratum Cæsaris, Pompeii, et Crassi.*

Triangulus, li, τρίγωνος. 2. de Nat. 125. Grues cum maria transmittunt, trianguli formam efficiunt. *Ibid.* Basis trianguli, quam grues efficiunt.

Triangulus, a, um, τρίγωνος. 2. de Div. 89. Ea triangula illi, et quadrata nominant.

Triarius, rii, τριάριος. 4. Att. 15. et de Clar. 266.

Tribuarius, a, um, *ad tribus pertinens: nam a tribu dicitur,* φυλετικός. Pro Planc. 47. In hoc sodalitiorum tribuario crimine. *Ibid.* 36. Tribuaria res.

Tribulis, lis, *curialis,* φυλέτης. Pro S. R. 47. Possum multos proferre vel tribules, vel vicinos meos, qui, &c. Qu. de Pet. 25. Qui apud tribules suos plurimum gratia possunt. 1. Att. 5. C. Herennius tribulis tuus est. *Ibid.* 13. Singulis tribulibus. In Vat. Marsi et Peligni tribules tui. Pro Planc. 47. Tribules decuriare. 13. Fam. 58. Tribulis Lucius, et municeps, et familiaris meus.

Tribunal, lis, *propriis judicis sella, puteal,* βῆμα. Ver. 2. 94. Prætor de sella ac tribunali pronunciat, si quis, &c. 1. de Orat. 168. Nobis in tribunali Quint. Pompeii prætoris urbani sedentibus. De Cl. 289. Hoc oratori contingat, ut cum auditum sit, eum dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, &c. In Vat. 21. Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. Postquam ad Quir. 13. et pro Dom. 54. Aurelium tribunal. 3. Fa. 8. Pro tribunali. I. P. 11. Pro tribunali Aurelio.

Syntaxis. *De sella ac tribunali pronunciat prætor. In tribunali sedere. Completur tribunal. Pro tribunali dicere.*

Tribunatus, tus, *magistratus Tribunorum plebis, auxilii causa constitutus,* δημαρχία. Pro Quint. 63. 1. de Orat. 25. Cotta qui tribunatum plebis petebat. Pro Sest. 79. Fretus sanctitate tribunatus. 2. Qu. Fr. 14. M. Curio tribunatum ab Cæsare petivit. 7. Fam. 25. Tribunatus gloriolæ insignia sunt. 3. de Leg. 20. Tribunatus C. Gracchi quid juris bonis viris reliquit? 7. Fam. 8. Tribunatus commoda, dempto labore militiæ. 3. de Leg. 20. Vitia quidem tribunatus præclare, Quinte, perspicis. 2. Qu. Fr. 11. Auferre tribunatum. 7. Fam. 5. Neque tribunatum, neque præfecturam, neque ullius beneficii certum nomen. De Am. 41. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non licet augurari. 2. Off. 73. Perniciose enim Philippus in tribunatu, cum L. Agrariam ferret, *se gessit.* 1. de Orat. 24. Drusi tribunatus pro Senatus autoritate susceptus, infringi jam ac debilitari videretur.

Adjuncta. *Ardens, militaris, pestifer, et funestus, præclarus, tacitus, turbulentissimus.*

Tribunitius, a, um, δημαρχικός. Postq. in Sen. 10. Tribunitius furor. 2. Qu. Fr. 14. Tribunitii candidati. 13. in A. 30. Tribunitius vir. Post red. in Senat. Tribuntius ictus. 2. de Leg. Agrar. Actio Tribunitia. Pro Dom. Tribunitia libido. 2. de Orat. 124. Quum tribunitia potestas esset constituta. 3. de Leg. 19. Tribunitia potestas in seditione, et ad seditionem nata, cujus primus ortus inter arma civium, obsessis et occupatis urbis locis, procreatus. *Ibid.* 24. Tribunitia potestate plebi a patribus concessa, arma ceciderunt: restincta seditio est: inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint: in quo uno fuit civitatis salus. *Ibid.* 19. De tribunitia potestate taceo. *Ibid.* 23. In Tribunitia potestate inest quiddam mali: sed bonum, quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus. *Ibid.* 21. Tribunitium mucronem exacuit in nos. 2. in Rull. 21. Tribunitiæ leges. 2. Fa. 18. Tribunitii terrores. 16. Fa. 26. Qu. Ciceronis Tribunitiis aut privatis consiliis res est munienda.

Tribunus, ni, *quasi ephorus, apud Romanos populi defensor et custos. Tribunus militum, magister militum,* δήμαρχος. 2. contra Rull. 15. Tribunus plebis, quem majores præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt. 3. de Leg. 16. Ut Lacedæmone ephori regibus oppositi sunt, sic apud nos consulibus tribuni. Pro Qu. 29. Appellantur tribuni: a quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen, &c. *Ibid.* 63. Non est judicio defendere, cum auxilium a tribunis petas. *Ibid.* 65. Quid, si M. Brutus intercessit? videturne intercessisse appellatio tribunorum, non more, sed auxilii causa? 2. de Orat. 197. Tribuni ex templo pulsi, cum intercedere rogatione vellent. Brut. 10. Nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu autor extitit. Pro Dom. 54. Hæc furiosa vis vesani tribuni plebis, &c. De Pro. 46. Si patritius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas fuisse. 1. Att. 13. et 2. Qu. Fr. 5. Tribuni

ærarii qui militibus pecuniam numerabant. 15. Fa. 4. Quinque cohortes sine legato, sine tribuno militum, denique etiam sine centurione ullo. 2. Qu. Fr. 14. Hoc autem est ejus quotidianum, se ne tribunum militum quidem facere. Pro Clu. 99. Qui M. Æmilio, clarissimo viro, legati et præfecti et tribuni militares fuerunt. De Sen. 32. Cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas. De Amic. 95. Lex C. Papyrii de tribun. pleb. reficiendis. 11. Fa. 6. Cum tribuni pleb. edixissent, Senatus adesset ad xiiii. Calend. Januar. haberentque in animo de præsidio Coss. designatorum referre, &c. 3. de Leg. 9. Plebs quos pro se contra vim auxilii ergo decem creasset, tribuni ejus sunto. 4. Acad. 63. Tantum enim te modo monuit, ut caveres, ne quis improbus tribunus plebis, quorum vides quanta copia semper futura sit, arriperet te, et inquireret, qui tibi constares, cum idem negares quidquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Pro C. Cor. 1. Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu. Pro M. Scau. Inquirente tribuno plebis. *Ibid.* Vexatus a tribuno plebis.

Adjuncta. *Nimium acer, nimium vehemens, acerbus et criminosus, molestus, seditiosus, ærarius, æratus, amentissimus, furiosus, et audax, inermis atque imparatus, iners atque imparatus, severus, atque amens, bonus, custos et defensor juris, potentissimus, et nobilissimus, horridus, atque trux, popularis, præsens, libertatisque custos, verus ac fortis, vigilans, et acutus, felix, fœdissimus, fur, vesanus, improbus, invitus, timidior, vetus, levis et non bonus, levissimus, officiosissimus, perniciosus, sordidissimus, militaris, percuriosus, seditiosus, atque improbus, valens, vehemens.*

Tribuendus, et Tribuendum, *credendum.* 2. de Div. 147. Nihil prorsus somniis tribuendum est.

Imponendum onus, habendus honos. De Am. 75. Tantum cuique tribuendum est, quantum ille, quem diligas atque adjuves, sustinere possit.

Adscribendus, rejiciendus in. Pro Pom. 10. Initia illa præclara non felicitati ejus, sed virtuti: extrema autem hæc non culpæ, sed fortunæ tribuenda videntur.

Tribuo, is, *do, præsto, impertio, ἀνατίθημι, ἀπονέμω.* 1. Off. 15. Hominum societatem tueri, et suum cuique tribuere. *Ibid.* O dii immortales! vobis enim tribuam, quæ vestra sunt: nec vero possum meo tantum ingenio dare, ut, &c. 15. Att. 18. Ut ergo in ejusmodi re tribuas nobis paulum operæ, &c. 1. Off. 47. Primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur. 2. 4. Cum Philosophiæ multum discendi causa temporis tribuissem. 3. de Orat. 84. Sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. De Ami. 13. Qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt. Pro Mil. 93. Tribuere misericordiam alicui. 4. Fa. 11. et 1. Off. 59. Tribuere officium alicui. 1. de Orat. 48. Tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. De Cla. 291. Tribuere sapientiam eis, qui eam sibi arrogant. 1. Qu. Fr. 1. 22. Tribuere humanitatem alicui. Orat. 44. Cui primum hunc honorem tributum puto. 5. Fa. 12. Tribuere præconium alicui. 1. de Nat. 3. Tribuere pietatem, sanctitatem, et religionem numini deorum. Pro Cæl. 29. Tribuere silentium orationi alicujus. Pro Corn. 37. Tribuere beneficium, tribuere præmium, tribuere civitatem. De Somn. 21. Quis animis hanc naturam esse tributam neget? 3. Qu. Fr. 8. Pompeius Miloni nihil tribuit, omnia Guttæ. Orat. 56. Ut non sine causa Demosthenes tribuerit primas et secundas et tertias actioni. De Clar. 58. Tribuere suaviloquentiam alicui.

Defero, habeo honorem. De Clar. 190. Ille mihi, benevolentia, credo, ductus, tribuebat omnia. 10. Att. 1. et 2. de Finibus 68. Pater ejus, cui semper uni tribui plurimum. 13. Fam. 22. Si ei tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum. *Ibid.* 9. Cum ordini publicanorum semper libentissime tribuerim. 1. Off. 78. Pompeius hoc mihi tribuit, ut diceret, se frustra, &c. 4. Fa. 1. Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. De Am. 9. Tu autem, quod tantum mihi tribuis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice. 1. Off. 106. Qui aliquid tribuunt voluptati.

Divido. De Cl. 152. et Orat. 16. Tribuere rem universam in partes.

Tribuor, eris, *adhibeor.* Pro Sul. 10. et 1. de D. 5. Nec testimonio fidem tribui convenit, nec defensioni autoritatem.

Adscribor. 2. Fa. 16. Quod illi tribuebatur ignaviæ, de nobis id existimari posse non arbitror.

Tribuitur. De Sen. 63. Lacedæmoniæ plurimum tribuitur ætati.

Adverb. *Caste, pure, exigue, infinite, libentissime, liberaliter, longe plurimum, multum, plurimum, recte.*

Tribus, bus, *a tribuendo, hoc est, distribuendo appellata, φυλή.* 3. de Leg. 7. Populi partes in tribus distribuunto. Ver. 1. 144. Credent omnes V. et XXX. Tribus homini gravissimo, qui, &c. 2. in Rull. 17. Quæro a populari Tribuno plebis, ecquando nisi per XXXV. Tribus creati sint. *scilicet Tribuni pleb.* 6. in A. 12. Num quisquam est vestrum, qui tribum non habeat? certe nemo, atqui illum quinque et triginta Tribus patronum adoptarunt. *In libris autem Ciceronis qui extant, nominatæ tantum* XVIII. *leguntur.* Pro Plan. 38. Tribus Terentina, Voltinia, Lemonia, Veientina, Crustumina. *Ibid.* 54. Aniensis. 2. in Rull. 78. Romilia, Otriculana, Narniensis. *Ibid.* 95. Pupinia. Pro Sest. 114. Palatina. In Vat. 37. Sergia. 2. Att. 14. Æmilia. 4. 14. Pontina sive Pomptina, Metia, Velina. 8. Fa. 8. Quirina, Poplilia. *Reliquæ tribus apud alios autores sunt, Cornelia, Claudia, Collina, Esquilina, Falerina, Fa-*

bia, *Galeria, Usentina, Papyria, Pollia, Poblicia sive Publicia, Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Tromentina, Veturia. Sunt tamen qui putant, Romiliam et Quirinam, eandem esse, itemque Sabatinam et Fabiam: atque in earum locum reponant Pontinam et Athesinam*. Pro Mur. 32. Multæ tribus, quæ ex municipiis Umbriæ conficiuntur. Pro Clu. 122. Tribu moveri. 2. de Orat. 272. Censor Centurionem quendam notatum Tribu movit. 2. in A. 4. Aut tum, cum es factus Augur, unam Tribum sine Decurione ferre potuisset. 11. *Ibid.* 18. Africanus duas tantum Tribus tulit. Pro Planc. 54. Nam quod questus es, plures te testes habere de Voltinia, quam quot in ea Tribu puncta tuleris, &c. *De ferendis Tribubus, et quid sit ferre tribum, et id genus alia, vide pro Planc. 52. Itemque edere Tribum, pro eodem. 37. et pro eod. 54. Concedere alicui Tribum.* 1. Att. 13. Qui nummos in Tribu pronunciaverit, si non dederit, impune sit. Act. 1. Ver. 22. Divisores omnium Tribuum. *Illud quoque notandum proprium Tribus nomen sine adjectione usurpari.* ut, Pro Pl. 54. Habere testes de Voltinia. *subaudi* Tribu : *et auferendi casu.* Act. 1. Ver. 23. Inventum tamen esse fortem amicum ex eadem familia Quin. Verrem Romilia. 9. Phil. Sulpicius Lemonia. 8. Fa. 8. C. Septimius T. F. Quirina. *subaudi* Tribu. Pro Cor. 30. Certa Tribu, certo numero esse. Pro C. Corn. 1. Nec criminosius, tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum introvocare.

Tributus, a, um, *attributus*, ἀποδιδόμενος. 3. de Orat. 142. Plus enim aliquanto attulisti, quam tibi esset tributum a nobis ac denunciatum. 1. Off. Generi animantium omni a natura tributum est, ut se, vitam, corpusque tueatur, &c. *Ibid.* 107. Altera, quæ proprie singulis est tributa. *Lamb.* attributa.

Divisus. 2. de Fin. 17. Omnem vim loquendi in duas tributam esse partes.

Adverb. *Exigue, plurimum, sero, vulgo.*

Tributarius, a, um, *stipendiarius, vectigalis*, ὑπόφορος. Ver. 4. 148. Tabellæ non commendatitiæ, sed tributariæ. *Ibid.* Tributariæ litteræ.

Tributim, *per singulas tribus*, κατὰ φυλάς. Pro Mur. 67. Si gladiatoribus vulgo locus tributim esset datus, &c. *Ibid.* 72. Spectacula tributim sunt data. Pro Fl. 15. Tributim et centuriatim descriptis ordinibus. 14. Att. 15. Scaurus populo tributim domi suæ satisfecerat.

Tributio, onis, *distributio*, νομή. 1. de Nat. 50. Eam esse naturam, ut omnia omnibus, paribus paria respondeant : hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Tributum, ti, *omne id appellatur, quod a subditis domino, Regi, Reipub. tribuitur et penditur*, ἐπίδοσις. Ver. 2. 131. Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. 3. 100. Imacharenses tributum ferre coegisti. 15. Fam. 4. Multas civitates acerbissimis tributis liberavi. Pro Fla. 20. Duæ rationes pecuniæ conficiendæ : aut versura, aut tributo. *Ibid.* Tributi confectio. *Ibid.* 44. Mensa publica aut ex vectigali, aut ex tributo. 3. Fam. 7. Intolerabilia tributa exigi. Ad Brut. 18. Tributum ex centesima collatum impudenti censu locupletum. 2. in A. 93. Pecunia, quæ nos a tributis posset vindicare. 12. Fam. 3. Ut optime meritis militibus promissa solvantur : quod fieri sine tributo posse non arbitror. 6. Att. 1. Ei tamensi nunc solvitur, tricesimo quoque die talenta Attica triginta : et hoc ex tributis. 1. Qu. Fr. 20. Sumptus et tributa civitatum tolerari æqualiter. 2. Off. 74. Danda est opera, ne tributum sit conferendum. *Ibid.* 76. Unius imperatoris præda finem attulit tributorum.

Syntaxis. *Tributum conferre, ferre, conficere, exigere. A tributis vindicare. Tributa tolerare. Finem afferre tributorum. Tributo liberare.*

Tributus, a, um, *ut Tributa comitia, quæ ex omnibus tribubus constabant.* 3. de Leg. 45. *Lege*, Comitia.

Tricalinum, ni, *locus in Sicilia.* Ver. 5. 10.

Tricæ, arum, *impedimenta*, τὰ διὰ τῶν τριχῶν. 8. Fam. 5. Ut plus biennium in his tricis moretur. 10. Att. 7. Ferre domesticas tricas.

Tricenus, a, um, τριακοστός. 3. ad Her. 32. Paulo plus aut minus pedum tricenum.

Triceps, itis, τρικέφαλος. Orat. 159. Tricipitem, non tricapitem dicimus. 1. Tusc. 10. Triceps apud inferos Cerberus.

Tricesimus, a, um. 2. Off. 29. Tricesimo anno post. 12. Famil. 2. Tricesimo post die. 6. Att. 1. Tricesimo quoque die.

Tricies, τριακοντάκις. Ver. 1. 92. Ad tricies H-S.

Triclinium, nii, *a tribus lectis sternendis dictum, conclave, cœnaculum*, τρικλίνιον. Pro Mur. 75. Atque ille rogatus, ut triclinium sterneret, stravit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. Ver. 3. 61. Apronius triclinium in foro straverat. 2. 183. Quinquaginta tricliniorum lecti. 2. de Orat. 263. Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno. 13. Att. 50. Triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset. *Ibid.* Tribus tricliniis accepi εἰ περὶ αὐτὸν valde copiose.

Tricor, aris, *nugor, nugas ago*, φλυαρέω. 15. Att. 13. Brutus Vectenum accusat : tricatur scilicet. 14. 21. Publius tecum tricatus est.

Triduum, dui, τριημερία. Pro Mil. 26. Clodius respondit, illum triduo, ad summum quatriduo esse periturum. 2. de Leg. Cotta censet habendas triduum ferias. Pro Flac. 21. Pro Mur. 28.

Triennium, nii, τριετία. 15. Fam. 16. Biennium aut triennium est, quum virtuti nuncium remisisti. 1. Qu. Fr. 1. Cum imperio fuisse in Asia triennium. Ver. 2. Trien-

alium provinciam obtinere. 4. Acad. 5. Triennio tardius. De Clar. 161.

Trierarchus, *trieris, triremis navis præfectus*. Ver. 1. 52.

Triens, tis, *assis pars tertia*, τριτημόριον. 7. Att. 8. Dolabellam video Liviæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente. *Ibid.* Cum sciemus, quantum sit in trientis triente. 1. ad Her. 21. Lex frumentaria de semissibus et trientibus.

Trieteris, dis, *trium annorum spatium*, τριέτηρις. 3. de Nat. 58. Trieterides a Dionysio quinto constitutæ putantur.

Trigesimus, a, um, τριακοστός. De Sen. 19. et pro Fla. Cujus a morte jam tertius et trigesimus est annus.

Triginta, τριάκοντα. Pro Cl. 74. In consilium erant ituri judices triginta et duo: sententiis decem et sex absolutio confici poterat.

Trinundinum, ni, *ternæ nundinæ*, τρίτης ἀγορᾶς ἡμέρα. 5. in A. 8. Ubi promulgatio trinundinum? 16. Fam. 12. Neque se jam velle absente rationem haberi sui, se præsentem trinundinum petiturum. *Ibid.* Lex non jure lata dicebatur, nisi trinundino ante esset promulgata. Pro Dom. Trinundinum accusatio. *Lege*, Nundinum. Pro C. Cor. Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset.

Trinus, a, um, εἷς τῶν τριῶν. I. P. 97. Nulla trinis æstivis gratulatio. 4. Att. 6. Casu enim *litteras* trinas acceperam. 11. 17. Tullia mea venit ad me, mihique litteras reddidit trinas.

Triones, num, *boves*, βόες ἀροτῆρες. 2. de Nat. 105.

Quas nostri septem soliti vocitare triones.

Tripartito, *adverbium*, τριμερῶς. 4. ad Her. 28. Top. 53. et Tusc. 5.

Tripartitus, vel Tripertitus, a, um, τριμερής. 2. ad Her. 30. Argumentatio brevissima est tripartita. 1. de Inv. 7. Oratoris ars tripartita. 3. de Off. 9. Divisio tripartita. Post Red. Oratio tripartita. Ver. 3. 13. Tripartita causa. 1. Acad. 19. Tripartita bonorum ratio.

Triplex, icis, τριπλοῦς. 1. Tusc. 20. Plato triplicem finxit animam. 1. Acad. Ratio triplex philosophandi. 13. Att. 3. Remittere triplices litteras. *id est, tribus respondentes.*

Tripliciter, διάτριχα. 4. ad Her. 55. Commutabimus tripliciter *rem*.

Triplus, a, um, τριπλάσιος. De Un. 20. Deinde instituit dupla et tripla intervalla expellere.

Triptolemus. 4. ad Her. 10.

Tripudians, tis, ὀρχούμενος. Pro Sest. 88. Sed illum tot jam in funeribus Reipub. exultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, et, laqueis constringeret.

Tripudium, dii, χορεία. 2. de Div. 72. Sed quia, cum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dicitur, cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant. *Ibid.* 20. Etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent. 1. 28. Hoc quoque, quod dixi, coactum tripudium solistimum dicitis. *Ibid.* Tripudium fieri, si ex offa quid in solum caderet. 2. de Nat. 8. Cum C. Flaminius tripudio auspicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat, quod pulli non pascerentur.

Tripus, odis, *instrumentum tribus pedibus constans, quo mensæ sustinerentur*, ἐμπυριβήτης. 3. de Nat. 42. Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

Triremis, is, *navis tres remorum ordines habens*, τριήρης. Ver. 5. 43. Navem maximam triremis instar ædificavit.

Tris, *pro* Tres, *in accusativo*. 4. Acad.

Tristiculus, a, um, ὑπολυπούμενος. 1. de Div. 103. Paulus filiolam suam animadvertit tristiculam.

Tristificus, a, um, λυπηρός. *Ibid.* 13.

Tristificas certant Neptuno reddere voces. Ib. 20.
Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.
Poetæ.

Tristis, ste, *mœstus, mœrens, dirus*, ἄθλιος, ἀλγεινός. Ver. 4. 32. Is tristis et conturbatus domum rediit. 1. de Div. 59. Qui cum te tristem vidisset, bono animo esse jussit. Pro Cæl. 13. Cum tristibus severe, cum remissis jucunde vivere. Pro Mur. 45. Videsne illum tristem, demissum? jacet, diffidit, &c. 2. de Orat. 289. Severus ac tristis vultus. De Cla. 113. Triste ac severum genus dicendi. 7. Att. 27. Cum dedissem ad te litteras tristes, et metuo ne veras. 2. de Div. 36. Cum tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil dirius videtur esse. 1. 99. Quod auspicibus tristissimum visum est. I. P. 33. Ominibus tristissimis aliquem exeuntem persequi. 2. de Fin. 118. Majores nostri ærumnas tristissimo verbo nominaverunt. Ad Brut. ep. poster. 1. Tristes de Bruto nuncii afferebantur. De Prov. 43. Medium illud tristissimum tempus, &. Pro Mur. 42. Quid tua sors? tristis, atrox, &c. Pro Quint. 59. Quintius natura tristi ac recondita fuit. 15. Fam. 7. Tristia tempora.)(. *secunda tempora.* 4. 13. Tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo.

Tristius, λυπηρότερον. 4. Fa. 13. Quo facilius quibus est iratior, respondere tristius posset. De Sen. 67. Adolescentes gravius ægrotant, tristius curantur. *id est*, difficilius.

Tristitia, tiæ, *severitas*, ἀηδία, ἀθυμία.)(. *lætitia, hilaritas.* 12. Att. 39. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. 8. 16. Tristitiam illorum temporum non subiissem. 3. Fa. 8. Propter quandam tristitiam temporum. De Ami. 68. Tristitia autem, et in omni re severitas absit. De Clar. 97. Homo ipsa tris-

titia et severitate popularis. 2. de Orat. 72. Judex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. 2. de Nat. 102. Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram. 1. de Orat. 27. Ut cum lauti accubuissent, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis. 5. Fam. 14. Lacrymis et tristitiæ te tradidisti. 2. de Orat. 236. Tristitiam et severitatem mitigare et relaxare. *Ibid.* 340. Acute et hilare dicto aliquem a tristitia atque ab acerbitate deducere. 1. Off. 37. Lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Postquam in Sen. 12. Cum eum præter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret.

Syntaxis. *Tristitiam hilaritate condire. Temporum tristitiam subire. Judicem contorquere ad tristitiam. Tristitia quadam contrahi. Lacrymis et tristitiæ se tradere. Tristitiam tolli, abesse, mitigare, relaxare. A tristitia et acerbitate deducere aliquem.*

Tritia, vel Trittia, *oppidum.* 6. Att. 2.

Triticum, ci, *frumentum*, σῖτος. 3. Off. 52. 1. de Div. 78. et 2. 65. Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congesserunt. Ver. 3. 170. Sexaginta millia modium tritici.

Triton, onis, *monstrum ex homine et pisce conflatum.* 1. de Nat. 78. Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus invehens belluis, adjunctis humano corpori. 2. Att. 9. Tritones piscinarum. *De hominibus quibusdam hoc dicitur.*

Tritus, a, um, *decantatus, contritus, pervagatus, comtemptus*, τριβεὶς. De Cla. 180. Via laudis, quam majores ejus ei tritam reliquerunt. et Tritas vias relinquere. *Lege,* Indago. 1. in A. 7. Iter illud quod tritum in Græciam est. 1. Acad. 27. Verbum usitatum ac tritum. 1. Off. 33. Tritum sermone vel vetustate proverbium. 2. de Div. 11. Sic Sorites satis Latino sermone tritus est. Pro Fla. 65. Quid porro in Græco sermone tam tritum ac celebratum est? quam si quis, &c. *Ibid.* Res trita, communis, et pervagata. 9. Fa. 16. Habere aures tritas notandis generibus poetarum. De Cl. 124. Tritæ nostrorum hominum aures, et erudita civitas.

Syntaxis. *Vias tritas relinquere. Iter in Italiam tritum. Verba usitata ac trita. Tritum vetustate ac sermone proverbium. Tritum, commune, et pervagatum. Tritas habere aures.*

Tritus, us, τρίψις. 2. de Nat. 25. Lapidum conflictu atque tritu ignis elicitur.

Trivium, vii, *area in urbe, sive spatium, quod se findit in tres vias, aut ubi tres viæ concurrunt*, τρίοδος. 1. contra Rull. 7. In triviis aut in compitis auctionari. Pro Mur. 13. et 1. de Div. 123. Arripere maledictum ex trivio.

Triumphalis, le, θριαμβικὸς. I. P. 44. Provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis. *Ibid.* 55. Porta triumphalis. *Ibid.* 61. Vehicula triumphalia.

Triumpho, as, *triumphum ago*, ἱππομαχῶ. Pro Mur. 11. Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filii solent. *Ibid.* Ut rebus communiter gestis pæne simul cum patre triumpharet. *Ibid.* 15. Pater amplissime atque honestissime ex prætura triumphavit. Pro Planc. 61. Iis commissi sunt magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent. Pro Pomp. 61. Quid tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? at Pompeius triumphavit. 2. Fa. 12. Spes triumphi, in qua satis gloriose triumpharem. Pro Clu. 14. Palam exultare lætitia, et triumphare gaudio. 9. Att. 19. Meum factum abs te laudari triumpho et gaudeo. Lætari, exultare, triumphare. *Lege,* Lætor. Ver. 5. 120. Lætaris tu in omnium gemitu, et triumphas. 1. Att. 23. 2. C. 3. Hoc ipsum, in quo exultat et triumphat oratio mea. 11. in A. 18. Africanus de Numantinis triumphavit. 8. *Ibid.* 18. Ex transalpinis gentibus triumpharunt. 7. Att. 1. Cæsar triumphat de sententia Catonis. Pro Flac. 31. Atinas pugil Olympionices; hoc est apud Græcos prope majus et gloriosius, quam Romæ triumphasse.

Triumphatur. 2. Off. 28. Vidimus ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex transalpinis bellis triumpharunt.

Adverb. *Amplissime, honestissime, gloriose, palam.*

Syntaxis. *Ex prætura triumphare. Triumphare in magistratu. In spe triumphi triumphare. Gaudio triumphare. Exultare lætitia, et triumphare gaudio. Hoc te laudare, triumpho, et gaudeo. Oratio in hac re exultat et triumphat. Triumphare de, et ex hostibus. Triumphare ex urbe aliqua.*

Triumphus, phi, *victoris ducis, aut imperatoris pompa*, θρίαμβος. Pro Cornel. 9. Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt terrarum. De Somn. 3. Cum triumphum egeris. Ver. 5. 98. Agere triumphum de aliqua re. 3. Fa. 10. Ages victor ex inimicorum dolore triumphum. 1. Off. 78. Pompeius dixit, frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi, &c. Pro Mur. 31. Triumphus M. Curii de rege Pyrrho. 5. Fa. 10. Quasi vero non justissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. Ver. 5. 66. Vivum tu illum servabas, quem per triumphum, credo, ante currum tuum duceres. *Ibid.* 76. Ducere captivos per triumphum. In Vat. 49. Omnes ita te oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint. 4. ad Her. 67. Urbs trophæis ornata, triumphis ditata. 15. Fa. 5. Si triumphi prærogativam putas supplicationem. 4. in A. 13. Is demum est mea sententia justus triumphus ac verus, cum bene de repub. meritis testimonium a consensu civitatis datur. I. P. 60. Disseres de triumpho: quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid argentum? quid aurum? quid legati in equis, et tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per urbem? &c. De Provinc. 28. Decus illud

et ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putavi. *Ibid.* 29. Eum ad triumphum devocant. 4. de Fin. 22. Cum Senatus triumphum Africano decerneret.

Adjuncta. *Amplissimus, certissimus, et inanissimus, justissimus, falsus, gravissimus, atque jucundissimus, navalis, justus, et magnus, justus, ac verus, justissimus et clarissimus.*

Syntaxis. *Triumphos multos habere. Agere triumphum de re aliqua. Res gerere justissimi triumphi. Ducere captivos per triumphum. Devocare aliquem ad triumphum. Triumphum deportare. Triumphum decernere.*

Triumviratus, us, *trium virorum munus*, τῶν τριῶν ἀρχή. De Cl. 117. Qui quidem in triumviratu judicaverit contra P. Africani avunculi sui testimonium.

Triumvir, ri, εἷς τῶν τριῶν ἀρχόντων. Orat. 156. Triumviri capitales. *Lege*, Tribus.

Trochæus, chæi, *choræus, vel chorius, cordax*, τροχαῖος. 3. de Orat. 180. Cum sint numeri plures, Iambum et trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. Orat. 193. Trochæus, qui est eodem spatio, quo choræus, cordax ab Aristotele appellatur. *Ibid.* 191. Spondæus et trochæus, quod alter ex longis constat, alter brevibus fit. *Ibid.* 194. Trochæus temporibus et intervallis est par Iambo.

Troezen, *oppidum*. 3. Off. 48.

Troglodita, *populus Æthiopiæ*. 2. de Div. 93.

Trogini, *populi*. *Ibid.* 79. Troginorum tetrarchia.

Troja, jæ. Ver. 4. 72. Æneas fugiens e Troja. De Ami. 77. Neoptolemus Trojam capere potuit.

Trojanus, a, um. Pro Mur. 78. Intus est equus Trojanus. 2. de Orat. 94. Tanquam ex equo Trojano. 7. Fam. 16. In equo Trojano.

Trojani. 2. de Div. 82. *et alibi sæpe.*

Troicus, a, um. De Clar. 40. Troicis temporibus. 5. Fam. 12. Troicum bellum.

Trophæum, phæi, *victoriæ monumentum*, τρόπαιον. I. P. 92. Hic in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis victoriæque insignia et monumenta sunt. De Pro. 4. Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed trophæis, quæ multis victoriis erat triumphisque pacata. Pro Dom. 100. Non est habitandum in ea urbe, in qua trophæa de me videam constituta. 2. de Inv. 69. Thebani æneum in finibus statuerunt trophæum. Pro Ar. 21. Nostra sunt trophæa, nostra monumenta. 4. ad Her. 67. Urbs trophæis ornata, triumphis ditata. 2. de Fin. 106. Ver. 2. 115. Signum cupiditatis, trophæum necessitudinis, indicium amoris. 1. de Inv. 69. Clarum et exornatum trophæum. 1. Tusc. 110. Salaminium trophæum.

Adjuncta. *Æneum, clarum, et exornatum, plenum dedecoris et risus, Salaminium.*

Syntaxis. *Trophæum ponere in aliquo loco. Muniti non turribus, sed trophæis. Constituere trophæa in aliquo loco, statuere. Trophæis ornari urbem.*

Trophoniana, Chæronis narratio. 6. Att. 2.

Trophonius, nii. 3. de Nat. 49. An Amphiaraus deus erit, et Trophonius? *Ibid.* 56. Mercurius is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. 1. de Div. 74. Cum apud Lebadiam Trophonio res divina fieret.

Tropus, pi, *modus*, τρόπος. De Cl. 69. Verborum immutationes, quos appellant τρόπους. 3. de Orat. 152. *et deinceps.*

Trucidatio, onis, *cædes, clades*, σφάξις. 4. in A. 11. Trucidatio civium. 2. Qu. Fr. 1. De Clodianis insidiis, trucidationibus, lapidationibus.

Trucido, as, *pluribus vulneribus concido*, διαφθείρω. 4. C. 12. Qui nos, conjuges, liberos nostros trucidare voluerunt. 1. 9. et de Ar. 2. Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Pro S. R. 13. Ante oculos judicum trucidari. 3. Fam. 2. Qui Senatum trucidare voluerunt. Pro Pomp. 7. Qui una die cives Romanos necandos trucidandosque denotavit. Cont. C. Ant. Ab equestri ordine, quem trucidasti?

Truculenter, *atrociter*, δεινῶς. 2. contra Rull. 13. Rullus truculentius se gerebat quam cæteri.

Truculentus, a, um, *terribilis aspectu, trux, atrox*, βλοσυρός. Pro Sest. 19. Alter truculentus et terribilis aspectu. 2. de Nat. 110.

Adversum caput huic Helice truculenta tuetur.

Trudo, is, *impello*, ὠθέω. De Ar. 61. Quo ne trudamur, dii immortales nos admonent. 1. Tusc. 71. Trudi ad mortem. 4. Att. 3. Cum se ad supplicium præsens trudi videret. Acad. In quorum societatem et hominem et sapientem trudere nefas esse. 1. Att. 13.

Trulla, læ, ἀμίς. Ver. 4. 62. Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Ibid.* Trulla gemmea.

Truncus, ci, *stipes*, στέλεχος. 3. de Orat. 177. In arboribus truncus, rami, folia. 2. de Nat. 120. Trunci obducuntur libro aut cortice. De Senect. 52. Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. In Arat.

Denudat foliis ramos, et cortice truncos.

3. Tusc. 83. Stirpes ægritudinis, trunco everso, omnes elidendæ sunt.

Translatum. Orat. 59. Non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, &c. Pro Q. R. 28. Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.

Stolidus. 1. de Nat. 85. Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia? I. P. 19. Qui, tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus.

Trutina, *statera*, ζυγοστατική. 2. de Orat.

159. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

Trux, cis, *truculentus, atrox*, βλοσυρός. 2. cont. Rull. 64. Horridus et trux tribunus plebis. 2. de Div. 133. Cervice anguina, aspectu truci. 2. de Nat. 107.

E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant.

TU

Tu, *persona tua*, σύ. Pro Rab. 13. Tu mihi etiam legis Portiæ, tu Gracchi, tu horum, &c. mentionem facis. *Lege*, Tute.

Tuba, bæ, *buccina*, σάλπιγξ. 2. C. 13. Cum tubas et signa militaria scirem esse præmissa. Pro Sull. 17. Ille arma misit, cornua, tubas, falces. Pro Mur. 132. Tubarum sonus. 4. ad Her. 22. In bello sonitum tubæ ferre non potes.

Tubus, bi, *fistula*, σωλήν. 2. de Leg. 2. Ductus aquarum, quos isti tubos et euripos vocant. *alii* Nilos.

Tuendus, a, um, διαφυλακτέος, τηρητέος. 1. Fam. 9. Nunc a quibus tuendus fuerat, derelictus est. Ver. 4. 140. Ut quisque eis rebus tuendis conservandisque præfuerat. 3. Fa. 12. Quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. 5. 16. Tuenda tibi est dignitas. 2. con. Rull. 5. Cogitatio tuendi consulatus. De Senect. 58. Xenophontis liber de tuenda re familiari. 1. de Nat. Ut mihi, velim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia. Ver. 1. Ædem Castoris, Judices, P. Junius habuit tuendam, &c. 1. Famil. Mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere. 3. de Finib. Atque etiam ad justitiam colendam, ad tuendas amicitias, et reliquas charitates, quid natura valeat, hæc una cogitatio potest tradere. Frag. ep. Majore cura tuenda esse, quæ parta sunt. Pro A. Gabin. Omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione et fide.

Tuens, tis, *defendens*, ἀντιλέγων, βλέπων, ὁρῶν. 2. de Legib. 9. Ille cœlum atque terras tuens et regens Deus. 5. de Fin. 65.

Tueor, eris, *tutor, conservo, servo, custodio, foveo*, διασώζω. 4. C. 22. Quæ quidem non minore labore tueor, quam comparo. Postquam in Sen. 4. Non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tuebantur. Pro Sest. 38. Hæc ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes præstare tuerique deberent. 1. de Orat. 172. Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. Pro R. P. 41. Hunc Cæsar solus tuetur et sustinet. 1. Att. 14. Sic tueor, ut possum, illam a me conglutinatam concordiam. 3. de Nat. 47. Natio Dea, quod partus matronarum tuetur. 11. Att. 1. Hujus pecuniæ permutatione facile fidem nostram tuebere. *Ibid.* 4. Luctum ut possumus tueor apud hos. Pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium. 2. Att. 20. Cæcilium, quibus rebus possumus, tueor diligenter. 5. Fam. Quod reliquum est, tuum munus tuere. De Cl. 171. et 8. Phil. Atque etiam L. Paulus, Africani pater, personam principis civis facile dicendo tuebatur. 2. Off. 2. de Div. et 5. Tuscul. Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt hi, qui Remp. tuebuntur. 3. de Legib. Tuentor Censores urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia. 11. Fam. Si de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis peterem, ut dignitatem meam tuerere. 3. C. 117. Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea, quæ gessi in Consulatu, privatus tuear atque ornem. 2. Fam. Te tamen oramus, quibuscunque erimus in terris, ut nos, liberosque nostros ita tueare, ut amicitia nostra, et tua fides postulabit. 3. Att. et Act. 1. Ver. 80. et ad Brut. ep. 11. Quo magis amplexetur ac tueatur judicium suum. Cat. 70. Ut essent, qui terras tuerentur. Pro Leg. Manil. 6. Ut vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri et conservare non posse. 2. de Fin. Tueri amicum. 2. Phil. et pro Cæl. Tueri beneficium. 1. Off. Tueri commoda hominum. 3. Tusc. Tueri vitæ communem cultum atque usitatum. 2. Dignitatem tueri. 2. de Div. Tueri instituta majorum sacris, cæremoniisque retinendis. 1. Tusc. Tueri mores et instituta vitæ. 5. Tueri munus Geometriæ. Cat. Tueri munus officii. 8. Att. 13. Tueri negotia. 3. Fam. 9. Tueri omnia officia. *Ibid.* 5. Tueri ordinem Senatorium. *Ibid.* 9. Vatinii tueri patrocinium. 13. Att. 47. Tueri pollicitum. De Ami. 50. Non est enim inhumana virtus, neque immanis, neque superba: quæ etiam populos universos tueri, eisque optime consulere soleat. Ver. 5. 37. Tueri provinciam. 1. Tusc. 2. Tueri rem domesticam ac familiarem. 13. Fam. 49. Tueri rem, gratiam, et autoritatem suam. 1. de Fin. 84. Tueri et munire se benevolentia multorum. *Ibid.* 73. Tueri se sua sanctitate. 15. Fam. 2. Tueri se vigilanter. 1. Off. 11. Tueri se, vitam, corpusque. *Ibid.* 17. Tueri societatem hominum.

Adverb. *Castissime, commodius, demisse, diligenter, fortiter, honestissime, parum fortiter, diligentissime, mirifice, facile, flagitiose, male, lautius, melius, maxime, perfacile, privatim, publice, præclare, prudenter, recte, sanctissime, vigilanter.*

Tugurium, rii, *casa*, ἀλσωμά. Pro Sest. 93. Tugurium ut jam videatur esse illa villa.

Tuitio, onis, *custodia*, διατήρησις, ἀντίληψις. Topic. 90. Natura partes habet duas, tuitionem sui, et ulciscendi jus.

Tum, *tunc, modo*, τότε. 7. Att. 6. Nisi forte illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. 1. de Inv. 30. Tum cum. *id est, tunc cum.* Pro Cluent. 179. et pro Mur. 26. Quid tum inde? Ver. 1. 63. Tum præterea. Act. 1. Ver. 55. Deinde tum,

&c. 2. de Inv. 49. et Postq. ad Quir. 22. Tum etiam. *id est, præterea.* Tum denique, &c. 14. Fa. 2. de Orat. 315. et 82. Primum, &c. deinde, &c. post, &c. tum ad extremum, &c. Pro Fl. 94. Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maxime moliuntur, ut, &c. 2. de Orat. 182. Animos judicum conciliari ad benevolentiam, cum erga oratorem, tum erga reum. 1. Qu. Fr. 2. Cum spe sum maxima, tum majore etiam animo. Pro Mar. 3. Cum summo consensu Senatus, tum præterea judicio tuo gravissimo. 4. Fam. 11. Cum in omni re, tum in hoc maxime negotio. 1. de Inv. 66. Ex his illud perspicuum est, approbationem tum adjungi, tum non adjungi. 9. Att. 4. Scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæque tum benevolentiæ, tum etiam prudentiæ. *Ibid.* Dissero in utramque partem tum Græcè, tum Latine. Ver. 2. 107. Tum semper, tum in his rebus. 1. de Inv. 17. Ejus autem genera, &c. quinque sunt. Nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere: tum inter se duæ leges aut plures discrepare: tum id, quod scriptum est, duas aut plures res significare videtur: tum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est, inveniri: tum vis verbi exquiri. 1. de Nat. 34. Modo unum, tum autem plures. De Ami. 13. et Top. 31. Qui tum hoc, tum illud dicit. *Lege,* Cum.

Syntaxis. *Quid tum inde? Tum præterea. Deinde tum. Tum etiam. Tum ad extremum. Cum alia vides, tum hoc maxime. Modo unum, tum plures video.*

Tumeo, es, *turgeo,* οἰδαίνω. 3. Tusc. 19. Sapientis animus nunquam turgescit, nunquam tumet. 14. Att. 4. Tument negotia.

Tumesco, is, *turgesco.* 1. de D. 13.

Inflatum mare cum subito penitusque tumescit.

Tumidus, a, um, *turgidus, tumore præditus, inflatus,* ὀγκώδης. In Vat. 4. Serpens inflato collo, tumidis cervicibus. 3. Tusc. 19. Membrum tumidum ac turgidum.

Tumor, oris, *inflatio,* ἀνοίδησις. 14. Att. 5. Ne deserere viderer hunc rerum tumorem. 3. Tusc. 19. Num manus recte affecta est, cum in tumore est? 4. ad Her. 16. Corporis bonam habitudinem tumor imitatur. *Ibid.* 2. 8. Tumor, livor. 44. Mortuus, deformatus, tumore præditus. 4. Tusc. 81. Repentinus oculorum tumor. 3. 26. Cum tumor animi resedisset. 4. 63. Vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere. 3. 76. Erat enim in tumore animus.

Syntaxis, *Membrum esse in tumore. Tumore præditus homo. Resedit jam animi tumor. In tumore animum esse. Rerum tumor,* id est motus, perturbatio.

Tumultuor, aris, *turbas facio, inquietus sum,* θορυβέω. Pro Cæl. 36. Quid tumultuaris soror? quid insanis? 2. contra Rull. 101. Qui sæpe et sine causa tumultuer. 1. Off. 80. Tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. 4. ad Her. 22. In. otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. Acad. Clamat Zeno, et tota illa porticus tumultuatur.

Tumultuosius, θορυβωδῶς. 5. Att.

Tumultuosissime, *maximo tumultu.* Ver. 2. 37. Quam tumultuosissime aliquem adoriri.

Tumultuosus, a, um, *turbulentus,* θορυβώδης. 2. Fam. 12. Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ Quinquatriis afferebantur. 1. de Inv. 4. Seditiosa et tumultuosa vita. Oecon. 1. Dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur.

Tumultus, tus, *motus, trepidatio,* θόρυβος. 5. in Ant. 31. Tumultum decerni, justitium edici, saga sumi dico oportere. Pro Deiot. 20. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? 2. C. 26. Urbi sine vestro motu ac tumultu, satis esse præsidii, provisum est. 5. Att. 21. Quo autem die litteræ Cassii victrices in Senatu recitatæ sunt, eodem meæ tumultum nunciantes. 8. in A. 3. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. *Ibid.* Potest esse bellum sine tumultu: tumultus sine bello esse non potest.

Adjuncta. *Civilis, domesticus, finitimus, magnus, maximus, proximus, terribilis.*

Tumulus, i, *locus ex terra leviter eminens,* τύμβος. Ver. 5. 92. Ignis e specula aut tumulo sublatus, prædonum adventum significabat. 2. C. 24. Tumuli sylvestres. 1. de Div. 18.

Cum tumulos Albano in monte nivales
Lustrasti.

2. de Leg. 66. Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam. 14. Att. 13. Quæris, utrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione delecter?

Sepulchrum. 3. Tusc. 65.

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos.

Pro Ar. 24. Cum Alexander in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset, inquit, &c. Pro Mil. 86. Albani tumuli atque luci. 2. de Glor. Ut suum tumulum multis etiam post sæculis prætereuntes, sic loquantur.

Adjunct. *Excellens, nivalis, silvester.*

Tunc, *tum, illo tempore, per id temporis,* τότε, τηνικαῦτα. 1. ad Her. 21. 1. Att. 9. et in Ver. 3. Off. In Ant. 7, Sed erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. De Ami. 11. Etiam tunc.

Tundo, dis, *cædo, pulso, verbero,* κόπτω. Ver. 5. 141. Cum illi jacenti latera tunderet. *Ibid.* Bacillo oculos alicui tundere. 2. de Orat. 162. Eandem incudem diem noctemque tundere.

Tunica, cæ, *vestis brevior sine manicis, virorum et Romanorum propria, quæ autem manicas haberet, non sine probro gestabatur,* ἐσθής. Ver. 4. 55. Verres cum tunica pulla

et pallio. 5. 31. Iste cum pallio purpureo tunicaque talari. 2. C. 22. Manicatæ et talares tunicæ. 2. de Orat. 195. Ut discinderem tunicam, et cicatrices ostenderem. 5. Tusc. 60. Cum pila ludere vellet, tunicamque poneret, adolescentulo gladium tradidit.

ADJUNCTA. *Manicata, talaris, pulla, solivaga, trita.*

Tunicatus, a, um, χιτωνοφόρος. 2. cont. Rull. 93. Jam vero qui metus erat tunicatorum illorum. Pro Cæl. 11. Ludo campestri tunicati uteremur.

Tunicula, læ, χιτώνιον. 2. de Leg.

Turba, bæ, *multitudo, conventus hominum, vulgus*, ὄχλος. Act. 1. Ver. 19. Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. Ver. 1. 137. Domus erat non meretricio conventu, sed prætoria turba referta. 1. de Nat. 39. Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum. 2. de Orat. 314. Mediocria in mediam turbam atque in gregem conjiciantur. De Cl. 332. Turba patronorum, et vulgus patronorum. De Sen. 85. Cum ex hac turba et colluvie discedam. 5. Tusc. 46. Turba stultorum. Acad. Convocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum.

Copia. De Cla. 122. In hac turba novorum voluminum.

Tumultus, vis, seditio. Pro S. R. 91. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. Ver. 4. 148. Ecce autem nova turba atque rixa. 5. 31. Facere maximas turbas in castris.

Discrimen, dubium. 6. Att. 1. Magna turba est. 6. Fam. 6. Exponerem etiam, quemadmodum hic, et quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viveremus.

ADJUNCTA. *Magna, major, maxima, media, nocturna, nova, prætoria, vana.*

SYNTAXIS. *Turbam deorum congregare. In mediam turbam, et in gregem conjicere. Voluminum turba. Turba et colluvies. Vis belli ac turba. Turba et rixa. Turba et confusio rerum.*

Turbatus, a, um, ταραχθείς. 2. C. 19. Turbata respub. χ. *quieta.* Pro Planc. 11. Placare mentes turbatas.

Turbide, *turbulente*, θολερῶς. 4. Tuscul. 24. Jactantibus se opinionibus inconstanter et turbide.

Turbidus, a, um, *impurus, sordidus*, θολερός. 5. Tusc. 97. Cum aquam turbidam, et cadaveribus inquinatam bibisset, &c.

Confusus. 1. 80. Mens, quæ omni turbido motu semper vacet. 4. 34. Turbidi animorum concitatique motus.

Miser, calamitosus, adversus. 6. Fam. 14. Si turbidissima sapienter ferebas, tranquillissima læte feras. 2. in A. 39. Homines cum in turbidis rebus sunt, tamen interdum animis relaxantur. 1. de Inv. 4. Turbida tempestas. Pro Sull. 43. In quo ego tam subito et exiguo et turbido tempore multa divinitus dixi. 1. de Div. 101.

SYNTAXIS. *Motus mentis non turbidus, nec concitatus. Turbida tempora. In turbidis rebus esse.*

Turbo, as, *perturbo, obturbo, misceo*, ταράττω, θολόω. 1. de Nat. 33. Aristoteles multa turbat, a magistro Platone dissentiens. 3. Qu. Fr. 1. Et simul, ne quid ille turbet, vide. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. Ver. 2. 123. Non modo illa permiscuit, sed etiam in his duobus generibus, civium novorum veterumque delectum ordinemque turbavit. De Arusp. 46. Miscere et turbare omnia.

Turbor, aris. 3. Qu. Frat. 9. Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palam in republ. turbantur. Pro Cluen. 138. Mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur atque turbatur.

Rapior. 1. de Fin. 34. At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atque turbentur, ut earum motus atque impetus, quo pertineat, non intelligatur.

Turbatur, *turbæ excitantur.* Pro Sull. 57. Si in Hispania turbatum esset.

Turbo, inis, *coni figura inversa*, τρόχος. De Fat. 42. Revertitur ad cylindrum et turbinem suum, quæ moveri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem cum accidit, suapte natura, quod superest, et cylindrum volvi, et versari turbinem putant.

Turbo, inis, *ventus omnia turbans et involvens*, δῖνος. 3. de Nat. 51. Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræque tempestates. 3. de Orat. 155. Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines. Pro Cæl. 79. Aliquem tanquam turbine aliquo aut subita tempestate perverti. Pro Dom. 137. Tu procella patriæ, turbo et tempestas pacis et otii. Pro Sest. 25. Cum illi essent duo Reip. turbines. 12. Fam. 25. Ut Minerva, quam turbo dejecerat, restitueretur. I. P. 20. Qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. navem gubernassem.

Turbulente, *turbulenter*, θορυβωδῶς. Pro Dom. 139. Raptim et turbulente facere aliquid. 4. Tusc. 60. Qui non turbulente humana patiantur.

Turbulenter, *turbide.* 2. Fam. 16. Nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

Turbulentus, a, um, *turbidus*, ταραχώδης. Ver. 5. 26. Magna et turbulenta tempestas. 2. Fam. 18. Tempora mihi quidem turbulenta videntur fore. I. P. 33. Meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat. Orat. 63. Res placatæ, et minime turbulentæ. 1. de Fin. 20. Turbulenta conversio atomorum. 2. de Nat. 70. Errores turbulenti. Pro Cæc. 34. Ea sunt et turbulenta, et temeraria, et periculosa. 2. de Orat. 48. Seditiosus civis et turbulentus. *Ibid.* 135. Turbulentus et malus civis. De Cl. 108. Civis ut vita, sic oratione turbulentus. Part. 77. Grave, insedatum, turbulentum. At. Regem mecum habui turbulentis in rebus. 4. Tusc. 9. Animus turbulentus.

1. de Fin. 5. Libido, temeritas, ignavia, mens turbulenta. 12. Fam. 10. Turbulenta Resp. 7. Att. 11. Negotium turbulentum. 4. 3. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. 15. 3. Turbulenta consilia. De Univers. 39. Quæ ex igne, aere, aqua, atque terra, turbulenta et rationis expertia cum ipse ratione depulerit, &c. De Clar. 103. Tribunatus turbulentissimus. Pro Sull. 40. In illa turbulentissima tempestate Reip. &c. 9. Fam. 1. Turbulentissimæ res.

Syntaxis. *Placatum, ac minime turbulentum. Turbulenti errores. Seditiosus civis, ac turbulentus. Mens, Respub., negotium, concio, errores, tempestas, tempus, res turbulenta.*

Turgeo, es, *tumeo, inflatus sum.* 4. ad Her. 16. Oratio quæ turget inflata est.

Turgesco, is, *tumesco, ὀγκόομαι.* 3. Tusc. 19. Animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet.

Turgidus, a, um, *tumidus, inflatus, ὀγκῶν. Ibid.* Membrum tumidum ac turgidum vitiose se habet.

Turma, mæ, *equitum ordo, στίχη.* 5. Att. 21. Appius noster turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. 15. Fam. 4. Equitum turmæ. Pro Mar. 7. Nihil sibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit. 6. Att. 1.

Turmalis, le, *equestris, σύμμαχος.* 2. de Orat. 262. Turmales statuæ.

Turpe, *turpiter, αἰσχρῶς.* 7. Att. 17. Turpe pace nobis utendum est.

Turpiculus, a, um, *subturpiculus, ὑπαίσχρος.* 2. de Orat. 248. Jocus in turpiculis rebus et quasi deformibus ponitur.

Turpificatus, a, um, *deformatus, μιανθείς.* 3. Off. 105. Depravatio et fœditas turpificati animi.

Turpis, pe, *inhonestus, deformis, fœdus, inquinatus, infamis, flagitiosus, habens turpitudinem, nequam, αἰσχρός.* 1. Off. 123. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. *Ibid.* 127. Quod facere non turpe est, modo occulte, id dicere obscœnum est. 2. in A. 86. Quid hoc turpius? quid fœdius? 3. Tusc. 36. Quid est autem nequius, aut turpius effœminato viro? 1. Off. 126. Partes corporis, quæ aspectum essent deformem habituræ, atque turpem. Pro Fon. 24. Turpis et infamis vita. Pro S. R. 50. Turpissimus et inhonestissimus homo. 6. Att. 1. Nunc video Metelli ἀνιστόρητον turpem. 8. 8. O rem turpem, et ea re miseram! 9. 4. Hoc turpe et indignum putarent. 8. 11. Iste omnium turpissimus, et sordidissimus, idem est in Rep. qui semper fuit. De Ami. 40. Neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Pro Quint. 98. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. 9. Att. 22. Turpis homo. 5. 11. Pugna, ne turpis inveniar. 1. ad Her. 9. Turpis causa dicitur, cum ipsa res animum a se auditoris alienat. 2. de Fin. 97. Trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. 2. Off. 77. Habere enim quæstui Rempub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam et nefarium. 8. Att. 8. Quod turpe sit, id solum miserum esse. 1. de Inv. 92. Turpe genus argumentationis. 1. ad Her. 9. Turpe genus causæ. 1. Phil. 20. Turpes decuriæ judicum. 4. de Fin. 75. Turpi nihil turpius. 2. Tuscul. 12. Turpissimum est, quando cum vita pugnat oratio. 2. de Orat. 226. Quidquid est vocis ac linguæ, omne in istum turpissimum calumniæ quæstum contulisti.

Syntaxis. *Deformem ac turpem aspectum hæc habent. Turpis et infamis vita. Turpe et indignum. Id non modo turpe, sed sceleratum est, ac nefarium.*

Turpiter, *turpe, obscœne, nequiter, αἰσχρῶς.* 9. Att. 6. Timeo ne quid turpiter faciam. 3. Tusc. 36. Quæ te turpiter et nequiter facere nihil patiatur. 6. Att. 3. Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiose ac turpiter. 7. 2. Cato in me turpiter fuit malevolus. Pro Mil. 9. Turpiter aliquid perpeti. *Lege*, Calamitose, et Flagitiose.

Turpitudo, inis, *deformitas, obscœnitas, macula, flagitium, dedecus, labes, deformatio, depravatio, fœditas, αἶσχος.* 2. de Orat. 236. Locus et quasi regio ridiculi turpitudine et deformitate continetur. *Ibid.* 242. Verborum turpitudinem, et rerum obscœnitatem vitare. 3. de Fin. 38. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo deterreat. De Ar. 32. Sex. Seranus sanctissima sacella omni turpitudine fœdavit. Pro Dom. 83. In illo pœna legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum. 1. ad Her. 9. Si causa turpitudinem habebit. Pro Font. 27. Turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata sit. 7. in A. 15. Quanta illa erit reip. turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco? 3. Off. 105. Nullum est majus malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio et fœditas turpificati animi debet videri? Ver. 2. 191. Ut nulla ejus vitæ pars summæ turpitudinis esset expers. Pro Clu. 61. Judicia Senatoria vera atque insigni turpitudine notata. Pro Quint. 53. Si hæc tecum duo verba fecisses: Quid ago? non in eam turpitudinem venisses. Act. 1. Ver. 49. Vos aliquot jam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere ac tollere potestis.

Adjuncta. *Accusabilis, domestica, flagitiosa atque insignis, singularis, fœdissima, sempiterna, insignis, maxima, nefaria, summa, vera .X. ficta, vera atque insignis.*

Syntaxis. *Verborum turpitudinem vitare, delere. Turpitudine fœdari, notari. Turpitudinem habere. Turpitudinis expertem esse. Turpitudo et deformitas. In turpitudinem venire.*

Turpo, as, *fœdo*, μιαίνω. 1. Tusc. 85. et 3. 45. Jovis aram sanguine turpari. *Poeta*. Incert. Cæsar cum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit.

Turris, ris, *celsa moles*, πύργος. 5. Tusc. 59. Dionysius concionari ex turri alta solebat. De Prov. 4. Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum non turribus, sed trophæis munita.

Turtur, uris, *avis nota*, τρυγών. 2. de Fin. 109. Turtures cursu et peregrinatione lætantur.

Tusculanum, et alia. *Lege*. Thusculanum, &c.

Tute, *tu ipse*, σύγε. 1. Fam. 8. Ut tute mihi præcepisti. 8. Att. 3. Et ut esset, a me est (tute scis) multo ante provisum. 1. de Orat. 99. Non me tibi negasse, tute paulo ante dixisti. 14. Att. 18. Quemadmodum tute scribebas.

Tute, *tuto*, ἀσφαλῶς. Pro Rab. 25. Qua in causa tute esse potuisset. 4. ad Her. 56. 8. Att. 1. Non quæro ubi tutissime sit. *Ibid.* 12. Nam te hic tutissime puto fore. 3. ad Her. 9. Eum tute vivere, qui honeste vivat. *Ibid.* 13. Tute cauteque agere aliquid.

Tutela, læ, *fides, commissio, defensio, patrocinium, clientela. Est autem tutela (ut Servius Sulp. definivit) jus ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem suam se defendere nequit, jure civili data ac permissa*, ἐπιτροπή. 1. Att. 4. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest. Pro Q. R. 16. Fraudare pupillum, qui in tutelam pervenit. 1. de Orat. 180. Nisi posthumus, antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset. 2. 193. Filius ejus parvus, qui tibi in tutelam est traditus. 1. Off. 85. Ut enim tutela, sic procuratio Reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa, gerenda est. Pro Flac. 84. Nihil potest de tutela legitima, sine omnium tutorum autoritate, diminui. De Prov. 35. Quare sit in ejus tutela Gallia, cujus virtuti, fidei, felicitati commendata est. 4. de Fin. 38. Ut omnia illa prima hujus tutelis subjiciantur. Pro Sest. 64. In ejus magistratus tutela reges atque exteræ nationes semper fuerunt. 3. Off. 61. Tutela XII. tabulis erat vindicata. 3. de N. 55. Apollo is, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Pro Mur. 22. Omnia hæc nostra latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. 4. de Fin. 36. Nullam partem neque animi, neque corporis, vacuam tutela reliquerunt. 3. 66. Salutem hominum in Jovis esse tutela. 1. de Orat. Ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutela, judicio, atque omni molestia liberaretur. *Ibid.* 228. Sulpitius Gallus duos filios suos parvos tutelæ populi commendavit. 1. de Leg. Nec se intelligunt esse consanguineos, et subjectos omnes sub unam eandemque tutelam.

Adjuncta. *Legitima, præclara, turpis.*

Tutissimo, *adverbium*. 6. Att. Ubi tutissimo essem.

Tuto, *tute, impune*, ἀκινδύνως. 7. Att. 21. Igitur istic me fac posse tuto: Pro Sest. 79. Ut a suis munitus tuto in foro esset. 10. Fam. 8. Nec mihi tuto in Senatum venire licet. 14. 3.

Tutor, aris, *tueor*, ἀσφαλίζω. 2. de Nat. 143. Genæ tutantur oculos, ab inferiore parte subjectæ, leviterque eminentes. De Somn. 4. Ad rempublicam tutandam. Pro Pomp. 14. Vectigalia ad ipsas provincias tutandas. Pro Sull. 61. Hunc tamen per nos tutari conservareque cupiunt. 4. in Ant. 2. Qui rempublicam patrimonio suo et tutatus est, et tutatur. Pro Sest. 95. Hic est se tutatus.

Adverb. *Accuratissime, copiosius, facile.*

Tutor, oris, *defensor*, προστάτης. 1. de Orat. 228. Qu. Servius Galba populum Romanum tutorem instituere se dixit filiorum suorum orbitati. 13. Fam. 61. Institutere aliquem tutorem et secundum hæredem filio suo. Pro Cæc. 72. Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. 5. de Fin. 64. Nos tutores misimus regibus. Pro Mur. 27. Mulieres propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate esse voluerunt. Pro Flac. 74. Tutor his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit. Postq. ad Quir. 11. Resp. orba consulis fidem, tanquam legitimi tutoris, imploravit. Postq. in Sen. 4. Cum Resp. non solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata. De Arusp. 12. Castus tutor religionis. 3. de Orat. 3. Parens bonus et tutor fidelis. 6. in A. 12. Patronus et tutor. 12. Att. 27. Amo illum mortuum, tutor sum liberis, totam domum diligo. De Cl. 330. Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus.

Adjuncta. *Annuus, castus, fidelis, legitimus, vetus.*

Syntaxis *Tutorem alicui instituere. Sine tutore autore promittere. In tutorum esse potestate. Patronus et tutor. Tutorem mittere alicui. Tutorem alicui rei adscribere. Tutoribus orbari.*

Tutus, a, um, *metu, vel periculo vacuus, tectus, cautus, septus, munitus, sartus tectus, incolumis, in tuto locatus*, ἀσφαλής. Pro Dom. 109. Quæ majores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt. Pro Pomp. 31. Quis locus tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset? Pro Cæc. 44. Fugæ tutam viam quærere. 10. Fam. 31. Tutus ab inimicis. 2. de Nat. 120. Tutus a calore et a frigore. Ver. 5. 38. Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. De Ar. 53. Quare cum dii immortales monent de optimatium discordiis, in tuto collocant Clodium. 12. Fam. 2. Esse in tuto. Pro Flac. 31. Multi clarissimi viri, qui cum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt.

Syntaxis. *Hoc illi religionibus suis est tutum ac sanctum. Tutam viam fugæ quærere. Tutus a. Tutus, clausus, septus contra.*

In tuto collocari. Esse in tuto. Tutum præstare.

Tuus, a, um, *multitudinis numero.* Tui, *nempue amici, cognati, propinqui, σὸς, σὴ, σὸν.* 4. Att. 14. Tam longe a tuis, &c. 1. de Orat. 45. Panætius ille tuus. *et alibi millies.*

TY

Tyba, *urbs.* 15. Fam. 1.

Tyberinus, a, um. Pro Pom. 33. Ante ostium Tyberinum. 3. Phil. Canutius Tyberinus.

Tyberis, ris. Tybris, *fluvius, quo Roma alluitur. Potest etiam cum iota scribi, auctoribus bonis.* 12. Att. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquot parare. 3. C. 5. Ut Tyberis inter eos et pons interesset. 15. Att. Cum esset trans Tyberim in hortis.

Tyburs. *Lege,* Tiburs.

Tyche, es, *urbs Siciliæ.* Ver. 4. 119. Tertia est urbs, quæ, quod in ea parte fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est.

Tymbos, *bustum.* 2. de Leg. 64. Si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, &c.

Tyndarum, *urbs Siciliæ.* Ver. 5. 127.

Tyndaritani. Ver. 2. 156.

Tyndareus. De Fat. 34.

Tyndaridæ fratres, *Castor et Pollux.* 1. Tuscul. 28. 3. de Nat. 11. et 2. de Orat. 352.

Typus, pi, *signum, forma.* 1. Att. 10. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere. 4. 12.

Tyrannice, *superbe, crudeliter, τυραννικῶς.* Ver. 3. 115. Regie, seu potius tyrannice statuit. 10. Att. Vide quam ad hæc τυραννικῶς.

Tyrannicus, a, um, *τυραννικός.* 1. de Leg. 42. Leges tyrannicæ. Pro Dom. 110. Privilegiis tyrannicis irrogatis. 2. ad Her. 49. Tyrannicum factum.

Tyrannio, *viri nomen.* 2. Qu. Fr. 1. et 4. Att. 4.

Tyrannis, dis, *dominatio, regnum, crudelissimus dominatus, τυραννίς.* 7. Att. 5. Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis existet. 2. Tusc. 52. Conscios delendæ tyrannidis indicare. 14. Att. 9. O dii boni! vivit tyrannis. 8. 3. Idem facere quod in Cinnæ dominatione, et Marii tyrannide Philippus. 3. Off. 90. Occupare tyrannidem. 14. Att. 18. Sublato enim tyranno, tyrannidem manere video.

Tyrannoctonus, ni, *tyranni interfector, τυραννοκτόνος.* 14. Att. 16. Sustulit simulationem desiderii, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. 16. 14. et 12. Fam.

Tyrannus, ni, *ereptor libertatis, civitatis oppressor, τύραννος.* Ver. 4. 123. Imagines Siciliæ regum ac tyrannorum. *Ibid.* At videte, quanto hic tetrior tyrannus. In Vat. 23. Intolerandus tyrannus. 5. Tusc. 57. Dionysius Syracusanorum tyrannus fuit: is cum v. et xx. natus annos dominatum occupasset, diu servitute oppressam tenuit civitatem. Pro Mil. 36. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? 13. in A. 18. Qui erant in eum tyranni. Pro Deiot. 15. Esse tyrannum in aliquem. 7. Att. 19. Cupido conjungendi se cum tyranno. *id est, Cæsare.* 3. de Nat. 82. Dionysius et Apollodorus tyranni. 1. de Div. 53. Urbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. 3. Off. 32. Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio.

Adjuncta. *Crudelis, crudelis et immanis, crudelissimus, importunus, atque amens, insanus, intolerandus, libidinosus crudelisque, teter et crudelis.*

Tyresias, *augur et vates Thebanus.* 1. de Div. 88. De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros umbrarum vagari modo. 2. de Nat. 7. et 5. Tusc. 115.

Tyrius, a, um. Ver. 5. 145. Pro Flac. 70. Purpura Tyria. Hortens. Nicomachus Tyrius.

Tyro, onis, *novus miles, rudis in aliqua re, qui aliquam artem discit, πρωτόπειρος.* 10. Fam. 24. Quantum autem in acie tyroni sit committendum, scimus. 2. Tusc. 38. Ætas tyronum. 11. in A. 39. Tyrones milites. 12. *Ibid.* 27. Cum essem tyro in Pompeii exercitu. Pro S. R. 17. Qui nuper se ad eum lanistam contulit, qui cum ante hanc pugnam tyro esset, facile ipsum magistrum scelere atque audacia superavit. Div. 47. L. Apuleius usu atque exercitatione tyro. Ver. 2. 37. Tametsi non provinciæ rudis erat et tyro. 1. de Orat. 218. Fateor enim, oratorem nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. 1. Off. 36. In Pompilii exercitu Catonis filius tyro militabat.

Tyrotarichus, chi, *cibi genus, cujus confectionem docet Apicius lib.* 4. 14. Att. 17. Eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam. 4. 8. Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam patina tyrotarichi. 9. Famil. 16. Quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? *Ibid.* Tu vero ad tyrotarichum antiquum redi.

Tyrrhenus, a, um, *Thuscus.* 1. de Div. 19. Tyrrhenæ gentis aruspex. Eleg.

Jam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
Relliquit.——

Tyrus, ri, *urbs Phœniciæ.* Ver. 5. 144. Quæ navis Tyro venerat.

Tysias, *princeps et inventor artis rhetoricæ.* 2. de Inv. 6. et 1. de Orat. 91.

DE LITERA V.

V ex Latinis litteris vocalibus ultima est.
Est etiam nota V, quinque significans.
Interdum pro Y, usurpatur: ut Sulla, pro Sylla: Sullanus, pro Syllanus.

VA

Vacatio, onis, *feriæ, cessatio, immunitas*, σχολή. Pro Sull. 26. Me neque rerum gestarum vacatio, neque ætatis excusatio vindicat a labore. Pro Cæl. 30. Erat enim meum deprecari vacationem adolescentiæ, veniamque petere. 1. de Leg. 10. Ego vero ætatis potius vacationi confidebam. 1. de N. 53. Nos vitam beatam in omnium rerum vacatione ponimus. De Cl. 117. Vacationem augures, quo minus judiciis operam dent, non habere. Pro Fon. 7. Falsum est ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit. 5. in A. 53. His liberisque eorum militiæ vacationem esse placet. *Ibid.* 31. Delectum haberi sublatis vocationibus. Ver. 4. 23. Pro hisce rebus vacatio data est laboris, et sumptus, et militiæ, et rerum omnium. 9. Fam. 6. Quæ studia vocationem habent publici muneris. 4. Acad. 121. et 1. Att. 16. Ne vacationes valerent. 1. de Leg. 11. Nullam tibi a causis vacationem dari video. Ver. 5. 57. Quod tam immune municipium, quod per hos annos tam commoda vacatione sit usum omnium rerum? Frag. ep. Quod mihi vacationem das, &c.

Syntaxis. *Rerum gestarum vacatio. Ætatis vacatio. Vacationem habere. Militiæ vacationem alicui esse. Delectum habere, sublatis vacationibus. Vacationem laboris dare*, vel *dare vacationem a labore. Ne vacationes valeant. Uti vacatione omnium rerum.*

Vacca, cæ, βοῦς. 1. de Nat. 78. Cur non gestiret taurus equæ contrectatione? equus vaccæ?

Vaccus, ci. Pro Dom. 102. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci.

Vaccei. Pro Planc. 84. Putabam in Vacceis dicturum.

Vacillans, tis. Pro Qu. Gall. Partim ex vino vacillantes.

Vacillo, as, *nuto, labor, fluctuo, titubo*, διαστάζω. 1. de Na. 107. Nec vero exitum reperitis, resque tota vacillat et claudicat. 3. Off. 118. Justitia vacillat, vel jacet potius. 1. de Fin. 66. Quo loco videbitur stabilitas amicitiæ vacillare. De Cl. 216. Curio in utramque partem toto corpore vacillans. 12. Att. 1. Vacillare memoria. 2. C. 21. Partim etiam sumptibus in vetere ære alieno vacillant. 3. in A. 31. Antonius cum una legione, et ea vacillante, L. fratrem expectat. 16. Fa. 15. Accepi tuam epistolam, vacillantibus litterulis.

Vacandum. 1. Off. 69. Vacandum est omni animi perturbatione.

Vacans, tis, *otiosus, minime occupatus*, σχολάζων. 8. Fa. 3. Hoc mihi jucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere.

Expers. 1. de N. 25. Si ipsa mens constare potest vacans corpore.

Vaco, as, *nihil ago, cesso, otium habeo, otium est, otiosus sum*, σχολάζω. 12. Fa. 30. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas, noli mihi molestiam exhibere. 1. de Div. 10. Vacare animo. 12. Att. 37. Scribes aliquid, si vacabis. Pro Deiot. 27. Deiotarus quidquid a bellis populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines amicitiasque jungebat.

Otior, abstineo. 2. de Na. 56. Cœlestem ordinem qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. 1. de Na. 2. An dii ab omni curatione et administratione rerum vacent.

Sum expers, sum liber a. De Cl. 272. Nullum tempus illi unquam vacat aut a forensi dictione, aut a scribendo. 1. Off. 4. Nulla vitæ pars vacare officio potest. Orat. 199. Quare id vacare numero non oportet. 1. Off. 136. Sic ejusmodi motibus animus debet vacare. 3. de Fin. 35. Sapiens perturbationibus semper vacabit. 2. de Na. 64. Natura ætherea vacat ea parte corporis, quæ, &c. 1. Tusc. 65. Animus et terra vacat, et humore. 1. Off. 130. Histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. 7. Fam. 3. Vacare culpa, magnum est solatium. 2. 1. Præsertim cum in quo accusabar, culpa vacarem. 3. de L. 10. Is ordo vitio vacat. 4. Fam. 8. Qui locus hoc dominatu vacat? 2. Tusc. 64. Amplitudo animi una est omnium rerum pulcherrima, eoque pulchrior, si vacet populo, &c. 1. Off. 62. Ea animi elatio, quæ cernitur in periculis et laboribus, si justitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. De Sen. 34. Senum ætas vacat muneribus iis, quæ non possunt sine viribus sustineri. 11. in A. 38. Qui utrisque armis vacant. 1. de Na. 65. Nihil est, quod vacet corpore; corporibus omnis obsidetur locus. 1. de Leg. 8. Vacare cura et negotio. Bru. 17. Quid nostra, victum esse Antonium, si victus est, ut alii vacaret quod ille obtinuit? 12. Att. 11. Tota domus vacat superior. 13. 50. Villa ita completa militibus erat, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. 1. de N. 16. M. Piso si adesset, nullus Philosophiæ vacaret locus.

Operam do, navo. 3. de Orat. 40. Domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives. 1. de Div. 11. Ego vero, inquam, Philosophiæ semper vaco.

Vacat, bat, *otium est*, σχολὴ ἐστιν. 2. de Divina. 7. Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico officio et munere.

Syntaxis. *Si vacas animo. Si vacabis. Quidquid a bellis vacat. Vacare a curatione rerum. Nullum mihi tempus vacat ab agendo. Nulla tibi pars corporis a turpitudine vacat. Nulla vitæ pars vacare officio debet. Vacare perturbationibus, culpa, vitio, virtute, muneribus, viribus, armis, cura et negotio. Quantum vacabit a publico officio, Patavini suis studiis vacant, peregrini fruuntur.*

Vacuitas, tis, *cessatio, quies, ἀλυπία*. 1. Off. 73. Quo magis his et magnitudo animi est adhibenda, et vacuitas ab angoribus. 1. de Fin. 37. Vacuitas omnis molestiæ. 2. 36. et 35. Vacuitas doloris. 5. Tusc. 42. Securitatem nunc appello, vacuitatem ægritudinis. *Lege*, Indolentia.

Tempus illud, quam sedem vacantem vocant. 11. Fam. 10. Quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulis, quantam cupiditatem hominibus injiciat vacuitas, non te fugit.

Vacuus, a, um, *inanis, exhaustus, nudus, ἀργὸς, κενός*. 1. C. 4. Cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuam fecisses. *Ibid.* 16. Adventu tuo ista subsellia vacua facta sunt. 3. de Orat. 120. Possessio quasi caduca et vacua. Pro S. R. 26. Prædia vacua alicui tradere. Par. 6. Possessiones vacuæ. De Univ. 11. Nihil igni vacuum videri potest. Pro Mar. 17. Gladius vagina vacuus. Ver. 5. 134. Remum vacuum trahi. 2. Qu. Fr. 14. Nullum mihi vacuum tempus ostenditur. 2. Att. 23. Cum vacui temporis nihil haberem. Act. 1. Ver. 56. Habere dies vacuos. Postq. in Sen. 17. Vacuo a bonis atque inani foro.

Minime occupatus, minime lassus. De Cl. 20. Itaque hunc elegimus diem, cum te sciremus esse vacuum. *Ibid.* Esse animo vacuo. Pro Dom. 129. Vacuo animo facere aliquid. 1. de Leg. 13. Ego vero libenter, quoniam vacui sumus, dicam. 12. Att. 37. Animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre.

Liber, expers, jejunus. 3. Tusc. 8. His rebus mentem vacuam appellaverunt insaniam. 2. de Div. 27. Animus per somnum sensibus et curis vacuus. 4. C. 2. Hic locus nunquam vacuus mortis periculo atque insidiis fuit. 4. Fam. 14. Nihil insidiis vacuum video. *Ibid.* 4. Vacuus molestiis. Pro Dom. 24. Nullus locus vacuus extraordinariis fascibus fuisset. 10. Att. 18. Vacuum periculo consilium. 8. Fam. 16. Oppidum vacuum a bello. 4. de Fin. 36. Vacuus omni tutela. Ver. 4. 23. Vacuus, expers, solutus ac liber ab omni sumptu, munere, molestia. De Arusp. 11. Mea domus ab ista religionis suspicione vacua atque pura est. De Cl. 309. Ab exercitationibus oratoriis nullus dies mihi vacuus est. De Fat. 2. Quondam vacuo ab interventoribus die. 1. de Div. 60. Itaque huic objiciuntur visa, a mente ac ratione vacua. Ver. 4. 3. Civitas ab his rebus sane vacua atque nuda. 1. 33. Nulla hora vacua a furto ac scelere reperietur. 2. de Inven. 24. Si animus a talibus factis vacuus atque integer erit. 1. Qu. Fra. 3. Sin eris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, si quid, &c. 3. 4. Animus vacuus ab omni cura. *Ibid.* 8. Plura ad te vacuo animo scribam, cum, &c.

Syntaxis. *Novis nuptiis domum vacuam facere. Possessio caduca et vacua. Prædia vacua alicui tradere. Gladius vagina vacuus. Vacui temporis nihil habeo. Habere dies vacuos. Esse animo vacuo. Animum vacuum ad res scribendas afferre. Curis vacuus, molestiis, insidiis, periculo. Vacuus a bello, ab omni sumptu, a molestia, ab exercitationibus. Animus a talibus factis vacuus atque integer.*

Vada, *locus inter Apenninum et Alpes.* 11. Fam. 13.

Vada Volaterrana. Pro Quin. 24.

Vadimonium, nii, *sponsio sistendi in judicio ad certum diem, quam deserere non licet, ἐγγύησις.* Ver. 3. 38. Jura Siculorum, quæ habent a populo Rom. ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. 5. 140. Hominem jubet Lilybæum vadimonium Venereo servo promittere. 3. 78. Promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. Pro Qu. 23. Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. *Ibid.* Quintius cum cæteris, quæ habebat, vadimonia differt. *Ib.* Cum vadimonia sæpe dilata essent. *Ibid.* Ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit. *Ibid.* Hic hominem in præsentia non vadatur, ita sine vadimonio disceditur. *Ibid.* 46. Qui postea quoque vadimonium missum fecerit. Pro Qu. 30. Venit Romam Quintius: vadimonium sistit. *Ibid.* 48. Ad vadimonium non venerat, et vadimonium sibi ait esse desertum. *Ibid.* 53. et 54. Obire vadimonium alicui. *Ibid.* 56. Vadimonium tibi cum eo nullum fuit. 2. Att. 7. Differre vadimonium cum aliquo. 2. Fam. 8. Vadimonia dilata. Pro Quin. 57. Quo die vadimonium istuc factum esse dicis? 2. Qu. Fra. 14. Nemo fuit in tanta multitudine, qui vadimonium concipere posset. De Sen. 21. Vadimonia constituta. 2. C. 5. Decoctores qui vadimonia deserere, quam illum exercitum maluerunt.

Syntaxis. *Vadimonium promittere. Vadimonia differre. Rem esse in vadimonium. Sine vadimonio discedere. Vadimonium missum facere. Vadimonium sistere. Vadimonium deserere. Vadimonium alicui obire. Vadimonium esse alicui cum aliquo. Vadimonium facere, concipere, constituere. Ad vadimonium venire.*

Vado, is, *eo, iter facio, ingredior, φοιτάω, ὑπάγω.* 4. Att. 9. Ad eum postridie mane vadebam, cum hæc scripsi. 2. ad Her. 29. Cum feras bestias videamus alacres et erectas vadere, ut alteri bestiæ noceant. In Arat.

Post hunc ore fero capricornus vadere pergit.

14. Att. 11. Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit. 7. Fam. Vadunt solida vi.

Vador, aris, *in jus ad vadimonium sistendum voco, ἐγγυῶμαι τὴν δίκην.* Ver. 3 38. Cum Apronius ex Leontino usque Lilybæum aliquem vadaretur ex miseris aratoribus. Pro Qu. 23. Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. *Ibid.* Hic hominem in præsentia non vadatur: ita sine vadimonio disceditur. Pro Qu. 61. Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: vadari vis,

promittit: in jus vocas, sequitur: judicium postulas, non recusat.

Vadum, di, *qua flumen transire aut pedibus, aut equo possumus*, πόρος. Pro Cœl. 51. Sed emersi jam e vadis, et scopulos prætervecta est oratio. Orat. 152. Hoc motu radiantis Etesiæ in vada ponti.

Vafer, ra, um, *callidus*, πανοῦργος. 1. de Na. 86. Homo minime vafer. 3. Off. 57. Veterator, vafer. 3. de Rep. Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi. 1. de N. 39. Chrysippus Stoicorum somniorum vaferrimus interpres. 1. Att. 16. Vafer ille Siculus Epicharmus.

Vafre, *callide*, τεχνικῶς. Ver. 2. 132. Nihil vafre, nec malitiose fecit.

Vagans, tis, 2. de Divina. 80. Aves huc et illuc passim vagantes.

Vage, *disperse*, πλανητικῶς. 4. ad Her. 42. Quas exornationes idcirco non vage dispersimus, sed a reliquis separavimus, quod, &c. *Ibid*. 3. Res sparsæ, et vage disjectæ.

Vagina, næ, *gladii theca*, θήκη. 2. de Inv. 14. Ille gladium e vagina eduxit. 3. de Na. 37. Ut clypei causa involucrum, vagina autem gladii, sic, &c. Pro Mar. 17. Gladius vagina vacuus. 1. C. 4. S. C. inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. De Sen. 51. Viriditas herbescens culmo erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur.

Vagio, is, *ejulo, puerorum infantum more ploro*, βαβάζω. De Senect. 83. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, et in cunis vagiam. 2. de Finib. 31. et 4. ad Her. 43.

Vagor, aris, *evagor, passim volito, erro*, πλανάομαι. Pro Sest. 91. Quodam tempore homines fusi per agros, ac dispersi vagabantur. 1. de Inv. 2. Cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. 1. de Div. 88. Cæteros umbrarum vagari modo. Pro Flac. 30. Prædones toto mari dispersi vagabantur. 2. cont. Rull. 34. Quacunque velis, vagari. *Ibid*. 41. Vagari per orbem terrarum. 11. in A. 6. Is nunc tota Asia vagatur, volitat ut rex. Pro Fon. 23. Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. 1. de Orat. 184. Vagari magna cum caterva toto foro. 14. Att. 8. Tota urbe vagari. 4. ad Her. 52. Volitare et vagari toto foro. Pro Mar. 30. Vagabitur nomen tuum longe atque late. 4. Acad. 66. Eo fit, ut errem et vager latius. 1. Tusc. 13. Deinde instituto nostro vagabimur. 1. de Orat. 209. Ne vagari et errare cogatur oratio. 3. 188. Ne fluat, ne vagetur oratio. 1. 70. Eadem illa facultate vagari, qua velit. 3. 122. In hoc tam immenso campo vagari libere. 8. Att. 2. Vagamur egentes cum conjugibus et filiis. 3. de Orat. 174. Ut verba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur. 16. Att. 11. Utinam eum diem videam, cum ista oratio ita libere vagetur, ut etiam in Siccæ domum introeat. 2. Off. 7. Non enim sumus hi, quorum animus vagetur errore.

Adverb. *Late, longe, latius, latissime, libere, passim.*

Syntaxis. *Fusi ac dispersi per agros, in agris vagantur milites. Vagari per orbem terrarum. Volitare et vagari toto foro. Vagatur nomen longe atque late. Errare et vagari latius in dicendo. Fluit, et vagatur; errat et vagatur oratio. Animus ne vagetur errore.*

Vagus, a, um, *errans, inconstans, dispersus, incertus*, πλανήτης, πλανητός. 7. Att. 11. Itaque vagus esse cogitabam. *Ibid*. 25. Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. Pro Cluen. 175. Aliquem vagum et exulem errare. Orat. 77. Solutum quiddam sit, non vagum tamen, ut ingredi libere, non licenter errare videatur. 2. de N. 2. Errans et vaga sententia .)(. *Stabilis et certa*. 2. de Orat. 67. Pars quæstionum vaga, libera, et late patens. De Un. 32. Sidera quæ vaga et mutabili ratione labuntur. 5. de Fin. 56. Bestiæ motus solutos ac vagos a natura sibi tributos requirunt. 12. Att. 15. Ut vitam inopem et vagam prosequamur.

Inconstans. Pro Milon. 70. Vaga, volubilisque fortuna.

Syntaxis. *Exul et vagus. Errans et vaga sententia. Soluta et vaga oratio. Soluti et vagi sunt bestiæ motus. Vitam inopem et vagam prosequi. Vaga volubilisque fortuna.*

Valde, *vehementer, admodum, majorem in modum, perquam, sane quam, impense, in primis, etiam atque etiam*, ἄγαν. 13. Att. 21. Inhibere illud, quod mihi valde arriserat, nunc vehementer displicet. 1. Fam. 8. Rem te valde bene gessisse, rumor erat. De Arat. 6. Cui destinatam jam laudem præripere, valde esset iniquum. 2. de Div. 81. Nihil est tam valde vulgare, quam nihil sapere. 7. Att. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? 2. 4. Valde hoc velim, ante quam proficiscare, conficias, &c. 1. 11. Valde graviter pertexuit hunc locum. 4. 6. Epistola valde bella est. *Ibid*. 7. Epistola tua valde me levavit. 14. 1. Valde vehementer eum visum et libere dicere. *Ibid*. Hic quidquid volet, valde volet. 3. de Leg. 1. Tu vero eum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris. Fam. 11. ep. 13. Nam suos valde quam paucos habet.

Vale, *fac, vel cura, vel da operam, ut valeas*, ἔῤῥωσο. 5. Att. 19. Etiam atque etiam vale. 2. Qu. Fr. 5. Mi frater vale. 16. Fa. 4. Vale, mi Tyro, vale, vale, et salve. *Ibid*. 7. Cura ut valeas etiam atque etiam Tyro noster.

Valens, tis, *robustus, fortis, firmus, validus, potens*, ἰσχυρός .)(. *imbecillus*. Ver. 5. 141. Lictores valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi. 12. in A. 24. Semel circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens. Pro Clu. 175. Statius quidam colonus, homo valens. 2. cont. Rul. 83. Robustus et valens,

et audax satelles. 7. Fam. 1. Cum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. 5. 21. Viribus cum valentiore pugnare. 1. Ac. 29. Nihil enim valentius est a quo intereat. De Cl. 64. Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. De Arat. 60. Fuit quondam ita firma hæc civitas, et valens, ut injurias civium ferre posset. Pro Dom. 37. Imberbis adolescentulus, bene valens. De Un. 35. Nec fraus valentior quam consilium meum. De Fato 12. Diodorus valens dialecticus.

Sanus, ὑγιής. 15. Att. 1. Ibi bene valentem vidi Pyliam. 16. Fam. 5. Malo te sero valentem, quam statim imbecillum videre. Pro Cluen. 27. Cum puer hora XII. in publico valens visus esset, ante noctem mortuus inventus est. 2. de Or. 186. Cum morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est. 4. Acad. 19. Sensus si sani sunt, et valentes, &c.

Potens. 7. Att. Mallem resp. tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret.

Valentini, *populi*. Ver. 5. 39.

Valeo, es, *possum*, *polleo*, *potens sum*, *vim*, *vires*, *momentum*, *pondus*, *autoritatem habeo*, *momentum affero*, δύναμαι, ἰσχύω. 1. Fam. 7. Qui plus opibus, armis, potentia valent. 9. 17. Fiet quodcunque volent, qui valebunt: valebunt autem semper arma. De Ar. 55. Opibus valere. 4. Att. Domitius valet amicis. 16. 9. Vereor, ne valeat Antonius. 4. 12. Et quo animo Coss. ferant hunc ὄχλον, rescribas ad me quantum potes et vales. Pro Dom. 14. Quasi ego in isto genere animo quidquam aut curatione aut potestate valerem. De Cla. 55. Is longe plurimum ingenio valuit. 6. Fam. 6. Quidquid autoritate valebo et gratia, valebo tibi. 11. 27. Non vereor, ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. 1. Offic. 107. Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. De Cla. 57. Dicitur etiam C. Flaminius ad populum valuisse dicendo. 1. C. 18. Tu ad leges non solum negligendas, sed etiam perfringendas valuisti. Pro Clu. 195. Omnes Larinates, qui valuerunt, venerunt Romam. 3. C. 29. Hæc res mihi valet ad gloriam. Pro Muræn. 38. In hoc felicitatis fama sermoque valet. *Ibid*. 60. Judicium accusatoris in reum pro aliquo præjudicio valere. 2. de Leg. 29. Una definitio in omnes homines valet. 4. Fa. 7. Ad consolandum autem cum illa valeant, &c. 4. de Fin. 8. Ex eo genere, quod ad disserendum valet. 4. Att. 15. Utinam valeat ad celeritatem reditus tuus. 3. de Or. 102. Hoc valet ad agendum, &c. 2. de Div. 97. Plus terrarum situs, quam lunæ tractus ad nascendum valere. De Cl. 139. Res ubi plurimum proficere et valere possunt, collocari debent. Pro Sest. 60. Ignari, quid virtus valeret. 2. de Or. 16. Experiar, ut ne Sulpitius plus, quam ego, apud te valere videatur. De Cla. 136. Sp. Torius satis valuit in populari genere dicendi. Pro Cæc. 55. In uno servulo familiæ nomen non valet. *Ibid*. 89. Nam illud verbum Unde, in utramque rem valet. Top. 96. Verbane plus, an sententia valere debeat. 3. Off. 39. Hoc verbum quid valeat, non videt. 3. de Na. 4. Quod eo valebat, ut &c. Pro Cæc. 59. Quod etiamsi verbo differre videatur, re tamen est unum, et in omnibus causis idem valet. Top. 34. Idem valere.)(. *Differre et distare*. 2. de Fin. 13. Quærimus verbum Latinum pro Græco, et quod idem valeat. 1. Fam. 9. Præmia quæ apud me minimum valent. 4. 11. Autoritas tua plurimum apud me valet. 1. de Div. 30. Aut si valuit, id valuit, ut peccatum in eo hæreat. 2. 116. Tamen intelligere potuisset, vincere te Romanos, nihilo magis in se, quam in Romanos valere. De Fat. 8. Ut ad quasdam res natura loci pertinet, ad quasdam autem nihil: sic affectio astrorum valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnes certe non valebit. 2. de Orat. 184. Hoc igitur exprimere, &c. mirum quiddam valet. 4. Fam. 10. Valere in omnes partes. 6. 22. Valere animo. Pro Dom. 7. Hoc ad vincendum valet. 4. Ac. 86. Hoc contra te valet. 2. de Orat. 317. Multa ante congressum fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videntur. *Ibid*. Quæ valent contra falsam criminationem. 2. Off. 6. Qui semper aliquid inquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum. De Fat. 14. Quanquam hoc Chrysippo non videtur valere in omnibus. 5. de Fin. 35. Sed certe opus est ea valere et vigere, et naturales motus ususque habere. 1. de Orat. 125. Diuturna in eo valuit opinio tarditatis. Postq. in Sen. 10. Legem Tribunus plebis tulit, ut lex Ælia et Fusia ne valerent. Pro Dom. 79. De agris ratum est, fuit enim populi potestas, de civitate non valuit, &c. De Cl. 77. Filius Scipionis si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. 6. Fam. 20. Hic tui omnes valent. 5. 14. Ego valeo, sicut soleo, paullo etiam deterius, quam soleo. 2. de Fin. 43. Optime valere.)(. Gravissime ægrotare. 5. Att. 17. Si modo valuisti, et Romæ fuisti. 6. 9. Confido te jam, ut volumus, valere. 4. 13. Si melius vales, vehementer gaudeo. 11. Fam. 24. Nos hic valemus recte, et quo melius valeamus, operam dabimus. 7. Att. 2. Quia indicabat, te non valere. 13. 27. Attica plane valet. 3. Qu. Fr. 3. Valent pueri, studiose discunt, diligenter docentur. 9. Fam. 9. Tullia nostra recte valet, Terentia minus belle habuit. Ver. 3. 140. Nihil putas valere in judiciis conjecturam: nihil suspicionem: nihil anteactæ vitæ existimationem: nihil bonorum virorum testimonia: nihil civitatum autoritates ac testimonia. Pro C. Corn. 1. Neque passus est plus unius collegæ sui, quam universæ civitatis vocem valere et voluntatem.

Bene precantis, atque salutantis in discessu. 6. Att. 2. Valebis igitur, et valere Pyliam nostram et Cæcillam jubebis, et salvebis a meo Cicerone. 5. 2. Illum salutavi, postea jussi valere. 3. Fam. 5. Valete mea desideria, valete. 4. Att. 5. Sed valeant recta consilia.

Refugientis, negligentis. 1. de N. 125. Si Deus nulla hominum charitate tenetur, valeat. De Am. 23. Amici imbecilles valeant. 16. Att. 14. Quare ista valeant.

Adverb. *Angustius, bene, minus, etiam atque etiam, parum, longe, multum, maxime, melius, non minimum, omnino, optime, permultum, plane, plus, plurimum, proprie, recte.*

Valetudo, inis, *sanitas, ὑγίεια, εὐεξία.* 1. Off. 86. Valetudo sustentatur notitia sui corporis, et observatione earum rerum, quæ res aut prodesse solent, aut obesse, et continentia in victu, omnique cultu corporis tuendi causa, et prætermittendis voluptatibus. 9. Fam. 18. Amittere valetudinem. 11. 27. Cum enim objurgarem, quod parum valetudini parceret, &c. De Ami. 22. Valetudo opportuna est, ut dolore careas, et muneribus fungare corporis. Orat. 76. et 2. de Fin. 64. Esse integra valetudine. Pro Mur. 47. Quibus contra valetudinis commodum laborandum est. 1. de Orat. 265. Nunc Scævola paullum requiescet, dum se calor frangat: et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. 1. Qu. Fr. 1. 36. Te oro, ut valetudini tuæ, si me et omnes tuos valere vis, diligentissime servias. 2. de Div. 123. Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis. 1. 81. Qui valetudinis vitio furunt, et melancholici dicuntur. 9. Fam. 15. Ex litteris tuis intellexi, animum meum tibi perspectum esse circa curam valetudinis tuæ, quam tibi esse gaudeo. *Ibid.* 14. Multi valetudinis causa in hæc loca conveniunt. 9. 18. Valetudo, quam intermissis exercitationibus amiseram. De Cl. 64. Quosdam, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. 3. Off. 22. Si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, &c. Hort. Oratæ neque ad voluptatem quidquam defuit, neque ad gratiam, neque ad bonam integramque valetudinem. *Ibid.* Vixit ad summam senectutem valetudine optima. *Ibid.* Quæ confectio est valetudinis. 16. Fam. 4. Cum valetudini tuæ diligentissime consulueris, tum, &c. *Ibid.* 18. Indulge valetudini tuæ. 14. *Ibid.* 8. Valetudinem tuam velim cures diligentissime. *Ibid.* 10., et 11. Valetudinem tuam cura diligenter.

Ægra constitutio, ἀῤῥωστία, καχεξία. 5. Att. 8. Me incommoda valetudo, qua jam emerseram, tenebat jam duodecimum diem Brundusii. 7. 7. Sed prorsus te commoveri incommodo valetudinis tuæ nolo. De Cl. 130. Is valetudine incommoda fuit. *Ibid.* 180. Is semper infirma, atque etiam ægra valetudine fuit. 2. de Div. 142. Nonnullæ significationes valetudinis, ut hoc ipsum, pleni enective simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. De Sen. 35. Quam fuit imbecillis P. Africani filius, quam tenui aut nulla potius valetudine! *Ibid.* At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. 6. Fam. 2. Gravitas valetudinis, qua tamen jam paullum videor levari.

Corporis innata constitutio, et habitudo, εὐρωστία. Postquam in Sen. 27. Quis quacunque aut ætate aut valetudine esset, putavit, &c. 1. de Fin. 42. De Op. 8. et Postquam ad Qui. 4. Bona valetudo. 2. Qu. Fr. 9. Marius et valetudine est, et natura infirmior. 1. de Orat. 200. In ejus infirmissima valetudine, affectaque jam ætate. 5. Famil. 21. Istinc ne te moveas tam infirma valetudine. Pro Cluen. 47. Erat infirma valetudine Habitus. De Clar. 12. Diuturna perturbatio totius valetudinis.

Morbus. 11. Att. 20. Scripseras enim, te quodam valetudinis genere tentari. 4. Tuscul. 80. Mala valetudo animi. 1. de Orat. 124. Valetudine impeditus non potui, &c. I. P. 13. Uti excusatione valetudinis. 9. Fam. 15. Tanta perturbatio valetudinis tuæ. 15. 20. Asclaponis medici ars mihi jucunda fuit, quam sum expertus in valetudine meorum. 4. 1. Propter valetudinem domo non exeo. 10. 17. Illa valetudine magis conficere se, quam me tueri poterit. 8. in A. 31. Cum esset summa senectute et perdita valetudine. 9. *Ibid.* 2. Si ad gravem valetudinem dolor accessit.

Vires. 10. Att. 19. Valetudinem tuam jam confirmatam esse et a veteri morbo, et a novis tentationibus gaudeo.

Adjuncta. *Ægra, bona, incommoda, infirma atque etiam ægra, jucunda, confirmata, longa.* X. *brevis, gravis, infirma, infirmior, infirmissima, integra, mala, optima, opportuna, perdita, tenuis aut nulla.*

Syntaxis. *Valetudinem curare, sustentare. Valetudini parcere, consulere, indulgere. Esse integra valetudine, incommoda, infirma, ægra, tenui. Valetudini dare operam. Valetudini suæ servire. Curatio valetudinis. Vitium valetudinis. Amittere valetudinem. Homo valetudine et natura infirmus. Genere quodam valetudinis tentari. Valetudine impediri. Uti excusatione valetudinis. Gravitas valetudinis. Valetudo confirmata a veteri morbo. Valetudine levari, emergere.*

Validissime, *summopere, enixe, καρτερῶς.* 8. Fam. 2. Cum pro amicitia validissime faverem ei.

Validus, a, um, *valens, εὔρωστος.* 16. 4. Omnia viceris, si te validum videro. In Arat. Validæ vires. 5. de Fin. 33. Videmus ea, quæ terra gignit, corticibus et radicibus valida servari.

Vallatus, a, um, *stipatus, περιπεφραγμένος.* Pro Muræn. 49. Catilina stipatus choro juventutis, vallatus judicibus atque sicariis.

De Ar. 34. Jus legationis cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam divino jure est vallatum. Pro Arch. 21. Pontus et regiis quondam opibus, et ipsa natura regionis vallatus.

Vallo, as, *munio*, χαρακόω. 1. de Leg. 62. Cum hæc omnia, quasi sepimento aliquo, vallabit disserendi ratione, &c.

Vallum, li, *propugnaculum, et munitio castrorum*, ἔρυμα. 5. Att. 20. Oppidum cinximus vallo et fossa, et aggere maximo. 15. Fa. 4. Oppidum vallo et fossa circumdedi. I. P. 81. Vallum Alpium contra ascensum transgressionemque Gallorum. De Sen. 51. Et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum. 2. de Nat. 143. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. 9. Att. 14. Fossa et vallo septum tenere aliquem. 2. Tusc. 37. Ferre vallum.

Syntaxis. *Alpium vallum, aristarum, pilorum in palpebris. Vallo et fossa circundari.*

Valvæ, arum, *templorum januæ*, θύραι. Ver. 4. 124. et 1. 61. Hæc alia duo signa, quæ ad valvas Junonis Samiæ steterunt. Pro Dom. 121. Ibi enim postis est, ubi aditus templi est, et valvæ ambulationis. 2. de Div. 74. In templo Herculis valvæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt. 2. in A. 112. Cum valvæ Concordiæ non patent. Ver. 4. 94. Effractis valvis.

Vanesco, *evanesco*, ἀφανίζομαι. 2. de Leg. 24. Labes animi nec diuturnitate vanescere. *Alit. evanescere*, nec amnibus ullis elui potest. *Alii leg.* manibus.

Vanitas, tis, *inanitas, mendacium*, ματαιότης. 1. de Leg. 29. Si depravatio consuetudinum, si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret, &c. 3. Tusc. 2. Ut vanitati veritas cedat. 1. Off. 44. Talis autem simulatio vanitati conjunctior est, quam liberalitati. 1. de Div. 134. Levitate, vanitate, malitia exclusa, divinationem probo. 3. Off. 58. Qui in vendendo orationis vanitatem adhibent. De Am. 99. Blanda orationis vanitas. Part. 22. Idque comitate fit magis quam vanitate.

Vanus, a, um, *futilis, inanis, levis*, μάταιος. Pro Pl. 101. Memini, cum tibi vana quædam miser, atque inania, falsa spe inductus pollicebar. 1. de Div. 36. Aruspices vanos futilesque esse dicamus. *Ibid.* 37.

Mendax. Pro Qu. 26. Si veritate amicitia colitur, qui amicum prodit, vanum se fateatur necesse est. Pro S. R. 117. Credere orationi vanæ alicujus.

Falsus. 2. ad Her. 35. Vana ratio.

Vapor, oris, *humor marinus vel terrenus attenuatus, expiratio; anhelitus terræ*, διαπνοή. 2. de N. 27. Aer oritur ex respiratione aquarum, et earum quasi vapor habendus est. *Ibid.* 118. Vapores, qui a sole ex agris tepefactis, et ex aquis excitantur.

Tepor, moderatus calor. De Sen. 51. Terra semen tepefactum vapore et complexu suo diffundit, &c.

Vaporarium, rii, ἀτμιστήριον. 3. Qu. Fr. 1. Vaporarium, ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi.

Vapulo, as, *cædor, verberor*, τύπτομαι. 8. Fam. 1. Alius refert equitatum perdidisse, alius, septimam legionem vapulasse. 2. Att. 14. Tum se omnium sermone sentiet vapulare.

Vardæi, *populi*. 5. Fam. 9.

Variatus, a, um, ποικιλμένος. Pro Mil. 8. Aliquem reum variatis judicum sententiis divina sententia esse liberatum. 2. de Div. 140. Hæc scilicet in imbecillo remissoque animo, multa omnibus modis confusa, et variata versantur.

Varie, *dissimiliter, diverse*, διαφόρως, ποικίλως. De Cl. 273. Numeri non eodem modo, sed varie conclusi. 8. Att. 22. Quis autem est, tanta quidem de re quin varie secum ipse disputet? Pro Sest. 97. Numerus hujus generis late et varie diffusus est. 2. de Fin. 110. Varie abundans. 2. de Div. 89. Eamque vim varie moveri ab his sideribus, quæ, &c.

Varietas, tis, *dissimilitudo, disparitas, mutatio, mobilitas*, ἐπιδοχή. 2. de Div. 92. 2. de Fin. 10. Varietas Latinum verbum est, idque proprie in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: varium poema, varia oratio, &c. 1. Off. 107. Ut in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, sic in animis existunt etiam majores varietates. De Sen. 54. Florum omnium varietas. Pro Cor. 31. Dissimilitudo civitatum varietatem juris habet maximam. 2. de Div. 9. Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. *Ibid.* 109. Varietas est propria fortunæ. 1. 79. Quæ omnia fiunt et ex cœli varietate, et ex disparili aspiratione terrarum. Pro Arch. 21. Bellum magnum et difficile, et in multa varietate terra marique versatum. 1. de Nat. 2. Qui deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione constituti, ut, &c. 2. 53. Jovis stella multas effecit varietates. 2. de Fin. 75. Voluptas quæ faciat varietatem voluptatum. 2. de Orat. 58. Distinguere historiam varietate locorum. 2. de Div. 92. Illi orbes varietatem maximam habent, aliique in aliis locis sunt. Orat. 108. Eaque eam, quam probo, habent varietatem. De Cl. 284. et pro Cor. 3. Videat, ne ignoret et gradus, et dissimilitudines, et vim, et varietatem Atticorum. 3. Acad. In tanta animalium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiæ. 2. de Fin. 10. *bis.* Orat. 57. 5. de Fin. 12. 1. Qu. Fr. 1. *Lege*, Administro.

Adjunct. *Admirabilis, annua, inæquabilis, incredibilis, propria, infinita, jucunda, subtilis, innumerabilis, magna, major, maxima, multa, non optabilis, perfecta, suavis, perspicua, simplex, non molesta, summa.*

Syntaxis. *Hæc sunt nimis confusa et variata. Varie conclusi numeri. Bellum in multa varietate terra marique versatum. In magna*

varietate et dissensione constitui. Id multas efficit varietates. Cœlestes orbes varietatem habent.

Vario, as, *distinguo, varietatem facio, ποικίλλω.* 2. de Orat. 36. Oratoris est, formare orationem, eamque variare et distinguere, quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. Orat. 59. Ergo ille princeps variabit et mutabit vocem.

Varior, aris. 1. de Fin. 38. Ut postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit.

Variatur, *titubatur.* 5. de Fin. 12. In eo variari inter eos videtur.

Varius, a, um, *dissimilis, dispar, diversus, multiplex, disparilis, habens varietatem, varietate distinctus, αἱμύλιος.* 1. Acad. 26. Principes qualitates sunt uniusmodi et simplices: ex his autem ortæ variæ sunt, et quasi multiformes. 2. de Orat. 214. Multa et varia, et copiosa oratio. 3. 58. Variæ, et diversæ, et in omnem partem diffusæ disputationes. Orat. 12. Multiplices variique sermones. 1. Acad. 17. Plato quam varius, et multiplex, et copiosus fuit! Pro Flac. 6. Præturæ jurisdictio res varia, et multiplex ad suspiciones et simultates. 1. de Orat. 222. Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas, variasque rationes. 1. de Nat. 2. Variæ et discrepantes sententiæ. Orat. 52. Naturæ variæ; et voluntates, multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Pro Cæl. 14. Varia multiplexq; natura. Pro Pomp. 28. Varia et diversa genera bellorum. Ver. 5. 48. Varium jus, ac dispar conditio. 1. Off. 67. Ferre ea, quæ videntur acerba, quæ multa et varia in hominum vita versantur. De Ami. 94. Assentatoris animus varius, commutabilis, et multiplex. Pro Cæc. In vario jure, *id est, cum jurisconsulti de aliqua re contraria respondent.* 2. contra Rull. 80. Vectigal bellis infestum, fructibus varium. 2. de Na. 99. Varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. 2. de Fin. 10. Varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas varia etiam dici solet.

Syntaxis. *Varium et multiforme. Varium, diversum et in omnem partem diffusum. Varium ac discrepans. Varium et multiplex. Varium ac dispar. Varius, commutabilis, et multiplex assentatoris animus.*

Varices, *venæ cruribus et inguine tumescentes, κιρσός.* 2. Tusc. 35. Cum varices secabantur C. Mario, dolebat.

Varro, onis. 2. in A. 104. De Varrone, et 11. Fa. 10. et 5. Att. 10. Varronis thesauri.

Vasarium, rii, *suppellex vasorum, sive pecunia, quæ magistratui in provinciam eunti viatici nomine attribuebatur, σκευοθήκη.* I. P. 86. Nonne sestertium centies et octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

Vas, dis, *qui pro aliquo spondet, præsertim in causa capitali: qui alicujus causam omnem suscipit, et se pro illo supponit reum, ὅμηρος.* 3. Off. 45. Vas factus est alter ejus sistendi, ut, si ille non revertisset ad diem, moriendum esset ipsi. 5. Tusc. 63. Quorum cum alterum vadem mortis accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, præsto fuit ad horam morti destinatam. 2. de Fin. 79. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico? Ad Brut. 18. Me pro adolescentulo resp. accepit vadem. 6. Att. 2. Sumptum poscet vades Scaptius.

Syntaxis. *Vas factus ille est amici sui sistendi. Mortis vadem accipere. Suum vadem liberare. Ad mortem se dare vadem alicui pro aliquo. Vadem poscere. Vadem accipere.*

Vas, vasis, *locus et instrumentum aliquid continens, humida præsertim, δοχεῖον.* Ver. 4. 62. Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi. 2. de Inv. 116. Vasa magnifice et pretiose cælata. Pro S. R. 133. Vasa Corinthiaca et Deliaca. Pro Mur. 75. Atque ille exposuit vasa Samia. Ver. 4. 52. Efferri sine thecis vasa. 1. Tusc. 52. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. Ver. 4. 40. Movere castra ex loco, et colligere vasa. Oecon. 1. Quæ ad cibum conficiendum vasa (ut assolent) constituebantur: inde quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent, exponebantur.

Adjuncta. *Argenteum, aureum, grande, magnum, pulcherrimum, vinarium, magnificum, et pretiosum, cælatum, fictile, vitiosum.*

Vascularius, rii, *qui vasa ex metallo facit, præsertim ære, argento, auro, σκευοποιός.* Ver. 4. 54. Artifices omnes, cælatores, ac vascularios convocari jubet.

Vastatio, onis, *vastitas, depopulatio, ἐρήμωσις.* 2. C. 18. Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas putas? 10. Fa. 15. Qui Italiam a vastatione defendat.

Vastatus, a, um, *ἐρημωθείς.* Pro Sest. 54. Lex erat lata vastato ac relicto foro.

Vastificus, a, um, *ἐρημωτικός.* 2. Tusc. 22. Erimanthiam hæc vastificam abjecit belluam. *Poetæ.*

Vaste, *ἀχανῶς, aspere, rustice .X. presse, æquabiliter, leniter.* 3. Orat. 42. *Ibid.* 170. Verba ne aspere concurrunt, neve vastius diducantur.

Vastitas, tis, *vastatio, solitudo, ruina, ἐρήμωσις.* Ver. 4. 114. Audistis, quæ solitudo esset, quæ vastitas in agris, quam deserta, inculta, et relicta omnia. 1. de Nat. 102. Volucres, angues ex vastitate Libyæ vento Africo invehi in Ægyptum. I. P. 85. Fana vexata hanc tantam effecerunt vastitatem. 2. de Nat. 14. Animos terreri vastitate, pestilentia, terræmotibus. Pro Flac. 1. Cum vastitatem a templis, delubris, urbe, Italia depellebam. 10. Fam. 33. Cum vastitatem Italiæ respexerint. De Cla. 21. Defendo judiciorum vastitatem. 2. Off. 16. Causæ eluvionis, pestilentiæ, vastitatis, belluarum etiam

repentinæ multitudinis. 1. de Div. 49. Deum respondisse, vastitatem esse Italiæ.

Adjuncta. *Deserta, deserta et inculta, miserrima.*

Vasto, as, *vastitatem infero, depopulor, diripio, ἀπορθέω, ἐμπολεμέω.* 11. Fam. 10. Antonius decursionibus per equites vastat ea loca, quæ incurrit. 8. 10. Quæ diripuisses ipse, ut viderentur ab hoste vastata. 11. 4. Multa castella cepi, multa vastavi. 5. 10. Regiones vastavit. Ver. 3. 119. Agros vastare atque exinanire. 1. C. 21. Hæc quæ jampridem vastare studes. *Ibid.* 29. Cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt. 4. 13. Vastare et diripere totam Italiam. De Arusp. 28. Qui Pessinuntem ipsum de sede matris deorum vastaris.

Incultus fio, vastus, desertus. 2. de Nat. 99. Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari.

Syntaxis. *Loca vastare. Agros vastare et exinanire. Urbem incendio vastare. Terram stirpium asperitate vastari. Vastare ac diripere Italiam.*

Vastus, a, um, *desertus, ἀχανής.* 2. contra Rul. 69. Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastus atque desertus. Part. 36. Loci vasti. De Som. 14. Vasta solitudo.

Immani magnitudine, ὑπερμεγέθης. 5. Tusc. 77. Quæ Barbaria India vastior, aut agrestior? 1. de Nat. 98. Elephanto belluarum nulla prudentior: at figura quæ vastior? et 2. 114.

—— *Quadrupes qua vasta tenetur.*

1. de Div. 49. Bellua vasta et immanis. I. P. 57. Cum mare vastissimum hyeme transibas. Prognost.

—— *De gurgite vasto.*

Incompositus. 1. de Orat. 115. Quidam vultu motuque corporis vasti atque agrestes.

Insuavis. 4. ad Her. 19. Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam et hiantem orationem reddunt.

Difficilis, durus, asper. Orat. 153. Axilla Ala factus est, fuga litteræ vastioris.

Vates, tis, *fatidicus, divinus, sacerdos, ὁ μάντις, προφήτης.* 2. de Leg. 20. Fatidicorum et vatum effata incognita interpretari. 1. de Nat. 55. Aruspices, augures, arioli, vates, conjectores. De Ar. 18. Libri vatum et Apollinis. *Ibid.* 24. Hac vate suadente, *id est*, Sibylla. 1. de Div. 114. et de Cl. 71.

—— *Quos olim fauni vatesque canebant.*

Vaticanus, *Romæ mons.* 13. Att. 33.

Vaticinatio, onis, *oraculum, prædictio, θεοπροπία.* 4. Acad. 107. Auspicia, oracula, somnia, vaticinationes. Part. 6. Vaticinationes et responsa sacerdotum, aruspicum, conjectorum. 2. de Nat. 10. Ex Sibyllinis vaticinationibus. 2. de Div. 111. Hoc est artis et scientiæ, non vaticinationis et motus. 8. Att. 11. Quarum litterarum vaticinationem falsam esse cupio. 2. de Nat. 163. Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus. 2. de Div. 70. Sortes, quæ vaticinatione funduntur. *Lege*, Divinatio.

Vaticinor, aris, *divino, futura præsentio, θεοπροπέω.* 8. Att. 11. Προθεσπίζω igitur, noster Attice, non ariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed conjectura prospiciens, jamque mari magno. non multo, inquam, secus possum vaticinari, tanta malorum impendet Ἰλιάς. De Am. 24. Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt. 1. de Div. 67. Ut vaticinari furor vera soleat. *Ibid.* 34. Vaticinans per furorem, ut Sibylla.

Furo, insanio. 2. Fa. 16. Sed ego fortasse vaticinor, et hæc omnia meliores habebunt exitus. Pro Sest. 23. Qui hæc dicerent, vaticinari atque insanire dicebant.

UB

Uber, ris, *mamma, οὖθαρ, μαστός.* 1. de Div. 20.

Martia quæ parvos Mavortis semine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat.

Uber, rior, rimus, *fœcundus, ferax, fertilis, abundans, copiosus, εὔπορος.* 3. Qu. Fr. 1. Multis locis aquam profluentem, et eam uberem vidi. 1. de Orat. 113. Motus animi ad explicandum ornandumque uberes. 1. de Div. 6. Ea Cleanthes paulo uberiora fecit. 5. de Fin. 91. Seges spicis uberibus et crebris. 2. de Nat. 156. Uberrimi lætissimique fructus vitium. De Sen. 57. Agro bene culto nihil est nec usu uberius, nec specie ornatius. 3. Off. 5. Nullus feracior in Philosophia locus, nec uberior, quam de officiis. I. P. 97. Ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia. 5. Fa. 12. Omnia uberiora futura sunt. 1. de Orat. 13. Majore delectatione aut spe uberiore commoveri. Orat. 15. Periclem ab Anaxagora fœcundum atque uberem fuisse. De Cl. 332. Vir ornatus uberrimis artibus. *Ibid.* 121. Nemo plenior et uberior ad dicendum fuit.

Syntaxis. *Animi motus uberes ad explicandum. Seges spicis uberibus et crebris. Nihil est usu uberius, nec specie ornatius. Vir ornatus uberrimis artibus. Nemo plenior est et uberior ad dicendum.*

Uberius, et Uberrime, *copiose, affluenter, εὐπόρως.* 2. de Nat. 20. Uberius ac fusius disputare aliquid. 2. de Div. 3. Fam. 11. Uberrime.

Ubertas, tis, *abundantia, copia, magnitudo, ἀφθονία.* Orat. 12. Omnis enim ubertas, et quasi sylva dicendi ducta ab Academicis est. Pro Cor. 2. Orationis ubertas, varietas, copia. 2. de Nat. 128. Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate saturantur. Ver. 3. 227. Ubertas in percipiendis fructibus, utilitas in vendendis. 3. de Nat. 86. Ubertas frugum et fructuum. Pro Pom. 44. Summa ubertas

agrorum. Post. ad Qu. 18. Frugum ubertas et copia. 2. de N. 258. Maxima ubertas, et varietas pomorum. 1. Tusc. 69. Ramos baccarum ubertate incurvescere. 2. de Na. 167. Satis a Socrate dictum est de ubertatibus virtutis et copiis. 1. de Orat. 193. Bibliothecas omnium philosophorum unus XII. tabularum liber et autoritatis pondere et utilitatis ubertate superat. *Ibid.* 50. Ubertas in dicendo.)(. *exilitas.* Pro Pomp. 14. Asia fertilis est ubertate agrorum.

Adjuncta. *Major, maxima, summa, vetus.* Syntaxis. *Ubertas et sylva dicendi. Mammarum ubertate saturari. Ubertas in percipiendo fructu. Rami baccarum ubertate incurvescunt. Fertilis agrorum ubertate Sicilia. Ubertas frugum et fructuum. Ubertas in dicendo.*

Ubi, *pro loco,* ἵνθα. 8. Att. 11. et. 1. Fam. 10. Ut ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare. 6. 1. Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. 2. de Orat. 59. Quid est, inquit, Catule, Cæsar: ubi sunt, qui Antonium Græce negant scire? 5. Tuscul. 23. Est ubi id isto modo valeat. Pro R. P. 37. Ubi terrarum sumus?

In qua re. 1. de Orat. 243. Cumque multa colligeres et ex legibus, et ex Senatusconsultis, ubi, &c. *id est, in quibus.*

Postquam, cum primum, simul. Pro R. P. 36. Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea non oportet. I. P. 67. Ubi galli cantum audivit, &c.

Ubicunque, *quocunque in loco,* ὁπουοῦν. 2. Fa. 5. 5. 17. 6. 1. et 4. et Ac. 104. Etsi ubicunque es, in eadem es navi. Ver. 5. 142. Ubicunque terrarum.

Ubique, ἁπανταχῆ, καθ' ἅπαν, πανταχοῦ. 2. de Fin. 7. Aut Epicurus quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt. *Ibid.* 13. 4. 74. 16. Att. 4. 1. Tusc. 35. Acad. 2. de Nat. 164. 2. de Div. 93. et 129. Ver. 4. 7. et 132. 2. con. Rul. 56. Pro Cor. 51. et 10. in A. 12. *Hæc autem particula cum nullo alio verbo conjungitur, quam cum verbo* Est; *vitque sine* Omnis, *aut* Quicquid, *apud Ciceronem reperitur.*

Ubivis. 6. Fa. 1. Nemoque est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit.

Ubivisnam. 13. Att. 30. Volo aliquem Olympiæ, aut ubivisnam πολιτικὸν σύλλογον, more Dicæarchi familiaris tui.

Ubiubi, *pro Ubicunque.* 1. Tusc. 37. Nunc ubiubi sit animus, certe quidem in te est.

VE

Ve, *vel,* ἢ, ἤτοι. Orat. 74. Poeta peccat, cum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis. 14. in A. 16. Post hanc habitam concionem duabus tribusve horis litteræ venerunt, &c. 5. 54. Uti C. Pansa, A. Hircius, consules, alter ambove, cognoscerent. Pro Fl. 12. Ne quid plus minusve dicat. 2. in A. 41. Qui, albus aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit. 1. Qu. Fr. 1. 3. Rogo ne contrahas aut demittas animum, neve te obrui sinas. De Sen. 57. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum olivetorumve specie dicam? 1. Tusc. 41. Ne tam vegeta mens, aut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa sit.

Et, atque. 1. de L. 2. Cum eam tempestas vetustasve consumpserit. 2. 61. Lex vestibulum sepulchri bustumve usucapi vetat. De Uni. 12. Ἀναλογία comparatio proportiove dici potest. 5. Fa. 13. Nullum membrum reipublicæ reperies, quod non fractum debilitatumve sit. Orat. 150. Suaves gravesve sententiæ. Pro Cæc. 57. Qui in Italia sit, absitve reipublicæ causa. *Ibid.* 63. Hominibus coactis armatisve. Or. 221. Ne brevitas, &c. neve longitudo, &c. 5. in A. 10. Lex de actis Cæsaris, &c. deve dictatura, &c. deve coloniis, &c. 1. Fam. 9. Neve in hoc reo, neve in aliis quæras, &c. 3. de Orat. 162. Neve hoc, neve illud, &c. 8. Att. 9. Pro tuis rebus gestis amplissimis, amplioribusve, quam meis, quam Africani. 2. de Div. 19. Omnia quæ fierent futurave essent. Orat. 122. Per orationem inflammantem restinguentemve concludere. 1. de N. 97. Bestiæ quæ in rubro mari Indiave gignuntur.

Vecors, dis, *excors, bardus,* ἀπονενοημένος. De Arusp. 2. Sed vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit. Pro Dom. 141. Itaque istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant. I. P. 21. Cum tu, o vecors, et amens, &c.

Vectigal, lis, *portorium,* δασμός, τέλεσμα. Pro Pomp. 16. Quo tandem animo esse existimatis aut eos, qui vectigalia nobis pensitant, aut eos, qui exercent atque exigunt? *Ibid.* 4. Quorum magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatæ. 1. Qu. Fr. 1. 26. Qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. Pro Font. 10. Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur. 2. contra Rull. 55. Sicque agro pergrande vectigal imponitur. Pro Pomp. 17. Vectigalia nervos esse reip. semper duximus. De Pro. 50. Vectigal ac portorium Dyrrachinorum totum in hujus unius quæstum est conversum. Ver. 3. 12. Cæteris provinciis impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur. 6. Att. 1. Ariobarzanes nullum ærarium, nullum vectigal habet. 3. con. Rul. 9. Ego pro aqua crebra vectigal pendam. 1. Qu. Fr. 1. 26. Pendere vectigal alicui. *Ibid.* 21. Iniquo et gravi vectigali ædilitiorum Asiam liberasti. De Clar. 136. Sp. Torius agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali levavit. Para. 6. Magnum vectigal est parsimonia. Par. 6. Ex meo tenui vectigali aliquid etiam redundet. 5. Att. 21. Atque etiam minus est aliquanto in Scaptii nomine, quam in vectigali prætorio. 9. 15. Habebit non ille vectigal, sed civium bona. 12. 20. Equidem jam non ego vectigalibus, et parvo contentus esse possum. 1. Q. Fr. 1. 26. Exi-

gere vectigalia. Pro Pom. 15. Itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. Ver. 3. 127. Salvis vectigalibus nostris. *Ibid.* Vectigalia populi Rom. sunt diminuta. *Ibid.* 128. In reliquum tempus vectigalibus prospicio. *Ibid.* Vectigalia perdo. *Ibid.* Vectigalibus prospicio in decumis et in tota re frumentaria. *Ibid.* Vectigalia suo quæstu pervertit. 1. contra Rull. 21. Non dico solum hoc in Repub. vectigal esse, quod amissis aliis remaneat: intermissis, non conquiescat: in pace niteat: in bello non obsolescat: militem sustentet: hostem non pertimescat. Frag. epi. Cum constet Cæsarem Lupercis id vectigal dedisse. 2. contra Rull. 80. Fundus fundamentum victigalium. *Ibid.* An ignoratis, cætera illa magnifica populi Rom. vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? *Alii,* Perire? *Ibid.* Quid omnia transmarina vectigalia juvabunt? *Ibid.* A. vero hoc agri Campani vectigal, cum ejusmodi est, ut domi sit et omnibus præsidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infectum, nec fructibus varium, cœlo ac loco calamitosum esse solet.

ADJUNCTA. *Certum, medium, magnum, præclarumque, publicum, salvum, stipendiarium, certissimum, grande, magnificum, transmarinum, certissimum et maximum, integrum, domesticum, grave, iniquum, et grave, magnum, tenue, minus, novum, pergrande, ridiculum, vetus.*

SYNTAXIS. *Vectigalia pensitare, habere, exercere, exigere, pendere. Vectigal imponere fructibus. Vectigalia nervos esse reip. Iniquo et gravi vectigali provinciam liberare,* vel *levare. Vectigal ex portu, ex decumis, ex scriptura. Vectigalia diminuere, imminuere, pervertere, perdere. Vectigalibus prospicere. Vectigalia amittere. Vectigalia capere, adimere, coemere, præsidiis tegere, conservare.*

Vectigaliorum, *in genitivo plur.* Cicero ad Att. *teste Charisio. Ait enim,* In ratione vectigaliorum suorum. *Sed de Lege Agrar.* Vectigalium, *dixit.*

Vectigalis, le, *stipendiarius, tributarius,* ὑποτελής. Ver. 3. 79. Ita civitas una sociorum duabus mulierculis vectigalis fuit. *Ibid.* 103. Ager vectigalis populo Romano ex parte decima. 2. contra Rull. 63. Agri vectigales. I. P. 87. Is vectigalem provinciam fecit, singulis rebus, quæcunque venirent, portorio imposito. De Pro. 10. Vectigales et stipendiarios multos liberavit. Ver. 1. 89. Naves ex vectigali pecunia fecerat. 12. Fa. 15. Quod cum pertimuisset Dolabella, vastata provincia, correptis vectigalibus, præcipue civibus Romanis omnibus crudelissime denudatis ac divenditis celerius Asia excessit. 1. Qu. Fr. 1. 26. Græci sunt vectigales. 2. in A. 62. Tradere equos vectigales alicui.

Vectio, onis, ὄχησις, ἀγωγή. 2. de Nat. 151. Effecimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Vectis, is, *palus est ferreus, quo utuntur fabri ad multa,* ἔμβολον. Ver. 4. 94. Demoliri signum ac vectibus labefactare conantur. 1. de Nat. 19. Quæ ferramenta? qui vectes? 2. de Div. 62. Si anguis vectem circumplicatus fuisset, &c.

Vector, oris, *navigans, qui vehit et qui vehitur,* ἐπιβάτης. 2. Att. 9. Male vehi malo, alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare. Pro Sest. 45. Si id vectores negarent. 3. de Nat. 89. Vectores timidi adversa tempestate. 7. in A. 28. Summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent.

Vectura, ræ, *vectio,* κομιδή. 1. Att. 2. Misimus, qui pro vectura solverent. Ver. 3. 190. Vecturæ difficultas. 2. Fa. 17. Ut et mihi et populo cautum esset sine vecturæ periculo. 15. Att. 18. Petii ab eo de mulctis vecturæ, itineris, &c.

Vegetus, a, um, *sanus, firmus, valens,* ἰσχύων, εὔρωστος. 10. Att. 18. Te vegetum nobis in Græcia siste. 1. Tus. 41. Ne tam vegeta mens in sanguine demersa jaceat. 1. de Div. 61. Ut illa tertia pars rationis eluceat, et se vegetam ad somniandum acremque præbeat.

Vehemens, tis, *acer, fortis, ferox, incensus, immoderatus, effrænatus, nimius,* βίαιος. In Vat. 4. Nimium est vehemens feroxque natura. Pro Sul. 87. Ego, qui vehemens in alios, inexorabilis in cæteros esse visus sum. 2. de Orat. 183. Acri et vehementi quadam incitatione inflammari. De Clar. 88. Galba in meditando vehemens et incensus fuit. 2. de Orat. 317. Exordium dicendi vehemens et pugnax. *Ibid.* 58. Qui illum impetum oratoris non habeat, et vehemens minus sit. *Ibid.* 200. Oratio vehemens et atrox. Ver. 5. 103. Poterone in eos esse vehemens? in eum dissolutus? Pro L. Varen. L. Septimius est ad L. Crassi eloquentiam gravis et vehemens et volubilis.

SYNTAXIS. *Vehemens ac ferox, in aliquem vehemens. Incitatione acri et vehementi inflammari. In meditando vehemens et incensus. Vehemens et pugnax.*

Vehementer, *acriter, acerbe, aspere, impense, valde, longe, nimio opere, etiam atque etiam,* σφόδρα .)(. *remisse.* 5. de Fi. 77. Illud vehementer repugnat, esse beatum, et multis malis oppressum. 4. Tuscul. 50. Quæ vehementer, acriter, animose fiunt. 6. Att. 8. Nos Etesiæ vehementissime tardarunt. 1. de Orat. 152. Vehementissime exercere se in aliqua re. 2. 24. Vehementius et acrius. 7. 5. Acerrime, id est, vehementissime et ardentius. 13. 21. Inhibere illud tuum, quod mihi arriserat, vehementer displicet. 16. 14. De summa autem agi prorsus vehementer et severe volo. 8. in A. 16. Vehementer me agere fateor, iracunde nego. 16. Att. 21. Vehementer etiam atque etiam.

Vehens, tis, *qui vehit,* ἐποχούμενος. De Clar. 331. Cujus in adolescentiam per medias lau-

des, quasi quadrigis vehentem, transversa incurrit misera fortuna reipublicæ.

Vehiculum, li, *rheda*, ὄχημα. Pro Mil. 55. Quid horum non impudentissimum? vestitus, an vehiculum? Ver. 5. 58. Illi tibi furtorum vehiculum comparaverunt. *id est, navem, qua furta veheres.* In P. 61. Vehicula triumphalia. *id est, currus.* 10. Att. 12. Ego vero vehiculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio.

Veho, is, *porto*, ἄγω. 1. de Na. 79. Ille taurus qui vexit Europam.

Vehor, eris, *gestor*, ὀχέομαι. 2. de Div. 144. Curru quadrigarum vehi. 1. Tusc. 73. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. De Un. 41. Ut animal sex motibus veheretur. 2. de Div. 140. Equus, in quo vehebar, mecum una demersus, rursus apparuit. I. P. 60. Vehi per urbem. 2. in A. 58. Vehatur in essedo tribunus plebis. 3. de Nat. 89. Vehi in aliqua navi. Pro Mil. 55. Vehi in rheda. Ver. 5. 115. Quod in ejus quadriremi Cleomenes vectus esset.

Syntaxis. *Vehi equo, in equo, per urbem, in navi, in rheda.*

Veiens, tis. Pro S. R. 47. An aliquem ex agro Veiente nominem? 1. de Div. 100. Veientes, &c.

Veii, *oppidum*. 1. de Div. 100. Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi posse.

Vejovis, *Jovis Acheruntius, qui non juvandi, ut Jupiter ille alter, potestatem haberet, sed nocendi tantum.* 3. de Nat. 62. Quid Vejovi facies?

Vel, *ve, seu, sive, aut*, ἤτοι. 1. de Orat. 249. Cui nostrum non licet fundos suos obire? aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere? 2. Q. Fr. 14. Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima. 1. de Orat. 3. In his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis. De Cla. 242. Multorum vel periculo, vel honori servire. 1. Att. 17. A curia autem nulla me res divellet, vel quod, &c. vel quod, &c. vel quod, &c. Pro Planc. 8. Vel quod multo minus est ferendum. Pro Lig. 8. Cujus ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod, &c. vel quod, &c.

Cum primis, præcipue, etiam. Vel mori satius est, quam, &c. *Lege,* Satius. 7. Fa. 15. Quam morosi sint qui amant, vel ex hoc potes cognoscere. 2. de Nat. 162. Hoc mihi videtur vel maxime confirmare, &c. 1. de Orat. 32. Hoc uno præstamus vel maxime feris. Orat. 89. Cum id certe sit vel maxime Atticum. 3. de Leg. 23. Nam isto modo vel consulatus vituperabilis est. Orat. 91. Hoc in genere nervorum est vel minimum, suavitatis autem vel plurimum. 4. Acad. 93. Per me vel stertas licet, non modo quiescas. 2. de Orat. 119. Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. *Ibid.* 325. Ut ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint. Hort. Quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas. 3. de Orat. 202. Aptum ad conciliandum animos vel maxime. 1. 31. Qui id, quod omnibus natura est datum, vel solus, vel cum paucis facere possit.

Velabrum, bri, *locus Romæ, sive olearium forum, ut Plautus indicat.* Brut. 15. Laurentiæ ad aram in velabro sacrificium pontifices facere solent.

Veles, itis, *levis armaturæ miles, et expeditus ad cursum*, ἀκροβολιστής. 9. Fa. 20. Me autem a te, ut scurram, velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli. De Clar. 270. Ut hastæ velitibus amentatæ traduntur, sic, &c. *Al. leg.* Volites, sed minus recte.

Velia, *urbs*. 16. Att. 7. Fam. 20. et Ver. 2. 99.

Velienses. 7. Fam. 20. et pro Cor. 55.

Velificatio, onis, ἱστίου πέτασις. 1. Fam. 9. Cum id possis mutata velificatione assequi, stultum est, &c.

Velificor, aris, *vela facio, auram popularem capto*, ἱστιοδρομέω. 8. 18. Ne aut velificatus alicui dicaris, aut, &c. 1. in Rull. 27. Si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo, &c.

Velinus, *lacus*. 4. Att. 14.

Velitor, aris, *pugno, contendo, certo*, ἀκροβολίζομαι. Pro Qu. 73. Hæc est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris. *Alia exemplaria sic legunt,* Qua tum contra te Alphenus velitabatur.

Velivolans, tis, *velis volans, ut navis: poetice*, ἱστιοδρομῶν. 1. de Div. 67. Et fera velivolantibus navibus complevit manu littora. *Poetæ.*

Vellico, as, *pervello*, διατίλλω. Pro Cor. 57. Qui more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant.

Vello, is, *evello, pervello*, ἐκτίλλω. Ver. 4. 54. Illa, quæ vellerat ex patellis, in aureis poculis illigabat. 4. de Fin. 6. Spinas vellere.

Velo, as, *obduco, tego*, καλύπτω. I. P. 56. Triumphi nomine tegere et velare cupiditatem suam. Pro Dom. 124. Tu, tu, inquam, capite velato, &c. bona illius conservasti.

Velocitas, tis, *pernicitas*, ταχύτης. 1. Off. 107. Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. 4. Tusc. 31. Velocitas corporis, celeritas appellatur. 2. 45. Pernicitas et velocitas. De Sen. 17. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, et autoritate, et sententia.

Velociter, *ocyus*, τάχα. De Somn. 21. Quibus exercitatus animus velociter in hanc sedem pervolabit. De Un. Velocissime moveris.

Velsurus. Jupiter. I. P. 85.

Velum, li, *integumentum, involucrum*, καταπέτασμα. 1. Qu. Fr. 1. 11. Multis simulationum involucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura. Ver. 5. 30. Tabernacula carbaseis intenta velis. 2. C. 22. Socii Catilinæ velis amicti, non togis. Pro Dom. 24. Cum ipse archipi

rata cum grege prædonum plenissimis velis navigares. Ver. 5. 87. Cleomenes malum erigi, vela fieri, anchoras præcidi imperat. 4. Tusc. 9. Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere? an quasi e portu egredientes, paullulum remigare? *Ibid.* Quærebam igitur utrum panderem vela orationis statim. Orat. 75. Nunc jam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt. 2. de Orat. 187. Et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. 1. Tusc. 119. Quo utinam velis passis pervehi liceat. 3. 25. et 2. Q. Fr. 14. Res tetra, detestabilis omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. 1. Att. 13. Contraxi vela. 3. Off. 116. Cum his velis equisque, ut dicitur, decertandum est. *proverbium.*

Adjuncta. *Vela carbasea, passa, plenissima.*

Syntaxis. *Tabernacula intenta velis. Velis amictus. Plenissimis velis navigare. Vela facere. Pandere vela. Dare vela. Velis passis vehi. Velis remisque aliquid fugere. Vela contrahere. Velis equisque decertare. Involucris et quasi velis cujusque naturam obtendi.*

Velut, et Veluti, *sicut*, καθώς. 2. Tusc. 5. 2. de Nat. 124. Bestiæ quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. 2. de Fin. 116. Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam? &c. De Ar. 7. Si conabitur, &c. ejus conatum refutabo, velut hesterno die, cum, &c. Ver. 4. 95. Velut in hac re. 1. de Nat. 2. Velut in hac quæstione. 5. Tusc. 13. Velut iste chorus virtutum, &c. 1. de Inv. 51. Velut apud Socraticum Æschinem. 2. Tusc. 2. Velut ex ea disputatione. 1. 20. Velut in cantu, &c. sic in corpore, &c. 2. 48. *ter usurpatum.* 3. Qu. Fr. 1. Ideo multa conjecta sunt, aliud alio tempore: velut hoc, T. Annius, &c.

Vena, næ, *vas et receptaculum sanguinis*, φλέψ. 2. de Nat. 24. Jam vero venæ et arteriæ micare non desinunt. *Ibid.* 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, sicut spiritus per arterias. *Ibid.* 137. Vena quæ cava appellatur, hæc a jecore ad cor pertinet. *Ibid.* 138. In alterum ventriculum cordis sanguis a jecore per venam illam cavam influit. 2. de Div. 145. Medici signa quædam habent ex venis, et ex spiritu ægroti, multisque ex aliis futura præsentiunt. De Fat. 15. Si cui venæ sic moventur, is habet febrim. De Ar. 35. et I. P. 83. Incidere venas alicui. 2. de Nat. 139. Nervi, sicut venæ et arteriæ, a corde tracti et profecti, in corpus omne ducuntur. 2. Tusc. 19. Cum e viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cierent.

Translata: pars intima. 1. C. 31. Periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipub.

Origo mineræ. 2. de Nat. 151. et 98. Venæ argenti, auri, æris penitus abditæ. 1. de Div. 116. Reconditæ auri argentique venæ.

Ratio. 1. de Orat. 223. Teneat oportet venas cujusque generis, ætatis, ordinis.

Syntaxis. *Venæ micant. Sanguis per venas in corpus diffunditur. Vena a jecore ad cor pertinens. Sanguis per venam influens. Venas sic moveri, ut febrim significent. Incidere alicui venas. Reconditæ auri argentique venæ.*

Venabulum, li, *venatica hasta, telum vel spiculum*, χαῖον. 7. Fa. 1. Præclara bestia venabulo transverberatur.

Venafrum, ri, *oppidum.* 7. Att. 13. et 3. Qu. Fr. 1.

Venafranus ager. Pro Cluent. 192. Venafranus tractus. Pro Planc.

Venalis, le, *quod ut vendatur, expositum est*, πράσιμος. Pro Quin. 13. Nævius qui vocem venalem habuerat. *Ibid.* 24. Publicius, qui ex Gallia pueros venales isti adducebat. 3. Qu. Fr. 4. Non enim hæc venalia sunt, quæ quidem placeant. Postquam in Sen. 13. Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. 2. de Orat. 265. Syri venales. Pro Dom. 49. Ille novitius Ligur venalis adscriptor et subscriptor tuus. 2. in A. 6. Cum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia. 3. *Ibid.* 10. Ut haberet omnia jura regni venalia. 3. cont. Rullum 15. Possessiones venales ac proscriptas hac lege video. Ver. 2. 119. Venalem in Sicilia jurisdictionem habuit. 3. 144. Habere fidem venalem. 2. 78. Proponere fidem venalem. 1. de Orat. 246. Manlianæ leges venalium vendendorum. Ver. 3. 144. Aliquando desinat ea se putare emere, quæ ipse semper habuit venalia, fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem.

Venalitiarius, *vide*, Venalitius.

Venalitius, tii, *venditor, minutus mercator*, πρατίας. Orat. 232. Divitiæ, quibus omnes Africanos multi venalitii mercatoresque superarunt. *Alii*, Venalitiarii, *legunt.*

Venaticus, a, um, *qui ad venandam valet*, ἀγρευτικός. Ver. 4. 31. Canes venaticos diceres.

Venatio, onis, κυνηγία. 16. Att. 4. Venatio, quæ postridie ludorum Appollinarium futura est. 2. Off. 55. Prodigi, qui ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt. De Sen. 56. Tum conditiora facit hæc supervacanei operis aucupium atque venatio. 7. Fam. 1. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque magnificæ.

Venator, oris, ἀγρώστης. 2. Tusc. 40. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. 1. de Nat. 84. Physicus, speculator, venatorque naturæ.

Venatus, us, *venatio.* 5. Tuscul. 98. Labor in venatu.

Vendibilis, le, *probabilis, tolerabilis*, ὤνιος. Ver. 1. 105. Illi bona res, huic vendibilis videbatur. 2. cont. Rull. 36. Herculanea via vendibilis. 1. de Finibus 12. Illa vendibiliora, hæc uberiora sunt. De Cl. 174. Hellius non tam vendibilis orator, quam, &c. *Ibid.* 264. Orator sane vendibilis. De Ami. 96. Vendibilis oratio.

Vendico, as, *libero, eximo*, ἀντιποιοῦμαι.

Pro Sul. 59. Itaque se ex suspicione tanti sceleris, et ex omni hominum sermone vendicavit. *Ibid.* 26. Sed me neque honoris neque ætatis excusatio vendicat a labore. 1. de Nat. 56. Solutus, et in libertatem vendicatus. Ver. 3. 132. Vendicare se existimationi hominum. 4. Att. 15. Vendicare se alicui. et Vendicare aliquem judiciis.

Adduco. Par. 6. In libertatem vendicare vult? minime. *aliter*, vindicari.

Assumo. 1. Off. 22. Ortus nostri partem patria, partem parentes vendicant. Orat. 61. Cæterarum rerum partem aliquam sibi quisque vendicat. 1. Off. 2. Si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vendicare. Pro Arch. 19. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi suum esse confirmant.

Censeo. Pro Mil. 39. Ut etiamsi id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vendicaret.

Penso, resarcio. 4. C. 9. Sed meorum periculorum rationes utilitas reipublicæ vendicat.

Venditatio, onis, *ostentatio*, *ἀποκήρυξις, ἔνδειξις, ἐπίδειξις, ἀλαζονεία, ας.* 2. Tuscul. 64. Laudabiliora mihi videntur omnia, quæ sine venditatione et sine populo teste fiunt. De Ami. 88. Virtus venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur.

Venditio, onis, *abalienatio, πρᾶσις, εως.* Pro S. R. 110. Venditio bonorum. *Ibid.* 128. Præscriptiones venditionesque fieri. In P. 86. Quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras.

Adjuncta. *Firma, rata, fraudulenta.*

Vendito, as, *ostento, πιπράσκω.* De Ar. 48. Cum is P. Tullioni navaret operam, atque ei sese, cui totus venierat, venditaret. 8. Att. 25. Pro Sul. 31. et 32. Fallacissime venditare se alicui. 2. ad Her. 47. Venditare ingenium, et ostentare memoriam. Pro Sest. 18.

Adverb. *Fallacissime, flagitiose, peritissime, palam.*

Venditor, oris, *venalitius, πράτης.* Postquam in Sen. 9. Mercatores provinciarum, ac venditores nostræ dignitatis. 3. Off. 51. Ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. Topic. Venditores liberales. 3. Off. 66.

Venditus, a, um, *πεπωλημένος.* Ver. 3. 131. Decimis contra instituta legis consuetudinemque venditis. Con. C. Anton. Pecore omni vendito.

Vendo, is, *alieno, mancipo, do, venale habeo, ὠνέω.* Pro Qu. 16. Eum non ita commode posse ea, quæ proscripsisset, vendere. 3. Off. 50. Vendere aliquid quam plurimo. Pro Sest. 56. Vendere aliquid alicui grandi pecunia. Ver. 3. 124. Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidisti? 3. Off. 66. Cum in vendendo eam rem scisset, &c. 1. de Orat. 246. Manlianæ leges venalium vendendorum. 13. Off. 51. Vendo meum non pluris quam cæteri: fortasse etiam minoris. *Ibid.* Quam optime vendere. De Leg. Agr. Prædam, manubias, sectionem, castra denique Decemviri vendent.

Adverb. *Gravate, quam optime, male, recte, nominatim, non ita commode, præclare.*

Veneficium, cii, *venefici artificium et crimen, γοήτευμα.* 2. de Orat. 185. De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est. Pro Clu. 1. Quæstio veneficii. De Cla. 217. Idque veneficiis et cantionibus factum esse dicebat. 13. in A. 25. Veneficum appellas eum, qui tuis veneficiis remedia invenit.

Veneficus, a, um, *qui venena spargit, ut homines tollat, qui cantionibus quibusdam et malis artibus abutitur ad suam libidinem explendam, γοητικός.* 13. in A. 25. Veneficum appellas eum, qui tuis veneficiis remedia invenit. 2. de Inv. 58. et pro Sest. 39. Cum venefici cujusdam nomen esset delatum. 2. C. 7.

Venenatus, a, um, *venenum habens, ἰοβόλος.* De Ar. 50. Vipera venenata ac pestifera.

Veneno imbutus, infectus. 2. de Div. 135. Cum Ptolemæus telo venenato ictus esset. Pro Qu. 8. Falsum crimen, quasi venenatum telum, jacere. 2. de Nat. 126. Capræ confixæ venenatis sagittis. *Ibid.* Pantheræ, quæ venenata carne capiuntur, remedium habent, quo cum sunt usæ, non moriuntur.

Venenum, ni, *φάρμακον.* Pro Cæl. 58. Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in servo quodam ad rem ipsam parato, cujus perceleri interitu esset ab hoc comprobatum venenum. *Ibid.* 51. Venenum quod Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminatur. Pro Clu. 169. Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane per M. Asellium. 2. C. 23. Qui sicas vibrare, et venena spargere didicerunt. Pro Clu. 166. Aliquem veneno esse sublatum. *Ibid.* 166. Venenum alicujus consilio paratum. *Ibid.* Dare venenum in mulso. 1. Tusc. 96. Venenum biberunt Theramenes et Socrates. *Ibid.* Cum venenum obbibisset. *Ibid.* Præbere venenum alicui. De Cl. 43. Fuit suspicio, Themistoclem veneno sibi conscivisse mortem. 3. de Nat. 81. Varius Metellum veneno sustulit. Pro S. R. 99. Occidere aliquem veneno. Pro Cl. 20. Cluentius manifesto venenum deprehendit. 3. de Nat. 74. Tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus. 11. in A. 13. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. 2. Att. 21. Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse viderentur sine dolore interire. Orat. 129. Cum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Pro Cl. 148. Qui venenum malum fecit. Pro Cæl. 60. Veneni celeritas. Pro Clu. 30. Cui cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori. *Ibid.* Omnia præterea, quæ solent esse indicia, et vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. *Ibid.* Eodemque veneno fratrem necavit. Pro M. Scau. Venenum hospiti aut convivæ si diceretur conanti ab illo datum &c. 2. de Fin. 94. 2. Tusc.

19. Cum e viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient. *Poetæ.*

ADJUNCTA. *Improbabile, inusitatum et novum, malum, recens, suspiciosum, incredibile, apertum, manifestum, leve.*

SYNTAXIS. *Veneni vim experiri in servo. Venenum parare. Veneno aliquem necare. Venenum alicui dare in pane. Venena spargere. Veneno aliquem tollere, occidere. Venenum bibere, obbibere. Præbere alicui venenum. Veneno sibi mortem consciscere. Venenum deprehendere. Venenum alicui infundere. Venenis eripere alicui memoriam. Venenum malum facere. Venæ veneno imbutæ.*

Veneo, is, *vendor*, πωλέομαι. Pro Qu. 73. Si ex edicto possedisti, quæro, cur bona non venierint? 7. Fa. 2. Ei mandasti potissimum, cui expediret illum venire quam plurimo. *Ibid.* Illud minoris veneat. 12. Att. 38. Si horti venibunt, quid fieri possit, videbimus. 5. 20. Mancipia venibant Saturnalibus tertiis. *aliter*, veniebant. 2. in A. 92. Populis venibant immunitates. 11. Att. 4. Ex proximis litteris cognovi prædia non venisse. 2. de Fin. 99. Veneuntque scripta ejus, &c. Ver. 3. 75. Primo anno venierunt ejus agri decumæ medimna XVIII. De Ar. 1. Cum is sese, cui totus venierat, venditaret. 2. de Orat. 268. Malo compilari, quam venire. 4. ad Her. 30. Hic veniit a te, antequam Romam venit. 11. Att. 1. Si bona venirent. 1. de Inv. 85. Prædæ factio non venierit. Ver. 3. 75. Cum decumæ venissent tritici modium XVIII. *sc. millibus. Ibid.* 110. Agri Leontini decumæ anno tertio venierunt tritici medimnis XXXVI. De Leg. Agrar. Veniet sub præcone tota Propontis.

ADVERB. *Magno, mendose, omnino, publice, quamplurimo.*

Venerandus, a, um, *colendus*, σεπτέος, σεβαστέος. 2. con. Rull. 94. Non eos in deorum immortalium numero venerandos a nobis et colendos putatis?

Veneratio, onis, *honor, reverentia*, προσκύνησις. 1. de Nat. 45. Habet enim venerationem justam quidquid excellit.

Venereus, a, um, ἀφροδίσιος. 2. de Div. 143. Complexu venereo jungi. 4. Tusc. 68. Cum fruuntur venereis voluptatibus. De Sen. 47. Rebus venereis uti.

Venereus, rei, *jactus talorum quatuor, ubi omnes diversam faciem ostendunt diversaque puncta.* 1. de Div. 23. et 2. 48. Quatuor tali jacti casum venereum efficiunt.

Venerei, orum, *propria fuit Prætoris Siciliæ apparitorum appellatio.* Pro Clu. 43. Ut in Sicilia permulti Venerei sunt, sic Martiales Latini in Martis familia numerantur. Ver. 3. 61. Mittit ad hominem Venereos. *Ibid.* Adducitur a Venereis atque adeo attrahitur Lollius. Ver. 3. 50. Venereos servos, quod isto prætore fuit novum genus publicanorum, cæterosque decumanos, procuratores istius quæstus et ministros rapinarum dico fuisse.

Veneror, aris, *colo*, σεβάζω, σέβω. 3. de Nat. 53. Deos auguste omnes, sancteque veneramur. *Ibid.* 71. Deos venerari et colere debemus. Ver. 1. 59. 4. 94. et 2. in A. 107. Simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabantur. 6. Fa. 7. Cum ignorit omnibus, qui multa deos venerati sint contra ejus salutem. 1. Tusc. 48. et 114. Venerari aliquem ut Deum. 1. de Nat. 119. Dii, quos colere, precari, venerarique solemus. Pro Pl. 95. Lapidem e sepulcro venerari pro Deo. De Cons. Eorum in urbibus atque agris augustissima templa veneremur.

Venia, niæ, *licentia, impunitas*, ἄδεια, συγγνώμη. Ver. 5. 138. Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare? Pro Pom. 8. Veruntamen illis imperatoribus laus tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt. 1. de Invent. 102. Voluntario facinori veniam dari non oportere. 2. contra Rul. 5. Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur. Pro Rab. 5. Ab Jove pacem et veniam peto, precorque ab eo, ut, &c. Pro Lig. 30. Delicti veniam peto. Pro Mur. 62. Fatetur aliquis, se peccasse, et ejus delicti veniam petit: nefarium est, facinus ignoscere? Pro Sul. 64. Peterem veniam errato L. Cæcilii ex intimis vestris cogitationibus. 8. in A. 33. Cæteris autem, si errorem suum deposuerint, veniam et impunitatem dandam puto. Orat. 230. Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Par. 131. Ad ejus facti deprecationem, ignoscendi petenda venia est. 2. de Orat. 126. Vix mihi tenuis quædam venia dabatur excusationis, quod, &c. 2. de Div. 6. Dabunt igitur mihi veniam cives mei, vel gratiam potius habebunt, quod, &c. Ver. 5. 131. Cur tu fortunæ illorum innocentium veniam ac locum non dedisti? Pro Arch. 3. Quæso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, ut patiamini, &c. 1. de Orat. 23. Sed cum, &c. dabis hanc veniam, mi frater, ut nostros Græcis anteponam. 5. Att. 21. Dedi veniam homini impudenter petenti. *id est; concessi quod petebat.* Orat. 38. Datur etiam venia concinnitati sententiarum. Pro Dom. 66. Cn. Pompeius diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. Pro Cæl. 30. Deprecari vacationem adolescentiæ, veniamque petere. De Pro. 1. Etiamsi paullo minus utilis nobis sententia videretur, veniam tamen aliquam dolori meo tribueret. I. P. 98. Cui non apud ullum ordinem maximorum scelerum venia ad ignoscendum dari potest.

Beneficium, favor. 1. de Orat. 98. Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. Orat. 148. Quis tam durus hanc mihi non daret veniam? &c. De Am. 62. Est enim, quatenus amicitiæ dari venia possit. 6. Att. 1. Impetravi a Salaminiis ut silerent: veniam illi quidem mihi dederunt. *id est,* concesserunt.

Gratia. 1. de Div. 25. Bona hoc tua venia dixerim. 3. de Leg. 34. Quare, frater, bona tua venia dixerim, ista sententia obest sæpissime. Pro Font. 20. In bellis gerendis a diis immortalibus pacem et veniam petere. 4. ad Her. 22. Veniam ad vos, si mihi Senatus det veniam. Pro S. R. 9. Vos oro, ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis. 1. de Nat. 59. Doleo, te (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam ineptas sententias incidisse. 1. de Orat. 242. An vero (bona venia hujus optimi viri dixerim) tu, &c.

Adjuncta. *Accommodata, molesta, bona, tenuis.*

Syntaxis. *Veniam ab aliquo petere. Veniam dare alicui homini, vel facinori. Veniam alicui propositam esse. Ab Jove pacem et veniam peto precorque. Veniam delicti petere, vel delicto. Veniam et impunitatem alicui dare. Veniam excusationis dare. Da mihi hanc veniam, ut anteponam &c. Veniam dolori tribuere. Scelerum veniam ad ignoscendum alicui dare. Bona hoc tua venia dixerim. Attente bonaque cum venia audire aliquem.*

Venio, is, *eo, advenio, mano, ἔρχομαι*. 1. Qu. Fr. 1. 29. Omnes qui istinc veniunt, commemorant, &c. 3. Off. 112. Is cum prima luce Pomponii domum venit, &c. Pro Fl. 42. Qui nunquam in Senatum venire potuit. 14. Fa. 3. Cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. 14. Att. 12. Utile est, me illuc venire. Orat. 201. Jam a principio videndum est, quemadmodum versus venire ad extremum. 2. in A. 3. An ego non venirem contra alienum pro familiari meo? 11. Att. 7. Multos in Africam venisse audio. 2. de Nat. 69. Quæ autem dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominarunt. 6. in A. 11. Propter æs alienum venire ad arma. Ver. 5. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. 1. de Orat. 139. Venire in controversiam. Pro Mur. 55. Venire in periculum. Brut. 3. Multos viros bonos in Africam venisse audio. *id est*, ivisse. De Fat. 28. Tam est immutabile venturum, cum verum est, quam venisse. Pro Deiot. 11. A Cn. Pompeio ad Deiotarum legati litteræque venerunt. Pro Planc. 69. Venit dies. 4. Att. 15. Venit legi dies. 2. Tusc. 56. Sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior, &c. Pro C. Balb. 48. Venit quæstio. Pro Mar. 26. Sæpe enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebro dicere. 5. Tusc. 78. et 5. de Fin. 71. Mulieres vero in India, quum est cujusque earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt. Ver. 1. 68. Postridie mane homines in concionem veniunt, quærunt quid optimum factu sit. 4. de Fin. 24. et pro Qu. 38. Quæ in controversiam veniunt, de his, si placet, disseramus. 11. Att. 15. Alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate. Pro Rosc. Comœd. 30. Quia veniebat a Roscio, plus etiam scire, quam sciebat, videbatur. 1. de Nat. 18. Non veni adjutor, sed auditor. Pro Dom. 35. Neque amissis sacris paternis in hæc adoptiva venisti. 2. Att. 1. Eunti mihi Antium, &c. venit obviam tuus pater. 2. Tusc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut jam senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur. Pro Rosc. Ame. 49. In hanc calamitatem venit propter prædiorum bonitatem et multitudinem. Pro Cæc. 6. Quod quoniam jam in consuetudinem venit, &c. reprehendendum fortasse minus. 2. Off. 55. Jam in proverbii consuetudinem venit, &c. Largitionem fundum non habere. 2. de Div. 129. Venit enim jam in contentionem, utrum sit probabilius, &c. Div. 62. Neque fere unquam venit in contentionem de accusando. 3. Att. 20. Novo quodam genere in summam gloriam venit. 3. de Leg. Agra. 11. Etiamne si vi ejecit? etiamne si clam, si precario venit in possessionem? Pro Flac. 81. Scilicet defendam Decianum, qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. 4. Acad. 9. Venimus maturius. Ver. 2. 124. Tamen ad istum venerunt emptum locum illum Senatorium non solum veteres, sed etiam novi. 2. de Inv. 160. Deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt. Pro Cluen. 81. Postremo in eum casum veneram, ut omnis mearum fortunarum status, unius judicii periculo contineretur. 2. de Orat. 217. Nonnullam in spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. Pro Quint. 48. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is, quicum tibi affinitas, &c. intercedebat. 4. Acad. 11. Et quidem isti libri duo Philonis, &c. tum erant allati Alexandriam, tumque primum in Antiochi manum venerant. 4. Tusc. 67. Alacris obviam mihi veniet, complexum exoptans meum. 2. Off. 71. Sed si res in contentionem veniet, &c. Ver. 2. 175. Venient in medium: dicent, quid statuerint. 3. de Leg. 29. Nam quum omni vitio carere lex jubeat, ne veniet quidem in eum ordinem unquam vitii particeps. 2. Fam. 10. In easdem solitudines tu ipse (ut arbitror) venies, in quibus nos consedisse audies. *Ibid.* 12. Obviæ mihi velim sint tuæ litteræ, quæ me erudiant de omni Rep., ne hospes plane veniam. 1. de Fin. 32. Ut enim ad minima veniam. Pro R. Am. 55. Vident omnes, de qua causa huic inimicus venias: sciunt hujusce pecunia te adductum esse. Pro Qu. 5. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides et constantia. 1. de Fin. 13. Ut autem a facillimis ordiamur, prima veniat in medium Epicuri ratio. Pro Rosc. Am. 74. Et simul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam hujusce depinxeris. 4. Acad. 12. Ad Arcesilam, Carneademque veniamus. Pro Rosc. Am. 46. Ut ad fabulas veniamus. Ad Brut. 11. 24. Quod scribis, in Italia te moraturum, dum tibi litteræ meæ

veniant, si per hostem licet, non erraris. *id est afferantur*. 6. Att. 5. et 8. 7. Ad me legati ejus, et Quæstor et amici litteras mitterent, ut subsidio venirem. 16. 18. Nunquam putavi fore, ut supplex ad te venirem. 2. de Fin. 64. Ut ad cœnam et esuriens et sitiens veniret. 1. Off. 13. Ut ad id aliquando, quod cupiebat, veniret. *alias, perveniret*. Pro Rosc. Am. 10. Quum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret. Ver. 4. 13. In sermonem hominum atque in vituperationem venire. 14. Fam. 1. Si in vestrum complexum venero, &c. satis magnum mihi fructum videbor percepisse. 5. Att. 13. Veruntamen cum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt. Pro Clu. 168. Quum ad illud prandium crudior venisset. 3. Q. Fr. 4. Cum ad inimicitias res venisset. Ver. 2. 37. Nam hoc animo providebat, quum tanta hæreditas in controversiam venisset. Pro Clu. 194. In tutelam venire. 8. Att. 15. Qui regionibus exclusi intra præsidia, atque intra arma aliena venissent. 1. de Nat. 96. Mirari satis non possum, unde ad istas opiniones venerit. 1. Att. 9. Tu velim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. 2. de Nat. 15. Si quis venerit ad domum aliquam, in gymnasium, in forum. 1. de Leg. 59. Et quum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget, quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit. 1. Att. 4. Omnem spem delectationis nostræ, quam, quum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus. 3. Off. 34. Neque enim quidquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi quidem probaretur de iis, quæ in manus meas venerint. Pro Sest. 47. Venire Remp. ad servos. 1. de Fin. 14. Venire ad aliquem salutandi causa in aliquem locum. Ver. 3. 146. Venire ad conditionem. De Fat. 44. Venire ad eundem exitum. 11. Fam. 12. Venire ad nihilum. Cat. 67. Venire ad senectutem. 16. Fam. 1. Quanquam magni ad honorem nostrum interest, me quamprimum ad urbem venire. 1. Att. 1. Venire contra alicujus existimationem. 2. Phil. 3. Venire contra gratiam, vel injuriam. *Ibid.* Venire contra rem alicujus. 12. Att. 1. Quo die venissem. Pro Planc. 54. Venire in angustum. Ver. 1. 150. In alicujus arbitrium ac potestatem venire. 11. Att. 13. Venire in eam causam. Ver. 1. 3. Venire in certamen et contentionem. 5. de Fin. 71. In virtutis certamen venire. De Cl. 319. Venire in certamen cum aliquo, Pro Cornel. Balb. Venire in civitatem. *id est, civem fieri*. 4. Fam. 5. Venire in cogitationem. Pro Dom. 118. Venire in collegium pontificum. 12. Phil. 26. Venire in congressum et colloquium alicujus. 10. Att. 1. Venire in consilium alicujus. 10. Fa. 23. Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in conspectum venire vetueram. 1. P. 45. Venire in benignitatis consuetudinem. 3. Fam. 10. Venire in forum. 2. Att. 1. Quid verius, quam in judicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit? Pro Quint. 30. 1. de Orat. 168. et pro Mil. 31. Non necesse est, famam alterius in judicium venire. 3. de Leg. 27. Senatusconsulto efficitur, popularem sane neminem in summum locum, nisi per populum venire sublata cooptatione Censoria. 1. de Orat. 15. In oratorum numerum venire. 14. Fam. 2. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in ejus partem miseram et despoliatam venire. 7. Att. 8. In possessionem Reip. venire. 1. Off. 134. Venire in possessionem suam. Pro Cæc. 20. 1. de Orat. 250. et Off. 132. In rem præsentem venire: *proverbium*. 14. Fam. 5. Venire in Rempub. Pro Dom. 37. Venire in sacerdotium. *Ibid.* 35. Venire in sacra. Pro Flac. 42. Qui nunquam in Senatum venire potuit. *id est, Senator fieri*. 2. Phil. 60. Venire in sinum et complexum alicujus. 9. Fam. 14. Venire in societatem. Pro Lig. 25. Venire in societatem belli. 14. Att. 19. A te autem peto, ut, &c. neque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare. 3. de Nat. 11. Eos tu cantheriis albis, nullis calonibus, obviam Vatieno venisse existimas. 1. de Nat. 90. Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te venisse gradibus. 2. 10. Gracchus, quum comitia nihilominus peregisset, remque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. 14. Att. 1. In sermonem se post Idus Martii venisse nemini. 4. Acad. 100. Se illuc venturum esse salvum. Pro Clu. 52. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse concedebat. 16. Att. 18. Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium ventura videantur. *Ibid.* Veniendum est igitur ad ipsam flammam, &c. 10. 1. Veniendumne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Venire usu. *Lege*, Usus. Venire in mentem. *Lege*, Mens. Ver. 3. 146. Ad tuam veniam conditionem. Hortens. Omnesque ad id tempus postero die venissemus. Pro C. Cor. Ex promulgatione trinundinum dies ad referendum potestasque venisset.

Accedo, insinuo. 7. Fam. 15. Quod vero in C. Marii, suavissimi, doctissimique hominis familiaritatem venisti, non dici potest, quam valde gaudeam. Ver. 2. 169. Venire in familiaritatem consuetudinemque alicujus.

Incido in, adducor. Div. 71. In discrimen existimationis venire. 9. Fam. 13. Fortunas alicujus in discrimen venire. Ad Brut. 6. Audimus, eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodirique ut parricidam. Pro Qu. 53. Non in eam turpitudinem venisses, ut hoc tibi esset apud tales viros confitendum, &c. 10. Att. 7. 2. de

Fin. 79. Venire in odium, et Venire cuipiam in odium. 3. Fam. 5. Veni in eum sermonem, ut dicerem, &c. 9. Att. 12. Ergo si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore.

Pertinet, obtingit, conceditur. Ver. 1. 126. Quam pridem sibi hæreditas venisset, docet. *Ibid.* Quum ejus filio, Prætore Sacerdote, hæreditas a propinquo magna venisset. 3. de Nat. 36. Ad quem dolor veniat, ad eundem necesse est interitum venire. Pro Cæc. 74. Mihi credite, major hæreditas venit unicuique vestrum in iisdem bonis, a jure et a legibus, quam ab iis, a quibus illa ipsa bona relicta sunt. 1. de Inv. 84. Sed neque emisti, neque hæreditate venit, neque donatus est. Pro Qu. 41. Venit res ad hæredem. 4. Fam. 9. Si venit ad meliores victoria. 1. de Inv. 5. Nam hanc ad Remp. plurima commoda veniunt. Pro S. R. 88. Is, ad quem morte Roscii divitiæ venerunt. Pro Cæc. et 2. Phil. 40. Hæreditatem venire alicui, et fundum ad aliquem testamento devenire. Pro Qu. 14. Ut ad quem summus mœror morte sua veniebat, ad eundem quoque summus honos perveniret.

Cado. 2. de Orat. 358. His formis atque corporibus, sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est.

Venitur. Ver. 5. 140. Lilybæum venitur. 2. 70. Itaque hac una spe ad judicium venitur. 8. Phil. 24. In discrimen venietur. 7. Att. 7. Nemini est enim exploratum, quum ad arma ventum est, quid futurum sit. 2. de Leg. 6. Ad me ventum in insulam est: hac vero nihil est amœnius. 2. Off. 33. Et quum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, et consilium ex tempore capere posse.

Adverb. *Æqualiter, aliquando, libere, audacter, crebro, parate, belle, bene, commodius, brevi, proxime, celeriter, celerius, modeste, clam, coram, confestim, maturius, continuo, postremo, privatim, publice, diligentius, paratius, perraro, divinitus, mature, falso, honeste, tutius, incommode, longe, necessario, obviam, occulte, propius, opportune, peropportune, optato, palam, libereque, plane, tarde, precario, serius, sero, stulte, tardissime, tuto, ultro.*

Syntaxis. *Venire contra aliquem. Res ad arma, ad manus venit, ad pugnam, in dubium, in suspicionem, in periculum, in consuetudinem, mentem, memoriam, oblivionem, contentionem. In possessionem, in miserrimum casum venire. In eum casum veni, ut. Venire in manus hostium. Non venio alicui inimicus. In sermonem et vituperationem optimorum venire. Intra arma aliena venire. In otium venire, ad conditionem, ad exitum, ad senectutem, ad nihilum. Venire contra gratiam, injuriam. Venire in angustiam, in cogitationem, in arbitrium ac potestatem, in certamen, in contentionem, civitatem, collegium, congressum, colloquium, consilium, conspectum. In judicium famæ, veritas venit. In belli societatem, in sacra venire. Hæc res venit illi in religionem. Usu venit aliquando,* id est accidit. *In familiaritatem alicujus venire, in turpitudinem, in odium optimis. Ad illum venit hæreditas, dolor. Venit ad meliores victoria. Ad Remp. hoc venit commodum. Ad illum honor venit. Sub aspectum non venit animus. Ad arma ventum est.*

Venonius, *historicus fuit.* 1. de Leg. 6. 12. Att. 3. Moleste fero me Venonii historiam non habere.

Venor, aris, *aucupor,* ἀγρεύω. 2. de Nat. 158. Canum mira alacritas in venando. 2. Fam. 11. De pantheris, per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. 16. Att. 7. Bene igitur tu, quod ἀθανασίαν venaris. 2. de Orat. 147. Nosse regiones, intra quas venere, pervestiges, quod quæras. 4. ad Her. 5. Venari laudem modestiæ in aliqua re. Ver. 4. 47. Si minus ejusmodi quidpiam venari poterunt, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula.

Venter, tris, *alvus,* γαστήρ. 2. de Or. 265. Non pecuniam conservavit, sed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulit. Pro Mur. 52. Etenim sciebam, Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput et collum solere petere. 2. de Div. 119. Faba venter inflatur. Pro Cæl. 44. Vitium ventris et gutturis: *id est gulositas quam vocant.*

Ventidianus, a, um. Frag. ep. Ventidiani rumores.

Ventilatus, a, um, *incensus,* λελικμημένος. Pro Flac. 54. Cujus lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata.

Ventito, as, *crebro venio,* ἐπιχωριάζω. 1. de Leg. 13. Cum ipse etiam ad Scævolam ventitarem. De Pet. 13. Quisquis est, qui ostendat aliquid in te voluntatis, qui colat, qui domum ventitet, is in amicorum numero est habendus. 1. Att. 1. Domum meam ventitarat. 11. Fam. 27. Domum ventitares, &c. *Lege,* Domus.

Ventosus, a, um, *levis, inanis, vanus,* ἀνεμώλιος. 11. in Ant. 17. Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est. 11. Fam. 9. Ventosissimus homo Lepidus.

Ventriculus, li, γαστρίδιον. 2. de Nat. 138. Cordis pars quædam, quam ventriculum cordis appellant. *Ibid.* Cui similis est alter ventriculus, in quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit.

Ventus, ti, *flamen, aura,* ἄνεμος. 2. de Nat. 101. Aer effluens huc et illuc ventos efficit. 2. de Div. 44. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse. Pro S. R. 131. Ventus vehemens, et immoderata tempestas. Pro Clu. 138. Mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. 9. Att. 4. Ex ea die septentriones fuere venti. 15. Fam. 3. Habere ventos secundos. 2. 6. Est eorum ven-

torum, quos proposui, moderator quidam, et quasi gubernator. In Arat. *Si gravis inciderit vehementi flamine ventus.* Pro Cluent. 77. Omnes rumores et concionum ventos colligere. De Clar. 93. Cum omnis motus animi tanquam ventus hominem defecerat. 2. Att. 1. Cæsar, cujus nunc venti valde secundi sunt. Ad Brut. 15. Ventus me retulisset in Italiam. Pro Sull. 41. Ventum excitare in aliquem. *id est, invidiam ei conflare.* Pro Cluent. 30. Verum omnes intelligamus, in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum. 1. de Nat. 102. Vento Africo invectæ angues (in Ægyptum) ex vastitate Libyæ. 9. Att. 14. Vento primo eum naviguturum. 16. *Ibid.* 7. Vento rejectus aliquo. 5. 12. Vento sævo, non adverso. De Nat. 152. Mare atque venti, res violentissimæ. *Ibid.* Quincunque venti, res violentissimæ. 12. Fam. 25. Quincunque venti erunt, ars nostra certe non aberit. I. P. 21. Neque tam fui timidus, ut, &c. alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. 12. Fam. 25. Ventis remisque in patriam omni festinatione properavi. 1. Tusc. 119. Ventis reflantibus rejici. 1. Phil. 8. Cum apud eundem, ventum expectans, manerem. 14. Fam 5. Cum sane adversis ventis usi essemus, tardeque et incommode navigassemus. 7. *Ibid.* 20. Ventus increbrescit.

ADJUNCT. *Adversus, molestus, sævus, gravis, novus, popularis, salutaris, tempestivus, secundus, subtilis, vehemens, vehementior.*

SYNTAXIS. *Aer ventos efficit. Ventus vehemens et immoderata tempestas. Mare ventorum vi agitari atque turbari. Habere ventos secundos. Ventorum moderator et quasi gubernator. Concionum ventos colligere. Ventum excitare in aliquem. Vento primo navigare.* id est non expectata tempestate. *Vento rejectus. Ventis remisque in patriam properare. Reflantibus ventis rejici.*

Venundo, as, πιπράσκω. 3. Off. 66. Cum in venundando rem eam scisset, nec pronunciasset emptori. *aliter,* vendendo : *et rectius.*

Venus, eris, *voluptas,* ἀφροδίτη. 2. de Nat. 69. Quæ autem dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominaverunt. *Ibid.* 3. 62. Venus, quia venit ad omnia. *Ibid.* 60. Multas Veneres fuisse. 2. de Nat. 60. Sine Cerere et Libero friget Venus. *Ibid.* Venus Lubentina. 1. de Div. 23. et Orat. 5. Veneris Gnidiæ Coæque pulchritudo. 2. de Nat. 54. Infima est quinque errantium stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Latine Lucifer dicitur.

Venusia, *oppidum, Horatii poetæ patria.* 5. Att. 1. Tusc. 89.

Venusinum, ni, *villa in Venusino agro.* 14. Fam. 20. Vale. 111.Cal.Octob. de Venusino.

Venustas, tis, *proprie pulchritudo muliebris, præterea lepor, gratia, suavitas,* κοσμιότης. 1. Off. 130. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. *Ibid.* 95. Venustas et pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine. 2. de Nat. 69. Ex Venere venustas dicta est. 1. de Orat. 143. Dicendi vis summa festivitate et venustate conjuncta. 3. 176. Et reliqua quæ hanc habent in specie venustatem, ut, &c. *Ibid.* Capitolii fastigium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Orat. 60. Vultus multam affert tum dignitatem, tum venustatem. Ver. 5. 142. Homo affluens omni lepore et venustate. 1. de Orat. 142. Agere cum dignitate et venustate.

ADJUNCTA. *Eximia, muliebris, multa, prisca, summa, prope scenica.*

Venuste, *pulchre, belle, apte, commode,* χαριέντως. 8. Fam. 8. Qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse.

Venustus, a, um, *lepidus, festivus,* ἐπίχαρις. Pro Dom. 92. Inducis etiam sermonem urbanum et venustum. I. P. 70. Græcus facilis, et valde venustus. Part. 5. Ita venusta habeantur ista, ut, &c. De Cla. 203. Gestus et motus corporis ita venustus, ut. *Ibid.* 325. Sententiæ non tam graves et severæ, quam venustæ et concinnæ.

SYNTAXIS. *Dicendi vis summa festivitate et venustate conjuncta. Habere venustatem. Vultus multam affert venustatem. Homo affluens omni lepore et venustate. Agere cum dignitate et venustate. Perquam venuste cecidit. Homo facilis et valde venustus. Sententiæ venustæ et concinnæ.*

Veprecula, læ, ἀκάνθιον. Pro Sest. 72. *Lege,* Nitedula.

Vepres, ium, *spinæ,* ἄκανθα. 5. Tuscul. 64. Cujus septum undique vepribus et dumetis indagavi sepulchrum.

Ver, ris, *vernum tempus,* ἔαρ. Ver. 5. 27. Veris initium non a Favonio notabat, sed cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. De Sen. 70. Ver tanquam adolescentiam significat.

Verax, cis, *veridicus,* ἀληθινός. 1. de Div. 38. Multis sæculis verax fuit id oraculum. *Ibid.* 61. Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. 2. 116. Herodotum cum veraciorem ducam Ennio. 4. Acad. 79. Veraces sensus suos esse dicit.

Verbena, næ, *herba quædam, aut etiam omnis herba, omnesque frondes, quibus in rebus sacris utebantur,* βοτάνη. Ver. 4. 110. Sacerdotes cum infulis ac verbenis, &c.

Verber, eris, *virga, flagellum,* μάστιξ. Ver. 3. 59. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. 1. P. 84. Verberibus aliquem necare. Pro Pomp. 11. Aliquem vinculis, et verberibus, atque omni supplicio excruciatum necari. 11. in A. 5. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniæ. 5. de Fin. 55. Cum vero paulum processerint, lusionibus delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri possint. Hortens. Domitores equorum verbera adhibent ad domandum. De Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, &c.

Verberatio, onis, *pulsatio, μαστίγωσις*. 16. Fam. 27. Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.

Verbero, as, *cædo, pulso, virgis cædo, manus affero, vim affero, manus infero, τύπτω, πλήσσω*. Ver. 5. 141. Ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimus. 16. Fam. 26. Verberavi te cogitationis tacito convicio. 4. de *Fin.* 76. Qui servum injuria verberat. In Vat. 11. Verberare matrem.

Verberor, aris. I. P. 63. Os tuum ferreum Senatus convicio verberari voluisti. 8. in A. 20. Antonius Mutinam tormentis verberavit. Ver. 3. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari alios atque verberari, &c. 5. 111. Virgis oculi verberabantur.

Verbose, *loquaciter, copiose, multis verbis, πολυλόγως*. Pro Mur. 26. Satis verbose. 7. Fa. 3. Hæc ad te scripsi verbosius. 10. 17. Rationemque reddere omnium verbosius.

Verbosus, a, um, *multus in verbis, loquax, πολύλογος*. 2. de Orat. et pro Deiot. 32. Potest fieri, ut res verbosior hæc fuerit, illa verior. 7. Fam. 3. Habes epistolam verbosiorem fortasse quam velles. Pro Muræ. 30. Istra vestra verbosa simulatio prudentiæ.

Verbum, bi, *nomen, vox, vocabulum, λόγος*. 2. de Orat. 130. Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties ejus verbi litteræ sunt cogitatione conquirendæ. Top. 35. Verba sunt rerum notæ. 1. de Orat. 154. Verba cujusque rei propria. 1. Academ. 26. Verbum usitatum ac tritum. 3. de Fin. 19. Verba grandiora. Orat. 72. Verba amplissima. Part. 54. Verba gravia, plena, sonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata. Orat. 80. Verba propria, usitata, nova, prisca, inusitata. *Ibid.* 186. Verba translata, facta, juncta. *Ibid.* 92. Verba translata, immutata, mutata. De Opt. 7. Verba inquinata, abjecta, non aperta, longe petita. De Cla. 273. Verbum durum, insolens, humile. Pro Corn. 33. Verbum priscum et inusitatum. Orat. 26. Verba dura, odiosa, et intolerabilia. *Ibid.* 25. Nullum verbum insolens, neque odiosum ponere audebat. *Ibid.* 68. Judicium electioque verborum poetarum et oratorum communia sunt. De Cl. 253. Verborum delectum originem esse eloquentiæ. 2. de Orat. 36. Ars quæ verborum aut faciendorum, aut deligendorum scientiam profitetur. 3. 123. Rerum copia verborum copiam gignit. 146. Res atque sententiæ vi sua verba parient, quæ, &c. 1. de Div. 93. Portentorum vim verba ipsa prudenter a majoribus posita declarant. I. P. 65. Existimatio, dedecus, verba sunt atque ineptiæ. 5. Fam. 5. Nam me comperisse non audeo dicere, ne vere id verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri. 15. Dicerem jucundius, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. 1. de Nat. 123. Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitia. Pro Cæcin. 89. Cum illud verbum, unde, in utramque rem valeat. *Ibid.* 58. Verbum familiæ. 8. in A. 4. Res verbo fieri interdum deterior solet. *Ibid.* 1. Quidam id verbum removendum arbitrabantur. *Ibid.* Quidam ignari non modo rerum, sed etiam verborum. Part. 6. Quem enim intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus. 2. in Ant. 54. Cunctum Senatum, omnem sobolem juventutis, unoque verbo, remp. expulsam esse, et exterminatam. *id est, ut uno verbo dicam.* 16. Fam. 17. Fideliter, cui verbo, &c. 5. Tuscul. 29. Huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta ea notio est, &c. Pro Dom. 104. Ex isto ore religionis verbum excidere potest? 2. de Fin. 75. Verbum voluptatis non habet dignitatem. *Ibid.* 6. Non intelligo, quid sonet hæc vox voluptatis. Orat. 26. In hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Æschines quædam et exagitat. *Ibid.* Utrum illa verba, an portenta sint. *Ibid.* Facile est verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare, idque restinctis jam animorum incendiis irridere. Incert. Nullum unquam verbum, quod revocare vellet, emisit. *Ibid.* Hominem ita pessundare verbis alterum velle.

Ad verbum, Verbum e verbo, Totidem verbis, eisdem verbis. 1. de Div. 99. Quod somnium mirifice ad verbum cum re convenit. 3. Tusc. 43. Aut ea, quæ modo expressa ad verbum dixi, de libro tollenda. 1. de Fin. 4. Latinæ fabulæ ad verbum de Græcis expressæ. 4. Acad. 135. Ad verbum ediscendus libellus. 1. de Orat. 157. Ediscere ad verbum quamplurima scripta. 4. Acad. 17. Aut si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam κατάληψιν illi vocant. *Ibid.* 31. Κατάληψις, quam verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicimus. 2. de Fin. 100. Epistola, quam modo totidem fere verbis interpretatus sum. Topic. 35. Ἐτυμολογία, id est, verbum ex verbo, veriloquium. De Cla. 328. Totidem, quot dixit, (ut aiunt) scripta verbis oratio. De Opt. 14. Verbum pro verbo reddere. 6. Att. 2. Totidem verbis, transferre aliquem locum ab aliquo autore. Ver. 3. 26. Recitare litteras totidem verbis. De Clar. 301. Hortensius, quæ commentatus esset, ea sine scripto eisdem verbis reddebat. 3. Fam. 8. Transferre totidem verbis.

Verbo aliquid facere, dicere, &c.)(. *re, &c.* 10. 8. Plura illi mandata verbo quam scriptura dedi. Pro Flac. 22. Testes si verbo titubarint, quo revertantur, non habebunt. 2. C. 12. Quod verbo si assequi possem, ipsos istos ejicerem, qui hæc loquuntur. Ver. 2. 67. Verbo promittere.)(. *re negare.* 1. Tusc. 13. Verbo premere aliquem.

Verba dare, decipere. 15. Att. 16. Verba dari mihi facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum.

Verba facere, vel habere, pro dicere. Ver. 4. 147. Facere verba in Senatu. De Cla. 269. Qui nunquam verbum in publico fecerunt. Ver. 2. 48. Facere verba apud Senatum. Pro Pomp. 52. Permulta contra legem Ga-

biniam verba fecisti. 2. de Divin. 46. Multa verba fecisti, te, &c. Pro Planc. 20. Verbum nemo fecit. 3. Qu. Frat. 2. Sicut Calidio verbum pro eo facere non licuerit. 3. in Ant. 20. Ad eos tamen ipsos, qui aderant, ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare. 5. Fam. 2. Multa de re verba feci. 8. 8. Neque verbum de re facio. Ver. 4. 147. Antequam verbum facerem de sella surrexit atque abiit. 16. Att. 16. Verba facimus pro Buthrotiis. Act. 1. Ver. 10. Propinquis, qui aderant, verbum nullum facit. 2. de Invent. 140. Habere verba.

Verbi causa et gratia, pro exempli gratia. Ver. 2. 129. Verbi causa. De Fat. 12. Si quis, verbi causa, oriente canicula natus est. 4. Acad. 94. Verbi gratia.

Meis verbis, pro meo nomine. 16. Att. 11. Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suavium des. *Ibid.* 3. Tu Atticam quæso cura, et ei salutem, et Pyliæ, Tulliæ quoque verbis meis plurimam dicito. 5. Fa. 11. Cum Sura locutus sum, ut ei meis verbis diceret, &c. 15. 8. Si ei meis verbis eris gratulatus.

Adjuncta. *Abhorrens ab usu, plenum, sonans, non vulgatum, superlatum, translatum, solutum, relatum, duplicatum, humile, leve, nitidum, novatum, numerosum, perabsurdum, proprium, dispositum, circumscriptum, abjectum, ambiguum, amplissimum, aptum, ardens, dissolutum, durum, odiosum et intolerans, elegans aut grave, extremum, inane, non insolens nec odiosum, lectissimum, novum, odiosum, adversum, contrarium, imminutum, populare, propinquum, pugnans, simplex, fluens* .)(. *adstrictum, translatum atque imminutum, usitatissimum, non abjectum, accommodatum, insolens et humile, horridum, iniquissimum, ornatum, splendidum, alienum, alligatum, augustius, bonum, continuatum, conjunctumque, immutatum atque inflexum, inflexum commutatumque, inusitatum, aut novatum, aut translatum, lectum atque illustre, modificatum, posticum, priscum atque vetustum, proprium, aptumque, translatum et alienum, conjunctum, usitatum et lectissimum, ambiguum, effervens, redundans, gratissimum, ornatum, usitatum, appertissimum, honestum, obscœnum, quotidianum, tectum, aptissimum, inquinatum, non aptum, longe petitum, aptum, conjugatum, proprium, ornatissimum, atque optimum, luculentum, supplex, asperum, barbarum et obsoletum, jucundum, lectum et proprium, novum, optimum et ornatissimum, optimum et usitatum, consideratissimum, copiosissimum, dilucidum, electum, excellens, idoneum, necessarium, dignum, electissimum, exquisitissimum, grande, vitiosum, grave, gravissimum, non aptum, hæsitans, legitimum, præposterum, priscum et solenne, vetus, honorificum, honorificentissimum, hostile, illustre, privatum, ac suum, improbissimum, singulare, inauditum, publicum, inusitatum, oratorium, levissimum et amantissimum, usitatissimum, et quam maxime aptum, lugubre, magnificum et præclarum, nefarium, nauticum, optimum, priscum, tristissimum, priscum et inusitatum, superbissimum et crudelissimum, suspiciosum, vehemens, vetus, usitatum, usitatum, ac tritum, usitatius.*

Syntaxis. *Nullum verbum emittere. Hominem verbis pessundare. Ad verbum cum re convenit. Quæ expressa ad verbum dixi. Latina ad verbum de Græcis expressa. Ad verbum ediscere aliqua scripta. Verbum e verbo exprimere. Totidem verbis interpretari,* vel *transferre aliquem locum ab aliquo auctore,* vel *recitare litteras. Mandata verbo dare. Si verbo titubes. Verbo promittere. Verba dare,* hoc est decipere. *Verba facere in publico, apud Senatum, pro aliquo, contra aliquem, de aliqua. Verba habere. Verbi causa, verbi gratia. Meis verbis dicito, suavium dato, gratulare.*

Vercellæ, *urbs Italiæ.* 11. Fam. 20.

Vere, *revera, scilicet,* ἀληθῶς. Pro S. R. 54. Vere nihil potes dicere : finge aliquid saltem commode. 4. Acad. 34. Cum sit incertum, vere inaniterne moveatur. Pro Mur. 7. Cum grave est, vere accusari in amicitia, tum etiam si falso accuseris, non est negligendum. Pro Planc. 64. Vere mehercules hoc dicam, si &c. 2. de Orat. 15. Sed tamen vere dicam, mallem, &c. 3. Offic. 13. Honestum quod proprie vereque dicitur, in sapientibus est solis. Pro Dom. 77. Majores nostri, qui non ficte & fallaciter populares, sed vere & sapienter fuerunt. 5. Att. 21. Non ὑπερβολικῶς, sed verissime loquor. *Lege,* Verus. 1. Qu. Fr. 4. Ad me vere omnia præscribe. 1. 1. 25. Si vere cogitare volumus. 7. Att. 1. Pompeius vere judicat. Pro S. R. 140. Vere ac libere loqui. 12. Fam. 22. Vere tecum agam, ut necessitudo nostra postulat.

Merito. Pro Arch. 34. Et vere : *id est, et recte, vel merito.*

Verecundans, tis, *erubescens, pudore affectus,* αἰσχυνόμενος. 2. de Or. 240. Sp. Carvilius graviter claudicans: et ob eam causam verecundans in publicum prodire. 3. 33. Cunctantem et quasi verecundantem incitare.

Verecunde, *prudenter,* αἰδημόνως. Top. 2. Verecunde tu quidem, ut omnia. 5. de Fin. 6. Tum ille timide, vel potius verecunde. 7. Fam. 2. et de Clar. 87. Verecunde dubitanterque recipere aliquam causam. 1. de Orat. 171. Verecundius hac de re jamdudum loquor.

Verecundia, æ, *pudor, rubor, modestia, ingenuitas,* αἰδώς. Par. 79. Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens. *Ibid.* 83. Verecundiam timiditas imitatur. 1. Off. 93. Verecundia est quasi quidam ornatus vitæ. *Ibid.* 99. Justitiæ partes sunt, non violare homines : verecundiæ, non offendere. 4. de Fin. 18. Hoc solum animal natum est pudoris et verecundiæ particeps. 1. Off. 148. Cynicorum ratio est inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. *Ibid.* 129. Scenicorum quidem mos tantam habuit a vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat

nemo. Pro Quin. 39. Homo timidus virginali verecundia. 4. Fam. 9. In externis locis minor est ad facinus verecundia. Orat. 238. Verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepimus. 4. Tuscul. 74. Verecundia turpitudinis. 8. Att. 6. Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii. 14. 5. Meam stultam verecundiam! qui voluerim, &c. Ad Brut. 10. Nihil existimatio civium valet, nihil posteritatis verecundia. 2. Qu. Fr. 9. Mea factum est invisa verecundia, ut te proficiscens non tollerem. 3. 1. Cæsar meam in rogando verecundiam objurgavit. 1. Off. 128. Pleraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. De Ami. 84. Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

Adjuncta. *Custos virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens, virginalis.*

Syntaxis. *Animal pudoris verecundiæque particeps. Homo timidus virginali verecundia. Verecundia turpitudinis, verecundia posteritatis. Mea in rogando verecundia. Contra verecundiam disputare. Tollere ex amicitia verecundiam.*

Verecundor, aris, *αἰσχύνομαι*. Hortens. Hi nostri amici verecundantur.

Verecundus, a, um, *pudens, αἰδήμων*. X. *petulans*. 2. de Orat. 361. Habetis sermonem hominis, utinam non impudentis: illud quidem certe, non nimis verecundi. 7. Fam. 33. Verecundus in loquendo. 1. de Leg. 50. Verecundus est, ut bene audiat, et ut rumorem bonum colligat? 2. in A. 47. Tu ante ea in te admisisti, quæ a verecundo inimico audire non posses. 9. Fam. 8. Verecundi admonitores.

Moderatus. 3. de Orat. 163. Verecunda debet esse translatio. Orat. 81. In transferendis verecundus et parcus.

Pudicus, minime obscœnus. Orat. 74. Oratio casta, et verecunda.

Verendum, *αἰδεστέον*. 5. in A. 48. Ne verendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus utatur.

Verens, tis, *αἰδούμενος*. De Sen. 81. Vos tamen deos verentes, memoriam nostri pie servabitis. 15. Att. 21. Tum me collegi, verens, &c. 1. cont. Rull. 24. Verendum crede nobis erit, ne, &c.

Vereor, eris, *extimesco, non nihil commoveor, αἰσχύνομαι*. 12. in A. 29. Quid? veteranos non veremur? 2. de Fin. 39. Quos non est veritum ponere, &c. 2. ad Her. 28. A quo supplicium verebatur. 8. Att. 17. Quod veritus sum, factum est. 14. 4. Vereor Gallica bella. 1. de L. 37. Quocirca vereor committere, ut non bene provisa principia ponantur. Pro Mar. 12. Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. 5. Fam. 12. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari gratiam tuam videar. 2. de Orat. 299. Non vereor, ne quis jam in isto genere me leviorem putet. 1. 113. Perge vero, Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo. 9. Att. 20. Vereor, quid agas. 3. de Nat. 48. Quid? si dii non sunt, vereor quid agat Juno. *id est, dubito, quæro, nescio*. 8. Fam. 10. Vereor quomodo hoc homines accipiant. De Cla. 22. Vereor ecquodnam curriculum aliquando sit habitura, &c. 7. Att. 7. Quod scribis eum in urbem introisse, vereor quid sit: nam, &c. 2. ad Her. 28. Vereri supplicium ab aliquo. Orat. Is qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium.

Vereor ne. 6. Fam. 1. Vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri. De Am. 58. Neque enim verendum est, ne quid excidat. Pro Sull. 66. In ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur, quis vestrum Syllam verebatur? 1. de Orat. 234. Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. 4. Acad. 138. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, &c. 6. Fam. 1. Non vereor, ne eum miserum esse nefas sit dicere: *id est, non dubito, quin*. 11. 27. Non vereor, ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. 2. 7. Non vereor, nequid stulte facias. *Ibid*. 19. Verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne &c. *Ibid*. 1. Non enim vereor, ne non scribendo te expleam. 14. 5. Quibus litteris intellexi, te vereri, ne superiores mihi redditæ non essent.

Vereor ut. 1. Att. 25. Videris vereri ut epistolas tuas acceperim. 14. Fam. 14. Vereor ut Dolabella ipse satis vobis prodesse possit. 2. Tusc. 46. Et tamen veremur, ut hoc natura non patiatur. 2. cont. Rull. 57. Quod vos fœdus non jusseritis, vereor ut satis firmum sit. 1. de Orat. 35. Sed illa duo, Crasse, vereor ut tibi possim concedere. 6. Att. 1. Quod vereor tibi ipsi ut probem. 7. 16. Et tamen vereor, ut his ipsis contentus sit. De Am. 14. Vereor ut idem interitus sit animorum et corporum.

Observo. 1. Qu. Fr. 3. Quem meus Cicero et amabat ut fratrem, et jam ut majorem fratrem verebatur. 1. Off. 136. Maximeque curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferimus, et vereri et diligere videamur. De Sen. 37. Metuebant eum servi, verebantur liberi. De Ami. 84. Neque solum colent se inter se, ac diligent, sed etiam verebuntur: nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. 4. ad Her. 49. Quos aut vereri, aut metuere debemus. Pro Pl. 29. Is patrem veretur ut Deum.

Spero, puto. 12. Att. 50. Tyronem habeo citius, quam verebar. *id est, putabam*.

Vergiliæ, *stellæ septem in dorso Tauri; sic dictæ, quod vere oriantur, πλειάδες*. 2. de Nat. 112.

—Vergilias tenui cum luce videbis.

Vergo, is, *inclinatus sum, ῥέπω*. 2. de Nat. 120. Omnes partes terræ in medium ver-

gentes. 3. Qu. Fr. 1. Id tectum nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus. 11. Phil. 26. Ni Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissemus.

Veridicus, a, um, *verax, apertus*, ἀληθής. 1. de Div. 101. Veridicæ voces ex occulto missæ. Pro Flac. 77. Veridicas adjungis causas inimicitiarum, quod, &c.

Veriloquium, quii. Top. 35. Ἐτυμολογία, id est, verbum ex verbo, veriloquium: nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus.

Verisimilis, le, *similis veri, credibilis, probabilis, consentaneus, quod maxime speciε veritatis movet*, πιθανός. 2. de Orat. 83. Narrationem jubent verisimilem esse, et apertam, et brevem. Pro S. R. 106. et 40. Non enim ita disputabo, verisimile est Roscios hoc fecisse. *Ibid.* 121. Non est verisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit. De Cl. 69. Non verisimile est, quam sit in utroque genere distinctus Cato. Pro Qu. R. 21. Utrunque ex utriusque persona verisimile videtur. 4. Acad. 32. Volunt probabile aliquid esse et quasi verisimile. 1. de Inven. 22. Verisimile et probabile. 5. Tuscul. 11. Quid esset simillimum veri quærere. 12. Fam. 5. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur.

Verisimilitudo, inis, *similitudo veri, probabilitas*, πιθανότης. 4. Acad. 107. Cum possit sine assensione ipsam verisimilitudinem non impeditam sequi. De Univ. 6. et Part. 40. Bene agi putat, si similitudinem veri consequatur.

Véritas, tis, *verum, vera ratio, res*, ἀλήθεια. 2. de Inven. 162. Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. 1. de Divin. 23. Nunquam perfecte veritatem casus imitatur. Orat. 237. Veritas in occulto latet. Pro Cæl. 63. O magna vis veritatis! quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam facile se per se ipsa defendat. 1. de Leg. 4. Qui in isto opusculo non ut a poeta, sed ut a teste, veritatem exigunt. 2. de Orat. 229. Nec ornatius causam suam dici voluit, quam simplex ratio veritatis ferebat. 2. Off. 35. Subtilitas illa, cum veritas limatur in disputatione. 1. 109. Sunt alii simplices, aperti, veritatis cultores, fraudis inimici. 1. de Orat. 157. Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. *Ibid.* 77. Vide ne plus ei tribuas, quam res et veritas ipsa concedat. 5. Tusc. 13. Cum animum ab ista pictura imaginibusque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris. 1. de Orat. 47. Græci contentionis cupidiores, quam veritatis. 2. 81. Homines expertes veritatis. Orat. 231. Qui a forma veritatis, et ab Atticorum regula absunt. 13. Fam. 57. Pro causæ veritate. 3. Att. 24. Hæc veritas etiamsi jucunda non est, tamen mihi grata est. 2. de Orat. 34. Qui actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate jucundior? 1. Off. 63. Vir bonus, et simplicis veritatis amicus. Pro Quint. 4. Veritas debilitata. 4. Acad. 20. Veritas in sensibus maxima. 1. de Nat. 40. Veritas sempiterna futurarum rerum, in lege. Pro Quint. 10. Veritas alicujus. *id est, æquitas et justitia.* 5. Tuscul. 68. Veritas judicandi. 11. Att. 14. Veritas litterarum tuarum non me offendit. 1. Off. 16. Veritas prudentiæ, quasi materia, quam tractat, et in qua versetur, subjecta est. Læl. 91. Veritas molesta est, siquidem ex ea nascitur odium. 3. de Orat. 213. Veritas in omni re vincit imitationem. 1. de N. 84. Veritatis consilium petere ab animis consuetudine imbutis. 2. de Orat. 81. Expertes veritatis homines. 1. de N. 43. Veritatis ignoratione, vulgi opiniones in maxima inconstantia versantur. 1. Acad. 30. Veritatis judicium quanquam oritur a sensibus, tamen non esse in sensibus, secundum Academicos. 4. 51. Veritatis luce menti hominis nihil dulcius. *Ibid.* 33. Veritatis nota. 1. de Orat. 226. Simplex ratio veritatis. De Ami. 93. Ad veritatem loqui. 1. de Nat. 61. Non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim mihi persuaderi. 3. Off. 84. Nihil contra inutilius ei, qui id injuste consecutus sit, invenio, quum ad veritatem cœpi revocare rationem. 1. de Nat. 60. Simonidem arbitror desperasse omnem veritatem. Pro Deiot. 5. Veritatem obtinere. Pro Qu. 75. Veritatem retinere. Pro Rosc. Com. 29. Ex veritate pauca vulgus æstimat. 1. de Nat. 55. Ex æterna veritate causarumque continuatione confluxit, quidquid accidit. Læl. 93. Sine veritate nomen amicitiæ valere non potest. 13. Fa. 31. Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate et necessitudine, tum etiam veritate. Pro Q. 26. Veritate colitur amicitia. 1. Q. Fr. 2. Non veritate solum, sed etiam fama niteretur. Ver. 3. 144. Desinat putare se emere, quam ipse semper venalem habuit veritatem. Inc. Comœdia est imago veritatis.

Adjuncta. *Acerba, si non jucunda, tamen grata, maxima, perspicua, pusilla, sempiterna, simplex, summa.*

Syntaxis. *Veritas in occulto latens. Veritas se per se ipsa defendit. Veritatem exigere. Ornatius dicere, quam veritas ferat. Veritatem limari in disputatione. In veritatis lucem proferre. Contentionis cupidior, quam veritatis. Homo expers veritatis. Pro causæ veritate. Veritatem imitari, suscipere, debilitare. Vir bonus et simplicis veritatis amicus. Veritas vincit imitationem. Veritatis cultor, fraudis inimicus. Simplex ratio veritatis. Ad veritatem loqui. Rationem revocare ad veritatem. Desperare veritatem. Veritatem obtinere, retinere. Ex veritate æstimare. Veritate colitur amicitia. Veritate niti. Emere veritatem, et venalem habere.*

Vermiculatus, a, um, *ornamentis, quasi vermiculis aut tesserulis variatum et distinctum*, ὀχλωπαθής. 3. de Orat. 169. Emblema vermiculatum. De Cl. 263. Orat. 149.

Verna, næ, *servus domi nostra ex ancilla, aut servo natus, οἰκότριψ.* 3. Fam. 15. Bellienus verna Demetrii. 11. 19. Vernarum caussa.

Vernaculus, a, um, *domesticus, οἰκογενής.* 9. 15. Antiqua et vernacula festivitas. Ver. 3. 141. Domesticum atque vernaculum crimen. 3. de Orat. 90. Quotidianæ et vernaculæ res. De Cl. 172. Tineam Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo.

Vernus, a, um, *veris, ἐαρινός.* De Sen. 70. Verni temporis suavitas. 5. Tusc. 37. Alia verno tempore tepefacto frondescunt. In Ar. Vernum lumen.

Vero, *autem,* δὲ, *μέντοι.* 1. de Orat. 70. Poeta numeris astrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius, ac pene par. Pro Cæc. 6. Hoc reprehendendum fortasse minus, quærendum vero magis etiam videtur, ideo, quod, &c.

Certe, quidem. De Sen. 27. Non vero tam isti mortui sunt, quam tu nugator. 2. de Leg. 9. Sed vero intelligi sic oportet, &c. *Ibid.* 7. Est vero ita, sed, &c. 3. Cat. 10. Est vero inquam notum signum imago avi tui, &c. 2. Tus. 27. At vero nos, &c. 3. Off. 34. Minime vero, non enim, &c. 1. de Div. 8. Dicitur istuc quidem a Cotta, et vero sæpius: sed, &c. 2. 20. Quod enim is, qui divinat, prædicit, id vero futurum est. 16. Att. 17. Quod sæpe præsens et illi ostendisti, et vero etiam mihi. Pro Mur. 45. Exturbare eum, qui et per se, et per suos, et vero etiam per alienos defendatur. De Cl. 107. Et vero maximus ille Scipio vehemens fuit. *Ibid.* 164. Et vero fuit in hoc, &c. Pro Clu. 18. Sed ea vero sic agit, ut &c. 7. Att. 2. Illud tamen de Chrysippo, nam de illo altero, &c. Chrysippum vero, &c. 2. Tuscul. 26. Fuisti sæpe, credo, in scholis philosophorum. A. Vero ac libenter quidem.

Verrea, *festa Verri dicata.* Ver. 2. 33. Verrea agere. *Ibid.* O Verrea præclara! 4. 24. Verrea flagitiosa. *Ibid.* Verrea turpia, et ridicula. *et alibi sæpe.*

Verrinus, a, um, *κάπριος.* 1. 121. Negabant mirandum esse, jus tam nequam esse Verrinum. *Jocus ex ambiguo.*

Verro, is, *scopis quisquilias, pulverem, et alias sordes aufero, ejicio, σαρόω.* Parad. 5. Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, &c.

Verrucosus, a, um, *qui verrucis plenus est; est autem verruca eminens in corpore caruncula, sine pruritu, ἀνώμαλος.* De Cl. 57. Qu. Maximus verrucosus orator habitus est temporibus illis.

Verrunco, as, *verto, στρέφω.* 1. de Div. 45. Per propinqua hæc bene verruncent populi. *Accii.*

Versicolor, oris, *dubio varive colore, ποικίλος.* 3. de Fin. 18. Plumæ versicolores columbis donatæ a natura sunt.

Versatus, a, um, *tractatus, exercitatus, ἀναστρεφόμενος.* Pro Quint. 3. Homo et in aliis causis exercitatus, et in hac multum et sæpe versatus.

Actus. Ver. 3. 47. Terræ, in quibus bellum acerbum versatum est. Pro Ar. 21. Bellum magnum atque difficile, et in magna varietate terra marique versatum.

Adverb. *Caste, integreque, mediocriter, multum et sæpe, non obscure.*

Versiculus, li, *στιχίδιον.* 5. Att. 1. Nunc venio ad transversum illum epistolæ tuæ versiculum. Orat. 67. Versiculi comicorum. Pro Dom. 44. Hoc pati potestis, ut singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur? Pro Mil. 71. Ne quid respub. detrimenti caperet: quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt. 2. de Leg. 14. Leges uno versiculo Senatus puncto temporis sublatæ. 13. Att. 49. Scripto jam superiore versiculo Heros mihi dixit, sibi Muræнam liberalissime respondisse. Brut. 14. Tribusne versiculis his temporibus Brutus ad me?

Versans, tis, *volvens, ἀνακυλίνδων.* 3. de Nat. 94. Deus versans cœlum.

Verso, as, *converso, volvo, tracto, ἀνακυλίττω, περιάγω.* 1. Tus. 10. Tum illud quod Sisiphus versat saxum, &c. 2. de Fin. 99. et 5. 86. Versare se huc et illuc. Ver. 2. 74. Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in utramque partem.

Tracto. Orat. 31. Non ut in judiciis versaret causas, sed ut, &c. *Ibid.* 137. Versare sæpe multis modis eandem rem.

Converto, flecto. Pro Cæl. 13. Versare suam naturam et regere ad tempus. Pro Cl. 70. Ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam.

Rapio, ango, vexo. De Sen. 1.

—Curamve levasso,
Quæ nunc te coquit et versat sub pectore fixa.

Versor, aris, *convertor, διατρίβω.* De Somn. 9. Orbes, qui versantur retro contrario motu atque cœlum. De Fat. 42. Cylindrum volvi, et turbinem versari putes. 1. de Nat. 52. Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

Do operam, incumbo, consuesco, sum. Ver. 5. 144. Versabatur in Sicilia longo intervallo alter Phalaris. De Ar. 62. Ut Deus aliquis cœtus hominum adeat, versetur in terris. Pro Font. 23. Sic existimatis eos hic sagatos versari animo demisso, &c. 2. in A. 105. Pueri ingenui cum meritoriis, scorta inter matresfamilias versabantur. *Ibid.* 19. Cum inter subsellia nostra versentur armati. Postquam in Sen. 10. Hostis intra mœnia versatus est. Pro Mil. 33. An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? tuæ peregrinantur aures, nec in hoc pervulgato civitatis sermone versantur? 10. Att. 7. Nec versari inter eos sine dedecore potero. 1. C. 10. Nobiscum versari jam diutius non potes. 1. de Div. 115. Versari cum aliquo. De Ar. 25. Si essetis, versareminique nobiscum. 2. Q. Fr. 1. Plato Epicureus, qui

Athenis solet esse multum. 2. C. 1. Non enim jam inter nos sica illa versabitur. Pro Flac. 70. Annos jam triginta in foro versaris. Pro Cælio 3. Cælius jamdiu minus in foro nobiscum versatur. Ver. 3. 125. Cum in ea provincia magnæ fugitivorum copiæ versatæ sint. Pro Cæc. 83. In meis castris præsidiisque versaris. 1. Q. Fr. 1. 24. In aliqua provincia cum summo imperio et potestate versari. 1. de Orat. 202. Orator incolumis inter hostium tela versari potest. Pro S. R. 16. Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro et in ore omnium quotidie versabatur. Orat. 34. Cum in Italiæ luce cognosceris, versarisque in optimorum civium vel flore, vel robore. 1. de Inven. 4. Versari in repub. Versari in sermonibus de repub. Pro R. P. 23. Plato in maximis periculis insidiisque versatus est. 3. Off. 64. Perpaucæ res sunt, in quibus dolus malus non versetur. 2. de Leg. 26. Tum maxime et religionem, et pietatem versari in animis, cum rebus divinis operam damus. 3. 33. Dicam, Attice, et versabor in re difficili. 2. Att. 23. In commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioque versamur. 2. de Orat. 186. Omni mente et cogitatione curaque versor, ut odorer, &c. *Ibid.* 171. In omni tempore decet leporem humanitatemque versari. 1. 12. Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur. *Ibid.* 141. Causæ, quæ in judiciis versantur, aut deliberationibus. *Ibid.* 180. Num destitit uterque nostrum in testamentorum formulis, hoc est in medio jure civili versari? Ver. 4. 110. Acerbissimum tota urbe luctum versari. Pro Mur. 85. Versabitur in castris furor, in curia timor, in foro conjuratio. 1. cont. Rull. 6. Agri, in quibus ille bellum gerit atque versatur. 3. de Nat. 85. Invita in hoc loco versatur oratio. Pro Qu. 33. Ingenia, quæ antea versabantur in salute atque auxilio ferendo. Ver. 3. 109. In quæstu ac compendio versari. 4. C. 7. Uterque in summa severitate versatur. Pro Flac. 94. Videtis in quo motū temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. Pro Planc. 42. In tenebris quam in luce causam versari mavis. 4. C. 13. Largitionis voluntas tum in rep. versata est, et partium quædam contentio. Pro Mur. 11. Quarum partium una in reprehensione vitæ, altera in contentione dignitatis, tertia in criminibus ambitus versata est. Postquam in Sen. 16. In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiumque versari. In P. 82. Inventus languet, nec perinde atque debet, in laudis et gloriæ cupiditate versatur. Pro Planc. 26. Minturnenses coloni, quod C. Marium tecto receperunt, æterna in laude versantur. Pro Mil. 79. Ut in communi odio pene æqualiter versetur odium meum. Pro Plan. 81. Cui non locus ille, ubi quisque altus est, cum grata recordatione in mente versatur? 2. Off. 45. Qui tanquam in clarissima luce versantur, et qui in hominum ignoratione versantur. Pro Clu. 159. Quæ res in quæstione versetur. Brut. 12. Maximo in discrimine resp. versatur. 1. Fam. 2. Versamur in rebus exulceratis et exagitatis. Orat. 45. Quod in controversia aut in contentione versatur. Pro S. R. 78. Qui in egestate et insidiis versatur. *Ibid.* 81. Qui omni tempore in præda et sanguine versabantur. 2. Att. 4. Versari in timore ruinæ. Ver. 1. 121. Istius iniquitas in ore vulgi et in communibus proverbiis versabatur. 2. contra Rullum 5. Versantur in animo multæ et graves cogitationes. 1. de Fin. 53. Versari in animo alicujus. 1. Acad. 22. Bona, quæ in animo atque in ipsa virtute versantur. 4. 34. Versari in errore. 1. de Nat. 2. Versari in summo errore, atque in omnium rerum ignoratione. 2. contra Rull. 7. Versatur enim magnus error. 4. Acad. 138. Versari in vicinitate. *id est, esse vicinum.* 15. Famil. 15. Versari in gemitu. 2. de Fin. 28. Versari in magnis angustiis. 4. Famil. 13. Versorque in eorum naufragiis, et bonorum direptionibus. 7. *Ibid.* 3. Versari in miseriis. 5. 12. Si uno in argumento mens tua tota versabitur. Pro Arch. 4. Versari in studio litterarum. 4. Famil. 3. Versari in artibus ingenuis. 6. 10. Versari in studiis et litteris. *Ibid.* 18. Versatus in rebus et usu. 4. Acad. 110. De rebus, in quibus versatur exercitatusque est. Pro Dom. 34. Versor in medio jure publico. Pro Font. 27. Homo in hac vitæ ratione versatus. Pro Ar. 1. Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum. 2. de Div. 10. Res, quæ in philosophia versantur. 1. Off. 16. Huic quasi materia, quam tractet, et in qua versetur, subjecta est veritas. Pro Qui. 59. Non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est. Orat. 122. Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur. 4. ad Her. 15. Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versantur. 8. Fam. 6. Librum versari inter manus. 8. in A. 6. Ergo illi nunc in pace versantur. 5. Att. 10. Novum enim in negotio versaris. *Ibid.* 21. Tu, cujus os ante oculos mihi solet versari. 1. de Orat. 10. Mathematici magna in obscuritate rerum, et recondita in arte, et multiplici subtilique versantur. *Ibid.* 23. Quæ quondam accepi nostrorum hominum in disputatione esse versata. *Ibid.* 256. In omni recto studio atque humanitate versari. 15. Att. 3. In magnis versamur angustiis. 1. Off. 67. Ferre ea, quæ videntur acerba, quæ multa et varia in hominum vita fortunaque versantur. *Ibid.* 150. Opifices omnes in sordida arte versantur.

Objicior, obviam fio, occurro. Pro S. R. 98. Non versatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? 3. Att. 9. Versabatur mihi ante oculos illud tempus, cum, &c. 4. C. 11. Videor mihi videre, &c. cerno oculis, &c. versatur ante oculos, &c. Pro Sest. 47. Mihi

mores ob oculos versabantur. Ver. 5. 143. Nunquam tibi hæc species in oculis animoque versata est? 14. Fam. 2. de Finib. 72. et Ver. 5. 93. Mihi ante oculos dies noctesque versaris. Ver. 5. 28. Pudor qui in magistratuum conviviis versari solet. 3. 131. Cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur.

Adverb. *Abstinenter, moderate, populariter, acriter, acutissime, æqualiter, facile, aliquantum, assidue, copiosissime, callide, perite, conjunctissime, copiosius, subtilius, diutius, jamdiu, impudentius, honeste, perjucunde, longius, multum, nimium diu, penitus, plurimum, scientius, temere.*

Syntaxis. *Inter subsellia versari armatos. Tu hospes in hac urbe versaris? Versari cum aliquo. Versari in foro. Versari in provincia cum summo imperio et potestate. Versari in ore omnium, in luce Italiæ. Versari in maximis periculis insidiisque. Versari in re difficili. Omni mente et cogitatione curaque versor, ut. Luctum tota urbe versari. In quæstu et compendio versari, in laudis et gloriæ cupiditate, in clarissima luce, in æterna laude. Quod in quæstione versatur, in controversia, in contentione. Versari in discrimine, in insidiis, in egestate, in timore, in præda et sanguine. Quod versatur in ore vulgi et in communibus proverbiis. Versari in errore. Versari in gemitu, in angustiis, in miseriis. Versari in studio litterarum, in artibus ingenuis, in jure publico, in arte dicendi. Res in perfacili cognitione versatur. Versari in conviciis, in pace, in negotio. Versari in omni recto studio atque humanitate. Versari ante oculos, ob oculos, in oculis animoque.*

Versura, ræ, *est creditoris mutatio; ut cum quis alteri se obligat, ut vetus debitum dissolvatur.* 16. Att. 14. Non modo magno, sed iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est. Pro Font. 1. A quibus versuras tantarum provinciarum factas esse dicunt? Pro Flac. 48. Is negavit omnino versuram ullam fecisse Romæ. 4. 186. Tabulæ societatis, quæ significabant eos homines versuram a Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. 5. Att. 1. Quæ quidem ego versura facta solvi volo. 16. 2. Non modo versura, sed etiam venditione modo te coget, vindicabis. 5. 15. Vereor ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. 15. 20. Versuram scribis esse faciendam mensium quinque. 5. 21. Lex Gabinia de versura.

Versurus, a, um, τρεψόμενος. 5. de Finib. 93. Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros esse.

Versus, *præpositio,* πρός. 16. Att. 10. Verti igitur me a Minturnis Arpinum versus, &c. 1. de Div. 77. Cum Aretium versus castra movisset. 2. Fam. 6. Cum te jam ex Asia Romam versus profectum esse constaret. Orat. 135. Cum gradatim sursum versus reditur. Part. 24. Et idem quasi sursum versus retroque ducatur. 11. Fam. 27. Cum Brundusium versus ires ad Cæsarem.

Versus, a, um, *mutatus,* ἐστραμμένος. Pro S. R. 103. Videte nunc quam versa et mutata in pejorem partem sint omnia. Pro S. R. 61. Video versa esse omnia.

Versus, us, *carmen, modus,* στίχος. Ver. 3. 77. De qua muliere versus plurimi supra tribunal prætoris scribebantur. 5. 80. Versus qui in istius cupiditatem facti sunt. Pro Arc. 25. Is epigramma in eum fecit, tantummodo alternis versibus longiusculis. Pro Deiot. 25. Deiotarus de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia, qua nos etiam habemus Latinum; Pereant amici, dum una inimici intercidant. 2. de Orat. 257. Sæpe etiam versus interponitur. 1. 69. Ornatissimis atque optimis versibus scribere de re aliqua. 3. 192. Versus variis modis atque numeris fundere. *Ibid.* 50. In ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficere. Orat. 67. Versus orationis est vitium. *et ibid. de versibus comicorum.* 1. Fam. 9. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. 4. Acad. 22. Aut is, qui fidibus utitur, explere numeros, et conficere versus posset? Orat. 189. Senarii Hyponactei, Anapæstici, Aristophanei, Anapæsti versus. 3. Qu. Fr. 5. Quod me de faciendis versibus rogas, &c. Par. 3. Cum versus pronunciatus est una syllaba longior, aut brevior.

Linea. 4. Att. 16. Primus versus epistolæ. Pro R. P. 14. Ut cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet, si, &c. 1. de Orat. 261. Demosthenes multos versus uno spiritu pronunciabat.

Adjuncta. *Alterni, longiusculi, optimi, nimis boni, breviores, longiores, delicatissimi, mali, elaborati, pervagatissimi, quam maxime graves, ornatissimi, atque optimi, heroici, longi, hexametri, usitati, immanes, luculenti, obscœnissimi, veteres, vulgares.*

Syntaxis. *Versus de aliquo scribere, in aliquem facere. Versum interponere. Optimis versibus scribere de re aliqua. Versus variis modis fundere. Versum conficere. Scribere librum versibus.*

Versute, *callide, vafre, malitiose,* πανούργως. Orat. 22. Versute et subtiliter dicere. De Cl. 35. Subdole et versute.

Versutiloquus, a, um, δολιαλόγων. 3. de Orat. 152. Versutiloquas malitias. Orat. 160. *Poetæ. Nonius,* Versutiloquax malitia, *legit.*

Versutus, a, um, *callidus, malitiosus, multiplex,* πανοῦργος. 1. de Leg. 22. 3. de Nat. 25. Chrysippus homo sine dubio versutus et callidus. Versutos appello, quorum celeriter mens versatur. Pro Qu. R. et Pro Cæc. 35. Homo callidus, et versutus. 2. de Orat. 84. Acutus animus atque versutus. 2. de Fin. 53. Acutus, versutus, veterator. De Cl. 236. M. Pisonis acumen in reprehendendis verbis versutum et solers. 3. de Nat.

75. Malitia est versuta et fallax nocendi ratio. Pro Cæc. 85. Hoc si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis, &c.

Vertens, tis, *circumactus, completus, στρέφων.* De Som. 17. Tum ille vere vertens annus appellatur. Pro Qu. 40. Anno vertente sine controversia. 2. de Nat. 54. Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. 13. in A. 22. Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis. In Arat.

Annua conficiens vertentia tempora cursu.

Vertex, icis, *κορυφὴ, polus.* De Somn. 15. Duo quasi Cinguli terræ, maxime inter se diversi, et cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixi. 2. de Nat. 105.

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus.—

Summa pars. De Som. 15. Terra angusta verticibus, lateribus latior. 1. de Div. 13. Celso e vertice montis. Ver. 4. 106. Ignes, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. Pro Qu. R. 20. Ab imis unguibus usque ad verticem summum.

Adjuncta. *Celsus, extremus, summus.*

Verto, is, *converto, vario, στρέφω.* 2. de Div. 33. Semina malorum in contrarias partes se vertere. Ver. 2. 101. Vertere stylum in tabulis suis. 3. de Nat. 31. Terra in aquam se vertit.

Muto. Pro Qu. R. 34. Vertit hic rationem, et id, quod probare non potest, fingere conatur.

Perdo, extinguo. 1. Off. 84. Callicratides, qui cum multa fecisset egregie, vertit ad extremum omnia.

Converto, dirigo iter. 16. Att. 10. Verti igitur me a Minturnis Arpinum versus.

Commuto. Pro Dom. 78. Quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. Pro Quin. 60. Vertere solum exilii causa.

Traho, rapio. Div. 57. Ex illa pecunia maximam partem ad se vertit.

Tribuo, do. 7. Fam. 6. Ne sibi illæ vitio verterent, quod abesset a patria.

Transfero. 1. de Fin. 7. Si sic verterem Platonem, ut verterunt nostri poetæ fabulas.

Confugio, me recipio. L. P. 60. Vertes te ad alteram scholam. 2. in A. 74. Hærebat nebulo, quo se verteret, non habebat. 2. de Div. 149. Superstitio instat et urget, et quocunque te verteris, persequitur. Pro Mur. 88. Quo se miser vertet? domumne? &c. 1. de Div. 42. Quo sese vertant tantæ sortes somniorum.

Vertor, eris, *aptor, flector.* 3. de Orat. 175. Id ad omnem rationem, et aurium voluptatem, et animorum motum mutatur et vertitur.

Versor. 2. de Nat. 95. Impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videmus. De Un. 17. Mundus maxima una conversione, atque eadem ipse circum se torquetur et vertitur.

Contineor. 8. Fam. 10. Sed quæcunque acciderint, intra fines hos vertentur.

Mutor. 1. de Leg. 44. Verti rerum naturam.

Reflector, redeo, remeo. 1. Off. 156. Cogitatio in se ipsa vertitur.

Contineor, sto. Ver. 5. 132. Non in supplicio crimen meum vertitur. 8. Att. 22. Brundusii autem omne certamen vertitur hujus primi temporis. De Cl. 145. In jure, quo illa causa vertebatur. Act. 1. Ver. 20. Omnia in unius potestate ac moderatione vertentur.

Vertumnus, vel Vortumnus, ni, *deus vertendarum rerum, id est mercaturæ, ut Mercurius, Ἑρμῆς.* Ver. 1. 154. Qui a signo Vertumni in circum maximum venit.

Vervex, cis, *mas inter oves castratus, κριός.* 2. de Leg. 55. Quod sacrificii genus Lari vervecibus fiat.

Verum, *sed, καίτοι, ἀλλά.* 1. de Orat. 109. Sed sive est ars, sive non, non est quidem ea negligenda: verum intelligendum est, alia quædam esse majora. 2. 139. Verum hoc (ut dixi) nihil ad me. *Ibid.* 285. Pro Dom. 51. Ejectio nusquam est: verum sit. 5. in A. 31. Sed expectabantur Calend. Janu. fortasse non recte; verum præterita omittamus. 9. Fa. 16. &c.

Verum enim, *at enim.* 3. de Orat. 51. Verum enim oratori, &c.

Verumenimvero. Ver. 3. 194. Verumenimvero duodenos sestertios exegisti.

Veruntamen, *sed tamen οὐ μὴν ἀλλά.* 7. 81. Hanc Cleon amabat, veruntamen non audebat, &c. 3. 130. 1. 47. et 12. Fam. 30. Non dubitabam equidem, veruntamen, &c. 1. Fa. 8. Difficile est, &c. veruntamen ipse me confirmo. 2. Tusc. 26. Etsi, &c. veruntamen, &c. 2. de Orat. 219. et 357. Hoc leve est, veruntamen non inutile. Div. 18. 1. Att. 17. et 8. 2. Veruntamen si qua reliqua spes est, &c. 7. Fam. 19. Vide, quanti apud me sis, etsi, &c. veruntamen, quod, &c. 1. Att. 8. et Ver. 3. 4. Veruntamen, *pro* inquam. 1. de Div. 65. Verum opinor scriptorem tamen. 1. Att. 8. Veruntamen cum ibi essem.

Verus, a, um, *sincerus, solidus, expressus, germanus, certus, justus, non fucatus, ἀληθής.*)(. *adumbratus, simulatus, fucatus.* 4. Acad. 33. Interesse oportet ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum. 2. de Orat. 168. Ars disserendi, et vera ac falsa judicandi. *Ibid.* 30. Cum plus uno verum esse non possit. Ver. 4. 147. Inter hunc et illum verum et germanum Metellum multum interest. Orat. 237. Neque quidquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, quam illud, quod mihi simillimum veri videretur, cum illud ipsum verum in occulto lateret. 2. Off. 18. Perspicere quid in quaque re verum sincerumque sit. De Ami. 22. De vera et perfecta amicitia loquor. Pro Fl. 61. Aspiciant hos laudatores Flacci ex vera atque

integra Gracia. 2. cont. Rull. 25. Comitia vera .X. *comitia adumbrata.* De Am. 95. Verus, sincerus .X. *simulatus, fucatus. Ibid.* Vera maledicendi facultas. Brut. 3. Justa gloria, qui est fructus veræ virtutis honestissimus. *Ibid.* Solida veraque gloria. Orat. 21. Vel utrius, si verum quærimus, potius expers. De Clar. 256. Verum quidem si audire volumus, orator, &c. Br. 15. Si vera fateri volumus. 12. Att. 40. Si verum scire vis. 2. Qu. Fr. 15. Dic mihi verum, num res, aut χαρακτὴρ non delectat? 3. Att. 9. Dicam enim quod verum est. 2. 7. Hercule verum ut loquamur, subcontumeliose, &c. 9. Fam. 24. Licet enim verum dicere. 1. Off. 13. Quod verum sincerumque est, id est naturæ hominis aptissimum. 3. 43. Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici causam esse malit. 5. in A. 50. Vera, gravis, et solida gloria. 3. Off. 69. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. Par. 102. Tertius æqui, et veri, et recti. Pro Mur. 74. Cato negat verum esse, allici benevolentiam cibo. Incer. Philosophiam dii paucis quibusdam veram dederunt. Pro Plan. 29.

Æquum, fas. 2. de Leg. 10, Assentior, frater, ut, quod est rectum, verum quoque sit, nec unquam aut oriatur, aut occidat. 3. 34. Cum aliquid verum et rectum esse dicitur.

Verum, ri, *pro eo quod factum est.* Orat. 121. Res aut de vero, aut de recto, aut de nomine.

Syntaxis. *Verum et germanum, verum et sincerum, verum et integrum, verum et solidum. Si verum quærimus; si verum audire, si verum fateri, si verum scire vis. Si vera fateri volumus. Dic mihi verum, num &c. Ut verum loquamur. Licet enim verum dicere.*

Vesanus, a, um, *vecors,* ἀφρονῶν. Pro Dom. 3. Homo vesanus et furiosus. *Ibid.* 53. Hæc furiosa vis vesani trib. pleb. 2. de Div. 114. Vesanus remex.

Vescor, eris, *utor, pascor,* ἐσθίω, σιτέομαι. 2. de Nat. 59. Dii nec escis, nec potionibus vescuntur. 5. Tusc. 90. Lacte, caseo, carne vescor. 2. de Nat. 160. Sus est ad vescendum hominibus apta. 2. de Fin. 10. Vesci iis rebus, quæ dulcem motum afferunt sensui. *Ibid.* 92. Vesci nasturtio. 2. de Nat. 68. Est enim omne, quo vescuntur homines, penus. Orat. 31. Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut, inventis frugibus, glande vescantur? 5. de Fin. 57. Vesci voluptatibus paratissimis.

Veser, *fluvius Campaniæ.* 3. Off. 512. et 1. de Fin. 23.

Vesica, cæ, *folliculus in quo urina colligitur,* ἡ κύστις. 2. de Fin. 96. Tanti aderant morbi vesicæ et viscerum, ut, &c.

Vesicula, læ, κύστιον. 2. de Div. 33. Inflatas rumpi vesiculas.

Vespa, æ, ἀνθρήνη. 5. de Fin. 42. Vespas aculeis uti videmus. *Al. leg.* Nepas.

Vesper, *Hesperos, stella,* ἕσπερος, ἡ ἑσπέρα. In Arat.

Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper.

Lege, Hesperos, et Phosphoros.

Vespera, ræ, ὀψία. 2. C. 6. Si accelerate volent, ad vesperam consequentur. 3. de Fin. 8. Ad vesperam veni.

Vesperi, vel Vespere, *occidente sole, tarde,* ὀψὲ τῆς ἡμέρας. 7. Att. 22. Quinto Iduum Feb. vesperi e Philotimo litteras accepi. 2. de Orat. 13. et 13. Att. 45. Heri vesperi. 1. Acad. 1. Pridie vesperi. Pro Mil. 55. Egreditur e villa subito, cur vesperi? quid necesse est tarde? 11, Att. 12. Cephalio mihi a te litteras reddidit ad VIII. Martii, vespere.

Vespertinus, a, um, ἑσπερινός. 2. de Nat. 53. Stella vespertinis temporibus delitescens, tum matutinis rursum se aperiens. 3. in A. 24. et 13. Att. 23. Antemeridianæ litteræ, et vespertinæ litteræ.

Vesper, vel Vesperus, ri, *extremum tempus diei,* ἀκρονυχία. 12. Att. 16. Cumque mane in sylvam me abstrusi, non inde exeo ante vesperum. De Ami. 12. Cum Senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est. 2. in A. 77. Atque ibi perpotavit usque ad vesperum. 7. Att. 8. Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus. 5. Tusc. 97. Usque ad vesperum contentius ambulare. 2. Att. 8. Epistolam cum a te avide expectarem ad vesperum, ecce tibi, &c. 1. de Div. 103. Ut ea ipsa die domum ad veseprum rediit.

Vesta, tæ, Ἑστία. 2. de Nat. 67. Vestæ nomen a Græcis: ea est enim, quæ ab illis ἑστία dicitur, vis autem ejus ad aras et focos pertinent. 2. de Leg. 29. Cumque Vesta, quasi focus urbis (ut Græco nomine est appellata, quod nos prope idem Græcum nomen interpretatum tenemus) conspecta sit; ei colendæ virgines præsunt, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis. Pro Font. 27. Vesta mater, et ignes illi sempiterni nocturnis vigiliis servati. 4. C. 18. Ignis Vestæ perpetuus et sempiternus.

Vestales, ἑστιάδες παρθένοι. 2. de Leg. 20. Virgines Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.

Vestibulum, li, προπύλαιον. 6. Att. 1. et Ver. 2. 160. In primo aditu vestibuloque templi. 2. de Orat. 320. In ædibus et templis vestibula et aditus. De Aru. 31. Ædem Telluris privato vestibulo contineri. Pro Cæ. 35. Non modo limine tectoque ædium suarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere quempiam. Pro Cæl. 62. Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent. Pro Mil. 19. Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso Senatus. Orat. 50. Vestibula nimirum et aditus ad causam faciet illustres. Ver. 5. 170. Vestibulum Siciliæ. 2. de Leg. 61. Vestibulum sepulchri.

Adjuncta. *Honestum, privatum, vacuum.*

Vestigo, as, *indago, vestigiis odoror,* ἐρευνάω, ἰχνεύω. Postquam in Sen. 14. Hi voluptates

omnes vestigant atque odorant. 2. de Orat. 166. Et causas rerum vestigabimus. 3. 86. Aliquid quod cum desidiosa delectatione vestiges.

Vestigium, gii, *reliquiæ, signum, nota, βῆμα, ἴχνιον*. Pro Cæc. 39. Cum pedem intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum excludar. 13. in A. 30. Tu extra munitiones tuas vestigium ubi imprimas, non habes. Pro Cæc. 76. Imprimere vestigium in aliquo loco. Orat. 12. Curricula, in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. 3. de N. 11. Vestigium ungulæ equi Castoris in silice. Pro R. P. 48. Ut in hoc foro vestigium facere liceat. 3. de Orat. 6. Vestigium illud, in quo ille postremum institisset. *Ibid.* 30. et 3. ad Her. 26. Stare in vestigio. 4. Acad. 123. Antipodes adversis vestigiis stant contra nostra vestigia. 2. de N. 49. Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt. Ver. 4. 53. Verrem in luto voluptatum totius corporis vestigiis invenimus. 1. de Orat. 105. Persequi vestigia alicujus. Pro Cl. 36. Consequi aliquem vestigiis. De Cl. 307. Ut videre possis, quemadmodum in spatio Quin. Hortensium ipsius vestigiis persecuti sumus. Ver. 2. 190. Ut omnes mortales hujus avaritiæ non solum vestigia, sed etiam cubilia videre possint. 5. de Fin. 5. Quacunque ingredimur in aliquam historiam vestigium ponimus. 3. in A. 31. Ille autem quas fecit strages ubicunque posuit vestigia? 1. Tusc. 61. Memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia. Pro Sest. 13. Vestigia alicujus non pressa leviter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. 1. de Nat. 37. Deus ille, quem mente noscimus, atque in animi notione, tanquam in vestigio ponimus. I. P. 21. Eodem in templo, eodem et loci vestigio et temporis. 1. Qu. Fr. 3. Non vidisses fratrem, quem reliqueras, ne vestigium quidem ejus, nec simulachrum, sed quandam effigiem spirantis mortui. Ver. 1. 113 Vestigium istius in foro non esse relictum. 1. de Orat. 37. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? Pro Cor. 13. Extare vestigia. *id est, apparere.* 2. de Div. 140. Inerant enim in utriusque nostrum animis vigilantium vestigia. 4. Fa. 14. Ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis. 2. ad Her. 8. Si vestigium rei fuerit. Pro Clu. 30. Indicia et vestigia veneni. Pro Qu. R. 51. Saturius aliud fraudis in eodem vestigio diverticulum reperit. Ver. 4. 53. Leviter presso vestigio persequi aliquid.

Adjunct. *Adversum, extremum, manifestum, nefarium, parvum, patrium, recens.*

Syntaxis. *Vestigium imprimere in aliquo loco. Vestigium facere in foro, in possessionem. Insistere in vestigio. Stare in vestigio. Cursus sui vestigium inflectere. Persequi vestigia alicujus. Consequi aliquem vestigiis. Persequi aliquem ipsius vestigiis. Ponere vestigia in aliquo loco. Vestigia, non pressa leviter, sed fixa ad memoriam sempiternam. In animi notione tanquam in vestigio ponere. Eodem et loci et temporis vestigio. Vestigium apparere, extare, inesse. Indicia et vestigia veneni. Leviter presso vestigio persequi aliquid.*

Vestimentum, ti, *vestis, vestitus, ἱμάτιον*. Pro Mil. 28. Milo domum venit, calceos et vestimenta mutavit. Pro Flac. 70. Affers purpuram Tyriam, in qua tibi invideo, quod unis vestimentis tandiu lautus es. 2. de Leg. 59. Sex. Ælius dixit se suspicari, lessum, genus aliquod esse vestimenti funebris. 2. ad Her. 8. Cruor in vestimentis.

Vestinus ager. 2. cont. Rull. 65.

Vestio, is, *tego, obduco, ἱματίζω*. 2. Att. 9. Denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant. 1. de Orat. 142. Inventa vestire atque ornare oratione. 2. de Nat. 112.

Quem cum perpetuo vestivit lumine Titan, &c.

De Clar. 273. Reconditas, exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio. 2. de Nat. 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit ac sepsit. De Un. 18. Deus animam circumdedit corpore, et vestivit extrinsecus.

Vestior, iris. Ver. 4. 122. His tabulis interioris templi parietes vestiebantur. Pro S. R. 147.

Vestis, is, *vestitus, vestimentum, ἱμάτιον*. Postq. in Sen. 11. Cum vos vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis. 2. Qu. Fr. 3. Vestem tum filius mutavit. Postq. ad Quir. 13. Pro Sest. 26. Hac mutatione vestis facta, &c. 1. de Div. 119. Cæsar cum purpurea veste processit. 2. 37. Cæsar vestitu purpureo excors, &c. Pro Cæl. 38. Discidit vestem, resarcietur. I. P. 92. Vestis servilis. Ver. 5. 127. Est Sthenius hic cum hoc capillo atque veste, domo sua expilata. 2. in A. 66. Pretiosa vestis, lauta supellex. 2. cont. Rull. 38. In pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili. 1. de Orat. 161. Non explicata veste, neque proposito argento. Ver. 4. 103. Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. 2. 176. Vestis stragula. *Ibid.* Vestis Melitensis. 5. 145. Vestis lintea. 1. Tusc. 116. Vestis famularis. 2. 20. Vestis furialis.

Adjuncta. *Familiaris, furialis, famularis, lintea, muliebris, maculosa, pretiosa, purpurea, servilis, stragula.*

Vestitus, a, um, *ἐνδεδυμένος*. I. P. 61. Ipse cum hominibus xv. male vestitis ad patrem pervenit. Pro Cæl. 62. Homines calceati et vestiti. 5. Tusc. 64. Sepulcrum septum undique, et vestitum vepribus et dumetis. 4. ad Her. 61. Cum citharœdus prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, &c. De Fat. 34. Hoc modo viator bene vestitus causa grassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur. Pro S. Rosc. 147. Nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in judicio vides

2. de Nat. 132. Montes vestiti ac sylvestres. 1. Tusc. 69. Multitudo pecorum ad corpora vestienda. 2. de Nat. 121. Animantes aliæ coriis tectæ, aliæ villis vestitæ.

Vestitus, us, *vestimentum, ornatus, ἔνδυμα*. Pro Rab. P. 27. Is crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit: nam et soccos habuit et pallium more Græcorum. 1. de Inv. 27. Vestitu nimio indulges. 2. de Fin. 69. Voluptas pulcherrimo vestitu, et ornatu regali in solio sedens. 4. Att. 10. Vir muliebri indutus vestitu. Pro S. R. 144. Vestitum, quo tectus eram, tibi dedi. 2. con. Rull. 13. Vestitus obsoletior, corpus incultum et horridum. Pro Sest. 19. Vestitus asper. Pro Sest. 32. Subito edicunt Consules, ut Senatores ad suum vestitum redirent. *Ibid.* 33. Vestitum mutare. 12. in A. 12. Cujus scelere in hac vestitus fœditate sumus. Pro Quin. 49. Victus vestitusque necessarius. De Clar. 327. Vestitus orationis. 2. de Nat. 98. Riparum vestitus viridissimi. *Ibid.* 161. Vestitus densissimi montium.

Adjuncta. *Asper, densissimus, muliebris, necessarius, pristinus, nimius, obsoletior, pulcherrimus, purpureus, virginalis, viridissimus.*

Veteranus, a, um, *veterani milites dicebantur, qui viginti annos militaverant, παλαιόμαχος*. 1. in A. 6. Veterani qui appellabantur, ad spem novarum prædarum incitabantur. 3. *Ibid.* 3. C. Cæsar firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit. 2. Tusc. 39. Veteranus miles.

Veterator, oris, *πανοῦργος*. Ver. 3. 35. Homo callidus et veterator. De Cl. 82. et 178. 2. Q. Fr. 13. Dionysius est veterator magnus. 2. de Fin. 53. Acutus, astutus, veterator.

Veteratorie, *vafre, versute, callide, subdole, πανούργως*. Orat. 99. Acute et veteratorie dicere.

Veteratorius, a, um, *fallax, dolosus, malitiosus, πανουργικός*. Ver. 1. 141. Nihil ab isto tectum, nihil veteratorium expectaveritis. De Cl. 261. Splendida quædam, et minime veteratoria dicendi ratio. *Ibid.* 238. Ut eam accurationem citius veteratoriam, quam oratoriam diceres.

Veternus, ni, *morbus insaniam inducens, pigros homines faciens, et somniculosos, λήθαργον Græci nominant*. 2. Fam. 13. Erat in eadem epistola veternus civitatis: gaudebam sane, et nostrum amicum congelasse lætabar otio. 8. 6. Veternus civitatem occupavit.

Veterrimus, a, um, *pervetus, antiquissimus*. 1. de Nat. 41. Veterrimi poetæ. 12. Fam. 16. Pro nostro veterrimo verissimoque amore.

Vetitum, ti. 2. de Leg. 9. Jussa et vetita populorum.

Veto, as, *prohibeo, absterreo, κωλύω*. 2. de Orat. 100. Lex peregrinum vetat in murum ascendere. I. P. 50. Quod omnes leges planissime vetant. 4. Acad. 114. Tu me rebus incognitis assentiri vetas. 5. Fam. 13. Rationes a te collectæ vetabant, me reipub. penitus diffidere. Pro Clu. 68. Et eum saluti desperare vetuit.

Vetor, aris. De Ami. 85. Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.

Adverb. *Aperte, assentatorie, fraterne, dilucide, planissime.*

Vetulus, a, um, *antiquus, γερόντιον*. 5. de Fin. 39. Arbor et vetula, et novella. 13. Att. 29. Mulier vetula sane, et multarum nuptiarum. Pro Quint. 29. Gladiator vetulus. De Ami. 69. Equis vetulis teneros anteponere solemus. 7. Fam. 16. Sero sapiunt: Tu tamen, mi vetule, non sero.

Vetus, eris, *antiquus, priscus, quod vetustatem fert, παλαιὸς, ἀρχαῖος*. Pro Cæc. 45. Hoc jam vetus est, et majorum exemplo multis in rebus usitatum. 1. de Orat. 168. Vetus et usitata exceptio. 16. Att. 16. Paterna, magna, et vetus et justa necessitudo. 2. Tusc. 38. Exercitatus et vetus miles. Ver. 4. 72. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia. De Clar. 4. Themistocles, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus. Pro Sest. 18. Veteres vexatores ætatulæ suæ despiciens. 5. in A. 47. Majores nostri, veteres illi, admodum antiqui, leges annales non habebant. 1. de Orat. 186. Primum, quia veteres illi, &c. De Ami. 67. Veterrima quæque (ut ea vina, quæ vetustatem ferunt) esse debent suavissima. De Univ. 34. Credendum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris.

Syntaxis. *Vetus et usitatum. Vetus miles, homo, amicitia. Majores nostri, veteres illi admodum antiqui. Vina veterrima, quæ vetustatem ferunt. Veteres et prisci (ut aiunt) viri.*

Vetustas, tis, *antiquitas, senectus, παλαιότης*. Pro Dom. 117. Peritiores vetustas fecit. 2. de Orat. 36. Historia nuncia vetustatis. 14. Att. 9. Hæc non videntur habitura vetustatem. 1. de Invent. 1. Res ab nostra memoria propter vetustatem remotæ. 1. de Orat. 193. Verborum prisca vetustas. *Ibid.* 201. Vetustatis exempla oratori nota esse debent. Pro Deiot. 37. Hæc nulla unquam vetustas obruet, nulla unquam delebit oblivio. 1. de Orat. 247. Veteres leges, aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut novis legibus esse sublatas. 2. cont. Rull. 96. Sed certe si paullum assumpserint vetustatis ac roboris, non continebuntur. De Clar. 286. Nimia vetustas non habet eam, quam quærimus, suavitatem, hec est jam sane tolerabilis. 3. in A. 15. Municipium vetustate antiquissimum. 4. ad Her. 4. Viri jam satis omnibus vetustate probati. De Sen. 65. Vinum vetustate coacescit. 2. de Div. 117. Vinum vetustate evanescit. De Am. 70. Magna est enim vis vetustatis et consuetudinis. 1. de Div. 109. Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam. Incer. Quod non ad interitum redigatur ipsa confectrice omnium vetustate.

Adjuncta. *Excellens, immensa, infinita, magna, nimia, tolerabilis, prisca, scenica.*

Syntaxis. *Habere vetustatem. Verborum prisca vetustas. Id nulla unquam vetustas obruet. Vetustate consenescere. Paullum assumere vetustatis. Vinum vetustate coacescit, evanescit. Confectrix omnium vetustas.*

Vetustus, a, um, *vetus, antiquus, παλαιὸς, ἀρχαῖος*. 13. Fam. 36. Cum Demetrio mihi vetustum hospitium est. 6. 6. Ratio vetustæ disciplinæ. Pro Cluent. 4. Opinio tam penitus insita, tam vetusta. De Cla. 83. Sed multo tamen vetustior, et horridior ille, quam Scipio.

Vexandus, a, um. Ver. 1. 56. Quæ oppida diripienda et vexanda curasti. *Ibid.* 93. Spolianda ac vexanda.

Vexatio, onis, *magna et infesta quædam agitatio vel jactatio, κάκωσις*. 1. C. 18. Tibi vexatio direptioque sociorum imposita fuit. 4. 2. et 12. 4. Tusc. 19. Afflictio est ægritudo cum vexatione corporis. I. P. 40.

Adjuncta. *Acerbissima, impunita, ac libera.*

Vexator, oris, *exagitator, κακοῦργος*. De Arusp. 47. Is crudelis vexator reip. fuit. 3. Phil. 27. Direptor et vexator urbis. Pro Sest. 18. Veteres vexatores ætatulæ suæ despiciens. Pro Mil. 36. Milo vexator furoris Clodii.

Adjuncta. *Crudelis, et sceleratus, vetus.*

Vexatus, a, um, *exagitatus, κακωθείς*. 3. in A. 23. Canutius, a quo eras honestissimis concionibus et sæpe, et jure vexatus. Pro Qu. 98. Multis vexatus contumeliis, multis jactatus injuriis. Ver. 3. 122. Provincia populata atque vexata. *Ibid.* Agri vectigales vexati. Mur. 32. Vehementissime vigilantissimeque vexatus. 2. Qu. Fr. 1. Furebat a Bacilio se contumaciter urbaneque vexatum.

Adverb. *Diu, diutissime, vehementer, vehementer et sæpe, vehementissime, vigilantissime.*

Vexillum, li, *signum, στρατήγιον*. 2. in A. 102. Ut vexillum videres, et aratrum circumduceres. 10. Att. 17. Vexillo opus est, convolabant. Orat. 153. X litteram e vexillo et paxillo consuetudo evellit. 5. in Ant. 29. Qui si Romam redierit, num quando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis?

Vexo, as, *agito, exagito, diripio, populor, male habeo, miserum habeo, κακόω, λυπέω*. 2. Fam. 10. Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienses hostes, &c. Pro Sest. 1. Qui omnia divina et humana vexarunt, violarunt, perturbarunt, everterunt. Pro Dom. 59. Uxor mea, quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. *Ibid.* 3. Quæ te tanta pœna tuorum scelerum vexat? ut arbitrere, &c. 1. de Leg. 40. Sollicitudo vexat impios. Pro Mil. 24. P. Clodius statuit omni scelere vexare rempub. Pro Sest. 60. Cato Pisonem verbis vexavit. Pro Flac. 48. Aliquem probris omnibus maledictisque vexare. Pro C. Corn. 2. Idem Domitius M. Silanum, quemadmodum tribunus plebis, vexavit.

Vexor, aris, *exagitor*. 1. C. 29. Cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt. Ver. 3. 125. Cum bellis Sicilia vexata est.

Incusor. 5. Tuscul. 25. Vexatur idem Theophrastus et libris, et scholis omnium philosophorum, quod, &c.

Adverb. *Contumaciter, crudelissime, contumeliosissime, fœdissime, pessime.*

Syntaxis. *Diripere et vexare. Spoliare et vexare. Vexare verbis, maledictis, contumeliis, scelere aliquem.*

V I

Via, viæ, *iter, ὁδὸς, πορεία*. Ver. 4. 96. Via qua Assoro itur Ennam. 3. de Fin. 45. Via quæ est hinc in Indiam. Ver. 4. 119. Ceteræ urbis partes una via lata perpetua, multisque transversis divisæ, privatis ædificiis continentur. 3. 191. Video, quot dierum via sit. Pro Cæc. 26. Dare viam alicui per fundum suum. 16. Att. 13. Longulam sane iter, et via inepta. 11. in Ant. 4. In Syriam patebat via certa, neque longa. 10. Fam. 9. Viennam equites mille via breviore præmisi. 3. Qu. Fra. 1. Ex eo loco recta Vitularia via profecti sumus in Fufidianum fundum. 9. Att. 11. Cursare huc et illuc via deterrima. Pro Planc. 98. Qui antequam de meo adventu audire potuissent, aliquorum dierum viam in Macedoniam, ad Planciumque perrexi. 1. de Div. 26. Itaque revertit ex itinere, cum jam progressus esset multorum dierum viam. *Ibid.* 101. Via nova Romæ. Pro Pl. 17. Via sacra Romæ, ad quam itur a fornice Fabiano. De Prov. 4. Via illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris. 5. de Fin. 5. Declinare de via ad dextram. 14. Fam. 12. Dare se in viam. *Ibid.* In viam quod te des hoc tempore, nihil est. Pro Font. 8. Munire viam, et munitiones viarum. I. P. 40. Obsessio militaris viæ. 2. de Nat. 137. Viæ ab intestinis ad jecur ductæ ac directæ. 2. in A. 61. Quis nescit, venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum? 12. *Ibid.* 22. Tres viæ sunt ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. 5. Att. 14. Nunc iter conficiebam æstuosa et pulverulenta via. 1. Off. 51. Erranti viam monstrare. De Senect. 6. Volumus sane, tanquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum sit, isthuc, quo pervenisti, videre quale sit. Pro Mil. 58. Occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium. *Ibid.* 92. Sunt qui de via Appia querantur. Hortens. Habet enim ipsa certam et definitam viam. 16. Fam. 4. Nunc quidem non dubito, quin te neque navigationi neque viæ committas.

Modus, ratio, forma, institutam. Orat. 114. Quæ res duplicem habuit docendi viam, &c. 2. de Div. 102. Dii dant nobis vias ad significationum scientiam. 4. Fam. 13. Et me in ipsius consuetudinem insinuabo, et certe

omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri posse. De Cl. 46. Via et arte dicere. 2. de Nat. 81. Via progredi. 2. de Div. 1. Optimarum artium vias tradere suis civibus. 1. Off. 100. Officium, quod ab eo ducitur, hanc primum habet viam, quæ deducit ad conservationem naturæ. Pro Mur. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant. 1. Qu. Frat. 1. 12. Græci omnes vias pecuniæ norunt: omnia pecuniæ causa faciunt. *Ibid.* 2. Via juris ejusmodi est, ut, &c. 4. C. 9. Cæsar hanc reip. viam, quæ popularis habetur, secutus est. Orat. 11. Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. 1. de Div. 138. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. 12. In Ant. 6. Quod si erratum est spe falsa et fallaci, redeamus in viam. 1. de Legib. 41. Deducere in viam. Pro Muræ. 26. Inire viam. Redire in viam. 1. de Leg. 18. Hi non justitiæ, sed litigandi tradunt vias. 2. Off. 43. Hæc via ad gloriam proxima est, et quasi compendiaria. De Cl. 280. Ut eam viam laudis esse duceret rectissimam, quam majores ejus ei tritam reliquissent. *Ibid.* Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. 1. de Fin. 57. O præclaram beate vivendi et apertam et simplicem et directam viam! 1. cont. Rul. 27. Quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. Pro Fl. 105. Qui non illam viam vitæ, quam ante præcipitem et lubricam esse ducebat, huic planæ et stabili præponendam esse arbitretur. 2. Off. 9. In quo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimque eo deducta est, ut &c. 3. Att. 5. In via esse. 6. *Ibid.* 5. Etsi aliquantum viæ processero, tamen &c.

Adjuncta. *Æstuosa, et pulverulenta, occulta, anceps, aperta, simplex et directa, præclara, beata, aut aspera atque ardua, aut plena periculorum, latebrosa, brevior, certa, optima, deterrima, directa, optabilis, jucunda, inusitata, longa, longior, planior, expeditior, inculta et sylvestris, rectissima, trita, tuta, illustris atque lata, immunita, inepta, infesta, militaris, lubrica, transversa, lata, perpetuaque, perlonga et non satis tuta, perniciosa, vitiosa, popularis, præceps et lubrica, proxima et quasi compendiaria, recta, sacra, simplex, vendibilis.*

Syntaxis. *Via, quæ est hinc in Italiam. Quot dierum via est? Dare viam alicui per suum fundum. Viam patere in. Præmittere equites via breviore. Aliquorum dierum viam pergere ad aliquem, progredi. Declinare, deflectere de via. In via esse. Dare se in viam. Viæ se committere. Munire viam. Iter conficere æstuosa via. Erranti viam monstrare. Viam conficere. Habere certam et definitam viam. Omnes vias persequi, quibus &c. Via et arte dicere. Via progredi. Artium vias tradere. Officium hanc potissimum habet viam. Viam obsepire. Omnes vias pecuniæ nosse. Viam sequi, indagare, relinquere. Redire in viam. Via ad gloriam proxima et quasi compendiaria. Hæc via perducit ad honores.*

Viaticum, ci, *viæ impensa, atque itineris subsidium*, ἐφόδιον. 12. Att. 31. Velim videas et quid instrumenti, et quid viatici satis sit. 7. 17. Qu. Ticinius viaticum se negat habere. 12. Fa. 3. Legato tuo viaticum eripuerunt. 4. Att. 5. Viaticum Crassipes præripuit. 8. 7. Ad Philotimum scripsi de viatico. 15. 20. Video mihi opus esse viatico. De Senect. 65. Potest quidquam esse absurdius, quam quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere? Pro Planc. 26. Quod viaticum congesserunt.

Adjuncta. *Largum et liberale, publicum.*

Viarius, a, um, *ad viam quod attinet*, ὁ περὶ ὁδοῦ. 8. Fam. 6. Lex viaria.

Viator, oris, *quicunque iter facit*, ὁδίτης, ὁδοιπόρος. Pro Mil. 56. Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. 2. Att. 12. Nisi quid ex prætereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus. De Senect. 56. Qui a villa in Senatum Senatores accersebant, viatores nominati sunt. 9. Att. 12. Quod cum e viatore quodam esset auditum, misi, &c. De Fat. 34. Hoc modo viator bene vestitus, causa grassatori fuisse diceretur, quod ab eo spoliaretur. 2. Qu. Fr. 14. Quod viatoribus, cum properant, evenit, ut, si serius quam voluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte evigilassent, perveniant quo velint. In Vat. 22. Miserisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret. Pro Font. 29. Et viator quæreret, quem Pisonem?

Vibo, *oppidum*. 3. Att. 1. 6. 16. Pro Pl. 96.

Vibonensis. 16. Att. 6.

Vibro, as, *tracto, agito*, βάλλω. 2. de Orat. 325. Samnites, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. 2. Off. 29. Vibrare hastam. 2. C. 23. Qui sicas vibrare et venena spargere didicerunt.

Mico. Orat. 234. Demosthenes, cujus non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. De Clar. 326. Oratio incitata et vibrans. 4. Acad. 105. Mare cum a sole collucet, albescit et vibrat.

Vicanus, ni, *qui in vico habitat*, ὁ κωμήτης. 1. de Div. 133. Vicani aruspices. Pro Fl. 8. Timolites vicanus.

Vicarius, rii, *qui pro aliquo in aliquo munere constitutus est*, ἀμοιβαῖος. Qu. de Pet. 29. Pro Sull. 26. An hoc regnum appellabitur, cujus vicarius qui velit esse, inveniri nemo potest? Brut. 16. Vicarius alienæ dominationis. Ver. 4. 81. Succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes tuas. 16. Fam. 22. Itaque do te vicarium, tu eum observabis. Pro Cæc. 57. Procurator pene dominus, et alieni juris vicarius. Pro Mur. 80. Nolite mihi subtrahere vicarium diligentiæ meæ. Pro S. R. 111. In his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. *id est, in*

mandatis. Oecon. 2. Vicarius meæ diligentiæ succedit. Ver. 3. 86. Hic Diogenetus vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. 93. Peculia omnium, vicariique retinentur. 3. 120. Quinquaginta aratores ita video delectos, ut iis ne vicarii quidem successerint. 12. in Ant. 3. Quod si in bello dari vicarii solerent, libenter me, ut Brutus emitteretur, pro eo includi paterer.

Vicatim, *per singulos vicos, κωμηδόν.* Pro Dom. 129. Servorum omnium vicatim celebratur tota urbe descriptio. Pro Sest. 34. Cur vicatim servi omnes conscriberentur, &c. 4. Att. 3. Vicatim ambire, servis aperte spem libertatis ostendere.

Vicem, *fortunam, sortem.* Pro Dom. 8. Mihi uni necesse est, et meam et aliorum vicem pertimescere. 11. Fam. 19. Valde et meam et vestram vicem timeam necesse est. Brut. 10. Reip. vicem doleo. 8. Fam. 23. Ut meam vicem doleres, cum me videres derideri. 4. 6. Nos malo solatio consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus. *Ibid.* 5. An illius vicem (credo) doles? 12. 13. Respublica, in qua tuam vicem sæpe doleo, quod nullam partem per ætatem sanæ et salvæ gustare potuisti. Ver. 1. 113. Nos si alienam vicem pro nostra injuria doleremus, vestigium istius in foro non esset relictum. 6. Att. 3. Sed mehercule Curionis et Pauli, meorum familiarium, vicem doleo. 1. Fam. 9. Quanquam ille nostram vicem ultus est ipse per sese. Pro Sest. 10. Recito vicem officii præsentis, testimonium præteriti temporis.

Vice, vel Vicem, *pro loco.* 10. Att. 11. Nisi forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle censueritis. 2. de Leg. 28. Si fingenda nomina vice poetæ, &c. *Ibid.* 48. Nulla est persona, quæ ad vicem ejus qui e vita emigravit, propius accedat, quam hæres.

Syntaxis. *Vicem suam et aliorum pertimescere, timere, dolere, ulcisci. Recitare vicem officii præsentis. Alterius vice. Accedere ad vicem alicujus.*

Vicenus, a, um. Ver. 2. *et alibi sæpe in Ver.*

Vicesima, mæ, *tributum quum de vicenis unum penditur, εἰκοστὴ, ῆς.* 2. Att. 2. Quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam?

Vicesimus, a, um, *vigesimus, εἰκοστός.* 12. Fam. 25. Altero et vicesimo die. 2. de Fin. 101. et 3. Qu. Fr. 1. Vicesimo die Lunæ.

Vicetini, *populi.* 11. Fam. 19.

Vicies, *adverb. εἰκοσάκις.* 4. Att. 2. Æstimarunt H-S. vicies. 2. Bis et vicies. et Pro Clu.

Vicinia, niæ, *vicinitas, συνοίκησις.* 2. Tusc. 37. Inde in vicinia nostra Averni lacus.

Vicinitas, tis, *vicinia, propinquitas, συνοίκησις.* Ver. 4. 96. Signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur. Pro Cæl. 37. Cur in istam vicinitatem meretriciam te contulisti? Pro S. R. 134. Cantu nervorum tota vicinitas personat. *Ibid.* 15. Sex. Rosc. Amerinus fuit non modo sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus. *Ibid.* Hic præter cæteros in ea vicinitate eam partem causamque defendit. *Ibid.* 48. In Umbria, atque in ea vicinitate. Pro Clu. 11. Sed etiam regionis illius ac vicinitatis facile primus. Pro Planc. 22. Jam municipia conjunctione etiam vicinitatis vehementer moventur. 2. Off. 63. In vicinitatibus et confiniis. Pro Clu. 49. Mihi cum eo vicinitas et magnus usus est. Postq. ad Quir. 3. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates. 5. de Fin. 65. Vicinitas cum civibus. 1 de Inv. 38. Vicinitas totius regionis. 4. Acad. 138. Versari in vicinitate. 5. Fam. 15. Cum forum commune sit, vicinitas non requiritur. 5. Att. 10. Propter vicinitatem totos dies simul eramus. Pro Plan. 19. Scire enim hoc propter vicinitatem facile possum. 2. de Nat. 141. Nares non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. Pro Rab. 8. Cum singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur.

Adjuncta. *Finitima, infelix, meretricia, non fucata, non fallax.*

Syntaxis. *Conferre se in vicinitatem meretriciam. Cantu tota vicinitas personat. Vicinitatis facile primus. In vicinitatibus et confiniis. Mihi cum eo vicinitas et magnus usus est. Versari in vicinitate.*

Vicinus, a, um, *propinquus, finitimus, proxime accedens, γείτων, παραπλήσιος.* 2. Att. 14. Vicinus proximus. 2. Qu. Fr. 1. Interior vicinus. Pro S. R. 47. Possum multos proferre vel tribules, vel vicinos meos, qui, &c. Pro Sull. 58. Cum cæteri deficerent finitimi ac vicini. Orat. 113. Dialectica vicina et finitima Rhetoricæ. *Ibid.* 21. 3. Off. 104. Fides in Capitolio, vicina Jovis Opt. Max. Ver. 1. 48. Latona gravida, et jam ad pariendum vicina.

Adjuncta. *Interior, malus, proximus, novus, vetus et necessarius.*

Vicissim, *pariter, invicem, ἐναλλάγδην.* 4. Acad. 123. Vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim eluditis. 2. de N. 19. Terram uno tempore florere, deinde vicissim horrere. Orat. 60. Oculorum, et hilaritatis, et vicissim tristitiæ modum res ipsæ temperabunt. 3. de Fin. 71. Quod justum est, honestum est: vicissimque quod honestum est, justum est. 1. de Div. 9. Si sint ea genera divinandi vera, esse deos: vicissimque si dii sint, esse qui divinent. De Fat. 3. Mutuari ab aliquo, et ei vicissim reddere aliud quidpiam. 3. Nat. 31. Cum eadem vicissim retro commeant. 2. 84. Deinde retrorsum vicissim ex æthere aer oritur. *Ibid.* 3. Te audire vicissim vellem. Pro Cæl. 37. Redeo nunc ad te, Cæli, vicissim. 3. Fam. 6. Hoc ego meo facto delector: est enim, &c. considera nunc vicissim tuum. 3. de Nat. 1. Præbebo me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem. 16. Att. 3. Veruntamen expecto, quid ille tecum, quid tu vicissim.

De Sen. 46. Refrigeratio in æstate, et vicissim in hyeme ignis hybernus. *Ibid.* 57. Ubi potes æque calescere apricatione, vel vicissim umbris aquisve refrigerari.

Syntaxis. *Vicissim dicimus. Vicissim hæc retro commeant. Retrorsum vicissim ex aere oritur aqua. Æstate calescere, et hyeme vicissim algere.*

Vicissitudo, inis, *commutatio, varietas quædam*, ἀνταπόδοσις, περιτροπή. 5. Tusc. 69. Quæque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. 1. 68. Vicissitudines dierum et noctium, commutationesque temporum quadripartitæ. 1. de Inv. 59. Diurnæ nocturnæque vicissitudines. 5. Fam. 12. Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque vicissitudines. 3. de Orat. 223. Ad actionis suavitatem quid est vicissitudine et varietate et commutatione aptius? Pro Mur. 76. Populus Romanus distinguit rationem officiorum et temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis. De Amic. 49. Nihil est remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius. Part 129. Altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet. 3. de Orat. 191. Pedes aut choræos aut heroos aut alternos esse oportet: nam horum vicissitudines efficiunt, ut, &c. De Arusp. 19. Vix quisquam arte ulla rerum ordinem ac vicissitudinem persequi potest. 2. de Nat. 125. Ea vicissitudo in omni cursu conservatur. 1. 52. Qui rerum vicissitudines ordinesque conservet. 2. 84. Vicissitudine elementorum mundi continuata natura est. *Ibid.* 97. Impetus cœli constantissime conficiens vicissitudines anniversarias. 2. de Leg. 16. Dierum noctiumque vicissitudines. 1. Off. 134. Vicissitudine nonnunquam utendum putet.

Adjuncta. *Anniversaria, jucunda, nocturna, diurnaque, optabilis, et jucunda.*

Syntaxis. *Ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. Vicissitudines diurnæ nocturnæque. Temporum varietates fortunæque vicissitudines. Vicissitudo laboris ac voluptatis. Vicissitudo referendæ gratiæ. Rerum vicissitudines ordinesque conservare. Natura continuata vicissitudine elementorum. Conficere vicissitudines anniversarias. Vicissitudine uti.*

Victima, mæ, *hostia*, θῦμα. 2. de Inv. 96. Pro Fl. 95. Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem? 2. de Fin. 61. Seque e continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuisset.

Victor, oris, *in contentione palmam ferens*, νικητής. 4. Fa. 9. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. Pro Pomp. 30. Ille ipse victor L. Sylla. I. P. 16. Cn. Pompeius gentium victor. De Arusp. 49. Ille externorum hostiumque victor. 2. de Div. 56. Galli victi silere solent, canere victores. *Ibid.* Galli victores alacritate et quasi lætitia ad canendum excitantur.

Adjuncta. *Beatus, bonus, ingratus, insolens, invitus, lætus, summus.*

Victoria, riæ, *palma, triumphus, trophæum, res bene gesta*, νίκη. Pro Mar. 9. Victoria, quæ natura insolens atque superba est. Brut. 15. Facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur. Pro. Cæl. 18. Qui ex reip. causa sibi gloriosam victoriam consecutus est. Brut. 10. Quodammodo victoria excidit e manibus. Pro Mur. 12. Finem stipendiorum, patris victoriam et triumphum fuisse. 1. de Div. 98. Victoriæ signum sudavit Capuæ. 4. Fam. 9. Victoria in bellis civilibus, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores reddit. 6. 21. Victoria acerbissima. Pro Deiot. 33. Victoria civilis. 9. Fa. 10. Victoria belli civilis, malorum extremum. 4. 9. Victoria crudelis. 10. 2. Victoria funesta orbi terrarum. 10. Att. 15. Victoria horribilis. 9. Fam. 9. Victoria inclinata. 4. 4. Victoria in civilibus bellis semper insolens. 1. de Div. 75. Victoria navalis. 2. Tusc. 41. Victoria Olympiorum. Pro Leg. Man. 8. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt Imperatores, ut ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. Act. 1. Ver. 31. Victoriæ ludi. 10. Fam. 22. In victoriæ possessione permanebit. 6. 7. Victoriæ suæ vota facere. Pro Cæl. 18. Gloriosa victoria. Pro Rosc. Amer. 16. Victoriam constituere. 6. Fam. 1. Victoriam subire. 9. Att. 8. Victoriam diutius tenere. Pro Mar. 12. Victoriam vincere. 7. Att. 5. Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis existet. 1. 13. In victoria alacris exultat improbitas. 1. Off. 35. Parta victoria conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt. 9. Att. 8. Victoria diuturna uti. Pro Leg. Man. 28. Cujus adolescentia ad præsentiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis; non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta. Ver. 4. 115. Conferte hujus prætoris adventum cum illius imperatoris victoria. *Ibid.* 120. In ornatu urbis habuit victoriæ rationem. *Ibid.* 120. Victoriæ putabat esse, &c. *Ibid.* 121. Non plus victoria Marcelli populo Rom. appetivit, quam &c.

Adjuncta. *Acerbissima, peropportuna, bellica, charissima, certa, civilis, crudelis, insolens, misera, crudelis et funesta, diuturna, horribilis, dulcis, præclara, externa.* X. *domestica, facilior, honesta, funesta, gloriosa, molesta, gratissima, gravis, turbulentaque, gravissima, navalis, honestissima, incerta, incredibilis, insolens, et superba, et nimis iracunda, innocentissima, insolita, justa, nefaria, nocentissima, publica, recens.*

Syntaxis. *Victoriam consequi. Victoria excidit e manibus. Victoria venit ad meliores. Reportare victoriam, insignia victoriæ. In victoriæ possessione permanere. Victoriam constituere. Victoriam subire. Victoriam tenere. In*

victoria exultat improbitas. Parere victoriam. Victoria uti.

Victoriatus, ti, *genus nummi.* Pro Font. 9. Nulchalone Servæum binos H-S. et victoriatos mille. *al.* Vulchalone. *Ibid.* Ternos victoriatos.

Victoriolas aureas Dionysius sine dubitatione tollebat. 3 de Nat. 84.

Victrix, cis, νικήτειρα. Brut. 10. Erat victrix respublica cæsis hostibus. Pro Cluent. 14. Mater victrix filiæ, non libidinis. Pro Sest. 79. Manus illa Clodiana in cæde civium jam sæpe victrix. 1. Tusc. 116. Oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. 5. Att. 21. Victrices litteræ: *id est, victoriam nunciantes.* Frag. ep. Legiones victrices.

Victurus, a, um. 3. in Att. 27. Is dixit nisi qui vicisset, victurum esse neminem.

Victus, a, um, *superatus, subactus, convictus, fractus,* νικηθείς. Pro Font. 26. Victi et subacti populi. De Clar. 254. Quo uno vincebamur a victa Græcia, id &c. 2. de Orat. 201. Ita tua, Sulpiti, est a nobis tum accusatio victa.

Victus, us, τροφή. Pro Quint. 49. Victus vestitusque necessarius. 1. de Orat. 232. Ut ei victus quotidianus in Prytanæo publice præberetur. 12. Att. 17. Nunc plane nec victum ullum, nec vitam colere possum. 5. Tusc. 63. Dionysius omni cultu et victu humano carebat. 1. Off. 58. et 2. de Fin. 90. Vita victusque communis in amicis vigent maxime. 2. Off. 15. Hominum vita plurimum distat a victu et cultu bestiarum. 1. de Div. 61: Qui salubri et moderato cultu et victu quieti se tradiderit. 5. Tusc. 99. De parsimonia Lacedæmoniorum et Persarum in victu. De Clar. 95. C. Tuditanus omni vita atque victu excultus atque expolitus. 1. Off. 12. Parare ea, quæ suppeditent ad cultum et ad victum. De Am. 88. Qui parvo contentus, tenui victu cultuque delectatur. 1. de Inv. 2. Cum sibi victu ferino vitam propagabant. Pro S. R. 77. Unus puer victus quotidiani. *Vide,* Administer. Oecon. 1. Cum victus et cultus humanus non, uti feris, in propatulo ac sylvestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset: necessarium fuit alterutrum foris et sub dio esse, qui labore et industria compararet, intus qui tectis reconderet atque custodiret. *Ibid.* Foris et in aperto victum quærentibus. Hortens. Cum lautum victum et elegantem magnifice, neque minus quam deceret, colere instituisset, &c.

Adjuncta. *Aridus, communis, saluber, et moderatus, copiosus, humanus, ferinus, necessarius, tenuis, tenuissimus.*

Syntaxis. *Præbere alicui victum quotidianum. Nec victum, nec vitam colere. Carere omni cultu et victu humano. Vita victusque communis in amicis vigent. Distare a victu cultuque bestiarum. Parsimonia in victu. Omni vita atque victu excultus et expolitus. Tenui victu cultuque delectari. Victu ferino vitam propagare. Victum et cultum accurare. Victum quærere. Lautus victus et elegans.*

Vicus, ci, *multæ domus junctæ,* κώμη. *Duplex est vicus et in urbe et extra urbem. Vide Manut. 2. Fa. ep. 10. et 1. ad Att. ep. 3. Colum. lib. 2. c. 17. lib. 3. c. 3. Var. lib. 1. de re. rust. c. 7.* Pro Dom. 54. Cum conscriberes servos ex omnibus vicis concitatos. Pro Milon. 64. Nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. 14. Fam. 1. Scribis te vicum venditurum. Pro Pomp. 5. Bithiniæ vicos complures exustos esse. *Ibid.* Cobiamacho, qui vicus inter Tolosam et Narbonem est. 15. Fam. 4. Fugerana, quæ fuit non vici instar, sed urbis. 5. Att. 16. Concursus fiunt ex agris, et vicis, et ex domibus. 3. Off. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt. 5. Att. 21. Omnibus vicis transire legem.

Videlicet, *nimirum, scilicet,* δηλαδή. 3. de Orat. 127. Aut si est victus, eloquentior videlicet fuit Socrates. Pro Clu. 128. et 129. Majores nostri statuerunt, ut sortitione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Orat. 114. Aristoteles dicit, Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ, ut hoc videlicet inter se differant, quod &c. Pro Cluen. 148. Qui eorum. quorum? videlicet, qui supra scripti sunt. 2. de Orat. 197. Quamobrem hoc vos doceo bonus ego videlicet magister, ut possitis, &c. 1. de Inv. 2. Quidam magnus videlicet vir, et sapiens. 2. de Orat. 124. Sapiens videlicet homo cum primis nostræ civitatis &c. 5. Tuscul. 103. Sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum. 2. 11. Te natura excelsum quendam videlicet, et humana despicientem genuit. 3. Fam. 9. Vix tandem legi litteras dignas Appio, plenas humanitatis; aspectus videlicet urbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. 2. de Fin. 31. Hoc natura videlicet voluit. 5. 69. Hac videlicet ratione. 2. de Leg. 14. Quos imitatus Plato videlicet hoc quoque legis putavi esse, persuadere aliquid, &c. *Ibid.* Quæque ita composita sancitaque essent, eas videlicet leges nominarunt. *Ibid.* 24. Caste jubet lex adire ad deos, animo videlicet, nec tollit castimoniam corporis. Pro Quint. 39. Huic molestus esse videlicet noluisti. Ver. 2. 137. Licebat enim videlicet legibus. 2. de Inv. 14. Cum ille alter, videlicet qui nummos habebat, &c. Pro Planc. 96. Nihil videlicet est eorum. *id est, quidem.* Brut. 14. Videlicet cum illam epistolam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. 2. de Orat. 326. Videlicet illa: nam, &c. Pro Sest. 30. Videlicet ejiciet quem volet? 16. Fam. 27. Nam quæ parcius frater præscripserat, verecundia videlicet et properatione, ea tu sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti. *Ibid.* 20. Libros compone, videlicet cum

Metrodoro lubebit, quando ejus arbitratu vivendum est. 4. de Fin. 63. Stoici hæc videlicet viderunt. *Ibid.* 21. Hæc videlicet est correctio philosophiæ.

Videns, tis. Pro Quint. 50. Huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur. *Alii* indicitur.

Video, es, *cerno, conspicio, perspicio, aspectu sentio, aspectu percipio, ante oculos mihi versatur vel obversatur*, εἴδω, ἐπιβλέπω. 4. Acad. 81. At ille nescio quis, qui in scholis nominatur, mille et octingenta stadia quod abesset, videbat. *Ibid.* 80. Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno. Pro Mur. 88. Quæ vero miseranda sunt, ea et mihi ante oculos versantur, et vos videre ac perspicere potestis. 1. de Div. 48. Ut eum oculum, quo bene videret, amitteret. De Un. 11. Nihil igni vacuum videri potest. 9. in Ant. 4. Cn. Octavii statuam videmus in foro. Pro C. Cornel. 1. Ut spectaculum videremus. Hort. Cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem.

Animo agnosco, intelligo. 2. Qu. Fr. 9. Apud Anitium videbimus, ut paratum sit. Pro Cluent. 169. Quidquid mali per hos annos Cluentius vidit, id omne a matre est conflatum. 2. Tusc. 12. Videre licet quosdam, &c. Ver. 4. 64. Videre et perspicere aliquid oculis. 6. Fam. 3. Quem ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. 2. de Orat. 283. Vide, inquit, ista, Scaure, si potes esse possessor 16. Fam. 5. Videbis, quid Lysoni, quid medico placeat. Ver. 5. 173. Vide etiam atque etiam, et considera quid agas. 4. Acad. 62. Vide quæso etiam atque etiam ne, &c. *Ibid.* 66. Cave ne capiaris, ne fallaris vide. 3. Tusc. 13. Videamus, ne, &c. 2. 42. Vide ne non ita sit, &c. 8. Fam. 2. Vide modo, inquis, &c. 12. Att. 15. Sed Septimium vide. 1. de Orat. 116. Fere nemo est, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat. 8. Att. 19. Sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares adversariis esse non possimus. De Senect. 83. Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius, videre, se ad meliora proficisci? ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? De Amic. 38. Sed loquor de iis, qui ante oculos sunt, quos videmus. Pro Mil. 79. Cogitationes nostræ, quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus. Pro C. Cornel. 1. Cum ambitum populus Rom. videret.

Tu videris, et similia, id est, tuum sit agnoscere, vel curare: vel, tu nosces. 3. in A. 33. Quid concupiscas, tu videris: quid concupiveris, certe habebis. 2. Att. 7. Sed id quoque videbimus. Brut. 2. Sed de hoc tu videris. De Am. 10. Quam id recte faciam, viderint sapientes. 6. Att. 4. Sed hoc fortuna viderit, quoniam consilio uti non licet. 4. 9. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut, si quis est, curet deus. Pro Cæl. 35. Sed videro hoc posterius. Pro Qu. 55. Quid mihi cum ista summa sanctimonia? viderint, inquit, ista officia boni viri. 1. de Orat. 246. Quæ ars quam sit facilis, illi viderint, qui, &c. deinde etiam tu ipse videris, qui &c. 3. de Nat. 9. Quam simile istud sit, tu videris.

Adverb. *Acrius, admodum, longe, palam, parum longe, acute, prudenter, acutius, acutissime, diligentissime, recte, celerrime, aperte, apertius, assidue, coram, diligenter, etiam atque etiam, jamdiu, jampridem, longe ante, mature, maxime, multum, omnino, omnino nunquam, perspicue, strictim, paullo clam, penitus, physice, plane, paullo ante, posterius, plurimum, prudentius, quamprimum, rursus, retro, valde.*

Videor, eris, *compareo, speciem offero, speciem habeo, vel præ me fero*, δοκέω, δοκῶ, δοκοῦμαι. 2. de Inv. 171. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quosdam, &c. Div. 45. Videre jam videor, &c. 1. Att. 14. Objurgavi Senatum, ut mihi visus sum, summa cum autoritate. *Ibid.* 16. Ut mihi videbar, &c. 4. C. 11. Videor mihi hanc urbem videre subito uno incendio concidentem. 4. Fam. 4. Ut speciem aliquam viderer videre quasi reviviscentis reip. 3. Off. 7. Tertio si id, quod speciem haberet honesti pugnaret cum eo, quod utile videretur. 2. cont. Rull. 91. Hæc consilia M. Bruto reprehendenda visa sunt. Pro Qu. 54. Quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri? Orat. 67. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis locutionem, &c. 2. de Orat. 122. Si quid est in me, quod jam sperare videor, quoniam, &c. *Ibid.* 40. Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum, quam quid ipse sentiam, dicere. 5. Att. 18. Quia consiliis, ut videmur, bonis utimur. 16. Fam. 1. Si videris tibi me posse consequi. 8. Att. 22. Cujus socius videor esse debere. 1. Fam. 8. Neque id facio (ut fortasse quibusdam videor) simulatione. 4. 13. Cum cæteris (ut quidem videor) tum ipsi mihi displiceo. *Ibid.* Videor mihi perspicere, &c. 1. de Nat. 58. Videor audisse de L. Crasso, &c. De Clar. 18. Videor jam te ausurus esse appellare. 2. de Orat. 57. Sicut mihi videtur, quantum judicare possum. 7. Att. 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. 13. 28. Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid tibi visum sit, cras scilicet. 3. Off. 34. Induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. De Senect. 2. Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. De Am. 15. Quo in genere sperare videor amicitiam nostram, &c. *Ibid.* 19. Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, &c. 12. Att. 27. Puero de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. 1. de Nat. 58. Sæpe de L. Crasso videor audisse, cum te togatis omnibus anteferret. *Item alibi sæpissime: nam nullum ver-*

bum crebrius a Cicerone usurpatur, et praesertim in clausulis.

Adverb. *Certo, facillime, falso, late, longe secus, magnopere, plane, recte, secus, valde, vere.*

Viduitas, tis, χηρεία. Pro Caec. 13. Ebutius iste jamdiu Caesenniae viduitate ac solitudine alitur.

Viduus, a, um, χῆρος. *Ibid.* 14. Cognitor viduarum. 2. Tuscul. 25.

Sic ipse viduus pestes excipio anxias. Poetae.

Vienna, *urbs Galliae.* 10. Fam. 9.

Vietus, a, um, *imbecillus, languidus,* λιγνιστικός. 2. de Div. 37. Possum suspicari contractum aliquo morbo bovis exile, et exiguum, et vietum cor fuisse. De Senect. 5. Necesse fuit esse aliquid extremum, et tanquam in arborum baccis maturitate tempestiva quasi vietum et caducum.

Vigens, tis, ἀκμάζων. 2. de Fin. 45. Mentem et acrem, et vigentem. De Leg. Sine corpore animo vigente.

Vigeo, es, *viriditatem habeo, floreo,* ἀκμάζω. X. *jaceo.* 2. de N. 83. Stirpes arte naturae vivunt et vigent. 3. 35. In omni rerum natura id vivere, id vigere, quod caleat. 5. Tuscul. 37. Neque enim est ullum, quod non vigeat interiore quodam motu. De Somn. 19. Animus est qui viget, qui sentit, qui meminit, &c. Pro Mil. 85. In nobis esse quiddam quod vigeat, quod sentiat, &c. 1. de Div. 115. Viget enim animus in somnis. Pro Sest. 47. Animus post mortem sentit et viget. 1. Tuscul. 57. Nisi animus, antequam corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset. 1. de Div. 63. Jacet enim corpus dormientis, ut mortui: viget autem et vivit animus. *Ibid.* 70. Ea pars animi tum maxime viget, cum plurimum abest a corpore. 1. Tuscul. 104. Sive occiderit animus, sive vigeat. 5. de Fin. 26. Omnium rerum, quae natura vigeant, similem esse finem. 1. Tusc. 38. Multaque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur, &c. 1. de Nat. 11. Haec in philosophia ratio contra omnia disserendi, usque ad nostram viguit aetatem. 2. Tusc. 4. Philosophia doctissimorum contentionibus dissensionibusque viguit. 4. Att. 3. Nos animo duntaxat vigemus. 7. Fam. 33. Gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis. 8. 1. Tui politici libri omnibus vigent. 1. Tuscul. 116. Vigere in ore. Orat. 215. Qui numerus viget in primo, jacet in extremo. 11. in Ant. 39. Nihil semper floret, diu legiones Caesaris viguerunt, nunc vigent Pansae. Pro Cael. 12. Flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam studia rei militaris. 2. Tuscul. 69. Apud quos venandi et equitandi laus viget. Pro Cael. 67. Vigeant apud istam mulierem venustate. 3. de Orat. 108. Nunc Philonem in Academia maxime vigere audio. 1. 45. Vigebat auditor Panaetii illius tui Mnesarchus. 1. Tuscul. 116. Armodius in ore et Aristogiton viget. 3. 75. Quandiu insit, et vigeat, et habeat quandam viriditatem. 2. de Orat. 355. Qui memoria vigent, sciunt quid, &c. 5. de Fin. 35. Valere et vigere. 1. Off. 58. Interdum etiam objurgationes in amicis vigent maxime. 1. de Orat. 13. Athenis studia eloquentiae viguerunt. 1. Off. 122. Ut eorum in bellicis, et in civilibus officiis vigeat industria. Pro Mil. 86. Vestrae tum arae viguerunt, vestra vis valuit. Pro Marc. 29. Vita quae vigebit memoria seculorum omnium.

Syntaxis. *Arte naturae vigent ac vivunt stirpes. Viget in somnis animus. Magnum est quod in nobis viget, quod sentit. Homo animo viget. Vigere in ore. Vigent Caesaris legiones. Objurgationes in amicis vigent. Apud eos viget laus venandi, studia litterarum, industria. Philo in Academia maxime viget. Qui memoria vigent. Valere et vigere. Vigere memoria seculorum omnium.*

Vigesimus, a, um, *vicesimus.* 14. Fam. 5. Uno et vigesimo die. 12. 25. Altero et vigesimo die. Pro Pomp. 7. Ab illo tempore annum jam tertium et vigesimum regnat.

Vigil, lis, ἄγρυπνος. Ver. 4. 94. Clamor a vigilibus et fani custodibus tollitur.

Vigilans, tis, *acer, attentus.* 1. contra Rull. 3. Tribunus plebis vigilans et acutus. Pro S. R. 139. et pro Cael. 74. Vigilans, et bonus, et fortis vir. 8. Att. 13. Vigilans, sobrius, et industrius vir. 1. Qu. Fr. 1. Vigilans vel dormiens gubernator. Pro Sest. 37. Vigilans homo. 1. Off. 68. Vigilantem pro re alterius, &c. Pro Rosc. Amer. 139. Nostri isti nobiles, nisi vigilantes et boni, &c. erunt, &c. Act. 1. Ver. 32. Perficiam ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad judicium venisse videatur.

Vigilanter, ἀγρύπνως. 15. Fam. 2. Ut vigilanter se tueretur. Ver. 4. 144. Quod vigilanter provinciam administrasset. 10. Fam. 23. Idem praesta, ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Pro Mur. 32. Quem L. Murena, pater hujusce, vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. *Alii* diligentissime.

Vigilantia, tiae, *diligentia, studium, cura, providentia,* ἀγρυπνία. Ver. 5. 1. et 4. 14. Siciliam virtute ejus et vigilantia singulari esse servatam. 8. Att. 9. Caesar horribili vigilantia plenus. 7. Fam. 30. Vigilantia mirifica fuit, qui suo toto Consulatu somnum non viderit. Pro Planc. 62. Nihil in eo frugalitatem, laborem, vigilantiam esse curamus. 8. Att. 9. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est: plane quid futurum sit, nescio. Ver. 4. 54. Ipse tamen praetor, qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse, &c.

Adjunct. *Horribilis, mirifica, singularis.*

Vigilia, liae, *lucubratio, abstinentia a somno,* ἀγρυπνία. 4. Tusc. 43. Cui non sunt audita

Demosthenis vigiliæ? Parad. 1. Quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.

Custodia, cura. 7. in Ant. 19. Idcirco in hac custodia, tanquam in specula collocati sumus, ut populum Romanum vacuum nostra vigilia redderemus.

Excubiæ. Ver. 4. 93. Præcipitur ædilibus, ut noctu vigilias agerent ad ædes sacras. I. P. 16. Me stante et manente in urbis vigilia. 1. in Ant. 1. Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam Consulari et Senatoria. 3. C. 6. Interim tertia fere vigilia exacta, fit in eos impetus. Pro Mil. 68. Si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta juventus contra Milonis impetum armata est, &c. 1. C. 8. Illam coloniam meis præsidiis, custodiis, vigiliisque munivi. 1. de Invent. 39. Diei et noctis et vigiliæ, et horæ. 2. C. 26. Vestra tecta custodiis vigiliisque defendite. Pro Sull. 26.

ADJUNCTA. *Consularis ac senatoria, flebilis, nocturna.*

Vigilo, as, *vigilias ago, excubo, in vigilia maneo, ἀγρυπνέω.* 3. C. 6. Tardissime autem Lentulus, credo quod litteris dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilaverat. De Somn. 1. Vigilare ad multam noctem. 6. in A. 18. Quamobrem, Quirites, quantum potero, excubabo, vigilaboque pro vobis. Pro Planc. 59. Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. 2. Qu. Fr. 14. Properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilassent, perveniunt quo volunt. Pro S. R. 98. Pervigilare unam noctem. Pro Mur. 22. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. *Ibid.* 19. Multum vigilavit, &c.

Viginti, εἴκοσι. 3. de Orat. 71. Annos natus unum et viginti. Pro Planc. 90. Viginti dies. 2. in Ant. 119. Annos prope viginti.

Vigintiviratus, us. 9. At. 2. Repudiari se totum magis etiam, quam olim in vigintiviratu.

Vigintiviri, ἄρχοντες εἴκοσι. 2. Att. 7. Ubi nemo sit præter me, qui quenquam ex vigintiviris unum esse salvum velit.

Vilis, le, *vulgaris, contemptus, abjectus, humilis, plebeius, levis, communis,* εὐτελής, εὔωνος.) (. *pretiosus.* 1. Qu. Fr. 1. 24. Semper putavi honores, si vulgares essent, viles. 3. Off. 89. Servulus vilis. Pro Sest. 49. Quod beneficium a me haberetis, cum pro vobis ea, quæ mihi vilia essent, reliquissem? 2. de Fin. 91. Non minor voluptas percipitur ex vilissimis. 7. Fa. 20. Quanquam Velia non est vilior quam Lupercal. 5. Tusc. 102. Quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. Pro Flac. 103. Etiamsi honos noster vobis vilior fuisset, salutem certe charam futuram putavi. Pro S. R. 71. Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus, &c. Ver. 3. 195. Frumentum quoniam vilius erat, ne emisses. *Ibid.* 195. Vobis tamen vilis esse spiritus meus non debet.

Vilitas, tis, εὐωνία .)(. *caritas.* Pro Pomp. 44. Vilitas annonæ ex summa inopia et caritate rei frumentariæ consecuta est. Pro Dom. 15. Nec inopinata vilitas consecuta est. Ver. 3. 227. Vilitas in vendendis fructibus.

ADJUNCTA. *Communis, nec opinata, magna, summa.*

Villa, læ, *domus extra urbem ædificata,* κώμη, ἀγροικία. 2. de Leg. 3. Sed antiquo more parva erat villa, ut illa Curiana in Sabinis. 2. Att. 14. Basilicam habeo, non villam frequentia Formianorum. 2. de Orat. 263. Villam in Tiburte habes. Pro Dom. 62. Domus in palatio, villa in Tusculano. 6. Fa. 18. Domus est, quæ nulli villarum mearum cedat. Pro Q. R. 33. Ager cultissimus cum optima villa. *Ibid.* Qui ager villam non habuit. 10. Att. 4. Præteriit villam meam Curio. 1. Off. 140. L. Luculli villarum magnificentia. Pro Sest. 93. Villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium ut jam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat.

Vicus, pagus. 2. Qu. Fr. 9. Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem invitare nolui. 3. 1. Aqua non longe a villa belle sane fluens. 10. Famil. 33. Frumenta aut in agro, aut in villis sunt. Pro S. R. 44. Esse in agro, et ali ad villam.

ADJUNCTA. *Aliena, aperta, rudis, bona, bene ædificata, minuscula, locuples, magnifica, optima, parva, publica, pusilla, referta, vetus, et non magna.*

Villicus, ci, *custos villæ,* οἰκονόμος, ἀγρονόμος. Pro Clu. 161. Habiti villici rem domini, privatamque possessionem defenderent. 1. de Orat. 249. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. Ver. 3. 119. Dominus villico delectetur. 14. Att. 17. Villico procuratores tradere. 3. Qu. Fr. 1. Nicephorum villicum tuum sane probavi. Oecon. 1. Mercari villicum tanquam fabrum.

Villula, læ, σμικρὸν ἐπαύλιον. 8. Att. 9. Volo circum villulas nostras errare. 12. 26. Villula sordida, et valde pusilla. 16. 6. Cur ocellos Italiæ villulas meas non video?

Villus, li, *pilus,* τρίχωμα. 2. de Nat. 121. Animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ. *Ibid.* 158. Ovium villis homines vestiuntur.

Vinaceus, a, um, οἰνηρός, ρὰ, ρόν. De Sen. 52. Acinus vinaceus.

Vinalia, orum, *feriæ degustandis vinis dicatæ, ut Plinius* 18. *libro scribit,* πιθοίγια. *Erant autem* 9. *Calend. Maii, vel, ut Ovidius Fast.* 4. 10. *Fuerunt et alia vinalia, mense Septembri, ut idem Plin.* 14. in A. 14. Me pridie Vinalia (qui dies hodie est) cum fascibus descensurum. *Alii aliter legunt.*

Vinarius, a, um, οἰνηρός. Ver. 4. 62. Erat enim vas vinarium ex una gemma pergrandi. Pro Font. 9. Cognoscite nunc de crimine vinario. De Sen. 56. Cella vinaria.

Vinciendus, a um, δεσμευτέος. Pro Mar. 24. Omnia, quæ delapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. 3. de Orat. 188. Membra orationis sunt numeris vincienda.

Vincio, is, *colligo, constringo*, δεσμεύω, δέω. Pro Deiot. 22. Cum igitur eos vinciret, te solutum Romam mittebat? De Ar. 6. Non modo vincere, sed etiam vincire aliquem. Ver. 5. 169. Facinus est, vincire civem Romanum.

Munio. 7. Att. 17. Loca occupare, vincire præsidiis.

Connecto. Or. 168. Antiqui graves quidem sententias reperiebant, sed eas haud vinciebant, haud explebant.

Vincior, iris. Tusc. 48. Si se lacrymis dedet, vinciatur, et constringatur amicorum custodiis. In Clod. Cum vincirentur pedes fasciis.

Vinctio, onis, *actus vinciendi*. De Ami. 23. et 1. Tuscul. 71. *Ubi tamen alii leg.* Junctio.

Vinctus, a, um, *colligatus*, δεδεμένος. Ver. 3. 37. Equites vincti Apronio traditi sunt. 4. 90. Ei te vinctum astrictumque dedemus. 2. Tuscul. 23. Aspicite religatum asperis vinctumque saxis. Orat. 195. Vinctum.)(*dissolutum*. Pro Dom. 23. Tu liberos populos L. Pisoni vinctos constrictosque tradidisti. De Ar. 22. Servorum multitudini S. P. Q. R. vinctum ipso consessu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis tradidisti. Pro L. Varen. Illico Varenum vinctum, adservatum. Pro Deiot. 23.

Connexus, junctus. In Arat. Orbes vincti inter se, et nodis cœlestibus apti.

Dubium. De Un. 35. Aliquid vinctum dissolvere.

Vinco, is, *supero, devinco, expugno, victoriam reporto, prœliis frango, domo, felicissime decerto, copias hostium fundo, superior sum, litem, vel causam obtineo, præsto, præpondero*, κρατέω, νικάω. 3. in A. 27. Is dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem. Or. 176. Hos ille moderatione, non inventione vicit. Pro Q. R. 53. Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset judicio, ferres tuum. 1. de Or. 62. Asclepiades eloquentia vincebat cæteros medicos. *Ibid.* 150. Si subitam et fortuitam orationem facile vincit, hanc ipsam profecto assidua et diligens scriptura superabit. Pro Deiot. 23. Vincere causam. Pro Cæcin. 91. Vincere sponsionem. Pro Qu. 84. Vincere sponsione. De Somn. 8. Stellarum globi terræ magnitudinem facile vincebant. 4. Fa. 4. Uno te vicimus. 2. Tus. 54. Vincere et superiorem discedere. Ver. 4. 112. Qui indignitate servos, temeritate fugitivos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit. Frag. ep. Vincam opinionem tuam.

Adverb. *Facile, felicius, funditus, longe, magnifice, præclare, vicissim.*

Vincor, eris. 1. Off. 68. Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec, qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate. Parad. 4. Sapientis animus nunquam vincitur, nec expugnatur. 8. Att. 7. Malo me cum Pompeio vinci, quam cum istis vincere. Pro Deiot. 11. Tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus præstitisti. 5. Tusc. 52. Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant. Cat. Ut expectatio a cognitione, aures ab oculis vincerentur.

Vinculum, li, *vinclum, nodus*, δεσμός. 6. Att. 2. Dixerim me vel plurima vincula tecum summæ conjunctionis optare, et sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim. 4. Ac. 61. Astrictus vinculis. Pro Planc. 27. Aliquem cum alio vinculis et propinquitatis, et magni amoris esse conjunctum. Ver. 5. 17. Cum hoc de pecunia clamaret, in vincula conjectus est. 1. de Orat. 226. Corpora vinculis cónstricta. 4. C. 7. Rumpere vincula. 3. de Fin. 76. Injicere vincula alicui. 1. contra Rullum. 16. Italiam omnibus vinculis devinctam et constrictam tenere. Pro Pomp. 11. Aliquem vinculis, et verberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. Pro Cæcin. 70. Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo judiciorum, sed etiam utilitatis, vitæque communis. 3. Off. 111. Nullum vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. De Univ. 35. Non iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati &c. Parad. 5. Quæ vincula sunt civitatis. 2. de Fin. 117. Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ sunt vincula concordiæ. 6. Att. 2. Vincula summæ conjunctionis tecum. 5. Tusc. 81. Quoniam te nulla vincula impediunt ullius certæ disciplinæ. *id est, nulli sectæ es addictus.* 3. de Leg. 6. Vincula sontium servanto. Parad. 5. Non ut vincula virorum sint, sed oblectamenta puerorum. 3. Fa. 10. Vincula illa, quibus libentissime astringor. 2. Att. 29. Fit S. C. ut Vectius, quod confessus esset, se cum eo telo fuisse, in vincula conjiceretur: qui eum emisisset, contra Remp. facturum. 3. de Fin. 76. Animo tamen vincula injici nulla possunt. Ver. 3. 59. Mitto vincula, carcerem, verbera, &c. 3. de Fin. 67. Et quomodo hominum inter homines juris esse vincula putant, sic homini nihil juris esse cum bestiis. Ver. 5. 76. Quid, si aufugisset? si vincula rupisset? 1. Tusc. 74. Vincula carceris rumpere. *metaphorice, pro, seipsum interficere.* 2. 48. Ergo hos quidem ut famulos vinculis prope a custodia arceamus. 4. Ac. 61. Quos si sequamur, his vinculis simus astricti, ut nos commovere nequeamus. 1. de Or. 226. Si corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen &c. Som. Scip. 5. Qui ex corporum vinculis, tanquam e carcere, evolaverunt. 1. Tusc. 75. Et quum illuc ex his vinculis emissi ferremur. *id est, e corporis affectibus.* Pro Planc. 72. Vinculis beneficii obstrictus. Ver. 4. 24. Verres Sex. Cominium obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi jussit. 4. Cat. 10. Tenebris vinculisque quempiam mandare. 1. Tusc. 118. Emitti e custodia, et levari vinculis.

Adjuncta. *Aptissimum, atque pulcherrimum, arctius, arctissimum, commune, domesticum, non mediocre, magnum, maximum, publicum, sempiternum.*

Syntaxis. *Adstringi vinculis. In vincula abripi. Laxare vincula. Vinculis propinquitatis et amoris cum aliquo conjungi. In vincula conjici. Vinculis constrictus. Rumpere vincula. Injicere vincula alicui. Tenere aliquem vinculis devinctum et constrictum. Vinculis mandare. Excruciare aliquem verberibus, atque omni supplicio. Vincula revellere. Vinculis colligari. Levari vinculis. Evolare ex corporis vinculis tamquam ex carcere, emitti. Vinculis beneficii obstringi.*

Vindemiola, læ, βραχὺς τρυγητός. 1. Att. 8. Omnes meas vindemiolas eo reservo. *id est, Ad Attici bibliothecam emendam.*

Vindex, icis, *ultor*, ἐκδικητὴς, κωλυτής. 2. de Inv. 103. Difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat, impetrare. 3. de Nat. 46. Furiæ speculatrices, et vindices facinorum et sceleris. Pro Flac. 57. 5. Fam. 6. Vindex conjurationis esse volo. 2. Qu. Fr. 5. Cato vindex gladiatorum et bestiarum. Brut. 16. Supplicatio vindici illi quidem alienæ dominationis, non vicario. 2. de Leg. 19. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Brut. 16. Vindex atque oppressor dominationis. *Ibid.* 17. Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentum et radices habituri altiores. 2. 27. Magistratus, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. Pro Fl. 57. Cum speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis et moderatrix officii curia, &c.

Custos. 2. de Or. 199. Provocatio patrona illa civitatis, et vindex libertatis. 2. in A. 30. Brutus vindex libertatis. 3. de Leg. 39. Habeat sane populus tabellam quasi vindicem libertatis. 2. con. Rull. 24. Custos et vindex cupiditatum. 2. Att. 1. Vindex æris alieni.

Adjuncta. *Assiduus, gravior, optimus.*

Vindicandus, a, um, *puniendus.* De Ami. 43. Talis consensio omni supplicio vindicanda est.

Vindicatus, a, um, *punitus*, ἐκδικηθείς. Ver. 5. 133. Fateor in milites nostros sæpe esse vere ac vehementer vindicatum. *id est, animadversum.* 3. 194. Facinus in nullo etiam vindicatum. 5. 19. Si quid vindicatum severe est. 3. Off. 61. Dolus malus legibus erat vindicatus.

Vindicatio, onis, ἐκδίκησις. 2. de Inv. 161. Vindicatio est, per quam vis, et injuria, et omnino quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur. *Ibid.* 65. et 66. Vindicatio est, per quam et contumeliam defendendo, aut ulciscendo propulsamus a nobis.

Vindiciæ, arum, *formula est, qua rei controversæ possessionem petimus: vindicamus nobis et asserimus, dum lis ipsa decidatur: et omnino vindiciæ sunt, fiduciæ, vel, ut Jurisconsulti loquuntur, fiduciaria possessio: lis autem vindiciarum est de hujusmodi possessione, vindicatione, vel assertione controversiæ*, ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀμύνα. Ver. 1. 115. Aut pro præde litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret. Pro Mil. 75. Injustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos petere.

Vindico, as, *vindictam sumo*, ἐκδικέω, ἀντιδικέω. 1. Off. 109. Ille qui Titi Gracchi conatus perditos vindicavit.

Punio. Pro Qu. 28. Vehementer vindicare aliquod facinus. 8. Famil. 14. Discordias, quas jus et ferrum vindicabit. Pro S. R. 12. Quam acerrime maleficia vindicare. 10. Fa. 21. Neque hoc aut vindicaret Lepidus, aut sanaret. 3. de Leg. 39. Graviter olim ista, graviter vindicabat vetus illa Græcia. 1. Fa. 9. Vindicare seditionem. 3. ad Her. 49. Vindicare maleficium. Br. 16. Vindicare remp. *id est, ulcisci.* 1. Att. 13. Te valde vindicavi. *id est, ultus sum.*

Incuso, accuso, condemno. Ver. 3. 4. Omnia postremo, quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. 5. 148. Si qua natio fecisset aliquid in civem Romanum ejusmodi, nonne publice vindicaremus? Pro Sul. 19. Neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cum scirem, defendere.

Tueor, assero, libero. Pro Flac. 40. Dubitabitis, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis? Pro Rab. 16. An servos suppliciorum metu dominorum benignitas una vindicta liberabit: nos a mortis terrore neque res gestæ, neque nostri honores vindicabunt? De Cl. 329. Illum felicitas ipsius ab omnibus miseriis morte vindicavit. *Ibid.* 212. P. Scipio, qui ex dominatu T. Gracchi privatus in libertatem remp. vindicavit. 2. Fa. 5. Qui sit remp. afflictam in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus. 2. Tusc. 44. Magnitudo doloris, a qua me brevitas temporis vindicabit. 1. de Fin. 46. Sapientia, quæ nos a libidinum impetu, et formidinum terrore vindicet. 2. de Or. 7. Laudem aliquorum jam prope senescentem, ab oblivione hominum, atque a silentio vindicare. *Ibid.* 199. Ut ista ab solitudine domum meam vindicarem. *Ibid.* 214. M. Scaurus, qui si audierit, hanc autoritatem gravitatis suæ vindicari a te, Crasse, jam credo, huc veniet, &c. 2. de Or. 145. Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem vindicabit. 2. in A. 93. Pecunia quæ nos posset a tributis vindicare. De Cl. 103. Cn. Carbo morte voluntaria se a severitate judicum vindicabit. 1. Q. Fr. 4. Te innocentia tua, et misericordia hominum vindicat hoc tempore a molestia. 3. 1. Te ab eo vindico et libero. *Ibid.* Præsertim cum unus esset, qui posset se de absente vindicare. Pro Mur. 26. Sed anne tu dicis, qui causa vindicaveris? 1. de Or. 42. Agere cum aliquo lege, et vindicare. 10. Fam. 31. Qui me et Remp. vindicare in libertatem paratus sum. Frag. ep. Quo beneficio per te me una cum Repub. in liber-

tatem vindicassem. Hortens. Imitator, ut sibi quidem videtur, naturæ nos vindicat.

Confugio. Pro R. P. 25. Ut se aliquando ad suos vindicaret.

Adverb. *Acerrime, aliquando, celeriter, graviter, publice, recte, vehementer.*

Vindicor, aris, *defendor.* 7. Att. 2. Ego istos liberos non addixi, præsertim cum adesset nemo, a quo recte vindicarentur.

Punior. 2. de Inv. 80. Peccata judiciis vindicari. Pro Mil. 19. Hominum consilia, non exitus rerum legibus vindicantur.

Vindicta, ctæ, *libertas, sive Prætoris virgula, qua servis donare se libertatem significabat, cum ea caput illorum tangebat, ἀπελευθέρωσις.* Pro Rab. 16. Servos suppliciorum metu dominorum benignitas una vindicta liberat. Top. 10. Neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est.

Vinea, neæ, *locus vitibus consitus, ἀμπελών.* 2. cont. Rull. 66. Jugera ccc., ubi institui vineæ possunt. 1. de Div. 31. Quæ una maxima esset in vinea. *Ibid.* In vinea media dicitur constitisse: cumque in quatuor partes vineam divisisset &c. De Sen. 54. Segetibus et pratis et vineis et arbustis res rusticæ lætæ sunt.

Vineæ, arum, *bellica machina, et propugnaculum, ἄμπελος.* 15. Fam. 4. Aggere, vineis, turribus oppugnavi. 8. in A. 17. Conductæ vineæ sunt, pugnatur acerrime.

Vinetum, ti, *vinea, οἰνόφυτον.* 3. de Nat. 86. Vineta et oliveta. 2. de Leg. 21. Vineta, et virgeta, &c. 2. de Nat. 167. Si vinetis cujuspiam tempestas nocuerit, &c.

Vinitor, oris, *vinearum cultor, τρυγητής.* 5. de Fin. 40. An ea, quæ per vinitorem antea consequebatur, etiam per se ipsam curabit.

Vinolentia, tiæ, *ebrietas, οἰνοφλυγία.* 4. Tusc. 26. Ægrotationi subjecta sunt avaritia, &c. liguritio, vinolentia, cupedia. 2. de Inven. 17. Ut amor, iracundia, ægritudo, vinolentia. 2. in A. 101. Quid furiosam vinolentiam tuam proferam? 5. Tusc. 118. Ne sobrius in vinolentiam vinolentorum incidat.

Vinolentus, a, um, *ebrius, temulentus, vini plenus, μεθυστικός .)(. siccus, sobrius.* Orat. 99. Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. 4. Acad. 52. Ne vinolenti quidem hoc faciunt. 1. cont. Rull. 1. Utrum hæc vobis videntur consilia siccorum, an vinolentorum somnia? 5. Tusc. 118. Ne sobrius in vinolentiam vinolentorum incidat. I. P. 13. Vinolenta medicamina. De suis consil. Vinolenti adolescentes. De Fat. 10. *Lege,* Vitiosus.

Vinum, ni, *οἶνος.* 3. de Nat. 69. Vinum ægrotis quia prodest raro, nocet sæpissime, melius est non adhibere omnino. De Am. 69. Veterrima quæque (ut ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suavissima. De Sen. 65. Ut non omne vinum, sic non omnis ætas coacescit vetustate. 2. de Div. 117. De vino aut salsamento putes loqui, quæ evanescunt vetustate. 5. Tusc. 13. Levia vina nihil valent in aqua. 3. Off. 91. Qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere. De Cla. 286. Ut si quis falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, ut Opimium, aut Anitium consulem quærat. 2. de Fin. 23. Quibus vinum diffusum e pleno sit œnophoro. 2. de Nat. 60. Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Postquam in Sen. 12. Consul somni vinique plenus. 3. de Nat. 78. Sumere vinum meracius. 2. in A. 6. Vino lustrisque confectus. 13. *Ibid.* 24. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumpsisses. Pro Qu. Gall. Ex vino vacillantes. 12. Phil. 26. Cujus acerbitas morum, &c. ne vino quidem permista temperari solet.

Adjuncta. *Fugiens, leve, meracius, novum .)(. vetus.*

Syntaxis. *Adhibere vinum ægrotis. Vina, quæ vetustatem ferunt. Vinum coacescit vetustate, evanescit. Vino delectari. Diffundere alicui vinum. Somni vinique plenus. Sumere vinum meracius. Vino lustrisque confectus. Ex vino vacillare.*

Viola, læ, *ἴον.* 5. Tusc. 73. An tu me in viola putas, aut in rosa dicere?

Violenter, *injuriose, et per vim, βιαστικῶς.* 1. Off. 23. Manus violenter afferre alicui.

Violentia, tiæ, *vis, impetus, vis major, βία.* 12. in A. 26. Novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam.

Violentus, a, um, *qui vim affert, βίαιος.* Pro Clu. 138. Populus Romanus sua sponte pacatus hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus concitatur. 5. de Fin. 72. Sic nimis violentum est, nulla dicere. 2. in A. 68. Quamvis sis, ut es, violentus et furens &c. De Arusp. 46. Alicujus furentes atque violenti impetus. 1. in A. 29. Opes violentas, et minime ferendam potentiam concupiscere. 5. 19. Homo vehemens et violentus.

Violandus, a, um, *lædendus.* 1. Fa. 9. Ad rempub. violandam. 8. Att. 3. Is in nobis violandis putabit se aliquid habere populare. Para. 3. In patris vita violanda, multa peccantur. *Lege,* Sanctus, et Virgo.

Violo, as, *lædo, offendo, polluo, macula afficio, βιάζομαι, βιάζω.* Pro Qu. 73. Violare existimationem alicujus. 3. de Fi. 32. Violare parentes. 9. Att. 18. Præterea te ipsum quodam modo hic violavit, cum in me tam improbus fuit. De Arusp. 8. Qui sacra Bonæ deæ, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem, aspici fas est, non solum aspectu virili, sed etiam flagitio stuproque violavit. Pro S. R. 109. Violare atque imminuere jus et officium. 2. in A. 3. Violare amicitiam. 3. de Nat. 59. Violare virginitatem alicujus. Pro Rab. 7. Violare loca religiosa. Con. C. Anton. Leges, quæstiones, judicia violavit. *Ibid.* Violare provinciam. De Arusp. 46. et 9. Fa. 22.

Adverb. *Impurissime, teterrime, indignius.*

Violor, aris. Pro Dom. 104. et 13. Fa. 13.

Nisi quid in ea re existimas violari existimationem tuam. 1. 7. Et si minori in re violatur tua dignitas. 9. Att. 13. Judicavi, te eo bello violari. De Arusp. 46. Hominem de Rep. sæpe meritum impurissimi voce hominis violari.

Violatus, a, um, *βεβιασμένος*. Ver. 5. 186. Sacra ab isto polluta et violata. Pro S. R. 71. Quæ violata sunt, expiari solere. De Arus. 24. Ludi violati ac polluti. Postquam in Sen. 6. Optimi Trib. pleb. sanctissimum corpus non solum tactum aut violatum manu, sed vulneratum ferro, confectumque vidistis.

Vipera, ræ, *anguis*, ἔχις. De Ar. 50. Etiamne in Senatu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt?

Viperinus, a, um, *ἐχιδναῖος, αῖα, αῖον*. 2. de Fin. 94. Viperinus morsus. 2. Tusc. 14.

Vir, ri, *fortis homo, homo quivis, ἀνήρ*. 2. Tusc. 53. Ita et tulit dolorem ut vir, et ut homo majorem ferre sine causa necessaria noluit. Pro Cæl. 11. Cum is jam se corroboravisset, ac vir inter viros esset. 2. Q. Fr. 10. Sed, cum veneris, virum te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. Pro Flac. 52. Si civitas per viros bonos, gravesque homines querelas ad vos detulisset &c. 4. de Fin. Vir dignus memoria. 1. Fa. 7. Vir excellens. 2. 2. Vir clarissimus. *Ibid.* 6. Vir bonus, memor, gratus. 2. Tusc. 43. Appellata est enim ex viro virtus. *Ibid.* Si virtutis compotes, vel potius si viri esse volumus. 8. Fa. 4. Quindecimvir. 4. Acad. 136. Quinquevir. Pro Mil. 56. Vir a viro lectus. 3. de Fin. 29. Vir altus et excellens. 3. de Fin. 29. Vir stabili et firmo et magno animo. 2. de Orat. 85. Vir bonus, orator. 10. Att. 13. Vir plane et civis bonus. Parad. 2. Vir bonus et sapiens et fortis, miser esse nemo potest. 3. Off. 77. Vir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. 5. Tusc. 48. Jam vero qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quæ agit, quæque sentit? *Ibid.* Vir bonus refert omnia ad beate vivendum. 1. de Fin. 36. Vir clarus et fortis. Cat. 22. Vir clarus et honoratus. 4. Acad. 62. Vir clarus, sed tamen popularis. 4. Tus. 55. Vir constans ac sapiens. 8. Att. Vir cum autoritate. 3. de Fin. 6. Vir divinus ac singularis. 2. Tus. 39. Vir doctus sapiensque. 3. 36. Vir effœminatus. *Ibid.* 15. Vir fortis ægritudine nunquam afficitur. 2. 57. Vir fortis et animosus. *Ibid.* 56. Vir fortis ac sapiens nunquam ne ingemiscit quidem, nisi forte ut se intendat ad firmitatem. 3. 48. Vir gravis et sapiens. 1. Ac. 13. Vir magnus. 1. de Nat. 121. Vir magnus imprimis. 4. Tus. 61. Vir magnanimus et fortis. 2. 41. Vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione et ratione corroboret? Somn. Scip. 1. Vir optimus atque invictissimus. 5. Tus. 68. Vir præstans optimis artibus. 1. 100. Vir præstans virtutis et sapientiæ gloria. Cat. 61. Vir primarius. 2. de Fl. 11. 66. Vir primarius populi. 1. Tus. 74. Vir sapiens, quum Deus ipse causam justam dederit, lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit, &c. 5. 104. An tibicines, iique, qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur: vir sapiens multo arte majore præditus, non quid verissimum sit, sed quid velit vulgus exquiret? *Ibid.* 54. Sed quum sapiens et bonus vir suffragiis præteritur, non populus a bono Consule potius, quam ille a vano populo repulsam fert? 1. 74. Vir sapiens vincula carceris non ruperit, (*id est, non sponte mortem sibi attulerit*) sed tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit. 5. 48. Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, nonne beatus? 2. 43. Viri propria maxime est fortitudo. 5. 48. Boni viri vita laudabilis. 1. Off. 82. Magni viri est, rebus agitatis, punire sontes, multitudinem conservare: in omni fortuna, recta atque honesta retinere. 5. Tus. 31. Quæ sunt magni cujusdam et alti viri. Ver. 1. 64. Virum habere. 4. Tusc. 42. Virum videri negant Peripatetici, qui irasci nesciat. 4. Fa. 13. Ad agendum semper aliquid dignum viro natus? Fa. 2. Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cum suis laudibus, tum vero, &c. 15. 16. Cum uno fortissimo viro loquor. 1. de Fin. 36. Clari et fortes viri commemorandi, eorumque facta non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudanda. 1. de Di. 88. Viri clari et præstantes. 1. Tusc. 45. Viri delecti. 2. de Nat. 62. Viri beneficiis excellentes. 2. Tus. 58. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel sentiunt, sed mori malunt, quam tantillum modo de dignitatis gradu dimoveri. 1. de Di. 88. Viri humiles et obscuri. 4. Ac. 129. Summi viri. 2. Tus. 43. Virorum fortium et magnanimorum, et patientium, et humana vincentium est, toleranter dolorem pati. 1. Off. 63. Itaque viros fortes et magnanimos, eosdem bonos et simplices veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus. 1. Tusc. 6. Ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis.

Adjuncta. *Vide in voce* Homo, *ubi satis magnam sylvam descriptam invenies.*

Syntaxis. *Virum esse inter viros. Si veneris, virum te putabo. Vir dignus memoria. Si viri esse volumus. Vir a viro lectus. Vir stabili et firmo et magno animo. Vir præstans virtutis et sapientiæ gloria. Agere aliquid dignum viro.*

Vireo, res, θάλλω. 5. Tusc. 37. Itaque et arbores, et vites, et ea, quæ, &c. alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore frondescunt.

Vires, rium, *vis, nervi, lacerti, robur, latera, facultas*. 1. de Or. 149. Plerique in hoc vires exercent suas. 7. Att. 3. Nolim respub. tantas tibi vires dedisset. 4. Fam. 7. Viribus ac lacertis pugnare. Or. 76. Esse plurimi

sanguinis, habere aliquem succum, non carere illis maximis viribus. De Opt. 8. Quidam vires, lacertos, et sanguinem quærunt. 11. Fa. 18. Colligere vires, 1. de Or. 242. Amentatas hastas oratoriis lacertis viribusque torquere. 5. in A. 32. Experietur consentientis Senatus nervos atque vires. 3. Off. 25. Ut excellas etiam pulchritudine et viribus. Pro Cæl. 59. Vir maximis viribus. 5. Fa. 5. Quæ omnibus meis viribus sustinebo. 3. Tusc. 6. Omnibus opibus viribusque elaborandum est, ut, &c. *Ibid.* 25. Omnibus viribus atque opibus repugnare alicui. De Sen. 27. Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet: et quicquid agas, agere pro viribus. 1. de Leg. 6. Antipater habuit vires agrestes et horridas. Parad. 2. Virtus maximas vires habet. De Sen. 33. Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis. *Ibid.* 27. Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quam adolescens vires tauri, aut elephantis desiderabam. 1. de Orat. 199. Jam me vires deficere cœperunt. 12. in A. 24. Semel circunsessus lectis valentissimorum hominum viribus, cecidi sciens. De Sen. 17. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, et autoritate, et sententia. Qu. de Pet. 27. Ex ea copia conjectura fieri poterit, quantum sis in campo virium et facultatis habiturus. 7. Fam. 26. Vires et corpus amisi. Sed si morbum depulero, facile illa revocabo.

Adjuncta. *Adversariæ, minimæ, agrestes, et horridæ, bonæ, debiles, infirmæ, integerrimæ, magnæ, maximæ, reliquæ, validæ.*

Syntaxis. *Exercere vires suas in re aliqua. Resp. has tibi vires dedit. Viribus ac lacertis pugnare. Oratio habens aliquem succum, nec carens viribus. Amittere, revocare, colligere vires. Oratoriis lacertis viribusque. Experiri Senatus lacertos atque vires. Excellere pulchritudine et viribus. Vir maximis viribus. Sustinere aliquid omnibus viribus. Omnibus opibus viribusque elaborare, repugnare alicui. Agere pro viribus. Maximus habere vires. Vires me deficere cœperunt. Rem gerere non viribus, sed consilio. Habere in campo multum virium et facultatis.*

Virga, gæ, *flagellum*, μαράιλα. Pro Rab. 12. Portia lex virgas ab omnium civium Rom. corpore amovit, hic misericors flagella retulit. Ver. 3. 70. Virgis ad necem cædi. Pro. Flac. 17. Cæsus est virgis Cynicus ille Atheuagoras, qui, &c. 1. de Di. 55. Servus per circum, cum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est.

Virgetum, ti, *locus virgis consitus ad illigandas vites, qualis est Amerina salix*, ῥαβδών. 2. de Leg 21. Vineta virgetaque.

Virginalis, le, παρθενικός, παρθένιος. 1. de Div. 66. Virginalis modestia. Pro. Qu. 39. Homo timidus virginali verecundia. Ver. 4. 5. Duo signa virginali habitu atque vestitu. 2. Tusc. 21. Heu virginalem me ore ploratum edere. *Poeta.*

Virginitas, tis, *castitas, castimonia*, ἡ παρθενία. 3. de Nat. 59. Minerva patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare cupientem.

Virgo, inis, παρθένος. Pro Dom. 92. Tu sororem tuam virginem esse non sivisti. De Cl. 330. Domi teneamus eloquentiam septam liberali custodia, tueamurque ut adultam virginem caste. Orat. 64. Virgo casta, verecunda, incorrupta. 3. C. 9. Post virginum absolutionem. 2. de Nat. 110.

Spicum illustre gerens splendenti corpore virgo.

9. Fa. 22. Virginem me quondam invitam per vim violat.

Adjuncta. *Adulta, casta ac verecunda, incorrupta, digna, formosa, formosissima, generosa, et nobilis, nobilissima, salva, Vestalis.*

Virgula, læ, ῥαβδίον. Off. 152. Si omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina (ut aiunt) suppeditarentur, &c. 8. in A. 23. Virgula stantem circumscripsit, dixitque &c.

Virgulta, orum, *sunt virgæ, et aliæ stirpes passim enascentes*, ἀκρέμων. Pro Cæl. 42. Via deserta et inculta, atque interclusa jam frondibus et virgultis. 1. de Div. 49. Omnia arbusta et virgulta pervertere.

Virias, tis. De Clar. 84. Viriati bello. *Alii*, Viriatico, *legunt.*

Viridicatus, a, um, *viridibus consitus*, ἀμφιθαλής. 3. Qu. Fr. 1. Palæstra et sylva viridicata.

Viridis, de, *habens viriditatem*, ἐμμαλής, πράσινος. Ver. 1. 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri jussit. 3. 47. Campi collesque nitidissimi viridissimique. 1. de Div. 15. Lentiscus semper viridis. 1. de Leg. 15. In viridi et opaca ripa inambulare.

Viriditas, tis, θάλεια, χλωρότης. 3. Tuscul. 75. Quamdiu insit et vigeat, et habeat quandam viriditatem. De Prov. 29. An laurea illa magnis periculis parta, amittit longo intervallo viriditatem? De Sen. 57. Pratorum viriditas. *Ibid.* 51. Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem. De Amic. 11. Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Virilis, le, *viri proprium*, ἀνδρεῖος. 1. de Orat. 231. Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. 3. 318. Fortis ac virilis laterum inflexio. Orat. 59. Virilis vox. Pro Sest. 10. Aliquid doloris virilis habuisse. 3. Tusc. 22. Fortis, et, ut ita dicam, virilis oratio. 2. de Finib. 47. Verereturque quidquam dicere, aut facere, quod parum virile videatur. 15. At. 25. Sed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles.

¶ *Cum nomine, Pars.* Ver. 4. 81. Est aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis sum, quam ille claram reddidit. 3. 7. Plus etiam quam pars virilis postulat, oneris sus-

cepi. Pro Sest. 138. Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. 13. in A. 8. Tum me ejus beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto.

Viriliter, *fortiter*, ἀνδρικῶς. 1. Off. 94. Quod viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum videtur. 2. Tusc. 65. et 4. ad Her. 17. Viriliter sese expedire.

Viritim, *per singulos viros, in viros singulos*, κατ' ἄνδρας. De Clar. 57. Flaminius tribunus ple. legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit. De Sen. 11. 3. Tusc. 48. Nolim mea bona tibi viritim dividere liceat.

Virtus, tis, *bonitas, probitas, fortitudo, vis, ars, facultas*, ἀρετή. 5. Tusc. 39. et 2. de In. 159. Virtus est animi habitus, naturæ modo et rationi consentaneus. 4. Tusc. 34. Virtus est recta ratio. *Ibid.* Virtus est affectio animi constans conveniensque laudabiles efficiens eos, in quibus est, &c. 2. 43. Appellata enim ex viro virtus. *Ibid.* Virtus a viris nomen est mutuata. *Ibid.* Virtus est recta animi affectio. 3. de Nat. 38. Virtutis divisio quadripartita. Part. 76. Virtutem in duas partes dividi, prudentiam et temperantiam, justitiam autem et fortitudinem esse sub temperantia. 2. Off. 18. Virtus fere omnis tribus in rebus fere vertitur, quarum una est in perspiciendo, quid in quaque re verum sit, &c. altera cohibere motus animi turbatos, &c. tertia iis, quibuscum congregamur, uti moderate et scienter. 2. de Orat. 342. Vera laus uni virtuti debetur. *Ibid.* 343. Virtus est per se ipsa laudabilis, et sine qua nihil laudari potest. 3. de Nat. 86. Virtutem nemo unquam acceptam Deo retulit. *Ibid.* Propter virtutem jure laudamur, et in virtute gloriamur. Pro Arch. 28. Virtus nullam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat præter banc landis et gloriæ. Pro Mil. 98. Ex omnibus præmiis virtutis amplissimum præmium est gloria. 1. de Orat. 226. Virtus et semper et sola libera est, quæ, etiamsi corpora capta sint armis, et constricta vinculis, tamen jus suum atque omnium rerum impunitam libertatem tenet. 4. in A. 13. Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nulla unquam vi labefactari potest. 9. Fam. 14. Nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. 5. Tusc. 43. Omnes virtutis compotes beati sunt. Pro Sest. 60. Ignari quid virtus valeat, quæ in tempestate quieta est, et lucet in tenebris, et pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per sese semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. De Cl. 280. Honos est præmium virtutis, judicio studioque civium delatus ad aliquem. 1. de Orat. 247. Legibus et præmia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis. *Ibid.* Virtutem hominibus (si modo tradi ratione possit) instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. 1. de Or. 204. Socrates dicebat, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ virtutis. Pro Arch. 29. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis concitet. Postq. ad Quir. 20. Dixit, se non commissurum, ut virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. 1. de Or. 83. Spinosam et exilem orationem eorum esse, qui dicunt, qui unam virtutem habeat, eum omnes habere. 3. Off. 35. A me ipso disputatum est, qui unam haberet, omnes habere virtutes. *Ibid.* Nunc ita sejungo, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, justus esse. 2. Tusc. 32. Virtutem si unam amiseris, etsi amitti virtus non potest, sed si unam confessus fueris te non habere, nullam te esse habiturum. 3. de Orat. 55. Omnes virtutes sunt æquales et pares, sed tamen est species alia magis alia formosa. De Cl. 149. Omnis virtus est mediocritas, ut vetus Academia dixit. Pro Mur. 63. Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. 1. Off. 19. Virtutis laus omnis in actione consistit. 1. de Nat. 111. Virtus actuosa est. 7. Att. 1. Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis ejus diuturna simulatio! 1. de Nat. 3. Virtutes in specie fictæ simulationis inesse non possunt. 2. de D. 78. Virtus, quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. Pro Pl. 60. Is gloria maxime excellit, qui virtute plurimum præstat. 1. Off. 46. Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, justitia: hæ enim bonum virum videntur potius attingere. Pro Mur. 23. Aliis ego te virtutibus continentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei, cæteris omnibus, consulatu et omni honore dignissimum semper judicavi. 4. Fa. 7. Pro tuis maximis clarissimisque virtutibus. 5. 17. Virtus eximia alicujus. *Ibid.* L. Piso, qui tanta virtute atque integritate fuit, ut, &c. Postquam in Sen. 5. Singularis et præstantissima virtus P. Lentuli. Pro Dom. 39. Vir singulari virtute præditus. De Cl. 129. Is virtute animi atque vita fuit bonus autor in Senatu. Pro Rab. 24. Virtus et honestas, et pudor cum Coss. esse cogebat. Pro Font. 39. Vitæ socia virtus, mortis comes gloria. Brut. 16. Durior est conditio spectatæ virtutis, quam incognitæ. Parad. 1. Quod rectum, et honestum, et cum virtute est. De Un. 19. Animus et ortu, et virtute est antiquior corpore. 10. Fam. 3. Virtute duce, comite fortuna. Pro Cl. 39. Non ille honorem a pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitarat. Pro Pomp. 36. Non solum bellandi virtus in summo imperatore quærenda est, sed multæ sunt artes eximiæ hujus administræ comitesque virtutis, ac primum innocentia, &c. temperantia, &c. facilitas, &c. ingenium, humanitas, &c. 2. de Orat. 120. Alterum est, in quo oratoris vis illa divina virtusque cernitur. 1. Qu. Fr. 1. 23. In virtute atque humanitate percipienda. 1. de Orat. 48. Di-

cendi virtus sine rerum scientia extare non potest. Orat. 35. Tempora inimica virtuti. *Ibid.* 33. Admirabilis fama virtutum incredibilium alicujus. Ver. 2. 7. Ea patientia, virtus, frugalitasque est, ut, &c. De Cl. 65. In Catonis orationibus omnibus omnes oratoriæ virtutes reperiuntur. 2. de Orat. 241. Est autem hæc hujus generis virtus, ut, &c. Pro Plan. 12. Vir sine virtute et ingenio. Pro Plan. 78. Non dicam miser (nam hoc quidem abhorret a virtute verbum) sed, &c. 1. de Leg. 45. Nam nec arboris, nec equi virtus, quæ dicitur (in quo abutimur nomine) in opinione sita est, sed in natura. 2. de Inv. 114. Præmia virtutis et officii sancta et casta esse oportere. *Ibid.* Ob egregiam virtutem. 1. de Orat. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales et pares: ita qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere, atque esse sapientem. 1. Qu. Fr. 1. 7. Nequaquam satis esse, ipsum has te habere virtutes, sed &c. *Ibid.* 29. Omnes de tua virtute, integritate, humanitate commemorant. In Pisonem 57. Justa gloria, qui est fructus veræ virtutis honestissimus. 5. in Anton. 35. Nec enim ullam mercedem tanta virtus desiderat, præter hanc laudis et gloriæ: qua etiamsi careat, tamen sit se ipsa contenta. 14. *Ibid.* 17. Excellentium hominum virtus imitatione, non invidia digna est. *Ibid.* 18. Ut cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. 1. de Leg. 25. Virtus nihil aliud est, quam in se perfecta et ad summum perducta natura. Pro Flac. 63. Adsunt Lacedæmonii, cujus civitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur. 3. de Nat. 50. Augendæ virtutis gratia. Pro C. Corn. 1. In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas. *Ibid.* Adolescens summa nobilitate, eximia virtute præditus. In Clod. Virtus non est imminuta. Pro M. Sca. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore et constantia pervenire. Incer. Omnium virtutum possessores pauperes nominabimus?

Ars, disciplina. 1. Off. 115. Philosophia, jus civile, eloquentia, cæteræque virtutes.

Adjuncta. *Actuosa, egregia, admirabilis, admirabilis incredibilisque, gratuita, æqualis et par, bellica, afflicta, prostrata, maxime luctuosa, fructuosa, laboriosa, periculosa, laudabilis, reliqua, aliena, amabilis, clara et insignis, dura et quasi ferrea, gloriosa, memorabilisque, non inhumana, nec immanis, nec superba, solitarior, tenera atque tractabilis, apta, bona, propria, clarissima, maximaque, difficilis, digna, nota illustrisque, imperatoria, militaris, singularis, eximiaque, dispar, notissima, excellens, excellens et summa, excellentissima, excellens et singularis, eximia, pulchraque, exigua, mirifica, eximia, externa, facilis, insignis, miranda, fœminea, formosa, pulchra, et amabilis, generosa, grata, præstantissima, gratior et admirabilior, humana, imbecilla, immortalis, incredibilis, incredibilis atque divina, memorabilis ac divina, libera, levior, manca, magna incredibilisque, maxima, minor, par, oratoria, perennis, summa, perfecta, perpetua, popularis, præclarissima, præstabilis insignisque, præstans, præstantissima, pristina, quotidiana, regia, singularis et præstantissima, vera, voluntaria.*

Syntaxis. *Virtutem a Deo accipere, Deo referre. Propter virtutem laudari, in virtute gloriari. Virtutem labefactare. Concitari ad studium cognoscendæ virtutis. Virtutem habere, perdere, amittere. Virtute præstare. Virtutibus esse ornatum. Pro tuis maximis clarissimisque virtutibus. Magna virtute atque integritate esse. Vir singulari virtute præditus. Virtute duce, comite fortuna. Virtutem et humanitatem percipere. Virtutem natura et disciplina corroborare.*

Virus, *venenum*, βρῶμος. De Amic. 89: Evomere virus acerbitatis suæ. In Arat.

Hic valido cupide venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas figens per vulnera virus.

Vis, vis, *nervi, vires*, βία. Pro Dom. 141. Magna vis est in deorum immortalium numine. 3. de N. 90. Vis omnis ac potestas deorum. 5. Tus. 118. Magnum vero effecisti, si cantharidis vim consecutus es. 1. in A. 3. Dictatura, quæ vim jam regiæ potestatis obsederat. 1. de Orat. 88. Demosthenem summam vim habuisse dicendi. *Ibid.* 172. Antonii incredibilis quædam, et prope singularis et divina vis ingenii. 2. de Orat. 120. Alterum est, in quo oratoris vis illa divina, virtusque cernitur. 1. 196. Patria, cujus tanta est vis, tanta natura, ut, &c. *Ibid.* 258. Illud vereor, ne majorem vim ad deterrendum habeat, quam ad cohortandum. Pro Cæc. 57. Eandem vim habet æquitatis ratio ad eum restituendum, qui vi dejectus est. 2. Off. 19. Magna vis est in fortuna, in utramque partem, vel ad secundas res, vel adversas. *Ibid.* 44. Etsi in eo ipso est maxima vis, ut simus ii, qui haberi velimus, &c. Pro Cœl. 58. Vim veneni aiunt Cœlium esse expertum in servo quodam ad rem ipsam parato, cujus perceleri interitu esset ab hoc comprobatum venenum. 2. de Div. 37. Ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis ad vivendum, vel suspicari, &c. *Ibid.* 47. Radices, quarum causam ignoramus, vim et effectum videmus. 1. 73. Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare cœperit. 2. 35. Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quæ toto confusa mundo est. Pro Cor. 35. Quod adjunctum est, id habet hanc vim, ut, &c. 3. Off. 39. Hæc est vis hujus annuli, et hujus exempli, si nemo, &c. 1. de Orat. 189. Definitionibus, quam vim res habeant, est exprimendum. Orat. 112. Rei vim ac naturam explicare. 1. de Orat. 64. Vim universam ac propriam oratoris definire. *Ibid.* 142. Omnis vis ac facultas oratoris in quinque partes distributa

est. *Ibid.* 13. Vis dicendi Athenis inventa est. *Ibid.* 10. Pene infinita vis ac materia artium. 4. Att. 2. Doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. Pro Mur. 30. Vi geritur res. *Ibid.* 1. Si illa solemnis comitiorum precatio tantam habet in se vim et religionem, quanta, &c. 1. de Div. 30. Cum magna vis videretur esse in monstris interpretandis ac procurandis, in aruspicum disciplina, &c. 1. de Nat. 26. Mentis infinitæ vi ac ratione designari et confici omnia. Pro Rab. 21. Is animi vim et infirmitatem corporis ostendebat. Pro Cæc. 63. Inermes, qui vim haberent armatorum ad nocendum. 2. de Div. 63. Vim cœlestem ad eos, qui in terris gignuntur, pertinere. 1. de Orat. 113. Naturam ad dicendum vim afferre maximam. *Ibid.* 161. Vis incitatioque orationis. 5. in A. 49. Cæsar omnem vim ingenii, quæ summa fuit in illo, in populari levitate consumpsit. 3. Off. 75. Si vir bonus hanc habeat vim, ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur. Pro Planc. 101. Si vitam mihi sors ademisset, aut vis aliqua major reditum peremisset, &c. 4. Tusc. 78. Aut rogandi sunt, ut si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, aut, &c. *Ibid.* Tanta vis fuit pœnitendi. Orat. 229. Aliter in oratione nec impetus ullus, nec vis esse potest. 1. Fa. 9. In te potissimum fractam illam et debilitatam vim suam contulit. *Ibid.* 7. Ea res tantam habet vim, ut, &c. 5. 8. Habere vim fœderis. 3. de Orat. 176. Terram mediam esse, ac sua vi nutuque teneri. 1. de Fin. 50. Vis et natura rerum. Pro Sull. 79. Vita ipsa ex vi sua naturaque facillime perspicitur. Pro Corn. 21. Postremo hanc vim esse istius et juris et verbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo jure fiant. *Ibid.* Sed totum hoc in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, &c. Pro Dom. 53. Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis, nisi hæc, ne populo, &c. 6. Fa. 2. Quæ vis insit in his paucis verbis, si attendes, intelliges, &c. Pro Cæc. 57. Æquitate intellecta, nil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit, ac nominum. Orat. 72. Sine re nulla vis verbi est. 1. Qu. Fr. 3. Quædam infinita vis lacrymarum et dolorum. 2. 3. Lexque de iis ferretur, ut, qui non decessissent, ea pœna, quæ est de vi, tenerentur. 1. Off. 120. Ad hanc rationem maximam vim natura habet, fortuna proximam. 2. de Div. 144. Id enim celeritas significat, et vis equorum. De Amic. 15. In animorum consensione omnis vis amicitiæ est. Parad. 5. Cui quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. 1. de Leg. 16. Quantam vim rerum optimarum mens humana contineat. 3. 2. Magistratus hæc est vis, ut præsit præscribatque recta. Pro Mil. 13. Nulla vis unquam est in libera civitate suscepta inter cives non contra remp. *Ibid.* 63. Magna vis est conscientiæ. *Ibid.* 68. Magna in hoc certe vis, et incredibilis animus, et non unius viri vires judicantur, siquidem, &c. Pro. R. P. 28. Ergo aderat vis, (ut ait poeta ille noster) quæ summas frangit, infirmatque opes. Pro Mar. 8. Nulla est tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus frangi possit. Pro Pomp. 40. Eximia vis remigum. 8. Fam. 16. Omni vi te retinuissem. Top. 35. Cum ex vi nominis argumentum elicitur. Hort. Ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. 3. de Nat. Materiam habere et habuisse vim et naturam suam.

Impetus, casus. Pro S. R. 91. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. Pro Cl. 102. Incursio seditionis, vis multitudinis, impetus tribunitius. Pro Qu. 51. Vi ac necessitate coactus et invitus hoc feci. Pro Mur. 49. Catilina Sulpitio vim denunciabat. 4. C. 23. Si vis improborum spem meam fefellerit. 7. Att. 9. Decem annos non tibi a Senatu, sed a te ipso per vim et factionem datos. Ver. 3. 37. Cohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibeat pactoni. 7. Fam. 13.

— *Vadunt solida vi.*

Molestia. Pro R. P. 42. Hanc vim frigorum hyememque nos vix sustinemus.

Moderatio, gubernatio. Pro Mil. 84. Qui nullam vim cœlestem existimat, numenque divinum.

Pondus, momentum, gravitas, fides. 4. Acad. 117. Rationes quæ vim afferunt in docendo.

Violentia, injuria. Pro Sest. 39. Vim vi repellere. Pro Mil. 9. Vi vim illatam defendere. 2. Att. 21. Et eo magis vis nobis timenda est, quod &c. 4. Att. 2. Facere vim alicui. Pro Cæc. 2. et 22. Ex conventu vim fieri oportebat. 3. Off. 110. et 1. C. 19. Adhibere vim alicui. *Ibid.* 21. Inferre vim et manus alicui. 9. Att. 14. et Ver. 4. 148. Afferre vim alicui. Ver. 1. 62. Afferre vim matribus-familias. Pro Cæc. 61. Si reperientur ita parati, ut vim corpori ac vitæ potuerint afferre. 1. Fam. 9. Vim neque parenti neque patriæ afferri oportere. Pro Cæc. 23. Prætor interdixit de vi hominibus armatis. *Ibid.* 46. Omnis enim vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere. 8. 8. Lex Plotia de vi. 2. de Fin. 66. Stuprata per vim Lucretia. Ver. 3. 207. Sustinere populus Rom. nationum non vim, non arma, non bellum potest. 4. 121. Leges cum vi conferre.

Copia, ubertas. 5. Tusc. 90. Magna vis auri et argenti. Ver. 4. 103. Magna vis eboris. 3. Qu. Fr. 7. Magna vis aquæ. De Som. 5. Quem ut vidi, equidem vim lacrymarum profudi. De Prov. 5. Vim argenteam dederat præclaro imperatori nostro, ut exhaustas domos replere posset.

Numerus, multitudo. De Arusp. 22. Vis innumerabilis collecta servorum. 7. Fa. 18. Maxima vis ranunculorum. Ver. 4. 131. Vis maxima vasorum.

ADJUNCTA. *Adversaria, pertenuis, acerri-*

na, optior, humana, perfecta, divina, æterna, aliena .)(. *sua, explicatior, perpetua, oratoria, aperta, cælestis, eximia, nocturna, calamitosa, certa et propria, innata, communis, varia et maxima, æqualis, conscelerata, furiosa, intima, inveterata, contraria, fœminea, diuturna, imbecillis, egregia, incredibilis et prope singularis, infinita, maxima, summa, universa ac propria, præclara et divina, terrena, vitalis, extrema, ignea, falsa* .)(. *vera, naturalis, felix, fortuita, fracta, debilitata, hyemalis, incredibilis, inexpectata, et repentina, magna et incredibilis, non sua sed extranea, inferna, insignis, summa et magna, repentina, magna, major, maxima, minor, mirabilis, nefaria, parva, sentiens et divina, sævior, et vehementior, lenior, perspicua, propria, solida, tribunitia.*

Syntaxis. *Vis omnis ac potestas Deorum. Demosthenes habuit summam vim dicendi. Vis ingenii. In hoc oratoris vis virtusque cernitur. Magna vis est in fortuna ad utramque partem. Ostentum habuit hanc vim, ut, &c. Causam ignoro, vim et effectum video. Rei vim ac naturam explicare. Dolor vim dicendi dat. Vi geritur res. Habere vim fœderis. Terram sua vi nutuque teneri. Hæc vis inest in his verbis. Infinita vis lacrymarum et dolorum. Vis innumerabilis servorum, ranunculorum, vasorum. Vis belli ac turba. Vi ac necessitate cogi. Vim alicui denunciare. Vim adhibere pactioni. Vim frigorum sustinere. Vim afferre in docendo. Vim vi repellere. Vim illatam defendere. Vim alicui facere, adhibere, inferre, afferre. Magna vis auri et argenti.*

Viscera, rum, *intimæ nobiliores partes corporis, intestina, σπλάγχνα.* 2. de Fin. 96. Tanti aderant morbi vesicæ et viscerum, ut &c. 2. de Nat. 18. Terrena ipsa viscerum soliditas. In Vat. 13. Tela in tuis pulmonibus et visceribus adhærebunt. 4. Tusc. 24. Permanat in venas, et hæret in visceribus id malum. *Ibid.* Cum hic fervor tanquam in venis medullisque insederit. 1. C. 31. Periculum autem residebit, et erit inclusum penitus in venis atque visceribus reip. 5. Tusc. 27. Metrodorus, qui omne bonum in visceribus medullisque condidit. Pro Dom. 124. Is extruxit villam in Tusculano visceribus ærarii. 6. Att. 1. Sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abjecisse, quæ mihi in visceribus hærent. 2. de Or. 318. Hæc non extrinsecus alicunde quærenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt. 1. in A. 36. Qui in medullis pop. Romani ac visceribus hærebant. 14. *Ibid.* 25. Cæsar Antonii crudelitatem non solum a jugulis nostris, sed etiam a membris visceribusque avertit. 2. de Fin. 94. et 2. Tusc. 19. Venæ viscerum.

Syntaxis. *Permanat in venas, et hæret in visceribus malum. Hic fervor tamquam in venis medullisque insedit. Periculum penitus inclusum in visceribus reip. Viscera ærarii. Id mihi in visceribus hæret. Ex ipsis visceribus causæ aliquid sumere. In medullis ac visceribus populi Romani hærere.*

Visceratio, onis, *cruæ carnis distributio, quæ solemni ritu fiebat, σπλαγχνοτομία.* 2. Off. 55. Prodigi, qui epulis et viscerationibus, et gladiatorum muneribus pecunias profundunt.

Viscus, sci, ἰξός. 2. de Nat. 144. Bestiolæ in sordibus tanquam in visco inhærescunt.

Visendus, a, um, *spectandus, magnificus,* ἐπισκεπτέος. In Vat. 31. Epulum omitto omni apparatu ornatuque visendo. Pro Pomp. 61. Eam rem populus Rom. non modo vidit, sed etiam studio omni visendam putavit. *Ibid.* 40. Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. De Opt. 22. Quid enim tam visendum aut audiendum fuit, quam, &c.

Visendi. 5. Tusculan. 9. Qui nec plausum, nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent, studioseque perspicerent quid ageretur, et quomodo. De Univ. 2. Cratippus Ephesum venit mei salutandi et visendi causa. Ver. 5. 65. Ex oppidis visendi causa convenirent. 4. 4. Cupido ille, propter quem Thespiæ visuntur: nam visendi alia causa nulla est. 1. Tuscul. 44. Insatiabilis cupiditas veri visendi. *Alii leg.* Videndi.

Visio, onis, *visum, species, spectrum,* θέα, ὅρασις. 1. de Nat. 110. At quam licenter fluentium frequenter fit transitio visionum! 2. de Div. 120. Animos externa et adventitia visione pulsari. 4. Acad. 33. Visio veri falsique communis a quibusdam putatur. 2. Tus. 42. Falsa ejus visione ac specie moveri homines dico vehementius.

Adjuncta. *Communis, probabilis.*)(. *improbabilis, inanis, externa et adventitia, falsa, fluens.*

Visito, as, πολλάκις ἐπισκέπτομαι. 5. de Fin. 94. Is cum podagræ doloribus arderet, visitassetque hominem Carneades, et tristis exiret: Mane, quæso, inquit, &c.

Viso, is, *inviso, visito,* ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπέω. 2. Tusc. 61. Sed cum audisset, eum graviter esse ægrum, voluit tamen nobilissimum philosophum visere: quem cum vidisset, et salutavisset, honorificisque verbis prosequutus esset, dixit, &c. 9. Fam. 23. Sed tamen constitui ad te venire, ut et viderem te, et viserem, et cœnarem etiam. 7. 1. Posthac ad ludos venies, nosque vises. 12. Att. 27. Velim aliquando puerum visas. 8. 5. Jampridem cupio Alexandriam, reliquamque Ægyptum visere. 1. 3. Visere aliquem longo intervallo. 1. Tusculan. 44. Cum laxati curis sumus, spectare aliquid volumus et visere. Ver. 4. 5. Messanam ut quisque nostrum venerat, hæc visere solebat.

Visor, eris, 1. Off. 138. Domus Cn. Octavii vulgo visebatur.

Visum, si, *visio, somnium, apparens,* ὅραμα, φάσμα, φάντασμα. 1. de Div. 118. Visa somniantium. *Ibid.* 126. Si Deus ista visa nobis providendi causa dat, cur non vigilantibus potius dat, quam dormientibus? 1. Acad. 40. Sensus junctos esse censuit a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellamus.

1. de Div. 57. Deinde cum se collegisset, id visum pro nihilo habendum esse duxit. Top. 77. A dormientibus multa significata visis. 1. Acad. 40. Ad visa, et quasi accepta sensibus assensionem animorum adjungit (*Zeno*). 4. *Ibid.* 40. *Inter visa* nihil interesse, non modo si ex omni parte ejusdem modi sint, sed etiam si discerni non possint. *Ibid.* 90. Inter visa vera et falsa, ad animi assensum, nihil interest. *Ibid.* 96. Visa ista, quum acriter mentem sensumve pepulerunt, accipio, hisque interdum assentior, nec percipio tamen. *Ibid.* 44. Maxime autem convincuntur (*Academici*) quum hæc duo pro congruentibus sumunt tam vehementer repugnantia: primum esse quædam falsa visa, quod quum volunt, declarant: quædam esse vera: deinde, inter falsa visa et vera nihil interesse. *Ibid.* 58. Habeo enim regulam, ut talia visa vera judicem, qualia falsa esse non possunt. *Ibid.* 106. Meminisse visa, nisi comprehensa, non possumus. *Ibid.* 47. Visa quædam mitti a Deo, secundum Stoicos. 2. Div. 124. Nulla visa somniorum proficisci a numine deorum. *Ibid.* 147. Casus autem innumerabilibus pæne sæculis in omnibus plura mirabilia, quam in somniorum visis effecit. 1. Tusc. 97. Quamobrem sive sensus extinguitur, morsque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert, sive, &c. 4. Acad. 77. Quale igitur visum? Tum illum ita definivisse, ex eo, quod esset, sicut esset impressum, et signatum et effectum. *Ibid.* 40. Eorum, quæ videntur, alia vera sunt, alia falsa: et quod falsum est, id percipi non potest: quod autem verum visum est, id omne tale est, ut ejusdem modi falsum etiam possit videri. Et quæ visa sunt ejusmodi, ut in iis nihil intersit, non potest accidere, ut eorum alia percipi possint, alia non possint. Nullum igitur est visum, quod percipi possit. *Ibid.* 77. Nullum tale esse visum a vero, ut non ejusdem modi etiam a falso possit esse. 2. de Fin. 43. Quæ visa sunt pro nihil. 4. Acad. 51. Omnium deinde inanium visorum una depulsio est, sive illa cogitatione informantur, quod fieri solere concedimus: sive in quiete, sive per vinum, sive per insaniam. Nam ab omnibus ejusdemmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. *Ibid.* 99. Duo placet esse Carneadi visorum genera: alia quæ percipi possunt, alia quæ non possunt. 1. 40. Visis non omnibus adjungebat fidem, sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur. Id autem visum quum ipsum per se cerneretur comprehensibile. *Ibid.* 66. Visis cedere. 2. Div. 127. Visa falsa et inania et mendacia. *Ibid.* 129. Visa tortuosa et obscura. 1. 61. Visa quietis tranquilla atque veracia. 1. 126. Visa vigilantium permulto clariora et certiora quam somniantium. 4. Acad. 58. Visa fidem nullam habebunt, sublata veri et falsi nota. *Ibid.* Quum visa in animos imprimantur. 1. de Divinat. 60. Huic omnia visa objiciuntur, a mente ac ratione vacua.

Species objecta menti vel sensibus. De Fato 43. Visum objectum imprimit, et quasi signat in animo suam speciem. 2. de Div. 143. Visum est enim tale objectum dormienti, ut id, &c. 4. Acad. 30. Quæ vis esset in sensibus, quemadmodum prima visa nos pellerent. *Ibid.* 108. Si visa tollantur, tolli omnia volunt Stoici.

Adjuncta. *Clarum.*)(. *obscurum, divinum.*) (. *humanum, falsum et inane, falsum et mendax, perturbatum, tranquillum, atque verum, varium et incertum, verax, falsum.*)(. *verum, imbecillum, inane, leve, probabile, verissimum, luculentum, nocturnum, tortuosum et obscurum.*

Visus, us, *videndi sensus*, ὄψις, ὅρασις. Incert. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent. 1. de Nat. 12. Ex quo existit et illud, multa esse probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen quia visum quendam habent insignem et illustrem, his sapientis vita regeretur.

Vita, tæ, *spiritus, anima, vitæ curriculum, cursus vitæ hujus, hujus vitæ lux, communis spiritus*, βίος. Pro Sest. 57. Vita brevis est, cursus gloriæ sempiternus. Pro Rab. 30. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit. De Som. 5. Vestra vero quæ dicitur vita, mors est. Ver. 1. 153. Incertum est quam longa nostrum cujusque vita futura sit. 2. de Nat. 134. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. 1. Tusc. 56. Tam natura vita hominis sustentatur, quam vitis, quam arboris. 1. de Leg. 31. Vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet. Postquam in Senat. 2. A parentibus vita nobis tradita est. Pro S. R. 30. Per summum dedecus vitam amittere. 4. ad Her. 58. Amisit vitam, at non perdidit: amisit animam, potitus est gloria. 2. in A. 37. Nec frangor animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberasset. Pro Cluent. 170. Illa, quam tum vivebas, non erat vita. 10. in A. 20. Non in spiritu vita est, quæ nulla est omnino servienti. 1. Qu. Fr. 4. Ego vitam, quoad spes erit, retinebo. *Ibid.* 3. Diutius in vita esse non possum. *Ibid.* In tam turpi vita commorari. 2. de Or. 36. Historia vita memoriæ. 10. Att. 7. Tempus est, nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare. Pro Arc. 28. In hoc tam exiguo vitæ curriculo, tam brevi. Pro Rab. 29. Mortui sensu et vita carent. Pro Qu. 49. Mors honesta sæpe vitam turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. 4. C. 7. Eos frui vita et communi spiritu putat non oportere. 12. Att. 27. Nunc plane nec victum, nec vitam ullam colere possum. 4. ad Her. 21. Colere vitam cum virtute. 5. de Fin. 4. Illum locum, ubi Pythagoras vitam ediderat, sedemque vidi. 2. de Or. 204. Docuit enim jam nos longa vita, usus que rerum

maximarum, &c. De Senect. 60. Is vitam ad centesimum annum perduxit. 5. Att. 20. Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. 2. de Div. 23. Quo cruciatu animi putas eum vitam acturum fuisse? Pro Planc. 101. Si vitam mihi sors ademisset. 1. Tusc. 94. Nam, vereor, non illis si vita longior daretur, posset esse jucundior. 4. ad Her. 35. Neque erat, quo vitam produceremus. 1. de Orat. 1. Eum vitæ cursum tenere potuerunt, ut, &c. Ad Brut. 16. Quibus hæc vita fatis potius traducatur. 9. in A. 15. Vita sanctissime honestissimeque acta. De Clar. 112. Scauri libri de vita ipsius acta. 1. Off. 17. Parare res, quibus actio vitæ continetur. De Cl. 105. Carbo, quoad vita suppeditavit, est in multis judiciis cognitus. 1. de Fin. 11. Si vita suppeditet. 10. Fam. 24. Si mihi vita contigerit. Pro Sull. 75. Fœdissimam vitam ac miserrimam degere. 1. de Fin. 35. Degenda vita. 1. Off. 58. Vita victusque communis in amicis vigent maxime. De Am. 18. Vita communis. 1. de Orat. 224. Aliquid a communi vitæ consuetudine, atque a civitatum moribus abhorrere. 2. Off. 39. Homo solitarius, atque in agro vitam agens. 3. de Fin. 65. Agere vitam in solitudine. Pro S. R. 48. Vita rustica honestissima atque suavissima. 1. de Inv. 2. Cum homines in agris passim bestiarum more vagabantur, et sibi victu ferino vitam propagabant. Ver. 2. 118. Vivere vitam tutam. Pro Clu. 20. Vitæ periculum, et capitis insidias vitare. 1. de Nat. 52. Deus hominum commoda vitasque tuetur. 2. de Fin. 93. Vita vitiosa et flagitiosa. Pro Qu. 93. Vita horrida atque arida mihi cordi est. 3. de Orat. 11. Cum ferro vita est erepta. Pro Muræn. 34. Illum vita expulit. *id est, occidit.* De Sen. 71. Auferre vitam alicui. 2. Fam. 2. Discedere a vita. 5. 15. Manere in vita. De Senect. 72. Vitam deserere. 2. Tusc. 59. Cum una cum sanguine vitam effluere sentiret. 9. Fam. 24. Si in hac administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem. 1. 4. Profundere vitam pro amicis. 5. 16. Omnibus telis fortunæ proposita est vita nostra. *Ibid.* Iniqua conditio vitæ. 1. de Fin. 44. Amarissima vita. 1. Fam. 1. Vitam mihi esse acerbam putem. 3. de Fin. 29. Vita acta, et vita consequens, Topic. 78. Vita constans et probata. 2. Tusc. 27. Vita umbratilis et delicata. 2. de Fin. *sæpe*, Vita beata. Pro S. R. 84. Sic vita hominum est, ut nemo ad maleficium sine causa accedat. Pro Mar. 29. Vita corpore et spiritu continetur. 2. in A. 5. Quod est aliud beneficium latronum? nisi ut commemorare possint, iis se vitam dedisse, quibus non ademerint. *Ibid.* 60. Fac me a te habere vitam, quia a te non sit erepta, &c. 7. Phil. 12. Is æquum putavit, vitam, quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Rom. in discrimen adducere. De Am. 22. Quæ potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, quæ non in amici mutua benevolentia conquiescit? 9. in A. 10. Vita mortuorum in memoria vivorum est posita. 2. de Fin. 45. Omnem complectatur mens vitæ consequentis statum. 3. de Orat. 10. Vita se privare. De Sen. 73. De præsidio et statione vitæ decedere. De Som. 1. Ex hac vita migrare. 3. de Fin. 28. Vita misera, beata, honesta. Pro C. Cor. 1. Homo illorum et vita et prudentia longe dissimilis. Con. C. Ant. An eam dignitatem, quam reliqua vita es consequutus? In Clod. Vita anteacta te servavit. Horten. Scelera suscepta in vita superiore. *Ibid.* Jucundum nobis occasum, neque molestam extinctionem et quasi quietum vitæ fore. 2. de Glor. *Vitæ jampridem lumina linquens.* De Cons. Non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ. *Ibid.* Quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus. 2. Ac. Vitam suam exponere ad imitandum juventuti. 3. Quod si liceret, ut iis, qui in itinere deerravissent, sic vitam deviam secutis, corrigere errorem pœnitendo, &c. 1. de Leg. Deorum vitam vivere. De Leg. Mors aut meliorem, quam qui est in vita, aut certe non deteriorem, est allatura statum. Nam sine corpore animo vigente divina est vita. Incer. Si omni modo vitam impetrare cupiunt. *Ibid.* Si mihi vitæ spatium duplicetur. De Clar. 4. Perpetua quadam felicitate usus ille, cessit e vita. 1. Tuscul. 35. Omnes consentiunt, esse aliquid, quod ad eos pertineat, qui vita cesserint. De Amic. 12. Excedere vita. 4. Fam. 5. Omnibus bonis prope perfunctam, vita excessisse. De Ami. 15. Cum illo actum optime est; mecum incommodius, quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. 3. de Fin. 61. Sæpe officium est sapientis, desciscere a vita. Pro C. Rab. 30. Ex vita demigrare. 2. de Leg. 48. Heredum causa justissima est, nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui e vita emigraverit, propius accedat. Pro Planc. 90. Qui pro Republica vitam dediderunt, nunquam mehercule eos mortem potius, quam immortalitatem asequutos putavi. 14. Phil. 31. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita! 3. Att. 19. Vitam sustentare, vel abjicere. Pro Rab. 30. Si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus, justiorem nobis mortis conditionem relinquemus.

ADJUNCTA. *Acerba, accommodatior, par et similis deorum, æquabilis, agrestis, attenta et rusticana, dedita flagitiis, maxime disjuncta a cupiditatibus, officio conjuncta, honesta, honestior, honestissima et suavissima, infesta, perditissima, horrida, incultaque, delicata, rustica, agrestis, immanisque, amarissima, consequens, placata, tranquilla, et quieta, beata, beatissima, brevis, brevior, commodior, chara, charior, cælestis, humana, jucundior, misera, miserior, certa, ac diuturna, communis, consentiens, virtutibusque respondens, recta et ho-*

nata, constans, et congruens, privata, vitiosa et flagitiosa, digna, melior.)(.*pejor, plenissima periculorum, dissimilis, divina, sempiterna, sapiensque, diuturna, dubia, dulcis, elegantissima, præclara, apta, exigua, facilior et ornatior, minus gravis, et molesta, fructuosior, aptior, levior, moderatior, munitior, otiosior, tectior, facinorosa, periculosa, invidiosa, infestaque, turpis, et nocens, honestissima et laudatissima, fera agrestisque, insuavis, firma, locuples, fœdissima ac miserrima, frugi et severa, gloriosa, miserrima, hilaris, illustris, illustris et jucunda, horrida atque arida, turpis, inculta et deserta, laudabilis, infamis, injuriosa et facinorosa, quieta et beata, ingenua, inops et vaga, jucunda, liberior, jucunda et chara, longa, longior, menstrua, optabilior, meliorque, voluptaria, misera et turpis, privata, quotidianaque, otiosa et plena voluptatibus, perpetua, præstantior, pristina, privata et quieta, purissima et castissima, quieta atque otiosa, quotidiana, superior, reliqua, universa, urbana, seditiosa et tumultuosa, sollicita, tranquilla, turpissima, tuta, tutior, utilis, utilissima, umbratilis et delicata.*

Syntaxis. *Vitæ curriculum. Tribus rebus vitam teneri, sustentari. Vitam amittere, perdere, retinere. In vita diu esse. In turpi vita commorari. Sensu et vita carere. Frui vita et communi spiritu. Colere vitam cum virtute. Vitam perducere ad annum centesimum. Agere vitam. Tenere vitæ cursum. Vitam traducere. Si vita suppeditet. Si mihi vita contigerit. Degere vitam. A communi vitæ consuetudine abhorrere. Propagare sibi vitam. Vivere vitam. Vitam alicui eripere, auferre, adimere. Depellere aliquem vita. Manere in vita. Vitam deserere. Vitam profundere. Ponere vitam in re aliqua. Iniqua vitæ conditio. Sic vita hominum est, ut &c. Vita corpore et spiritu continetur. Dare, vel tradere alicui vitam. Habere vitam ab aliquo. In vitam introire. Vitam suam exponere ad imitandum. Vita se privare. E vita discedere, migrare, cedere, excedere, emigrare. Deiicere a vita. De vita decedere, exire. Ex vita demigrare. Vitam dedere, sustentare, vel abjicere.*

Vitalis, le, *vitam præstans, salutaris*, βιωτὸς, ζωτικός. 2. de N. 41. Vis vitalis per omnem mundum pertinens. De Am. 22. Quæ potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, quæ non in amici mutua benevolentia conquiescit? 2. de Div. 32. Fissum familiare et vitale tractant. In Arat. Vitale flamen. 2. de Nat. 27. Salutarem et vitalem calorem omnibus impertit quarta pars mundi, tota natura fervida. *Ibid.* Vitalem et salutarem spiritum præbet animantibus aer. *Ibid.* 24. Caloris natura vim in se habet vitalem. 1. de Div. 20.

—Quæ parvos Mavortis semine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat. Ib. 18.
Luce serenanti vitalia lumina liquit.

Syntaxis. *Vis vitalis per omnem mundum pertinens. Vitale flamen. Calor salutaris et vitalis. Vitalis et salutaris spiritus. Vim in se habere vitalem.*

Vitandus, a, um, φυλακτέος. Orat. 228. Gladiatores multa vitando faciunt caute, et petendo vehementer. 2. de Orat. 333. Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio.

Vitatio, onis, *fuga*, ἐκφυγή. 3. Phil. 24. Quæ vitatio oculorum, lucis, urbis, fori? quam misera fuga! quam fœda! 5. de Fin. 20. Vitatio doloris. 3. ad Her. 3. Vitatio periculi.

Vitellus, li, *ovi pars rubra*, λέκυθος. 2. de Div. 134. Tum ille; Nihilne de vitello?

Viticula, læ, ἑλικὶς ἀμπέλου. 3. de Nat. 16. Dii nec agellos singulorum, nec viticulas persequuntur.

Vitiandus, a, um. 4. Att. 9. Vitiandis diebus censum impendere.

Vitiatus, a, um, λελυμασμένος. Pro Sest. 115. Comitiorum et concionum significationes interdum veræ sunt, nonnunquam vitiatæ et corruptæ.

Vitio, as, καταμολύνω. 1. Att. 13. Nam M. Luculli uxorem Memmius vitiavit.

Vitiose, διεφθαρμένως. 5. in A. 10. Leges vitiose, per vimque tulit. 2. de Fin. 40. Sed ille, ut dixi, vitiose. 3. Tusculan. 19. Membrum tumidum ac turgidum vitiose se habet. 4. Acad. Vitiose concludere. 2. ad Heren. Vitiose loqui Ennio et cæteris Poetis concessum est. De Sen. 25. Illud vero idem Cæcilius vitiosius.

Vitiositas, tis, κακία.)(.*virtus*. 4. Tusc. 29. Vitiositas est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, et a seipsa dissentiens. *Ibid.* 34. Virtutis contraria est vitiositas, sic enim malo, quam malitiam appellare eum, quam Græci κακίαν appellant: nam malitia certi cujusdam vitii nomen est, vitiositas omnium.

Vitiosus, a, um, *multis vitiis flagitiisque contaminatus, depravatus, corruptus, multis affectus vitiis, quod in vitio est, quod vitiose se habet*, μοχθηρὸς, πονηρός. 2. de Fin. 93. Vitiosa et flagitiosa vita. 5. in A. 9. Collega, quem ipse fecit sua nunciatione vitiosum. 2. cont. Rull. 13. Unum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quod, &c. 1. Off. 120. Natura vitiosa, ut, &c. De Cl. 283. Is metuens, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. 3. de Nat. 77. Si qui audirent vitiosi, &c. 1. de Div. 28. Itaque, sinistra dum non exquirimus, in dira et in vitiosa incurrimus. 2. in A. 84. Vitiosus consul.)(.*salvis auspiciis creatus*. 1. Att. 11. Ille alter uno minus vitio vitiosus, quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος, sed voluntate. De Pet. Cons. 43. In hoc vel maxime vitiosa est civitas, quod, &c. 2. ad Her. 46. Vitiosum exemplum. Ver. 1. 143. Quid ita? ne vitiosum opus fieret. 2. ad Her. 46. Vitiosum sponte sua quod reprehensione non eget. 4. Acad. 68. Vitiosum est, assentiri quidquam aut falsum, aut incognitum. 1. de D. 80. Animi

enim integri, non vitiosi corporis est divinatio. De Clar. 261. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendat. De Fat. 10. Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam et compressam esse doctrina, ut nemo unquam violentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. 3. de Leg. 35. Tabella vitiosum occultare suffragium. 1. Tusc. 30. Id enim vitioso more effici solet. 4. 81. Qui enim non natura, sed culpa vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant ex falsis opinionibus rerum bonarum ac malarum, ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior. 2. de Leg. 21. Vitiosa quæ defixerit augur, irrita infectaque sunto. 2. ad Her. 46. Vitiosorum argumentorum genera duo. 2. de Nat. 61. Vitiosarum rerum, neque naturalium vocabula. 1. de Orat. 118. Hæc turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. 3. de Leg. 32. Vitiosi principes.

Syntaxis. *Facere collegam sua nunciatione vitiosum. Vitiosum sanguinem colligere. In dira et vitiosa incurrere. Vitiosum exemplum. Consuetudo vitiosa et corrupta. Vitiosa natura. Vitiosum suffragium. Non natura, sed culpa vitiosus.*

Vitis, tis, ἄμπελος. 1. de Orat. 249. Arborum putatio atque vitium. De Senect. 52. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. In Arat.

— *Quam viridi convestit tegmine vitis.*

1. Tuscul. 69. Vites lætificæ. *Poetæ.* 2. de Nat. 120. Vites claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atque ita se erigunt, ut animantes: quinetiam a caulibus brassicisque, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere. Incert. Byturi vites in Campania erodunt. 1. Tus. 56. et 5. de Fin. 39. Vivere vitem dicimus.

Vitium, tii, *vitiositas, pravus actus, turpis actio, labes, morbus animi, animi pravitas vel deformitas, ἁμάρτημα, βλάβη.*)(.*virtus.* 1. de Orat. 247. Legibus et præmia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis. 3. de Fin. 39. Turpes actiones, quæ oriuntur e vitiis, quas enim Græci κακίας appellant, vitia malo quam malitias nominare. *Ibid.* Omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. 2. Att. 17. Bellum est, sua vitia nosse. 1. de Orat. 116. Fere nemo est, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta, videat. *Ibid.* 118. Fingendus est nobis, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni laude cumulatus. Orat. 30. Id est in oratione vitium vel maximum. 2. de Orat. 304. Vitia aut incommoda, quæ sint in aliquo. *Ibid.* Exprobrare aliqua vitia in aliquo. *Ibid.* 83. In quo vitium prætermittatur, &c. De Clar. 277. Oratoris vel sanitate, vel vitio ad diluendum uti. Pro Cl. 72. Quique ea vitia, quæ ab natura habet, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condivisset. Hortens. Quo minus se admiscuerint atque implicuerint animi hominum vitiis atque erroribus. De Consolat. Vitiis et sceleribus contaminatur. Pro Cæl. 44. Vitium ventris, et gutturis non modo non minuit ætas hominibus, sed etiam auget. 2. de Orat. 18. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. 1. Tusc. 72. Quibus cæcati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent. 1. Off. 18. Quod vitium effugere qui volet, adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. *Ibid.* 19. Quibus vitiis declinatis, &c. 1. de Fin. 62. A vitiis abesse plurimum. Ver. 3. 4. Postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant maxime vitiis, in quibus alterum reprehenderint. 6. Fam. 14. Si hoc vitium est, eo me non carere confiteor.

Depravatio. 2. de Div. 96. Multi naturæ vitium exercitatione sustulerunt. 2. de Orat. 246. Delabi in aliquod vitium. *Ibid.* 243. Si adversarii in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. *Ibid.* 239. Deformitas et corporis vitium.

Culpa. 1. de Div. 81. Qui valetudinis vitio furunt. 3. de Leg. 32. Concipere vitium. 4. Acad. 49. Huc si perveneris, me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit. De Arusp. 56. Qui aliquando honorem vitio civitatis, non suo, non sunt assecuti. 2. in A. 44. Qui fortunæ vitio, non suo decoxisset. 1. de Div. 118. Male conjecta falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia.

Dedecus. Pro S. R. 48. Summam laudem alicui vitio et culpæ dare. 7. Fam. 6. Ne sibi vitio verterent, quod abesset a patria. 11. 27. Vitio mihi dant, quod, &c. 3. Tusc. 14. Quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. 4. 66. Eodem vitio est effusio animi in lætitia. 5. de Fin. 31. Etsi hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. 1. Off. 23. Is tam est in vitio, quam si patriam deserat.

Impedimentum. 2. de Div. 43. Comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus. 2. Phil. 83. Vitium obvenire.

Inauspicato. 1. de Div. 29. P. Clodius, ejusque collega L. Junius, classes magnas perdiderunt, quod vitio navigassent. 2. de N. 11. Consules vitio creatos esse.

Malum, damnum, ærumna. 2. in A. 83. Id igitur obvenit vitium, quod tu jam futurum esse prædixeras.

Ad ædificia et venalia relatum. 9. Fam. 15. Si nihil est in parietibus, aut tecto vitii, cætera mihi probabuntur. Topic. 15. Si ædes exesæ corruerunt, vitiumve fecerunt. *Ibid.* 22. Quod fornix vitii fecerit. 3. Off. 56. Venditorem ejus rei, quam vendat, vitia narrare.

Adjuncta. *Alienum, certum, pestiferum, certissimum, humanum, perspicuum, et grande, commune et pervagatum, contrarium, domesti-*

cum, finitimum, singulare, fraternum, inauditum, gravius, insigne, intolerabile, maximum, perspicuum, magnum, parvum, simile, mediocre, occultum, paternum, perditissimum, proprium, stultum, iniquum, summum, tetrius, vulgare.

Syntaxis. *Detrahere vitia. Vitia exprobrare, declinare. Vitium a natura habere, studio atque artificio condire. Admiscere atque implicare se vitiis. Vitiis contaminari, cumulari, inquinari. A vitio abesse. A vitiis se abstinere. Naturæ vitium exercitatione tollere. Delabi in vitium. In vitio reperiri. Vitio carere. Concipere vitium,* idest culpam. *Fortunæ vitio decoquere. Aliquid alicui vitio et culpæ dare. Vitio vertere aliquid alicui. In vitio poni. In vitio aliquid esse. Vitio navigare, magistratus creari;* idest inauspicato. *Ædes vitium faciunt.*

Vito, as, *devito, evito, fugio, effugio, declino, detestor,* φεύγω. 5. Fa. 12. Hæc nos vitare cupimus, &c. si recipis causam nostram, vitabimus. De Pro. 44. Vitare vituperationem. Part. 60. Fugere, vitare, declinare aliquid. 8. Att. 15. Neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quam declinanda putavi, si honeste vitare possem. Pro Mur. 41. Vitat offensionem æquitatis largitio.

Vitor, aris. 1. C. 15. Ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, et (ut aiunt) corpore effugi.

Adverb. *Caute, facillime, honeste, magnopere, summopere, plene, turpiter.*

Vitricus, ci, *matris meæ maritus, qui me non genuit,* ἐπιπάτωρ. Ver. 1. 135. C. Mustius vitricus pupilli. De Cl. 240. D. Syllanus vitricus tuus. 15. Att. 12. Vitricus quidem nihil censebat. Pro Mur. 73. Id erit ejus vitrico fraudi aut crimini. 2. Phil. 17. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum.

Vitrum, tri, ὕαλος. Pro R. P. 39. Merces fallaces chartis et linteis et vitro delatæ. 8. Fa. 14. Lomentum aut vitrum esse.

Vitularia. 3. Qu. Fr. 1. Ex eo loco recta vitularia via profecti sumus in Fusidianum fundum.

Vitulinus, a, um, *ex vitulo,* μόσχειος. 2. de Div. 52. An tu, inquit, caruncula vitulinæ mavis quam imperatori credere? 9. Fam. 20. Usque ad assum vitulinum opera perducitur. *Alii* vitellinum.

Vitulus, li, *bos junior,* μόσχος. 2. de Div. 36. An censes eundem vitulum si alius delegerit, sine capite jecur inventurum? 2. de Inv. 95. Vitulum alicui deo immolare.

Vituperabilis, le, *vituperandus,* ψεκτός. 3. de Leg. 23. Nam isto quidem modo vel consulatus vituperabilis est. 3. de Fin. 40. Quod vituperabile est, &c.

Vituperatio, onis, *reprehensio, ignominia,* ψόγος. De Prov. 44. Quod ad vitandam vituperationem valet. 14. Att. 12. Cadere in aliquam vituperationem. 16. 7. Effugere vituperationem. De Clar. 97. Eaque res P. Africano vituperationi fuit. 12. in A. 25. Culpæ reprehensionem, et stultitiæ vituperationem reprehendere. De Arus. 49. Meque nonnulla vituperatione tarditatis meæ facto suo liberavit. 14. Att. 21. Vituperationem subire. 16. 7. Vituperationem suscipere. 3. de Orat. 129. Vituperationem tribuere. Ver. 3. 140. In vituperationem adducere. Part. 71. Vituperationis finis, turpitudo. 15. Att. 7. Duæ maximæ vituperationes.

Adjuncta. *Communis, major, justa, maxima, summa, vehemens.*

Syntaxis. *In vituperationem cadere. Vituperationem subire, effugere, suscipere, tribuere. In vituperationem adducere. Vituperatione liberari.*

Vituperator, oris, *reprehensor,* ψέκτης. 1. de Nat. 5. Invidus vituperator. 7. Fam. 3. Si quando in vituperatores meos incidisses. 2. Tuscul. 4. Nos autem universæ philosophiæ vituperatoribus respondimus in Hortensio. 1. de Fin. 2. Quanquam philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo in libro, quo a nobis philosophia defensa et collaudata est.

Vitupero, as, *vitio, crimini, culpæ do, de dignitate et autoritate alicujus detraho, in maledicti vel criminis loco objicio, maledictis alicujus gloriam dignitatemque violo,* ψέγω. Pro Mur. 60. Ego tuum consilium, Cato, vituperare non audeo. 2. ad Her. 44. Veluti qui Rhetoricam vituperant, propter alicujus oratoris vituperandam vitam. 2. cont. Rul. 6.

Vituperor, aris. 2. Qu. Fr. 5. Pompeius in amicitia P. Lentuli vituperatur. 2. de Fin. 92. Syracusanæ mensæ, quæ a Platone graviter vituperantur. 2. de Orat. 349. Improbum notari ac vituperari.

Adverb. *Acerrime, admodum, asperius, graviter, gravissime, rite, valde.*

Vivendum. Frag. ep. Vivendum civiliter.

Vivo, is, *spiro, respiro, vigeo, sum, in vita sum, in vito commoror, inter vivos numeror, vitam ago, vitam dego, ætatem ago, ætatem dego, ævum ago, vitam vivo, vita fruor, vitam et spiritum duco, vita et communi spiritu fruor, vita manet, vita suppetit, vita suppeditat, lucem intueor,* βιόω, ζάω. 2. in A. 87. Cum latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere. 5. *Ibid.* 25. Qui in horam vivunt. I. P. 68. Est quidam Græcus, qui cum isto vivit. *Ibid.* Ut prorsus una viveret. 6. Att. 6. Decreveram cum eo valde familiariter vivere. 3. de Orat. 11. Conjunctissime vivere cum aliquo. 13. Att. 27. Cum ita simus affecti, ut non possimus plane simul vivere, &c. Pro Cluent. 170. Illa, quam tum ille vivebat, non erat vita. 5. de Fin. 39. De Clar. 4. Vixitque tamdiu, quam licuit bene beateque vivere. Ver. 2. 118. Tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrantur. 1. de Orat. 231. Sanctissime vivere. 4. Fam. 7. Quiete et libere vivere. 3. de Fin. 68. Vivere e natura. *Ibid.* 29. Id est beate

vivere, vivere honeste, idest, cum virtute vivere. *Ibid.* Cum scientia vivere. 9. Fam. 17. Vivere de lucro. *Ibid.* 26. Vivere in litteris. Pro Mar. 25. Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ. 13. in A. 7. Si non spiritu, at virtutis laude vivemus. 1. de Nat. 6. In omni rerum natura id vivere, id vigere, quod caleat. Pro Sest. 108. Vivere ac spirare. 5. de Fin. 39. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus, arboremque et novellam et vetulam et vigere et senescere. 1. Tusc. 56. Vitem et arborem etiam dicimus vivere. 3. Qu. Fr. 1. Quod me cohortaris ad laborem, &c. faciam equidem: sed quando vivemus? De Cl. 179. Titius Aufidius vixit ad summam senectutem. 3. in A. 27. Nisi qui vicerit, victurum esse neminem. De Senect. 49. Secum esse, secumque (ut dicitur) vivere. 10. Att. 4. In laude vivere. 14. 22. Vivere et habitare cum aliquo. 2. Qu. Fr. 5. Vivo paullo liberalius quam solebam. De Sen. 19. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? *Ibid.* 24. Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. *Ibid.* 66. Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se usque ad vesperam esse victurum? Hort. Vixit ad summam senectutem valetudine optima. *Ibid.* Cum in his artibus vixerimus. 2. de Glor. Mea semper gloria vivit. Ac. Qui secum ad senectutem usque vixissent. 1. de Leg. Deorum profecto vitam omnes viverent. Pro Sest. 101. De Am. 19.

Adverb. *Amantissime, amice, amicissime, animose, continenter, delicate, fideliter, molliter, parce, simpliciter, sobrie, audacter, comiter, effuse, graviter, jucunde, libere, licentius, luxuriose, petulanter, severe, beate, maxime, simul, beatius, diu satis, bene, liberius, calamitose, otiose, caste, integre, liberaliter, magnifice, præclare, concordissime, congruenter, feliciter, absolute, fortunate, flagitiose, impure, misere, familiarius, conjunctius, conjunctissime, constanter, convenienter, fortiter, graviter, juste, laudabiliter, male, optime, sapienter, diutius, quam diutissime, familiariter, familiarissime, hilare, honeste, honestissime, horride, inculte, immoderate, impie, injuste, intemperate, improbe, jucunde, melius, quiete, jucundissime, liberalius, parum, multum, multum diuque, necessario, pariter, satis superque, plane simul, prodige, prorsus una, pudenter, recte, sancte, sanctissime, turpiter, valde familiariter.*

Syntaxis. *In diem vivere, in horam. Cum aliquo familiariter vivere, simul, conjunctissime. Bene beateque vivere. Vivere e natura, cum virtute, de lucro, in litteris. Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ. Vivere ad summam senectutem. Secum esse, secumque vivere. Vivere vitam Deorum. Mea semper gloria vivet.*

Vivitur. 1. Off. 46. Vivitur non cum perfectis hominibus. 1. de Fin. 43. Sapientia est una, qua præceptrice, in tranquillitate vivi potest. 9. Fam. 14. Sic igitur vivitur.

Vivus, a, um, *spirans*, ἔμψυχος. Pro Qu. 49. Non modo ex numero vivorum exturbari, sed etiam, si fieri posset, infra mortuos amandari. *Ibid.* 48. Numerari inter vivos. *Ibid.* 50. Huic acerbissimum vivo videntique funus indicitur. De Ami. 18. Neque id ad vivum reseco, ut illi, qui hæc subtilius disputant. Pro Sest. 59. Ille vivus (ut aiunt) et videns publicatus est. Pro Mil. 92. Vivus et spirans. 10. Fam. 32. Vivus combustus. 1. Qu. Frat. 2. Vix vivus effugeret. Pro Mil. Ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat: *id est, curiam.* 4. Att. 15. Se vivo aliquem non triumphare. 1. Qu. Fr. 1. Ut et patrem et filium vivos comburat. 2. Acad. Non solum vivis, sed etiam mortuis invidere. Pro Mil. 91. Si modo hæc templa, atque ipsa mœnia stare tandiu, eo vivo, et consulatum ejus expectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui, &c. *Ibid.* Quid signifer pro vivo non esset ausus? *Ibid.* 36. Qui, vivo Clodio, labefactari non poterat. De Clar. 80. Vivo Catone, qui, &c. *Ibid.* 220.

Vivum, vi, *sors et pecuniæ caput, quod dicitur* ἀρχαῖον. Pro Fl. 91. De lucro dat, nihil detrahit de vivo. Ver. 3. 118. De vivo igitur erat aliquid resecandum.

Vix, *vix dum, jam ægre,* μόγις, μόλις. I. P. 27. Gabinius collegit ipse se vix, sed tamen collegit, &c. Part. 1. Quæ vix in gymnasiis Stoici probant. 1. de Orat. 7. In dicendo excellentes vix paucos proferre possimus. 2. Fam. 9. Vix tandem legi litteras dignas Appio. Pro Qu. 3. Qui ut summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui, &c. 9. Fam. 8. Mihi vero cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidem. 3. Att. 23. Ut vix aut omnino non possit abrogari. 2. de Nat. 20. Aut vix, aut nullo modo corrumpi. 6. Att. 9. Saufeium sine meis litteris ad te venire, vix erat rectum.

Vixdum, βραδέως. 9. 2. Vixdum epistolam tuam legeram, cum, &c. 1. C. 10. Hæc ego omnia vixdum jam cœtu nostro dimisso comperi. 12. Fam. 4. Cum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses.

Syntaxis. *Vix pauci sunt, qui. Vix, aut omnino non recordor. Vix est rectum, te huc venire. Vix dum legeram epistolam tuam.*

UL

Ulceratus, a, um, *exulceratus*, ἑλκωθείς. De Fat. 36. Philoctetes ulceratus serpentis morsu, in insula Lemno relictus est.

Ulciscendus, a, um, τιμωρητέος. 2. de Inv. 18. *et* De Opt. 22. Si inimici ulciscendi causa factum est &c. 6. in A. 2. Quo omnes acrius graviusque incumberent ad ulciscendas reipublicæ injurias. Postquam ad Quir. 22. Ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quam, &c. 12. Fam. 23. Neque enim hæc a te non ulciscenda sunt, etiamsi non sint dolenda. Pro S. R. 66. Qui patris ulciscendi causa supplicium de matre sumse-

runt. Postq. ad Quir. 21. De inimicis ulciscendis agebat. 1. ad Her. 26. Patris ulciscendi causa matrem occidisse. Ver. 1. 72. Ne in ulciscenda quidem injuria hominis occidendi potestatem esse.

Ulciscor, eris, *vindico, punio, persequor, pœnam repeto, injurias persequor, male meritis refero quod debeo, expeto pœnas, ἀμύνω, τιμωρέω.* 1. de Orat. 32. Arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus. 1. ad Her. 17. Me ulcisci parentem negant oportuisse. Pro Rab. 14. Et similis viri tu ulcisceris patrui mortem, atque ille persequeretur fratris sui. 12. Fam. 1. Resp. adhuc ulta suas injurias est per vos. 9. Att. 14. Odi hominem, et odero: utinam ulcisci possem: sed illum ulciscantur mores sui. Div. 22. Ut per alium te ipsum ulciscantur, laborant. 2. de Inv. 86. Ulcisci inimicum. Brut. 3. Quos quidem omnibus sententiis ulciscor et persequor. 3. de Orat. 114. Æquumne sit, ulcisci injurias etiam propinquorum. 1. Fam. 9. Quanquam ille vicem nostram ultus est ipse per sese. Ver. 2. 9. Injurias suas per vos ulcisci ac persequi studuerunt. 2. C. 17. Quos ego non tam ulcisci studeo, quam sanare. Postq. ad Quir. 21. Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus. 2. de Inv. 81. Ulcisci peccata peccatis, et injurias injuriis. Ver. 1. 68. Si nefarium scelus vi manuque ulti essent &c. 3. C. 24. Ultus est hujus victoriæ crudelitatem postea Sulla.

Ultio, onis, *vindicta, ἀμύνη, τιμωρία.* 3. ad Her. 34. Jam domi ultionem reges Atridæ parant. *Alii al. leg.*

Ulcus, eris, *plaga sordida, et non recens, ἄπτλος, ἀπόστημα.* Pro Dom. 12. Et tu in hoc ulcere, tanquam unguis, existeres. 1. de Nat. 105. Quicquid horum attigerit, ulcus est.

Ullus, a, um, *aliquis, ὁ καὶ ἡ τὶς, καὶ τὸ τί.* Ver. 2. 60. Debebat Epicrates ullum nummum nemini. Pro Cluent. 101. Cluentii nummus nullus judici datus ullo vestigio reperitur. 1. de Orat. 250. Non possum negare, prodesse ullam scientiam oratori. *Ibid.* 108. Non mihi videtur ars oratoris esse ulla. 3. Qu. Fr. 1. Si ullam partem libertatis tenebo. 7. Att. 14. Cum cæteræ mulieres ulla dignitate discesserint. De Am. 8. Nec ullo casu potest contingere, ut ulla intermissio fiat officii. Pro Fl. 47. Neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. 2. in A. 97. Omnino ullius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor. 3. de Fin. 50. Quam si ullam esse diceremus, &c. *id est, non aliquam.* 2. Off. 40. Justitiæ tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere.

Ulterior, ius, *πρoσώτερος.*)(*citerior.* De Pro. 36. Ulterior Gallia.)(*citerior Gallia.* 16. Att. 2. Ulterior Hispania. 8. 3. Galliæ ulterioris adjunctor.

Ultimus, a, um, *postremus, extremus, summus, ὕστατος, ἔσχατος.* 2. de N. 56. Luna, quæ omnium ultima est. 2. de D. 91. Cœlum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. 1. de L. 8. Ab ultimis temporibus scribendi exordium capio. 2. de Inv. 5. Ab ultimo principio hujus præceptionis, usque ad hoc tempus, expositis copiis, &c. 1. ad Her. 15. Si non ab ultimo initio repetere volemus. De Pro. 43. Tempus proximum, medium, ultimum. Pro Arch. 1. Pueritiæ memoriam recordari ultimam. De Arusp. 24. Aliquid ex ultimis terris accersitum. Brut. 17. Hæc mihi videntur Ciceroni ultima esse in malis. De Somn. 8. Luna ultima cœlo, citima terris.

Ultor, oris, *vindex, punitor, ἀμυντήριος, τιμωρός.* 2. Fam. 9. Ultor inimicorum. De Cla. 267. Publius nostrarum injuriarum ultor, salutis autor. Pro Sull. 85. Ego ille conjurationis investigator atque ultor. Postq. in Sen. 32. Tribunitii sanguinis ultores. I. P. 23. Piso prævaricator Catilinæ quondam, nunc ultor.

Ultra, *supra, πέρα, πόῤῥω.* 12. Att. 26. Ultra Silianam villa est, quam puto tibi notam esse. 1. de Inv. 91. Remotum est, quod ultra quam satis est, petitur. 1. de Div. 25. Divinatio conjectura nititur, ultra quam progredi non potest. 1. in Ant. 12. Quis unquam Senatorem tanto damno coegit? aut quid est ultra pignus aut mulctam? 1. de Inv. 26. Longum exordium est, quod pluribus verbis aut sententiis ultra quam satis est, producitur. 1. Tusc. 17. Ultra enim quo progrediar, quam ut verisimilia videam, non habeo. 4. ad Her. 61. Procurrere ultra quam amicus sentire possit. 2. Tusc. 5. Nec ultra quam id, quod verisimile occurrit, progredi possumus. 4. 38. Sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. De Un. 6. Si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. 5. Att. 1. Oratio scripta elegantissime, ut nihil possit ultra.

SYNTAXIS. *Ultra quam satis sit, quæris. Quid est ultra pignus? Optime, ut nihil ultra possit.*

Ultrix, cis, *vindex, τιμωρητική.* Pro Dom. 112. Hæc ultrix afflictæ civitatis, reipublicæ spoliis ornabitur?

Ultro, *sponte, ἑκουσίως, ἑκόντι.* 3. C. 23. Qui spem imperii ultro sibi a patritiis hominibus oblatam neglexerunt. 10. Fam. 21. Omnia ei ultro pollicitus sum. Pro Flac. 61. Illum autem non modo recipiebant, sed etiam ultro vocabant. Pro Planc. 26. Ultro offerre se alicui. Pro Quint. 74. Nævius, qui cum ultro ipse deberet, &c. 7. Fam. 21. Si ad eum ultro veneris, &c. 2. de Fin. 58. Ultro ad mulierem venit. 7. Fam. 10. Ultro te accersitum ab eo.

Ultro citroque, *huc et illuc, vicissim.* Ver. 5. 170. Qui ultro citroque navigant. Pro S. R. 60. Postea homines cursare ultro et citro non destiterunt. 1. Acad. 28. Ultro citroque versari. De Ami. 87. Nam implicati ultro et citro vel usu diuturno, vel etiam officiis, &c. 1. Off. 56. Beneficia ultro ci-

troque data et accepta. De Somn. 1. Multis verbis ultro citroque habitis, ille nobis consumtus est dies. 2. de Nat. 84. Elementis sursum deorsum, ultro citroque commeantibus.

Ulubræ, *oppidum*. 7. Fam. 18.

Ulubranus. *Ibid.* 12.

Ululans, tis, *ἀνακωκύων*. Orat. 27. Inclinata ululantique voce, more Asiatico canere: id est, *miserabili et absona, qualis solet esse canum et luporum misere ululantium.*

Ulysses, sis, *Ὀδυσσεύς*. 1. de Orat. 196. Ulysses, vir sapientissimus, patriæ suæ conspectum immortalitati anteposuit. 1. Off. 113. Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno! 1. Fam. 10. Illo si veneris, tanquam Ulysses, cognosces tuorum neminem. 2. Tusc. 49. Ulysses apud Sophoclem perquam flebiliter lamentatur in vulnere. Brut. 40. Neque enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus, et Nestori, quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem; nisi jam tum esset honos eloquentiæ. 10. Fam. 13. Itaque Homerus non Ajacem, nec Achillem, sed Ulyssem appellavit πτολίπορθον. 3. Off. 98. Quid auditurum putas fuisse Ulyssem, si in simulatione perseverasset, quum maximas res gesserit in bello? 5. Tusc. 7. Etiam heroicis ætatibus Ulyssem et Nestorem accepimus et fuisse, et habitos esse sapientes. 3. Off. 97. Talis de Ulysse nulla suspicio est, sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse.

UM

Umbilicus, ci, *sedes quæ in media ventris planicie est, quasi punctum in circulo: idcirco medium cujusque rei significat*, ὀμφαλός. 2. de Div. 115. O sancte Apollo, qui umbilicum terrarum certum obsides! Ver. 4. 106. Qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur.

Umbilici, *lapilli sunt nitidi, politi, in umbilici nostri modum collecti, et a natura facti.* 2. de Orat. 22. Conchas et umbilicos Lælius et Scipio relaxandi animi causa ad Lucrinum legebant.

Umbinus, ni, *genus nummorum in Gallia Narbonensi.* Pro Font. 9.

Umbra, bræ, *ἠλύγη, σκιά, σκίασμα*. 1. de Orat. 28. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates. 2. de Div. 17. Umbra terræ est meta noctis. 3. de Orat. 162. Ne contagio mea bonis, umbrave obsit. *Postæ*. I. P. 57. Omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari. 3. Off. 69. Sed nos veri juris germanæque justitiæ solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. Pro Mur. 13. In quo luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? 3. de Orat. 99. Sed habeat tamen admiratio illa umbram aliquam et recessum, quo, &c. Pro R. P. 41. Umbram equitis Rom. et imaginem videtis. 15. Att. 20. Iste qui umbras timet, ad cædem spectat. 1. de Div. 88. Cæteros umbrarum vagari modo. 4. Acad. 20. Multa vident pictores in umbris et in eminentia, quæ nos non videmus.

Adjuncta. *Fatalis, infera, tenuis.*

Syntaxis. *Umbras falsæ gloriæ consectari. Non solidam naturam tenes, sed umbram et imaginem. Umbræ et eminentia in pictura. Umbram vitii quærere, ubi vitium non reperitur. Umbras timere. Umbrarum modo vagari. Habere umbram aliquam et recessum, quo, &c.*

Umbraculum, li, *locus frondibus tectus, ut solis ardorem repellat, ponitur pro otio*, *σκίασμα*. De Cla. 37. Processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti umbraculis. 3. de Leg. 14. Phalereus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. 5. Ea, quæ restant, in illis alnorum umbraculis persequamur.

Umbratilis, le, *quod in umbra otioque versatur, κατάσκιος, ἐπίσκιος*. 2. Tusc. 27. Vita umbratilis et delicata. 1. de Orat. 157. Educenda præterea dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque aciem forensem: et commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda. Orat. 64. Oratio Philosophorum mollis et umbratilis.

Umbria, briæ, *regio Italiæ*. 1. de Div. 92. Pro S. R. 48. *et* Pro Mur. 42.

Umbrifer, a, um, *σκιαρός*. 1. de Div. 22. Inque Academia umbrifera, &c. 2. 63. Sub platano umbrifera. *Poeta*.

Umbrosus, a, um, *opacus, umbrifer, σκιώδης*. 3. Qu. Frat. 1. Ego locum æstate umbrosiorem vidi nunquam.

UN

Una, *simul, pariter, communiter*, ἅμα. 7. Att. 10. Si in Italia Pompeius consistit, erimus una. Pro Mil. 38. Cum essem una cum eo in turba. 7. Att. 17. Mulieres in Formiano esse volui, et una Cicerones. 1. de Orat. 45. Qui cum illis una ipsum illum Carneadem diligentius audierat. 2. de Fin. 101. Qui una secum philosophati sunt. *Ibid.* 79. Si non probares, quo minus ambo una necaremini, non precarere, &c. Div. 1. Is si mei consilii causam rationemque cognoverit, una et id quod facio, probabit, et in hac causa putabit, &c. De Cl. 81. Et una Fabius pictor.

Uncia, ciæ, *assis pars duodecima*, *οὐγκία*. 3. Qu. Frat. 9. Quas enim tabulas se putavit obsignare, in quibus in unciis firmissimum tenuerat, non obsignavit. In unciis, *dixit: pro*, in bonis, *vel* hæreditate.

Uncinatus, a, um, *aduncus, ἀγκιστρω-*

Nc. 4. Acad. 121. Hamatis uncinatisque corporibus.

Unctio, onis, *palæstra, luctatio*, ἄλειμμα, χρῖσμα. 2. de Orat. 21. Philosophum omnes unctionis causa relinquunt.

Unctor, oris, *aliptes*, ἀλείπτης. 7. Fam. 24. Qui sciret, se nepotem bellum tibicinem habere, et sat bonum unctorem.

Unctura, ræ, *unctio*, χρῖσμα. 2. de Leg. 60. Hæc præterea sunt in legibus de unctura, quibus servilis unctura tollitur.

Unctus, a, um, *delibutus, oblitus*, λιπαρός. 3. in A. 12. Antonius eo die nudus, unctus, ebrius concionatus est. 12. Att. 6. Pro isto asso sole, &c. a te nitidum solem unctumque repetemus. De Cla. 78. Unctior quædam consuetudo loquendi.

Uncus, ci, *instrumentum incurvum*, ἄγκιστρον. 1. in A. 4. Uncus impactus est fugitivo illi, &c. Pro Rab. 16. Vindicare aliquem a verberibus, ab unco.

Unda, dæ, *fluctus*, κλύδωνιον. Pro Planc. 15. Campus atque illæ undæ comitiorum sic effervescunt quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab aliis recedant. 2. Tuscul. 67. Equi Pelopis, qui per undas currus suspensos rapuisse feruntur. 10. in A. 8. O spectaculum non modo hominibus, sed undis ipsis et littoribus luctuosum! 13. *Ibid.* 49. Prius undas flammamque &c. 2. Acad. Mare nonne cæruleum? At ejus unda, cum est pulsa remis, purpurascit.

Undans, tis. 2. de Nat. 89. Undans fretum. *id est fluctuans.*

Unde, *ex quo, a quo: ratione causæ, originis, a re, loco, &c.* ὅθεν, ὁπόθεν. Pro Cæc. 87. Hoc verbum, unde, utrumque declarat, et ex quo loco, et a quo loco. 1. ad Her. 14. Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit. 5. de Fin. 23. Quærimus autem non quæ sit beata vita, sed unde sit. Pro Sull. 72. Verbum unde aliquis possit offendi. 2. con. Rul. 59. Unde iste amor tam repentinus? De Arusp. 29. Alterum putabo regem, si habuerit, unde tibi solvat. Ver. 1. 115. Dum est, unde jus civile discatur. De Cla. 318. Eloquentia, unde longe absum. 13. in A. 49. Moveri sedibus huic urbi melius est, atque in alias, si fieri possit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quam, &c. Ver. 2. 188. Ut mihi responderet ubi esset, quis esset, unde esset. 2. de Fin. 55. Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem: unde, si secutus esset illorum sententiam, ne nummum quidem unum attigisset. 4. Att. 16. Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim. 1. de Leg. 23. Unde etiam universus hic mundus, &c. I. P. Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde is se ortum gloriari solet &c. Hortens. Unde facilius quam ex annalium monumentis cognoscitur. Acad. Eam materiam rerum, unde orta sunt omnia.

Personæ. Pro S. R. 71. Qui eum necasset, unde ipse natus esset. 1. Off. Athenienses, unde fruges ortæ putantur. Ver. 3. 35. Ille, unde ablatum est, judicio suum recuperare potest. 7. Fam. 11. Omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim, ut, &c. 2. de Orat. 285. Potest fieri, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit. Prot. Unde appares? Ab Alcibiade. De Senect. 12. Quasi divinarem, illo extincto, fore, unde discerem, neminem &c. 1. de Orat. 67. De ea re melius dicet, quam ille ipse, unde didicerit. 14. Fam. 2. Hem, mea lux, unde omnes opem petere solebant!

Unde, *numeris præpositum supra decem, unum detrahit a quovis numero: præter undecim, et quæ ab hoc deducta sunt: sicut* duode, *detrahit duo, præterquam in duodecim.*

Undecies, ἑνδεκάκις. Ver. 2. 20. H-S. undecies numeratum esse. *Ibid.* Ita H-S. undecies Qu. Dionem perdidisse.

Undelibet, ὅθεν βούλει. 4. ad Her. 64. At istud quidem facile fuit undelibet invenire.

Undeviginti, ἑνὸς δέοντος εἴκοσι. De Clar. 229. Is undeviginti annos natus erat eo tempore.

Undequinquagesimus, ἑνὸς δέοντος πεντηκοστός. Pro Pomp. 35. Undequinquagesimo die.

Undevicesimus, *sive* Undevigesimus, ἑνὸς δέοντος εἰκοστός. De Senect. 14. Anno undevigesimo post ejus mortem hi Coss. facti sunt.

Undique, *ex omni parte, ex omni genere*, ἀμφοτέρωθεν, ἁπανταχόθεν. Ver. 2. 133. Concurritur undique ad istum Syracusas. 5. Tusc. 86. Vita undique bonis referta. 5. de Fin. 69. Honestas undique perfecta et absoluta. 2. de Nat. 38. Mundus perfectus undique est. 1. de Orat. 191. Passim carpere, et colligere undique. 3. 90. Res undique exquisitæ, collectæ, accersitæ, comportatæ. 10. Att. 13. O rem undique miseram! Ver 5. 67. Locus septus undique. Pro Pomp. 30. Sicilia multis undique cincta periculis. Pro Sest. 119. Omni ex genere orationem aucupari, et omnes undique flosculos carpere. 2. in A. 110. Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva. De Un. 4. Mundus est undique corporatus. 5. de Fin. 26. Vivere ex hominis natura undique perfecta, et nihil requirente.

Ungo, is, *perungo*, ἀλείφω. Ver. 4. 77. Matronas Dianam unxisse unguentis, complesse floribus, thure, odoribusque incensis. Part. 5. Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt, &c. 13. Att. 50. Cæsar unctus est, accubuit, &c.

Unguentarius, rii, *qui unguenta conficit, vel vendit*, μυρεψός. 1. Off. 150. Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, &c. 13. Att. 44. Plotinus unguentarius. I. P. Vestri illi unguentarii.

Unguentum, ti, *odorum variorum permistio, addito oleo, vel balsamo, aut alio pingui liquore deliciarum causa et luxuriæ, interdum etiam valetudinis, comparata*, ἄλειφαρ, χρῖσμα. 5. Tusc. 62. Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores. Ver. 3. 62. Cum interea Apronius caput atque os suum unguento

perfricaret. Postq. in Sen. 15. Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus in eam cognitionem adducebat, ut, &c. 3. de Orat. 97. Unguentis minus diu delectamur summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis: et magis laudatur, quod terram, quam quod crocum olet. Postquam in Sen. 11. Ille unguentis oblitus irrisit squalorem vestrum. 2. C. 5. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Pro Sest. 18. Consul unguentis affluens calamistrata coma. Pro Cæl. 27. Qui unguenta sumserit, qui Baias viderit. Ver. 4. 77. Matronas Dianam unguentis unxisse, complesse floribus, &c. 2. de Nat. 146. Unguentorum compositiones, et conditiones ciborum. 2. Acad. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videtur. Pro Qu. Gall. Unguentis oblitus. Incert. Meliora unguenta sunt quæ terram, quam quæ crocum sapiunt.

Syntaxis. *Os unguento perfricare. Unguentis delectari. Unguentum terram olens. Unguentis oblitus. Nitere unguentis. Unguentis affluere. Sumere unguenta. Unguentis ungere.*

Unguiculus, li, ὀνύχιον. 5. de Fin. 8. Integritas unguiculorum omnium. 1. Fam. 6. A teneris (ut Græci dicunt) unguiculis. *proverbium.*

Unguis, is, ὄνυξ, δρυφάς. 2. de Nat. 122. Quædam animalia unguium tenacitate cibum arripiunt. Pro Qu. R. 20. Ab imis unguibus usque ad verticem summum. Pro Dom. 12. Et tu in hoc ulcere tanquam unguis existeres. 13. Att. 20. In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. 2. Fam. et 2. Acad. Quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant.

Ungula, læ, ὁπλή. 3. de Nat. 11. Ergo illud in silice vestigium ungulis Castoris equi credis esse? In Arat. Ungula equi. 2. Tuscul. 56. Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis asserviunt. Incer. Reatinis tantum paludibus ungulas jumentorum indurari.

Unice, *singulariter*, μόνως. Orat. 1. Nam et negare ei, quem unice diligerem, durum admodum videbatur. 3. C. 10. Avus tuus amavit unice patriam. 5. Fam. 8. Quos ego ambos unice diligo. 2. Qu. Frat. 5. Quosdam venisse dicebant, qui te unice laudarent. 13. Fam. 15. Præcilium tibi commendo unice.

Unicus, a, um, *unus, unigena, singularis*, μόνος. 9. A. 12. Ut nemo unquam unici filii mortem magis doluerit. Pro S. R. 41. Quæramus quæ tanta vitia fuerint in unico filio. 4. Fam. 4. Quod erat unicum solatium in malis. Postq. in Sen. 8. Si Qu. Metellus illo tempore consul fuisset unicus. Pro Qu. 41. Unica liberalitas. De Sen. 61. Elogium unicum. 3. ad Her. 57. Si egregiam pulchritudinem, aut unicam turpitudinem eis attribuemus. *Ib.* 11. Unica malitia, et unica nequitia.

Unigena, næ, *unicus.* De Univers. 10. Singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit. *Alii,* Unigenum, *legunt.*

Universalis, le, *universus, absolutus*, καθολικός. 2. ad Her. 37. Nam in hujusmodi rationibus non universali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. *aliter*, universe.

Universe, *generatim, generaliter*, ὅλως, πάντως, καθόλου. V. 5. 142. Nam quid ego de cæteris civium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quam generatim atque universe loquar? 5. Att. 2. In Cumano cum essem, venit ad me noster Hortensius: cui deposcenti mea mandata, cætera universe mandavi: illud probe, ne pateretur, &c. 8. 11. Nec tam irruptio pertimescenda, quam Luceriæ multis sermonibus denunciata est, quam universe interitus.

Syntaxis. *Non sigillatim, sed generatim atque universe. Multa universe dicere. Timendus est universe interitus.*

Universitas, tis, *universum, mundus*, τὸ πᾶν, τὸ ὅλον. 2. de N. 164. Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. 1. 39. Universitas rerum, qua omnia continentur. *Ibid.* 121. In universitate rerum. De Univ. 4. Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire difficile est. *Ibid.* 37. Atque ita quasi in currum universitatis imposuit. *Ibid.* 13. Si totum universitatis corpus planum et æquabile explicaretur.

Universus, a, um, *totus, omnis*, ἅπας, σύμπας. 4. Ac. 73. Qui loquitur de universis, nihil excipit; quid enim potest esse extra universa? 1. de N. 39. Communis rerum natura, universa atque omnia continens. *Ibid.* 121. Imagines ingentes, tantæque, ut universum mundum complectantur. 2. de Fin. 112. Universum mare. 1. de Nat. 121. In eodem universo. Ver. 2. 168. Ergo ab universa provincia, generatimque a singulis ejus partibus diligitur, &c. 1. de Invent. 34. Non incommodum videtur, quandam sylvam atque materiam universam atque permistam et confusam exponere omnium argumentationum. Pro Qu. 89. Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in universis. 1. de Orat. 19. Ex illis rebus universis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnum est. Pro Fl. 26. Universus et communis. 2. de Or. 146. Genera universa. *Ibid.* 141. Perpetui juris, et universi generis quæstio. *Ibid.* Generum universæ quæstiones. *Ibid.* 135. Revocari ad genus, et naturam universam. Ad universi generis disputationem referri. 2. de Orat. 71. Non mihi minus operis videtur de universis generibus rerum, quam de causis singulorum dicere. *Ibid.* 118. Vel separatim de genere universo dicere, vel de singulis hominibus. 3. 104. Loci communes, qui de universa re tractari solent. *Ib.* 105. Ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose solet. De Cl. 50. In universa eloquentia. X. *in aliqua parte dicendi.* Orat. 117. Genus uni-

versum in species certas partiri ac dividere. De Cl. 152. Tribuere rem universam in partes. 1. de Orat. 64. Universam ac propriam oratoris vim definire. 3. de Nat. 3. Universum alicujus audire orationem. Div. 72. Quæ singulatim collecta sunt, universa perdere. 1. in A. 37. Cum a summis, mediis, infimis, cum denique ab universis hoc idem fit. Pro Pomp. 31. Maria omnia tum universa, tum in singulis oris omnes sinus atque portus &c. Pro Qu. R. 44. Est tuæ arrogantiæ, vitæque universæ vox. 2. de Orat. 162. Unde universum flumen erumpat. Postquam in Sen. 1. Quis possit vestra in nos universa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando? Pro Dom. 134. Bis a me salutem accepit: separatim semel, iterum cum universis. 2. Off. 48. Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe universam excitat gloriam. Pro Sest. 5. In hac confusa atque universa defensione. 3. Off. 26. Eandem esse utilitatem uniuscujusque et universorum. I. P. 65. Fac hujus odii tanti ac tam universi periculum, si audes. 2. de Nat. 163. Quæ si singula vos forte non movent, universa certe movere debebunt. *Ibid.* 166. Nec vero universo generi hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consuli solet. *Ibid.* 165. Dii separatim ab universis singulos diligunt. 2. de Orat. 317. Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat, et quod totum repente evolet. 1. Off. 50. Universi generis humani societas. *Ibid.* 110. Contra naturam universam nihil contendendum est. 1. de Leg. 23. Universus mundus. *Ibid.* 17. Complectenda in hac disputatione tota causa universi juris est ac legum, ut, &c. De Un. 9. Sive in singulis, sive in universo genere cernatur. *Alii, diverso legunt.* 5. Fam. 16. Non facile exhauriri posse tibi dolorem universum puto. 1. Tusc. 68. Fixum in medio mundi universi loco.

Syntaxis *Communis rerum natura, universa atque omnia continens. Sylva et materia universa atque permixta, et confusa. Universum genus. Genus et universa natura. Rem universam tribuere in partes. Universa perdere:* id est omnia simul. *Deus separatim ab universis singulos diligit. Contra naturam universam nihil tentandum. Universus mundus. Hoc se statim universum profundit.*

Uniusmodi, *non varius, μονοειδής.*)(. *multiformis.* 9. Att. 6. Noli enim putare, tolerabiles horum insanias nec uniusmodi fore. De Un. 19. Materia semper est uniusmodi, suique similis, et ejusdem naturæ. 1. Acad. 26. Principes qualitates sunt uniusmodi, et simplices. *Ibid.* Quia sola cerneret, quod semper esset simplex, et uniusmodi, et tale, quale esset.

Unquam, *omni memoria, πότε, πώποτε.* Orat. 42. Isocrates præstat omnibus, qui unquam orationes attigerunt. De Arusp. 37. Quod sacrificium nemo unquam adiit, nemo, nisi P. Clodius, omni memoria violavit. 4. Tusc. 77. Quis homo te exsuperavit unquam gentium impudentia? 3. Att. 14. Quum ita me afflictum videas, ut neminem unquam nec videris, nec audieris. 3. C. 17.

Unus, a, um, *solus, singularis, &c.* 2. de Div. 33. Physici, qui omne quod esset, unum esse dixerunt. 3. de Orat. 20. Omnia, quæ supra, et subter sunt, unum esse, et una vi atque una consensione naturæ constricta esse. 3. C. 16. Ille erat unus timendus ex his omnibus. 4. 14. In hac causa omnes sentiunt unum atque idem. Pro Flac. 62. Lacedæmonii ita multos annos unis moribus, nunquam mutatis legibus vivunt. Pro Sull. 9. Simplex est officium, atque una bonorum omnium causa. 2. Off. 41. Confugiunt ad unum aliquem virtute præstantem. De Am. 83. Alterius animum cum suo commiscere, et efficere pene unum ex duobus. *Ibid.* 94. Unus quasi animus fiat ex pluribus. 2. de Div. 97. Exitus quidem omnium unus et idem fuit. De Somn. 21. Anima est una ex omnibus, quæ sese moveat. Pro Planc. 78. Is enim unus fuit de magistratibus, qui, &c. De Pro. 23. Unum pro universis subire atque excipere pericula. 2. de Leg. 6. Fibrenus rapide dilapsus cito in unum confluit. 1. de Div. 5. Xenophanes unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit. 2. 88. Panætius, qui unus e Stoicis Astrologorum prædicta rejecit. 2. in A. 34. Sed unam rem vereor ne non probes. 9. *Ibid.* 10. Si omnes jurisconsulti in unum conferantur, cum Serv. Sulpitio non sunt comparandi. Part. 2. C. Marius, qui mihi in secundis rebus unus ex fortunatis hominibus, in adversis unus ex summis viris videbatur. Pro Cæc. 59. Hoc etiamsi verbo differat, re tamen erit unum, et idem in omnibus causis valebit. Pro Quint. 75. Unum tamen hoc cogitent, sc, &c. *Ibid.* 70. Unum illud dico, si propter, &c. Pro Pomp. 9. Ab unis hostium copiis bellum geri. Pro S. R. 5. Non electus unus, qui maximo ingenio: sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere. 2. C. 19. Quibus præcipiendum videtur, unum scilicet et idem, quod cæteris. Pro Cæc. 62. Si tu solus, aut quivis unus, &c. Pro Clu. 22. Filius, quem tantum unum ex multis fortuna mihi reliquum esse voluit. 15. Fa. 16. Quanquam quicum loquor? cum uno fortissimo viro, qui, &c. 4. Acad. 5. Panætius unus omnino comes fuit. 4. ad Her. 9. Nemo unus. *Ibid.* 52. Colligere et conferre omnia in unum. 1. de Invent. 73. Conducere multa in unum. 1. 2. Compellere aliquos dispersos in unum locum. *Ibid.* 98. Unum in locum cogi, et sub unum aspectum subjici. 4. ad Her. 39. Ejusdem unius aut plurium verborum iteratio. 6. Fam. 16. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi omnes ad unum. Pro Mil. 66. Deinde dixit, se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret. Pro Font. 2. Unæ tabulæ

proferantur. *Ibid.* 12. Unum est et simplex aurium judicium. Pro S. R. 62. Cum multæ causæ convenisse unum in locum videntur. 1. de Orat. 99. Cum te unum ex omnibus ad idem dicendum maxime aptum cognossem. *Ibid.* 9. Qui non aliqua in re una separatim elaborarunt, sed omnia comprehenderunt. Orat. 122. Duplices loci, uni, &c. alteri, &c. Ver. 3. 228. Unæ decumæ. 14. Att. 19. Adductus sum tuis et unis et alteris litteris. Orat. 135. Eadem et una res. 2. de Invent. 4. Nobis non unum aliquod proposuimus exemplum. *Ibid.* 5. Uni alicui certo sese addicere. 1. Qu. 1. 1. Superioribus litteris non unis, sed pluribus, &c. 2. de Orat. 304. Vitia quæ sint in aliquo judice uno, vel pluribus. *Ibid.* 292. Sive plura sint, sive aliquod unum. Pro Cluent. 28. Uno tempore duas res audire. 3. de Or. 141. Quid unum excellat ex omnibus. 11. Att. 21. Est autem unum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit. 1. de Leg. 61. Una mœnia. De Clar. 100. Unus enim est sonus totius orationis, et idem stylus. 1. Qu. Frat. 1. 29. In tuis summis laudibus excipiam unam iracundiam. 5. in A. 12. Si hoc genus in unum redigatur. De Am. 88. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. De Un. 3. Quod unum semper atque idem est. Ver. 3. 202. Data tibi pecunia est: una, qua frumentum tibi emeres in cellam: altera, qua, &c. De Clar. 214. In quacunque una parte &c. *Ibid.* 216. Nulla re una, &c. *Ibid.* 87. Unum quasi comperendinatus medium diem fuisse. 2. con. Rull. 34. Unus ille. 10. in Ant. 3. Unus aliquis. Pro M. Scau. Quem unum ex omni memoria sceleratissimum fuisse accepimus. *Ibid.* Cum ex multis unus ei restaret inimicus. De Fat. Cum unum et alterum ex iis invitasset &c. Pro M. Tull. Ut non unæ rei statui putetur judicium.

Syntaxis. *Unis vivere moribus. In unum omnia omnes conferre. Ad unum omnes assentiuntur. Unum et idem. Quivis unus. Unus ex multis. Nemo unus. Eadem et una res.*

Unusquisque, *singuli*, ἕκαστος. 3. Off. 26. Eandem esse utilitatem uniuscujusque et singulorum. 4. C. 12. Qui singulas uniuscujusque domos, et hoc universum reip. domicilium delere conati sunt. Pro Sull. 64. Uniuscujusque indulgentiam testarer in suos. Parad. 1. Ponite ante oculos unumquemque regum, &c. 3. de Nat. 69. Sentit domus uniuscujusque &c. 2. de Orat. 59. Proprie de unoquoque dixit. 2. Tuscul. 9. Quid in unaquaque re verisimile esset, invenire. Ver. 4. 76. Sigillatim unumquemque appellare. *Ibid.* 132. Qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, et unumquidque ostendere. 3. de Fin. 64. Unumquemque nostrum hujus mundi esse partem. Pro S. R. 48. Unusquisque vestrum. 4. ad Her. 38. Utrumque ad unumquodque. Pro S. R. 83. Neque omnia dicam, et leviter unumquodque tangam. 1. de Invent. 34.

VO

Vocabulum, li, *nomen, verbum, vox*, λέξις, ῥῆμα. De Arusp. 24. Qui ludi ne uno quidem verbo appellantur Latino, ut vocabulo ipso Matris Magnæ nomine religio suscepta declaretur. 1. de Div. 2. Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati. 1. de Invent. 34. Nomen est, quod unicuique rei datur, quo suo quæque proprio ac certo vocabulo appellatur. 1. de Leg. 38. Rebus non mutatis immutare vocabula. 2. 61. Nomen neniæ, quo vocabulo etiam Græcos cantus lugubres nominant. Pro Cæcin. 51. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. 3. de Orat. 157. Cum res suum nomen et proprium vocabulum non habet. Orat. 212. Ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. I. P. 90. Vocabula tantum pecuniarum, et genera mutabas. 1. de Nat. 38. Res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas. Acad. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. 3. de Orat. 161. Nihil est in rerum natura, cujus nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine.

Notatio, etymologia, et vocabuli explicatio. 2. de Orat. 163. Cum aut res, quæ sit tota, quæratur, aut pars ejus, aut vocabulum quod habeat. *Ibid.* Sin ex vocabulo, ut Carbo: si consul est, qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius?

Adjuncta. *Certum, suum, proprium, certum ac proprium, declarans, incognitum, usitatum, proprium, aut additum, novum, aut priscum, modificatum, et inflexum.*

Syntaxis. *Vocabulo ipso declaratur &c. Chaldæi ex Gentis vocabulo nominati. Suo proprio ac certo vocabulo nominari*, vel *appellari. Immutare vocabula. Suum nomen et proprium vocabulum habere. Vocabula rerum et genera mutare. Res salutares Deorum vocabulis nuncupare. Vocabulorum opifex.*

Vocalis, lis, ἔμφωνος. Orat. 77. Habet enim ille tanquam hiatus, concursu vocalium, molle quiddam. 4. ad Her. 19. Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam et hiantem orationem reddunt. *Ibid.* Nemo tam rusticus est, qui vocales nolit conjungere. De Clar. 242. Addamus huc etiam, ne quem vocalem præteriisse videamur, C. Cosconium: *id est, habentem vocem.*

Vocandus, a, um, *hortandus, trahendus.* 2. de Orat. 332. Ad mentes judicum permovendas, et ad utilitatem nostram vocandas. 2. de Leg. 9. Lex vim habet ad recte facta vocandi, et a peccatis avocandi.

Vocatus, a, um, κεκλημένος. Pro Clu. 182. Novi quidam homines in suspicionem vocati sunt. Pro Cæcin. 12. In partem mulieres vocatæ sunt. Pro Mur. 72. Ad prandium vulgo vocati. Pro M. Scau. Ab eodem lege Varia custos ille Reip. proditionis est in crimen vocatus.

Vocatus, us, *accersitus*, κλῆσις. 3. de Orat. 2. Senatus vocatu Drusi in curiam venit.

Vociferatio, onis, *vox quædam effrenatior, clamor*, ἀλαλαγμός. Ver. 5. 156. An te de L. Heren. vociferatio commovebat. Pro Cl. 30. In ipso sermone hoc, et vociferatione. 3. ad Her. 25. et 22. Muliebris vociferatio. Pro S. R. 12. Vociferatione accusatores in judiciis uti solent.

Vocifero, as, *vociferor, clamorem edo, exclamo*, κράζω, μεταφωνέω. Ver. 2. 52. Si hoc vociferare velim, quam indignum sit, &c. 4. 39. Minitari et vociferare palam.

Vociferor, aris, *vocifero*. Pro S. R. 9. Nec satis libere vociferari possum, &c. Pro R. P. 21. Quid vociferabare, decem millia talenta Gabinio esse promissa?

Vocito, as, *voco*, πολὺς καλῶ. 2. de Nat. 105.

Quas nostri septem soliti vocitare triones.

Pro R. P. 23. Demetrius, qui Phalereus vocitatus est.

Voco, as, *advoco*, καλέω. 10. Fam. 28. Cum Senatum ad xiiii. Calend. Jan. Trib. pleb. vocavisset. Pro Mur. 26. Ibi ego te et jure manu consertum voco. Pro Quint. 61. Vocare aliquem id jus. 4. Acad. 17. Comprehensio, quam κατάληψιν illi vocant. Pro Mil. 41. Milo Clodium ad judicium bis, ad vim nunquam vocavit. 6. Att. 3. Hunc ego patris causa vocavi ad cœnam.

Revoco. Pro Deiot. 30. Is vestram familiam in lucem e tenebris vocavit.

Invito, abstraho. 10. Fam. 7. Quarum rerum spe ad laudem me vocasti. 3. Att. 7. Quod me ad vitam vocas. 12. 36. Quod me a mœstitia vocas, multum proficies, &c.

Clamo, invito. Pro Rab. 21. Cum ad arma consules ex Senatusconsulto vocavissent.

Traho. 1. C. 12. Nunc jam vitam omnium, Italiamque totam ad exitium vastitatemque vocas.

Impello. 3. Att. 7. Te in eundem luctum vocem? 1. de Leg. 13. In longum sermonem me vocas.

Adduco. 2. in Ant. 59. Ne me apud milites in invidiam voces. Pro Sest. 93. Qui claros viros in invidiam aliquam vocaverunt. Pro Rab. 20. Detrahere de aliquo, et eum in invidiam vocare. 1. Off. Vocare aliquem in odium aut invidiam falsis criminibus. Pro Cæc. 65. Aucupia verborum in invidiam vocant.

Appello, nomino. Acad. Quæ tu si alio nomine vis vocare, &c.

Adverb. *Exigue, falso, fortuito, jamdudum, latine, nominatim, omnino, recte, temere, vere, ultro.*

Vocor, aris, *appellor*. 3. de Orat. 135. Septem fuisse dicuntur qui sapientes et haberentur et vocarentur. 3. de Nat. 56. Hunc Ægyptii Toyth appellant: eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. Incert. Animalia byturos vocari.

Trahor. 1. de Orat. 241. Causæ, quæ omnino in judicium vocari non solent. Pro Corn. 66. Vocari in judicium de aliqua re.

Perducor. 2. de Orat. 35. Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. *Ibid.* 291. In disceptationem aut controversiam vocari.

Adducor. Ver. 5. 132. Vocari in crimen et invidiam. *Ibid.* 10. Vocari in suspicionem conjurationis. Pro Pomp. 12. Vocari in periculum et discrimen. 8. Fa. 9. Vocari in eandem conditionem.

Vocuntii, *populi*. 13. Fam. 23.

Vocula, læ, λεξίδιον. 3. de Orat. 96. Flexiones in cantu, et falsæ voculæ. 2. Fa. 56. Sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in voculas malevolorum. 2. Att. 23. Recreandæ voculæ causa, hæc ambulans dictavi.

Volaterræ, *oppidum Hetruriæ*. Pro S. R. 20.

Volaterrani. Ver. 3. 13. Fa. 4. et 1. Att. 16.

Volaticus, a, um, *inconstans*, πτερόεις. 13. Att. 25. O Academiam volaticam! De Arusp. 46. Furentes ac volaticos impetus, &c. *alias*, violentos.

Volatilis, le, *volucer*, πτηνός. 2. de Nat. 151. Vescimur bestiis et terrenis, et aquatilibus, et volatilibus.

Volatus, us, *lapsus volucrum*, πτῆσις. 2. de Nat. 101. Aer volatus avium sustinet. 1. de Div. 2. Volatibus avium, cantibusque declarari res futuras. *Ibid.* 26. Aquilæ admonitus volatu. 2. de Nat. 129. Cum pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.

Volitans, tis, πολλάκις ἱπτάμενος. I. P. 59. Homo volitans gloriæ cupiditate. 1. de Nat. Bestiæ volitantes in ardentibus fornacibus. Post red. in Se. Homines cum ferro et facibus volitantes.

Volitinienses, *populi*. Pro Planc. 43.

Volito, as, *vagor*, πολλάκις ἵπταμαι. 2. de Orat. 23. Aves passim ac libere volitant. 1. 173. Volitare in foro. 2. cont. Rull. 58. Volitat enim ante oculos istorum regis filius. 2. de Orat. 101. et 4. ad Her. 52. Volitare et vagari toto foro. 2. cont. Rull. 98. Volitare per gentes et per regna, &c. Pro Flac. 38. Nunc autem non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius.

Adverb. *Insolentius, libere, passim, palam.*

Volo, as, *pennis aera seco*, ἵπταμαι. 10. in A. 11. Quem nisi in via quidam retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. In Arat.

Quæ volat, et serpens geminis secat aera pennis.

1. Tusc. 76. Volat ætas. 2. Att. 19. Litteræ Capuam ad Pompeium volare dicebantur.

Volo, vis, *voluntas est, voluntatem habeo, voluntas mea fert, sententia est, studeo*, βούλομαι, θέλω. 3. Qu. Fr. 1. Quamobrem ea te cura liberatum volo. Pro Cl. 188. Nihil est mali, nihil sceleris, quod illa non filio voluerit, optaverit, cogitarit, effecerit. 8. Att. 3.

Nulla est sedes, quo concurrant ii, qui remp. defensam volunt. 13. Fa. 9. Ut eam per te quam maxime defensam et auctam velis. In Vat. 35. Volo ex te audire, &c. De Clar. 206. Sed is Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit. Pro Dom. 29. Quid sibi iste vult? 12. Fa. 13. Volo vos bene sperare. 10. 8. Volo omnes de me bene sperare. 15. Att. 3. Antonio, quam jam est, volo pejus esse. 2. 25. Volo illum scire ex te, me id fecisse, &c. 11. 8. Per eos qui nostra causa volunt, valentque apud illum, diligentissime contendas opus est. 3. de Leg. 33. Ita mehercle attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent. Ver. 3. 118. Quid vero istæ sibi quinquagesimæ? quid porro nummorum accessiones volunt?

Cupio bene. 9. Fa. 13. Velle causa alicujus. 13. 71. Omnium causa, quos commendo, velle debeo. 5. 14. Si quid nostra causa vis. Quin. de Pet. 3. Ut intelligant, qui debent causa tua referendæ gratiæ, et qui volunt obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore. 6. Att. 7. Sed plane volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. 3. Fa. 7. Sin autem es φιλαίτιος, illud non perficies, quo minus tua causa velim. 13. 22. Varro magnopere ejus causa vult omnia. *Ibid.* 55. Te ipsius causa vehementer omnia velle. 16. 17. Valde enim ejus causa volo.

Adverb. *Amplius, etiam atque etiam, feliciter, imprudenter, perverse, magnopere, optime, maxime, nequicquam, plane, præclare, quamprimum, recte, sane, scite, valde, vehementer.*

Volsci, *antiquæ Italiæ populi*. 9. Att. 12. 1. Off. 35. et Pro Cor. 31.

Volubilis, le, *in orbem incitatus*, ἐπίτροχος. De Un. 18. Cœlum volubile, et in orbem incitatum. 2. de Nat. 46. Volubilis et rotundus Deus.

Concitatus. Pro Flac. 48. Homo volubilis, et præcipiti quadam celeritate dicendi. 3. ad Her. 25. Celeriter verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. De Clar. 108. Appii volubilis, sed paulo fervidior erat oratio. *Ibid.* 105. Canorus orator et volubilis. Pro L. Varen. L. Septimius est ad L. Crassi eloquentiam gravis, et vehemens, et volubilis.

Inconstans. Pro Mil. 70. Vaga, volubilisque fortuna.

Volubilitas, tis, *volubilis motus, conversio*, εὐτροχία. De Fat. 43. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. De Un. 31. Deus cœlum ad volubilitatem rotundavit.

Inconstantia. 2. de Div. 15. Fortunæ volubilitas. 2. de Nat. 49. Ex utraque re et mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non potest, et stellarum rotundi ambitus cognoscuntur.

Celeritas, incitatio. Pro Planc. 62. Linguæ volubilitas. Orat. 53. Verborum volubilitas. 1. de Orat. 18.

Volubiliter, *celeriter, incitate*, εὐστρόφως. Orat. 210. Fundere orationem volubiliter.

Volucer, *vel* Volucris, cre, *volatilis, penniger, aerius, ales*, ὄρνις. 1. de Nat. 101. Volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo invehi in Ægyptum. 3. Tusc. 38. Natura bestias volucres cœlo frui libero voluit. 2. de Orat. 23. Volucres videmus procreationis et utilitatis suæ causa fingere et construere nidos. 4. Acad. 81. Quædam volucres vident longius. 2. de Div. 64.

—Ubi tam teneros volucres matremque peremit.

De Ami. 83. Bestiæ volucres, agrestes, natantes.

Incertus, dubius, inconstans, κοῦφος. Pro Sull. 91. O falsam spem! o volucrem fortunam!

Præceps, velox, ὠκύς. De Clar. 326. Genus dicendi verbis volucre atque incitatum. 1. de Div. 18. Astrorum volucres motus.

Repentinus, ταχύς. Pro Quin. 80. O nuncium volucrem!

Penetrans. Pro Pl. 57. Nihil tam volucre, quam maledictum.

Volucrium, *genitiv. plur. teste Charisio: citatque Cic. de Finibus.*

Volumen, inis, *liber*, βιβλίον, βίβλος. 9. Att. 1. Evolvi volumen epistolarum tuarum. 16. Fa. 17. Referre epistolas in volumina. 12. 20. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem. 3. 7. Legati mihi volumen a te plenum iniquissimæ querelæ reddiderunt. 3. Tus. 6. Quoniam duobus superioribus de morte et de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. 1. ad Her. 27. Quoniam satis hujus voluminis magnitudo crevit, in altero libro exponemus, &c. 2. de Div. 115. Chrysippus totum volumen implevit oraculis falsis, &c. 9. Fa. 16. Cæsar volumina jam confecit ἀποφθεγμάτων. 1. de Orat. 192. Omnia hæc non ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur. Pro S. R. 100. Veniat modo, explicet suum volumen illud, quod ei Erucius conscripsit. 1. de Nat. 43. Cujus rationis vim et utilitatem ex illo cœlesti Epicuri de regula et judicio volumine accepimus. 1. Ac. Qui Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus. Orat. 147.

Adjuncta. *Cœleste, magnum, maximum, novum, plenum querelæ.*

Voluntarius, a, um, *ad arbitrium, ad libidinem. Est autem voluntarium, id quod in sua quisque potestate positum sciens agit, nec id ignorat, in quo versetur oratio, nec quo quasi instrumento rem agat, nec finem ipsum. Hujus contrarium est invitum, fictum, simulatum*, ἑκούσιος. Pro Q. R. 15. Illa fuit oratio necessaria. hæc erit voluntaria. 1. Fa. 5. Voluntaria quadam oblivione. De Cl. 103. Carbo morte voluntaria se a judicum severitate vindicavit. 13. in A. 28. Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse a se.

Pro Mar. 14. Ut sine ulla spe ad interitum ruerem voluntarium. 1. Off. 28. Nam hoc ipsum ita justum est, quod recte fit, si est voluntarium. De Fat. 23. Esse quendam motum animi voluntarium. 6. in A. 19. Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, &c. nunc, si quis erit, erit voluntarius. Ver. 4. 143. Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. Ad Br. ep. poster. 6. Multi ad te eunt voluntarii. 2. de Nat. 44. Restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius. 5. de Fin. 36. Virtutes animi non voluntariæ. 2. de Fin. 65. Casus voluntarius. 1. de Inv. 102. Voluntarium facinus. De Cl. 17. Voluntarius procurator.

Syntaxis. *Voluntaria oratio, voluntaria oblivio, voluntaria mors. Senator voluntarius. Ad interitum ruere voluntarium. Laudator voluntarius.*

Voluntas, tis, *mens, animus, sensus, βούλησις*. Pro Mur. 36. Nihil obscurius voluntate hominum. 3. cont. Rull. 2. Ut eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis. 6. Fa. 9. Ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat, &c. 3. Cat. 22. Diis immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi. 4. 14. Tum etiam majore populi Rom. ad communes fortunas conservandas voluntate. Pro Sest. 69. Eos voluntatem semper eandem, libertatem eandem non semper habuisse.

Studium, amor. 13. in A. 13. Mea perpetua atque coustans voluntas in remp. 13. Fam. 42. Voluntas, quam erga illum habes, &c. Pro Mil. 43. Nihil tam flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque civium. Brut. 1. Occultæ hominum voluntates, multiplicesque naturæ. Pro Ra. 8. Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur. 5. Fa. 2. Tribuere alicui voluntatem mutuam. 2. 13. Esse bona voluntate erga aliquem. 5. 2. Mutuum in amicitia est, cum par voluntas accipitur et redditur. 2. de Inv. 99. Pro Flac. 77. 2. con. Rul. 4. Tua erga me voluntas et studium. 3. Att. 7. Voluntas tua mihi valde grata est. Ver. 4. 145. Is eandem voluntatem suscepit erga illos, quam ego semper habuissem. Pro Mur. 53. Magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum. 12. Att. 25. De voluntate tua ut simul simus, vel studio potius et cupiditate non dubito. Pro Planc. 80. Voluntas grata in parentes.

Optatum. 3. de Orat. 53. Aliqui impetu quodam mentis et voluntate similes. 2. de Inv. 4. Hoc mihi voluntatis accidit, ut scriberem, &c. 2. de Orat. 302. Habere voluntatem nocendi in iracundia.

Consilium, propositum, sententia. 9. Att. 3. Qui se contra hujus voluntatem aiebat posse. 11. 13. In eadem sum voluntate. Ad Br. ep. poster. 7. Voluntas mea de summa reip. semper eadem fuit. 2. de Orat. 142. Abjicere voluntatem faciendi aliquid. Pro Fl. 11. Cum Græcus testis processit ea voluntate, ut læderet. Pro Font. 30. Quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, &c. Pro Pom. 48. Pompeii voluntatibus omnes cives assenserunt. 1. cont. Rul. 27. Erras, si Senatum hæc probare putas, populum autem esse in alia voluntate. Pro C. Cor. 1. Neque passus est, plus unius collegæ sui, quam universæ civitatis vocem valere et voluptatem.

Arbitrium. Pro Qu. 93. Ad voluntatem loqui: *id est, assentari*. Qu. de Pet. 32. Commutare vultum et sermonem ad sensum et voluntatem alterius.

Judicium. I. P. 46. Hoc accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.

Vere voluntas, arbitrium. 9. Att. 11. Quonam modo possem voluntate ejus nullam reip. partem attingere? 2. con. Rul. 53. Ex sua voluntate facere. *id est arbitratu suo*. 1. de Orat. 242. Defendere testamenta ac voluntates mortuorum. Pro Pom. 70. Si vestra voluntas feret. 4. Att. 2. Vix tamen ei de mea voluntate concessum est. 2. de Fi. 65. Sua voluntate, nulla vi coactus. Ejus omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est.

Adjuncta. *Abdita, et retrusa, aliena, alienior, aliena et offensa, charissima, bona, fraterna, plena humanitatis, mutua, par, pristina, repentina, censoria, communis, conjuncta, conjunctissima, gratissima, justa, inanis, ambitiosa, constans, constantissima, consceleratu et nefaria, depravata, diversa, egregia et constans, eximia et singularis, flexibilis, grata, gratior, magna, simplex, gravissima, maxima, honesta, incredibilis, incredibilis et popularis, invisa, jucunda et grata, misera, minime nova, occulta, liberalis, propensior, libera, perpetua, præsens, obstinatior, et obfirmatior, par atque mutua, popularis, præclara, atque omni laude digna, varia et nova, recta, secunda, similis, singularis, turpis, summa, varia.*

Volvendus, a, um, *ἑλικτέος*. De Cl. 298. Volvendi sunt libri Catonis.

Volvo, vis, *verto, verso, torqueo, in orbem torqueo, περιστρέφω*. De Cl. 279. Facile soluteque verbis volvere sententias.

Volvor, eris, *versor*. De Fat. 42. Turbinem versari, et cylindrum volvi putes. De Som. 9. Illi qui volvuntur stellarum cursus sempiterni. 3. de Orat. 179. Longissima est complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest. Orat. Quo melius cadat, aut volvatur oratio. De Cl. 246. Celeriter verba volvens.

Voluptarius, a, um, *effœminatus, σύβαξ*. 1. de Fin. 37. Disciplina voluptaria, delicata, mollis. X. *gravis, continens, severa*.

De voluptatis suavitate. 2. de Orat. 59. Voluptariæ disputationes Aristippum delectabant.

Voluptati deditus. I. P. 69. Sic suos sensus voluptarios omnes incitavit. *Ibid*. 42. Isti tui voluptarii.

Amœnus. 12. Att. 25. Voluptariæ possessiones.

Jucundus, ἐπιτερπής. 3. de Fin. 35. Quam Stoici communi nomine corporis et animi ἡδονὴν appellant, ego malo Lætitiam appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam.

Voluptati studens, φιλήδονος. 5. Tusc. 88. Ordiamur ab eo, quem mollem, quem voluptarium dicimus. 2. 18. Epicurus homo voluptarius. 3. de Orat. 97. Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius.

Voluptas, tis, *jucunditas*, *lætitia*, ἀγλαΐα, ἡδονή. 2. de Fin. 8. Omnes enim jucundum motum, quo sensus hilaretur, Græce ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant. *Ibid.* 7. Voluptatem hanc sentiunt esse omnes, quam sensus accipiens jucunditate quadam perfunditur. 1. 37. Voluptas est, quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet, et cum jucunditate quadam percipitur sensibus. 2. 13. In eo autem voluptas omnium Latine loquentium more ponitur, cum percipitur ea, quæ sensum aliquem moveat, jucunditas. *Ibid.* 75. Voluptas est jucundus motus in sensu. 2. de Finib. 13. Verbo voluptatis omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subjiciunt: lætitiam in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. 1. 37. Omne id, quo gaudemus, voluptas est: ut omne, quo offendimur, dolor. Part. 90. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. De Senect. 40. In voluptatis regno virtus non potest consistere. 1. de Leg. 31. Voluptate capimur omnes, quæ etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam naturalis boni. *Ibid.* 47. Quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium. 3. de Orat. 98. Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est. 3. Off. 119. Omnis voluptas honestati est contraria. 5. Tus. 20. Xerxes præmium proposuit, qui invenisset novam voluptatem. 2. Off. 2. Nec me angoribus dedi, nec rursum indignis homine docto voluptatibus. Pro Mur. 74. Tu gubernacula reipub. petas fovendis hominum sensibus, et deliniendis animis, et adhibendis voluptatibus. 5. Fa. 7. Ex litteris tuis cepi incredibilem voluptatem. 3. 2. Capere magnam et perpetuam voluptatem ex aliqua re. Pro Pl. 1. Capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod, &c. Pro Cl. 147. Itaque cepi voluptatem, tam ornatum virum fuisse in nostra rep. 1. de Orat. 197. Percipietis enim ex cognitione juris illam lætitiam et voluptatem, quod, &c. 2. de Fin. 9. Est ne quæso sitienti in bibendo voluptas? De Cl. 188. Dulci oratione, et quasi voluptate quadam perfundi. Postq. ad Quir. 2. Incredibili, qua nunc fruor, lætitiæ voluptate caruissem. 1. de Fin. 23. Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. 1. de Fin. 38. Esse in magno dolore, vel voluptate. 2. Fa. 9. Ego voluptatem habui nimiam. 1. de Fin. 25. Recta et honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est, voluptatem. 2. Att. 25. Ea res mihi summæ voluptati fuit. 1. Off. 105. Sed si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam: ex quo intelligitur, corporis voluptatem non satis esse dignam hominis præstantia. 2. 37. Voluptates, blandissimæ dominæ, sæpe majores partes animi a virtute detorquent. 3. de Orat. 219. 4. Tusc. 72. Voluptas amatoria. 1. de Fin. 29. Voluptas per se expetenda Epicuro. 4. Acad. 131. Voluptas, bonorum finis, secundum Cyrenaicos et Epicurum. 3. Tus. 24. Voluptas gestiens, est præter modum elata lætitia, opinione præsentis magni alicujus boni. 4. Acad. 127. Humanissima voluptas. Cat. 42. Voluptas rationi inimica impedit consilium, ac mentis perstringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. 4. de Fi. 12. Voluptas insatiabilis e cognoscendis rebus. 1. 58. Voluptas liquida et libera. Par. 1. Voluptas quo major est, eo magis mentem e sua sede et statu dimovet. 2. de Fin. 31. Voluptas movens. 1. 37. Doloris omnis privatio recte nominata est voluptas. *Ibid.* 33. Libero tempore, cum soluta est nobis eligendi optio, cumque nihil impedit, quo minus id quod maxime placet, facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus. 2. de Fin. 10. Voluptas varia dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus dissimiliter efficientibus voluptates. *Ibid.* 39. Voluptas procreandi. 15. Fam. 16. Voluptatis illecebris delinitus, virtuti nuncium remisisti. 2. de Fin. 11. Voluptatis nomen invidiosum, et infamiæ subjectum. 1. 37. In omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis. 4. Tusc. 20. Voluptati subjecta sunt, malevolentia lætans malo alieno, delectatio, jactatio, et similia. 1. de Fin. 32. Nemo ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur, aut odit, aut fugit: sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. 1. Off. 105. Ad voluptatem omni impetu ferri. 1. de Fin. 23. Aristippi est, ad voluptatem et dolorem, quæ fugiamus, quæque sequamur, referre omnia. Læl. 93. Ad voluptatem loqui. *alii*, ad voluntatem. 1. de Fi. 23. Quod ipsa natura, ut ait Epicurus, adsciscat et reprobet, id est, voluptatem et dolorem. De Sen. 44. Divine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. 1. de Finibus 30. Omne animal, simul atque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere, ut summo bono. 4. Acad. 131. Voluptatem et honestatem finem esse Calliphо censuit. 1. Off. 71. Voluptatem severissime contemnere. 5. Tus. 85. Voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit. 3. 46. Voluptatem, dolore detracto, non crescere, ait Epicurus.

2. 13. Voluptatem definiunt Stoici, sublationem animi sine ratione opinantis, se magno bono frui. De Sen. 39. Nullam capitaliorem pestem, quam voluptatem corporis, hominibus esse a natura datam, cujus voluptatis avidæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. 1. de Fi. 26. Voluptatem cum summum bonum diceret. 5. 30. Voluptatem propter nos, non propter eam nosmetipsos diligimus. 1. 30. Voluptatem etiam et per se expetendam esse, et dolorem ipsum per se esse fugiendum. 5. Tus. 95. Voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque putat Epicurus. 2. de Fin. 42. Voluptatem unam virtus minimi facit. Partit. 73. Omnis enim expectatio ejus, qui audit, et admiratio, et improvisi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. 1. de Fin. 38. Non placuit Epicuro, medium esse quiddam inter dolorem et voluptatem. *Ibid.* 23. Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. *Ibid.* 32. Ut labore et dolore magnam aliquam quærat voluptatem. Part. 90. Voluptatem immanissimus quisque acerrime sequitur. 5. Tus. 100. Tum intelliges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi. 4. Acad. 138. Qui voluptatem cum honestate conjunctam summum bonum statuunt, ii invidiosum nomen voluptatis fugiunt, sed in vicinitate versantur. 3. Tus. 46. Summam esse voluptatem, ait Epicurus, non dolere. 1. de Fin. 38. Omni privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem, ut postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit. 1. de Nat. 112. Nullam animi voluptatem vidistis, nisi profectam a corpore, et redeuntem ad corpus. De Un. 38. Voluptate et molestia mixtus amor. 4. Acad. 127. Voluptate compleri. 3. de Fi. 117. Voluptate dominante, maximas virtutes jacere necesse est. 1. Off. 102. Voluptate nimia gestire. 4. Acad. 140. Voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impelli. 1. de Fin. 6. 2. His rebus instructus, semper est in voluptate. 4. Acad. 21. Dolere, et in voluptate esse, contraria. 1. de Fin. 32. Quis autem vel eum jure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, quam nihil molestiæ consequatur: vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla pariatur? *Ibid.* 38. Quisquis sentit quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. 7. Fa. 12. Voluptate sua omnia metiuntur Epicurei. 1. de Fin. 55. Voluptates et dolores animi nascuntur e corporis voluptatibus et doloribus. Læl. 20. Voluptates belluarum sunt. 1. de Nat. 114. Delicatæ voluptates Epicureorum. 5. Tus. 16. Voluptates languidæ. 1. de Fin. 59. Voluptates libidinosæ. 2. Tusc. 68. et 5. 94. Voluptates obscœnæ. 3. 41. Voluptates quæ auditu, et cantibus percipiuntur. *Ibid.* Voluptates quæ ex formis percipiuntur oculis. 1. de Fin. 33. Temporibus quibusdam, aut officiis debitis, aut rerum necessitatibus sæpe evenit, ut et voluptates repudiandæ sint, et molestiæ non recusandæ. 1. Acad. 7. Voluptates sensum moventes. 1. de Fin. 33. Eos et accusamus, et justo odio dignissimos ducimus, qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occœcati cupiditate non prævident: similique sunt in culpa, qui officia deserunt, mollitia animi, id est, laborum et dolorum fuga. 5. Tus. 94. Omninoque hoc genus voluptatum (obscœnarum) optabile esse, si non obsit, prodesse nunquam tradunt Epicurei. 3. 33. Voluptatum præteritarum memoria, et spe consequentium, sapientis vitam refertam putat Epicurus. *Ibid.* 41. Detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur. 5. 94. Voluptates obscœnas faciles, communes, in medio sitas esse dicunt Epicurei. *Ibid.* Voluptates obscœnas si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine: sed forma, ætate, figura metiendas putant Epicurei. 1. de Fi. 24. Ut non modo ullam captet, sed etiam prætereat omnes voluptates. 5. Tus. 94. A voluptatibus obscœnis abstinere, minime esse difficile asserunt Epicurei, si aut valetudo, aut officium, aut fama postulet. 4. Att. 9. A voluptatibus deseri. 1. de Nat. 114. Voluptas, quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. 4. Tus. 61. Ut turpes sunt, qui efferunt se lætitia, tum cum Venereis voluptatibus fruuntur: sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. 1. de Fin. 48. Qui ita frui voluptatibus volunt, ut nulli propter eas dolores consequantur: et qui suum judicium retinent, ne voluptate victi faciant id, quod sentiunt non esse faciendum: hi voluptatem maximam adipiscuntur, prætermittenda voluptate. 1. de Fi. 23. Privavisse se etiam videtur multis voluptatibus. *Ibid.* 33. A sapiente tenetur delectus, ut aut rejiciendis voluptatibus majores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. 1. de Leg. Cum animus voluptatem sicut labem aliquam dedecoris oppresserit &c. 2. Fa. 9. Ego voluptatem habui nimiam. Oecon. 1. Lætissima voluptate permulceri. Hort. Voluptates nulla ad res necessarias invitamenta afferunt senibus. *Ibid.* An vero voluptates corporis expetendæ, quæ vere et graviter a Platone dictæ sunt illecebræ atque escæ malorum? Quæ enim confectio est valetudinis, quæ deformatio coloris et corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate? *Ibid.* Voluptatis modus. *Ibid.* Congruere cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. *Ibid.* Uti voluptate. *Ibid.* Ut moventur *sensus* in summis voluptatibus. Quis autem bona mente præditus non mallet nullas omnino nobis a natura voluptates datas? Acad. Suum potius peritissimum voluptatum aucupem, sapientem esse contendet. *Ibid.*

Voluptatem illam Epicuri solis inter se pectoribus esse communem.

Adjuncta. *Æterna, delicata, levior, amatoria, amœnissima, humanissima, non digna, elata et gestiens, dispar, divina, dulcis, libidinosa, liquida, et libera, non necessaria, plenior, simplex, major atque longior, exquisita, facilis et communis, læta et gestiens, flexibilis, gloriosa, insatiabilis, inanis, nocturna, nova, obscœna, incredibilis, et pene divina, indigna, optabilior, inimica, magna, perpetua, magna et perpetua, mirifica, maxima, summa, mediocris, minor, minima, obscœna, stabilis, summa et sempiterna, varia, parva, paratissima, popularis, sempiterna, turpis.*

Syntaxis. *Voluptatem sentire. Voluptatem percipere sensibus. Voluptate capi. Voluptatem capere animo. Voluptate perfundi. Voluptate carere. In voluptate esse. Voluptatem habere. Id mihi voluptati est. Voluptatis illecebris deliniri. Ad voluptatem omni impetu ferri. Ad voluptatem loqui. Voluptatem appetere, eaque gaudere. Voluptatem contemnere. Voluptatem quærere, capere, expetere, sequi, consequi. Voluptate compleri. Voluptate nimia gestire. Voluptatem parere. Voluptates repudiare. Blanditiis voluptatum delinitus atque corruptus. Voluptates captare, præterire, concupiscere, sensibus adhibere. A voluptatibus abstinere. A voluptatibus deseri. Voluptatibus frui. Voluptates rejicere, prætermittere. Voluptate permulceri,*

Volutabundus, a, um, κεκυλινδημένος. De Rep. lib. 2. *apud Nonium.* Cupido autem et expetenti, et libidinoso, et volutabundo in voluptatibus ejus.

Volutatio, onis, κύλισμα. I. P. 83. Scelera tua, non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis et cubilibus persecuti sumus.

Voluto, as, *revolvo, tracto,* κυλινδέω. 1. de Orat. 158. Pervolutare libros.

Volutor, aris, *porcorum more convolvor.* 9. Fam. 3. Volutari in omni genere scelerum. Ver. 4. 53. Volutari in luto.

Procido. 4. ad Her. 34. Cum pueri tibi ad pedes volutarentur.

Erro, vagor. De Somn. 22. Eorum animi corporibus elapsi circum terram volutantur.

Volutatus, a, um, *versatus,* κεκυλινδημένος. 2. Q. Fr. 12. Ad Callisthenem, et Philistium redeo, in quibus te video volutatum. 3. de Orat. 36. In veteribus scriptis studiose et multum volutatus.

Fœdatus, coinquinatus. De Ar. 59. Quis unquam tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus volutatus? *Ibid.* 42. Clodius in domesticis est germanitatis stupris volutatus. 4. ad Her. 20. Non in omni dedecore volutatus es?

Procidens, accidens. Pro Sest. 145. Frater volutatus est ad pedes inimicorum. 4. ad Her. 32. Varie hic unum nomen in commutatione casuum volutatum est.

Vomer, eris, *ferrum in extremo aratro,* ὕφνις. 2. in A. 120. Ut aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti.

Vomica, cæ, *ulcus,* ἀπόστημα. 3. de Nat. 70. Nec prodesse voluit Phereo Jasoni is, qui vomicam ejus aperuit, quam medici non sanare potuerant.

Vomitio, onis, ἔμεσις. 2. de N. 126. Vomitione canes alvos curare.

Vomitur. 2. in A. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Vomo, is, *ejicio,* ἐμέω. Pro Deiot. 21. Cum te vomere post cœnam velle, dixisses. 2. de Fin. 23. Asoti, qui in mensam vomant. I. P. 23. Convivium, in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. 2. in A. 63. Cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit.

Vorago, inis, *gurges, Charybdis,* χάσμα. 1. de Div. 73. Summersus equus voraginibus non exstitit. I. P. 41. Vos geminæ voragines scopulique reip. Pro Sest. 111. Gurges et vorago patrimonii. Ver. 3. 23. Immensa aliqua vorago, aut gurges vitiorum. 3. de Or. 161. Charybdim bonorum, voraginem potius dixerim. 11. in A. 10. Habet secum L. fratrem, quem gurgitem? quam voraginem? quid eum non sorbere, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis?

Vorax, cis, *gurges, helluo, ganeo,* βόρος. 2. in A. 67. Quæ charybdis tam vorax tot res tam cito absorbere potuisset?

Voro, as, βοράζω. 2. de Nat. 222. Animalia alia sugunt, alia vorant, alia mandunt. 4. Att. 10. Nos hic voramus litteras cum Dionysio.

Votivus, a, um, *quod voto fit, vel suscipitur,* εὐκτικός. Act. 1. Ver. 31. Ludi votivi. 4. Att. 2. 15. 8. et 11. Votiva legatio.

Votum, ti, *voti sponsio, qua obligamur Deo;* εὐχή. 12. 42. Ego me majore religione, quam quisquam fuit, ullius voti, obstrictum puto. Pro Mil. 42. Vos et omnes boni vota faciebatis, ut Miloni uti virtute sua liberet. Pro Clu. 194. Nocturna illius sacrificia, sceleratasque preces, et nefaria vota cognoscimus. 2. C. 18. Facere vota contra remp. vel contra aliquem. De Arusp. 28. Nostri imperatores maximis et periculosissimis bellis huic Deæ vota fecerunt, eaque in ipso Pessinunte, ad illam ipsam principem aram persolverunt. Ver. 4. 123. Verres, qui Veneri ac Cupidini vota deberet, is Minervæ templum spoliare conatus est. 12. Att. 10. Sed jam quasi voto quodam et promisso me teneri puto. 3. de Nat. 93. Iidem etiam vota suscipi dicitis oportere. *Ibid.* 89. Nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multis votis vim tempestatis effugerunt? 1. 36. Deus nihil sentiens, nunquam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Pro Planc. 97. Eorum preces et vota de meo reditu audivi. Ver. 5. 43. Nuncupare vota

pro imperio, &c. 6. Fa. 7. Nemo est, quin vota victoriæ suæ fecerit. 7. 2. Quotidie vota facimus, ne intercaletur. 5. Tusc. 2. Vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi, quam vota facienda videantur. 8. Att. 25. De aliquo ægro vota facere. 2. de Leg. 41. Voti sponsio, qua obligamur Deo. 15. Att. 11. Vota diis solvere. 2. de Leg. 22. Sancte vota redduntio. Ver. 5. 141. Nocturna vota cupiditatum: *id est, quæ fiunt pro cupiditatibus.* 3. in A. 11. Antonius ea vota, quæ nunquam solveret, nuncupavit. 7. *Ibid.* 2. Is æquum putavit, vitam, quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. 10. 16. Quorum votis judicavit se a morte revocatum. Pro Mil. 77. Vota enim feceratis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones.

Votus, a, um. 3. de Nat. 43. Templa Nympharum publice vota et dedicata.

Syntaxis. *Facere vota. Debere vota. Voto et promisso teneri. Vota suscipere. Votis effugere tempestatem. Neque optata neo vota. De se, de filio vota facere. Voti sponsione Deo obligari. Nuncupare vota nunquam solvenda. Votum ac dedicatum templum. Vota solvere, reddere.*

Voveo, es, *vota suscipio, vota facio, vota nuncupo, εὔχομαι.* 1. de Div. 31. Qui cum sues pasceret, una ex his amissa, vovisse dicitur, si recuperasset, unam se Deo daturum. De Clar. 73. Ludi quos Salinator Senensi prælio voverat. Ver. 4. 123. Marcellus, duo templa dedicaturum se Romæ, voverat. 2. Att. Quid optamus a diis immortalibus? quid vovemus? 3. de Nat. 88. Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. 5. de Fin. 64. Nostri imperatores pro salute patriæ sua capita voverunt. 2. de In. 95. Nautæ voverunt, se Dianæ vitulum immolaturos.

Vox, cis, *sonus, verbum, φωνή.* Orat. 57. Mira est quædam natura vocis, cujus quidem e tribus omnino sonis, inflexo, acuto et gravi, tanta sit et tam suavis varietas perfecta in cantibus. *Ibid.* Contenta voce, atrociter dicere: et summissa, leniter: et inclinata, graviter: et inflexa, miserabiliter. *Ibid.* Vox dulcis et clara. De Clar. 234. Vox suavis et canora. 2. de Nat. 146. Vocis genera permulta, canorum, fusum, lene, asperum, grave, acutum, flexibile, durum. 3. de Orat. 214. Voces, ut chordæ, sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva, mediocris, lenis, aspera, contracta, diffusa, continenti spiritu, intermisso, fracta, scissa, flexo sono, attenuata, inflata. Orat. 27. Inclinata atque ululanti voce, more Asiatico canere. De Cl. 288. Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant. 1. de Orat. 232. Neminem voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audisse. 2. 119. Vox ad miserabilem sonum inflexa. 3. 38. Mollis vox, ut muliebris, aut quasi extra modum absona, atque absurda. *Ibid.* Rustica vox atque agrestis. De Cl. 141. Vox permanens, verum subrauca natura. 1. de Or. 261. Vocis contentio.)(. *vocis remissio. Ibid.* 251. Græci quotidie antequam pronuncient vocem cubantes sensim excitant, eandemque, cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt, et quasi quodammodo colligunt. *Ibid.* Vox quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel sustinet. 3. de Or. 225. Cursus vocis per omnes sonos. Or. 57. Vocis flexiones. 1. de Or. 115. Quidam lingua hæsitantes, et voce absoni. *Ibid.* Linguæ solutio, vocis sonus. 5. Tuscul. 119. Inanis vocis sonus. 1. Off. 133. Sed cum orationis indicem vocem habeamus, in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis, utrunque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium, et leniter. *Ibid.* Sine contentione vox nec languens nec canora. Orat. 149. Verbaque sint quam suavissimis vocibus. 2. de Div. Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. 1. Acad. 19. In lingua etiam explanata vocum impressio. 2. de Fin. 6. Non intelligere quid sonet hæc vox voluptatis. *id est, quæ res ei subjiciatur.* Or. 162. Rerum verborumque judicium prudentiæ est, vocum et numerorum aures sunt judices. Pro Planc. 34. Quæ enim unquam fuit Plancio vox contumeliæ potius quam doloris? De Sen. 14. Cum legem Voconiam magna voce et bonis lateribus suasissem. 1. de Orat. 46. Qui omnes una voce repellebant, &c. 1. Q. Fr. 1. 33. Theatrum ita resonans, ut usque Romam voces referantur. Pro Sest. 4. Vocem pro me ac pro repub. nemo misit. Pro Cæl. 55. An aliquam vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere? Pro Clu. 88. Hodie primum veritas vocem contra invidiam misit. Pro Flac. 6. Vox de quæstura nulla missa est. Pro Flac. 7. Quæ est unquam jacta non suspicio, quæ, &c. sed iracundiæ vox, aut doloris? Pro Mur. 50. Voces quas habuit, &c. Orat. 55. Actio est quasi corporis quædam eloquentia, cum constet e voce atque motu. *Ibid.* Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maxime voce commoventur. Pro C. Corn. 1. Neque passus est, plus unius collegæ sui, quam universæ civitatis vocem valere et voluntatem. *Ibid.* Extremi ac difficillimi temporis vocem illam consulem mittere coegisti. In Clod. Qui levare vultum, mollire vocem potes. Frag. ep. Quorum erupit illa vox, de qua ex te primum quiddam inaudieram. Lim,

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.

Oratio. Ver. 5. 167. Hæc vox, Civis Romanus sum. 3. 132. Hæc te vox non perculit? non perturbavit? non excitavit?

Adjuncta. *Acerba atque inimica, acerbissima, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva, mediocris, lenis, aspera, contracta, diffusa, fracta, scissa, attenuata, inflata, certa, propria, cygnea, flebilis, libera, atque effrenatior, mollis, muliebris, absona, et absurda, plenissima, et maxima, rustica et agrestis, vera, et non inaudita, acuta, gravisque, contenta, dulcis et clara, grandis et ornata, hiulca, aut aspera, inclinata, ululansque, incondita, inflexa, insulsa, et aspera, suavissima, summissa et inclinata, canora, fusca, flexibilis, contemptior, magna, clara, clarissima, clara et suavis, languens, et canora, constans, contumeliosa, interrupta et moriens, doctissima, dura, durior, dura atque indigna, vulgaris, erudita, et digna laudibus, grandior, et plenior, improba, cum magna, tum suavis et splendida, peracuta atque magna, tum suavis et canora, venalis, falsa, superstitiosa, tristifica, veridica, fera, sæva, ficta, maxima, summissa, inimica, inimicior, furialis, gravissima, impura, inanis, incorrupta, inflexa, rauca, plenior et suavior, inhumana, et scelerata, lamentabilis, laxa, nefaria, maritima, miserabilis, perniciosa, præclarissima, pretiosa, nota, plena, plenissima, postrema, præclara, pressa et temulenta, sanctissima, tremens, vera, virilis.*

Syntaxis. *Vox leniter summissa, graviter inclinata, inflexa miserabiliter. Voce plenus, ac suavis. Cursus vocis per omnes sonos. Voce absonus. Vox hæc, Civis Romanus sum. Una voce laudari omnium. Jacere, mittere, mollire vocem.*

UP

Upis, *vel, ut Macrobius vult,* Opis, *Dianæ tertiæ nomen: sic eam Græci paterno nomine (pater enim ejus Upis traditur) appellant.* 3. de N. 58. Tertiæ pater Upis traditur, Glauce mater.

UR

Urania, niæ. 1. de Divinatione 17. Urania Musa.

Urbane, πολιτικῶς. 1. de Fin. 39. Facete et urbane aliquem irridere. 2. Qu. Fr. 1. Contumaciter urbaneque vexatus.

Urbanitas, tis, *sal,* εὐτραπελία. 2. de Nat. 74. Vir nostrorum hominum urbanitate limatus. 1. de Orat. 159. Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. 7. Att. 2. αὐτόχθων in homine urbanitas. 2. Qu. Fr. 9. Ut aliquando subtilitatem veteris urbanitatis et humanissimi sermonis attingerem. Pro Cæl. 6. Maledictio autem si petulantius jactatur, convicium: si facetius, urbanitas nominatur. 2. de Fin. 103. In hominum facetorum urbanitatem incurrere. De Clar. 171. Urbanitatis color externis oratoribus defuit.

Civilis vita, jus, ἀστειότης. 7. Fa. 32. Urbanitatis possessionem defendere. *Ibid.* 6. Tu modo desideria urbis et urbanitatis depone. *Ibid.* 31. Vides enim exaruisse jam veterem urbanitatem.

Comitas, ἀστειολογία. 3. 7. Urbanitas est virtus, ut Stoici rectissime putant.

Urbanus, a, um, *non inurbanus, facetus,* χαρίεις. Pro Dom. 92. Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum et venustum. Ver. 1. 17. Homo lautus et urbanus. 3. Fa. 8. Hominem non solum sapientem, verum etiam (ut nunc loquimur) urbanum. 9. 15. Urbani sales.

Ille qui in urbe habitat, et quod est urbis, ἀστεῖος. 12. Fam. 1. Manabat enim illud malum urbanum, et ita corroborabatur, ut ego otio diffiderem urbano. 2. de Fin. 77. Urbanus .)(. *rusticus.* De Arusp. 56. Quos non solum alieni, sed etiam sui vicini, tribules, urbani, rustici repulerunt. 2. ad Her. 19. Urbanus prætor. 1. Qu. Fr. 34. Urbana vel provincialis administratio. Pro Planc. 22. Urbanum artificium simulationis. 1. de Orat. 38. Urbanæ tribus. 11. Fa. 10. Urbanarum rerum perturbatio. 9. Att. 9. Urbana officia.

Urbinas, tis. 12. in A. 19.

Urbs, urbis, *civitas,* ἄστυ, πόλις. 2. cont. Rull. 40. Urbs et natura, et situ, et descriptione ædificiorum, et pulchritudine, in primis nobilis. *Ibid.* 75. Capua urbs amplissima atque ornatissima. 4. Acad. 137. Aristoteles non dubitavisset, quin et prætor ille esset, et Roma urbs, et eam civitas incoleret. *Ibid.* Nec hæc urbs, nec in ea civitas. 2. C. 29. Urbs pulcherrima, florentissima, potentissimaque. 1. in Ant. 7. Urbs mihi conjunctissima. Pro Sest. 91. Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt. 2. de Div. 37. Urbem Philosophiæ (mihi crede) proditis, dum castella defenditis. 13. Att. 29. De urbe augenda quid promulgatum sit, non intelligo. Pro Font. 3. Urbs Massilia. 2. C. 26. Urbs coloniarum ac municipiorum. 1. Att. 16. Emptione constituta, sentinam urbis exhauriri posse arbitrabar. In Clod. Non te judices urbi, sed carceri reservarunt. De Consol. Eorum in urbibus atque agris augustissima templa veneremur.

Adjuncta. *Amantissima, amicissima, amplissima atque ornatissima, copiosissima, pulcherrima, antiqua, et aucta, firma et permagna, celebris et copiosa, clarissima, maxima et gravis, locuples et copiosa, potentissima, communis, inimicissima, conjunctissima, fidelior, et fortior, opportunior, fidelissima, militaris, refertissima atque ornatissima, florentissima, pulcherrima, potentissimaque, fortunatissima, hostilis et bellica, infestissima, magna, maritima, maxima, pulcherrima atque ornatissima, munita, et propinqua, munitissima, non solum incolumis sed etiam ornata, nobilis, nobilissima, nuda præsidio, referta copiis, potentissima et maxima, præclara, salva, tutissima, una maxime et semper libera.*

Uredo, inis, *morbus stirpes adurens,* ἐπίκαυσις. 3. de Nat. 86. Nec si uredo aut gran-

do quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit.

Urgens, tis, ἀλαζών. Pro Fl. 20. Qui nullo impellente fallebant eos, urgente Lælio religiosos fuisse putamus? De Sen. 2. Onus aut jam urgentis, aut certe adventantis senectutis.

Urgeo, es, *premo, impello*, ἀλαζῶ. 1. cont. Rull. 16. Ne urbem hanc alia urbe premere atque urgere possitis. 1. de Orat. 42. Urgerent philosophi, &c. instaret Academia, &c. 13. Att. 32. Urge, insta, perfice. Orat. 337. Interrogando urgere. Pro Font. 34. Galli instant atque urgent summo cum studio. 1. de Nat. 97. Ut eundem locum diutius urgeam. 2. de Div. 45. Sed urges me meis versibus. 4. Att. 9. Urgere aliquem. 4. de Fin. 76. Urgent tamen, et nihil remittunt. 3. Off. 39. Urgent rustice sane: negant enim posse, et in eo perstant. *Ibid.* 67. Jus Crassus urgebat, æquitatem Antonius. Pro Mil. 60. Sed quæstiones urgent Milonem, &c. 7. Fam. 8. Quin tu urges occasionem istam? 15. 16. Sed non urgeo. 5. de Fin. 80. Non pugnem, &c. illud urgeam, &c. 9. Fam. 15. Romæ cum sum, et urgeo forum, Senatusconsulta scribuntur, &c. 6. Att. 2. Sed lucet, urget turba, festinat Philogenes. 2. de Orat. 16. Sin tibi id minus libebit, non te urgebo. Pro Plan. 6. Quærit enim Laterensis, atque hoc uno maxime urget, qua virtute, &c. De Somn. 15. In quo qui insistunt, adversa nobis urgent vestigia. 2. Q. Fr. 3. et 3. 9. Illum neque ursi, neque levavi. 10. Fa. 32. Lepidus ursit me. Pro Planc. 48. Etiam atque etiam insto, urgeo, insector. Pro Qu. Lig. Ut urgeret præfecturam. *Ibid.* 9. Sed nimis urgeo. 8. Fam. 5.

Urgeor, eris. De Fat. 17. Qui mortifero morbo urgetur. 6. Att. 3. Sollicitudine provinciæ vel maxime urgebamur. 2. Off. 51. Subvenire alicui, qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videatur. 4. Acad. 125. Urgebor jam omnium vestrum convitio. 5. Tusc. 23. Malis omnibus urgeri. 1. de Orat. 260. In uno aliquo opere noctes et dies urgeri. Hort. Democriti manus urgebatur.

Adverb. *Acriter, diutius, angustius, maxime, nimis, graviter, rustice, valde.*

Urina, næ, *humor, qui ex renibus in vesicam profunditur*, οὖρον. De Fat. 5. Ut in urina, ut in unguibus.

Urinor, aris, *sub aqua nato, et emergo*, δύπτω. 2. Acad. Si quando nos demersimus, ut qui urinantur.

Urios, Jupiter, *id est, imperator.* Ver. 4. 128.

Urna, næ, *hydria*, κρωσσός. 2. de Di. 69. Simia urnam evertit, sortes dissipavit. 2. Q. Fr. 6. Senatorum urna copiose absolvit, equitum adæquavit, Tribuni ærarii condemnarunt. In Vat. 34. Quæsitorem vi de tribunali deturbare, urnas delere, subsellia dissipare. Ver. 2. 4. Eduxit ex urna tres. *nimirum judices, qui sorte judicarent.*

Urnula, læ. Parad. 1. Urnula fictilis.

Uro, is, *aduro, comburo*, αἴθω. 2. de Leg. 58. Mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.

Uror, eris, *aduror, comburor.* 5. Tusc. 73. Si uratur, torqueatur, secetur. 2. 40. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. 2. Q. Fr. 11. Frigus impendebat maximum, quo periculum erat, ne Appio suæ ædes urerentur. 8. Phil. 15. In corpore si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri et secari patimur. Pro Dom. 97. Duritia corporis, quod cum uritur, non sentit.

US

Usitate, *populariter, vulgariter*, εἰωθότως. 4. de Fin. 72. Usitate loqui: *bis.*

Usitatus, a, um, *pervulgatus, solemnis*, εἰθισμένος. Ver. 2. 9. Si humano modo, si usitato more peccasset. 14. in A. 11. Usitatus et pervulgatus bonos. 1. de Orat. 168. Vetus atque usitata exceptio. 4. Fa. 13. Genus litterarum usitatum. 1. Ac. 27. Verbum usitatum ac tritum. Pro Cæc. 45. Hoc jam vetus est, et majorum exemplo multis in rebus usitatum. Brut. 16. Non solum enim usitatum, sed etiam quotidianum est, audire, &c. *Ibid.* Res usitata paucis. 3. de Fin. 4. Nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. 3. de Nat. 48. Sed illud nomen veterum litteris usitatius.

Syntaxis. *Usitatus et pervulgatus honor. Vetus et usitatum. Usitatum ac tritum verbum.*

Uspiam, *alicubi*, ἐπαχοῦ .)(. *nusquam.* De Ami. 89. Si aliquis nos Deus in solitudine uspiam collocaret. I. P. 43. Ut tu uspiam saxis fixus asperis, &c. 2. de Inv. 148. Quod uspiam est. 1. de Leg. 42. Sive est illa lex scripta uspiam, sive nusquam. 7. Att. 12. Inde utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur. Ad Br. 5. Si, ubi consistat uspiam, Dolabella habet.

Usquam, *uspiam*, ἐπαχοῦ, ὅπου. 7. Att. 20. Nullus usquam delectus noster, dux nusquam est. Ad Br. 16. Neque usquam exul esse possum, dum, &c. Pro Mur. 28. Prudentia quæ neque extra Romam usquam neque Romæ quicquam valet. Pro Fl. 50. Is cui nullus usquam consistendi locus. 2. de Di. 142. Nec mihi magis usquam videar, quam cum in curia Senatum video, somniare. 2. Off. 2. Nec usquam est consilio aut autoritati locus.

Usque, *semper*, μέχρι. 12. Fa. 19. Mihi quidem usque curæ erit quid agas, dum, quidquid egeris, sciero. De Cl. 87. Usque illum domi fuisse.

Usque ad. Ver. 4. 106. Sacerdotes usque Ennam profecti sunt. 15. Att. 28. Quintus usque Puteolos venit. Ver. 2. 187. Erant acceptæ pecuniæ a C. Verrutio, sic tamen ut usque ad alterum R, litteræ constarent integræ. 1. 2. Fr. 1. 33. Theatrum ita resonans, ut usque Romam voces referantur. 5. Att. 17.

Appius profectus est Tharsum usque Laodiceam. Pro Fl. 45. Hanc legationem non accepit e suis civibus, sed usque Thymolo petivit. Pro Qu. 12. Trans alpes usque transferri. I. P. 51. A Brundusio usque Romam vidi, &c. 1. de Nat. 92. Usque a Thalete enumerasti sententias philosophorum. 7. Att. 8. Accusatio Pompeii usque a toga pura. Pro Sest. 124. Tantus ex omnibus spectaculis usque a Capitolio plausus excitatus est. In Vat. 20. Quod augures omnes usque a Romulo decreverunt. Pro Cæl. 34. Bona paterna et avita et usque a nobis repetita, &c. Pro Clu. 192. Aliquem usque a mari supero Romam proficisci, &c. In Ar. Usque a prora. Top. 39. Usque a capite arcessere. 2. de Inv. 6. et 1. de Orat. 91. Usque ab principe illo atque inventore Tysia. Ver. 1. 87. Usque ab Dianio, quod in Hispania est. 1. de D. 1. Vetus opinio est, jam usque ab heroicis ducta temporibus, versari, &c. De Cl. 50. Ab ultimo principio hujus præceptionis usque ad hoc tempus. Pro Ar. 1. Inde usque repetens, &c. *id est*, a pueritia. 1. Att. 11. Clamores usque istinc exauditos puto. De Sen. 69. Nec sapienti usque ad Plaudite vivendum. Act. 1. Ver. 16. Usque ad eum finem, dum judices rejecti sunt. 2. de Orat. 52. Ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium pontificem. 2. de Nat. 135. Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. Con. C. Anton. Usque ab Janiculo ad ædem Apollinis detulit.

Syntaxis. *Trans Alpes usque. Usque a Thalete numerare Philosophos. Usque a toga pura. Usque a capite arcessere. Opinio jam usque ab heroicis ducta temporibus. Inde usque repetens. Usque istinc exauditi clamores. Usque ad Plaudite. Usque ad eum finem, dum &c. Ad pulmones usque pertinere.*

Usqueadeo, *pro adeo*, εἰς τοσοῦτον. 2. de Inv. 154. Postea tempestas ipsos quoque jactare cœpit usque adeo, ut dominus navis in scapham confugerit. Pro Sest. 39. Usque adeo, &c. quoad, &c. 2. ad Her. 8. Usque adeo præmeditatum fuisse, ut, &c.

Usquedum, *donec*, μέχρις οὗ. Ver. 1. 12. Duces prædonum domi tuæ, usquedum per me tibi licuit, tenuisti. Pro Qu. 67. Res jacuit, usquedum inveniretur, &c. 10. Fa. 7. Usque mihi temperavi dum, &c. 15. Att. 23. Usquedum ad navem erit, &c.

Usque eo, *pro adeo*. Orat. 104. Usque eo morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Ver. 2. 64. Neque se usque eo esse stultum, ut, &c. Pro S. R. 24. Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut fletus gemitusque tota urbe fieret. Pro S. R. Usque eo animadverti, judices, eum jocari, antequam Chrysogonum nominavi. Pro Qu. 38. Nævius usque eo fervet avaritia, ut, &c. *Ibid.* 59. Inferiorem se esse patitur duntaxat usque eo, ne inimicorum crudelitati dedatur. *Ibid.* 94. Ista superiora esse sentit, non usque eo tamen, ut, &c. Pro Ar. 26. Qui præsertim usque eo cuperet, ut, &c. Pro Sest. 110. Usque eo non fuit popularis, ut patrimonium solus comesset. Pro Q. R. 5. Usque eo ne te diligis? 3. Tusc. 27. Usque eo regno carere non poterat.

Tandiu, ad eum usque finem. 4. Acad. 19. Multa facimus usque eo, dum aspectus fidem faciat sui judicii. 8. Fam. 1. Usque eo ut ego misererer ejus esuriei. *Ibid.* 8. Totum Sempronium usque eo perago, ut Vestorium quoque interponam. Pro Deiot. 11. Quæ cum ita essent, tamen usque eo se tenuit, quoad a Cn. Pompeio ad eum legati venerunt. Ver. 3. 77. et 3. cont. Rull. 14. Usque eo quoad, &c. Top. 29. Usque eo persequi, dum proprium efficiatur. Div. 17. Usque eo timui, ne quis, &c. 8. Fam. 3. Sed hoc usque eo suave est, quod, &c. 8. *Ibid.* 4. Usque eo est animadversum, ut &c.

Usquequaque, *ubique, omnino*, πανταχῇ. 2. in A. 110. Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva. Ver. 5. 10. Nolite usquequaque quidem quærere. 2. de Inv. 63. Ne aut nusquam, aut usquequaque dicatur, &c. 7. Fam. 16. Usquequaque sapere oportet. 8. 15. Usquequaque, inquis, se Pomitii male habent. 4. Att. 9. Hic quoque loquebatur, et opinor, usquequaque. 5. de Fin. 91.

Ustus, a, um, κεκαυμένος. 13. Fam. 15. *Lege*, Perustus.

Usucapio, is, *usu meum facio*, χρήσει ἰδιοποιοῦμαι. X. *usu amitto*. De Ar. 32. Nihil mortales a diis immortalibus usucapere possunt.

Usucapior, eris. Pro Flac. 84. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest. 2. de Leg. 61. Lex bustum usucapi vetat.

Usucapio, onis, *jus est possidendi quæsitum continuatione temporis lege definiti*, διὰ τῆς χρονίας χρήσεως περιποίησις. Top. 27. Si usucapionem definias. 1. de Orat. 173. Usucapionum et tutelarum jura. 1. de Leg. 55. Usucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt. Pro Cæc. 74. Usucapio fundi, hoc est, finis sollicitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, sed a legibus.

Usucaptus, a, um, διὰ τῆς νομῆς χρήσεως ἰδιοποιημένος. 1. Att. 4. Hæreditas usucapta est.

Usura, ræ, *usus*, ἐγχρήσιον. 3. cont. Rullum 2. Parvam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. 1. C. 29. Unius usuram horæ alicui ad vivendum dare. 3. Fa. 1. Usuram longi temporis, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, &c. sarciam. 1. Tusc. 93. Natura dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. *Ibid.* 77. Stoici usuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. Pro R. P. 48. Vos obsecro,

hunc optimo viro usuram hujus lucis ne eripiatis. Pro Sull. 90. Lucisne hanc usuram eripere vis? Ver. 5. 74. Cur piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti?

Fœnus, fœnerationis fructus, τόκος, δάνειον. De Senect. 51. Terra nunquam sine usura reddit, quod accipit, sed, alias minore, plerumque majore cum fœnore. Pro R. P. 39. An eum credebat, inductus usuris, id agebat, ut haberet quam plurimum? 2. C. 18. Certare cum usuris fructibus prædiorum. Ver. 3. 168. *bis.* Magistratum a publicanis pecuniam pro usuris auferre. 12. Att. 25. Pendere usuram ei, a quo emeris. 9. 14. Viri boni usuras perscribunt. 13. Fam. 56. Da operam, ut usuræ Cluvio conserventur. 6. Att. 1. Consistere usura debuit, quæ erat in edicto meo. 12. 25. Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus. *Ibid.* Pompeio solvuntur tricesimo quoque mense talenta Attica XXXIII. nec id satis efficitur in usuram menstruam. *Ibid.* Forte cavet usuræ Anatocismus. *Lege,* Anatocismus. *Ibid.* 23. Usuris sustentari. 15. Fam. 4. Multas civitates acerbissimis tributis, et gravissimis usuris liberavi.

ADJUNCTA. *Diuturna, gravissima, menstrua, opportuna, minuta, propinqua, parva, plena lacrymarum.*

SYNTAXIS. *Parvam exigui temporis usuram postulare. Unius usuram horæ alicui dare. Sarcire usuram temporis. Usuram alicui largiri. Usuram lucis alicui eripere. Fructibus prædiorum certare cum usuris. Pecuniam pro usuris auferre. Pendere alicui usuram. Usuras perscribere. Usura liberare. Usuras alicui conservare. Non sine usura reddere aliquid. Cavere usuræ. Usuris sustentari. Usura consistit.* idest non procedit.

Usurpandum, *retinendum, ἰδιοποιητέον.* 2. contra Rull. 17. Paucas tribus ad usurpandam libertatem vocare. 3. de Orat. 67. Aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur.

Usurpatio, onis, *usus frequens, tractatio, mentio, ἰδιοποίησις.* De Cl. 250. Consolari se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione et renovatione doctrinæ. Ver. 5. 165. Mentione atque usurpatione civitatis moram assequi. 2. cont. Rull. 30. Sint igitur Decemviri, neque veris comitiis, hoc est, populi suffragiis, neque illis ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per xxx. lictores auspiciorum causa adumbratis, constituti. 1. de Glor. Oppidorum appellationem usurpatione appellatam esse existimo, quod opem darent.

Usurpatus, a, um, *in usum adhibitus, ἰδιοποιημένος.* 5. Fam. 16. Consolationes, quæ sunt a multis usurpatæ. 5. Tuscul. 34. Apud Platonem sæpe hæc oratio usurpata est, ut nihil præter virtutem diceretur bonum. 9. Fam. 22. Mulier una usurpata, duplex cubile. 4. C. 7. Hoc genus pœnæ in improbos cives sæpe usurpatum est. Parad. 5. Præclare est hoc usurpatum a doctissimis, &c.

Usurpo, as, *dico, appello, voco, ἀντέχω, προβάλλω.* De Univer. 35. Jupiter, Juno, et reliqui, quos fratres inter se agnatosque usurpare atque appellare solemus. Pro Mar. 5. Idque libenter crebris usurpare sermonibus soleo. 2. in A. 70. At quam crebro usurpat *et Consul et Antonius?* Par. 2. Nomen tantum virtutis usurpas: quid ipsa valeat, ignoras.

Utor. 7. Att. 2. Itaque usurpavi vetus illud Drusi, &c. Ver. 5. 161. Usurpare nomen civitatis. 2. de Fi. 118. In ea, quam sæpe usurpas, tranquillitate. De Ami. 8. Nec enim ab isto officio, quod semper usurparam, cum valerem, abduci debui. 1. in A. 1. Græcum etiam versum usurpavi. Ad. Br. 15. Atque ut Solonis dictum usurpem, qui, &c. 2. in A. 35. Si quis usurpet illud Cassianum, Cui bono fuerit, &c. Ver. 5. 50. Jura sua quotannis usurpare, ac semper retinere.

Occupo. 5. 127. Aliquid ex bonis alicujus usurpare.

Facio. De Ami. 28. Quis est, qui non C. Fabricii cum charitate aliqua et benevolentia memoriam usurpet?

Usurpor, aris. Pro Mil. 18. Appia, quæ antea silebatur, nunc crebro usurpatur.

Fio. Postquam in Sen. 36. Qui desiderium mei nominis renovari, et rerum gestarum memoriam usurpari coegit.

Appellor, dicor, habeor. 2. Off. 40. C. Lælius, is qui sapiens usurpatur.

SYNTAXIS. *Usurpare atque appellare. Crebris usurpare sermonibus. Usurpare nomen civitatis. Usurpare dictum alicujus. Usurpare memoriam alicujus cum charitate et benevolentia, rerum gestarum memoriam, consolationes, orationem, genus pœnæ in aliquos. Præclare est hoc usurpatum a viris doctis, &c. Usurpare aliquid ex bonis alicujus.* idest occupare. *Lælius, is qui sapiens usurpatur.*

Usus, us, *consuetudo, χρεία.* 1. Off. 7. Præcepta, quibus in omnes partes usus vitæ confirmari possit. 1. de Orat. 12. Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in usu atque hominum more et sermone versatura.

Experientia. Pro Cl. 84. Vir magna prudentia, usu et exercitatione præditus. Pro Sest. 12. Mirificus usus alicujus in re militari. 10. in A. 6. Usum in rep. magnum habere debes. 13. Fa. 16. Valet ingenio, habet usum. Ver. 2. 181. Mihi videor eorum consuetudinem usu, tractandoque cognovisse. 2. de Orat. 204. Docuit enim jam nos longa vita, ususque rerum maximarum, ut, &c. 1. de Nat. 12. Ex quo existit et illud, multa esse probabilia: quæ quanquam non perciperentur, tamen quia usum quendam haberent insignem et illustrem, his sapientis vita regeretur. 1. Q. Fr. 1. 36. Cum ad tuam summam prudentiam tantus usus accesserit. 1. de Orat. 192. Omnia sunt posita ante

oculos, collocata in usu quotidiano. De Ami. 6. Cato multarum rerum usum habebat.

Exercitatio. 1. de Orat. 15. Usus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superat. Pro R. P. 9. Usus est magister optimus. Div. 47. Usus exercitatioque forensis. 7. Fa. 19. Num jus civile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen usumque desiderant. 1. Off. 60. Rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. 1. de Orat. 109. Quæ observata sunt in usu ac tractatione dicendi. *Ibid*. 105. Qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt. *Ibid*. 157. Subeundus usus omnium. 1. Acad. 38. Nec virtutis usum modo, sed ipsum habitum per se esse præclarum. 1. de Orat. 147. Si modo usum rerum percallueris. Orat. 160. Usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. *Ibid*. 59. Ac vocis quidem bonitas optanda est, non est enim in nobis, sed usus et tractatio in nobis.

Utilitas. 2. Off. 14. Nam qui principes inveniendi fuerunt, quem ex quaque bellua usum habere possemus, homines certe fuerunt. *Ibid*. 17. Conciliare sibi animos hominum, et ad usus suos conjungere. 3. de Nat. 2. Quod supervacuum sit, aut usum nullum habeat. *Ibid*. Membrorum usum nullum habere. 7. Att. 5. Tyronem propter modestiam malo salvum, quam propter usum meum. 2. de Nat. 152. Arborum consectio magnos usus affert ad navigia facienda. 1. Off. 25. Expetuntur divitiæ ad usus vitæ necessarios. *Ibid*. 127. Quarum partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant. Pro Mur. 26. Carmen cum cæteris rebus absurdum, tum vero nullo usui. 13. Fam. 16. Apollonius multis in rebus mihi magno usui fuit. 1. Att. 1. Ille fuit mihi magno usui in multis rebus. *Ibid*. 2. Maximo te mihi usui fore video. 1. de Leg. 14. Id autem incognitum est, minusque in usu necessarium. *Ibid*. 25. Pecudes partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. 1. Off. 92. Non excludentes amicos ab usu rei suæ familiaris. Top. 17. Usus enim, non abusus, legatus est. 4. Tusc. 14. Libido opinio venturi boni, quod sit ex usu jam præsens esse atque adesse. 2. de Nat. 87. Mundi partes nec ad usum meliores, nec ad speciem pulchriores potuerunt esse. 3. de Fin. 3. In omni arte, cujus usus communis vulgarisque sit.

Amicitia, familiaritas, consuetudo. Pro S. R. 15. Est mihi cum eo domesticus usus et consuetudo. Pro Planc. 5. Tamen id esset in tanto usu nostro, tantaque amicitia conjunctum. 13. Fam. 23. Nam et inter nosmetipsos vetus usus intercedit. *Ibid*. 52. Conjunctus magno usu familiaritatis. Pro Clu. 49. Mihi cum eo vicinitas et magnus usus est. 9. Fa. 25. Cum illo summus mihi est usus. De Ami. 29. Ii quibuscum usu conjuncti esse possunt.

Adjuncta. *Annuus, arrogans, et intolerabilis, assiduus, mediocris, provincialis, communis, vulgarisque, longissimus, diuturnus, callidus, frequens, quotidianus, vulgaris et forensis, facilis, gravissimus et difficillimus, militaris, necessarius, liberior, oratorius, rhetoricus, forensis, forensis et publicus, verecundus, insignis et illustris, magnus, major, summus, maximus, minimus, minor, mirificus, multus, necessarius, plurimus, popularis atque civilis, varius, et multiplex, vetus*.

Syntaxis. *Præceptis usus vitæ in omnes partes confirmatur. Usum in rep. magnum habere. Usu tractandoque cognoscere aliquid. Hæc usum habent insignem et illustrem, sunt collocata in usu quotidiano. Usus magister optimus. Usum rerum percallere. Usus et tractatio vocis. Usum habere ex aliqua re.* idest utilitatem. *Ad usus suos conjungere sibi animos hominum. Id magnos usus affert ad &c. Id est ex usu. Tu mihi magno usui es in rebus multis. Id minus est in usu necessarium. Excludere aliquem ab usu rei suæ familiaris. Est mihi cum illo domesticus usus.* idest familiaritas. *Inter nos vetus usus intercedit. Conjunctus mihi magno usu familiaritatis. Mihi cum eo vicinitas et magnus usus est.*

Usus est, *pro opus est*. 5. de Fin. 29. Mihi sic usus est: tibi ut opus est facto, face. *Poetæ*. 4. Tusc. 5. De cæteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit. 1. Off. 92. Et reip. impartientis, si quando usus esset, &c.

Usus, a, um, χρησάμενος. Pro M. Scau. Iisdem honoribus usus.

Ususfructus, us, *jus est, autore Ulpiano, de alienis rebus utendi fruendique, salva rerum substantia*, ἐπικαρπία. Top. 17. Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus, legatus est. *Ibid*. 15. Si ædes exesæ corruerunt, quarum ususfructus legatus est, hæres restituere non debet. *Ibid*. Servus, cujus ususfructus. Pro Cæc. 11. Usumfructum omnium bonorum suorum alicui legare. *Ibid*. 19. Usus ejus et fructus fundi, testamento viri, fuerat Cæsenniæ.

Usuvenire, *venire usu, usu accidere, usu evenire*. 1. de Nat. 59. Quod in illo mihi sæpe usuvenit, idem modo, cum te audirem, acciderat. 14. Att. 12. Nunc venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis. 1. de Orat. 183. Quid quod usu memoria patrum venit? Pro Quin. 49. Quid potest miserius aut acerbius usuvenire? Pro Q. R. 30. Quod item nuper in Erote Comœdo usuvenit, qui, &c. 3. Off. 15. Quod in poematibus usuvenit. De Sen. 7. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usuvenirent. Ver. 5. 100. Antequam hoc usuveniret. 2. ad Her. 8. Dicet eum præmeditatum fuisse, quid sibi esset usuventurum. 3. Fam. 8. Cum præsertim mihi usuventurum non arbitrarer, ut ego

quoque absens a te defendendus essem. 1. de Fin. 8. Sed ex eo credo quibusdam venisse usu, ut abhorreant a Latinis. Pro S. R. 42. Quod Erucio &c. idem mihi usuvenit in causa optima.

UT

Ut, *quo, finis ac propositi, ἵνα, ὅπως.* 1. de Orat. 119. Est oratori providendum, non uti illis satisfaciat, quibus necesse est, sed ut illis, quibus libere liceat judicare. De Ar. 15. Negotium magistratibus est datum, ut curarent, ut sine vi mihi ædificare liceret. 9. Att. 16. et 4. Fam. 8. Reliquum est igitur, ut tibi, &c. 7. Att. 3. Non igitur hoc ut oppido præposui, sed ut loco. *Ibid.* 12. Ut igitur ita perturbato scribe aliquid. De Op. 21. Aliquem improbum ut optimum laudari. 11. Fam. 3. Fortassis ea re minaciter agis, ut nos terreas. Ver. 4. 125. Prope ut, &c. 15. Att. 5. Etiam ut, &c. *id est, etiamsi.* 10. Fam. 1. Non modo ut, &c. 11. 10. Ut non, *quo minus.* 2. Att. 18. Me tueor, ut oppressis omnibus, non demisse: ut tantis gestis rebus, parum fortiter. Ad Brut. 10. Fortuna ut in secundis fluxa, ut in adversis bona.

Ut est, *ut nunc est, et id genus alia: conditionis positæ, ὥσπερ ἡ παροιμία.* 12. Fam. 28. Et, ut nunc est, mansuræ videntur. De Cla. 39. At hi quidem, ut populi Romani ætas est, senes: ut Atheniensium secla numerantur, adolescentes debent videri. *Ibid.* 41. Themistocles, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus. De Clar. 102. L. Cælius, ut temporibus illis, valde doctus. 10. Fam. 31. Constitui, ut nunc est, proficisci. 1. Qu. Fr. 1. 32. Exorabilis iracundia (ut in malis) acerbitati anteponenda est. 3. 3. Non sino (ut fit in amore) ea, quæ minime volo, cogitare. Pro S. R. 33. Homo (ut erat furiosus) respondit, &c. I. P. 59. Dices enim, ut es homo facetus, &c. Pro Cluent. 23. Interim Oppianicus, ut erat, sicuti ex multis rebus cognoscetis, singulari scelere et audacia, &c. Pro Mur. 51. Atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit. 8. in Ant. 19. Ego sine iracundia dico, ut omnia, nec tamen sine dolore, &c. Div. 28. Ille quidem, ut est genus hominum nimis suspiciosum, &c. Ver. 1. 65. Ille, ut erat in primis inter suos copiosus, convivium comparat. 2. Att. 21, Ille, ut nunc se habet, admirabili gloria est. 3. de Nat. 41. et 8. Att. 23. Ut nunc quidem est. 12. Fam. 2. Nonnihil, ut in tantis malis, est profectum. 1. Tusc. 108. Multa colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus. 2. de Orat. 2. Quos tum, ut pueri, refutabamus. 12. Fam. 12. Quod si, ut es, cessabis, lacessam. 5. Tusc. 92. At Diogenes liberius, ut Cynicus. 1. 15. Homo acutus, ut Siculus. 3. Off. 58. Tum Pythius, ut argentarius qui esset apud omnes ordines gratiosus, &c. *Ibid.* 60. Hoc quidem satis luculenter, ut ab homine perito definiendi. Pro Flac. 55. Civitas prudens, ut ego semper existimavi, et gravis, ut ipsi existimari volunt. De Sen. 12. Multæ etiam, ut in homine Romano, litteræ. 8. Att. 10. Dimisi eum a me, ut magistrum puerorum, non libenter: ut hominem ingratum, non invitus. De Cl. 56. M. Popilius ut erat læna amictus, ita venit in concionem. 3. Qu. Fr. 1. Mihi, ut est, magis placebat. 4. Fam. 9. Nam adhuc et factum tuum probatur, et, ut in tali re, etiam fortuna laudatur. *Ibid.* Deinde non habet, ut nunc quidem est, id vitii res.

Postquam, vel ubi, vel cum, temporis prælapsi, ἐπεὶ, ἐπειδὴ. Act. 1. Ver. 19. Imo vero, ut quisque me viderat, narrabant. De Cl. 19. Ut illos libros de rep. edidisti, nihil a te sane postea accepimus. 7. Att. 15. Ut ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin, &c. Ver. 4. 84. Ut primum in illud oppidum venit, &c. Act. 1. Ver. 16. Ut primum e provincia rediit, 1. Att. 4. Ut primum a tuo digressu Romam veni. 2. de Orat. 21. Qui simul ut increpuit, philosophum relinquunt. 2. de Fin. 33. Simul ut ortum est. Ver. 4. 32. Qui simul ut me viderunt, inquiunt, &c. *Ibid.* 48. Ille continuo, ut vidit, non dubitavit, &c. 12. Att. 19. Is ut me salutavit, statim Romam profectus est. 3. Off. 112. At ille ut ingressus est, confestim gladium distrinxit. Pro Qu. 57. Statim ut Romam rediit, &c. 1. Att. 16. Ut semel consequutus sum, &c. non destiti, &c. De Cl. 51. Ut semel exivit, omnes peragravit insulas. 5. Fam. 2. Pro Cluen. 66. Ut primum, &c. statim, &c.

Quamvis, vel etiamsi. 1. 9. In quo ut jam sit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerant. 12. Att. 24. Nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant, quæ volo, levari non possum. Pro Qu. 3. Qui ut summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui, ut, &c. 1. de D. 62. Qui ut rationem non redderet, tamen, &c. 7. Att. 13. Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. Pro Cornel. 37. Quod si jam ita esset, ut esse non potest, tamen, &c. 2. de Div. 71. Etenim ut sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certe, &c. 1. cont. Rull. 23. Ut circumspiciamus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tam populare quam pacem reperiemus. 3. Off. 25. Ut excellas etiam pulchritudine et viribus, &c.

Cum admiratione quadam: quam, quantum. 2. Att. 21. Ut ille tum humilis, ut demissus erat! Pro Flac. 12. Noster autem testis, ut se sustentat! ut omnia verba moderatur! Pro Sest. 26. Qua superbia cœnum illud amplissimi ordinis lacrymas repudiavit! me ipsum ut contempsit! 5. de Fin. 61. Ut illi efferuntur lætitia, cum vicerint! ut pudet victos! ut se accusari nolunt! ut cupiunt laudari!

Cum superlat. et Ita, &c. De Senect. 64. Ut quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. 1. de Orat. 123. Ut in

quoque oratore plurimum est, ita maxime is pertimescit. *Ibid.* 120. Ut quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem pertimescit. 2. 313. Ut quenque eorum minimum putant, ita eum primum volunt dicere. 1. de Inven. 29. et 1. ad Her. 15. Ut quodque primum gestum erit, ita primum exponetur. 1. Off. 16. Ut quis maxime perspicit, &c. is sapientissimus haberi solet. 2. de Orat. 173. Hæc ut brevissime dici potuerunt, ita a me dicta sunt.

Cum ita, &c. 1. de Div. 120. Omne animal ut vult, ita utitur motu sui corporis. Orat. 202. Non item in oratione, ut in versu, extat numerus. 2. Off. 51. Non tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium. 3. Qu. Fr. 3. Nihil unquam ita expectavi, ut, cum hæc scribebam, tuas litteras. 9. in A. 3. Ut igitur alia, sic hoc Pansa præclare. 2. de Nat. 65. Euripides ut multa præclare, sic hoc breviter. Ver. 2. 59. Sed ut in illo, &c. item in hoc, &c. 1. cont. Rull. 26. Ita gerere consulatum, quo uno modo graviter geri potest. 1. de Orat. 12. Ut in cæteris, &c. in dicendo autem, &c.

Velut, veluti, sicut, cum aliquid exempli causa subjicitur: et pro quod genus, καθάπερ ἐῤῥήθη. 2. de Div. 142. Nonnullæ valetudinis significationes, ut hoc ipsum pleni enective simus, &c. 2. de Inv. 157. Ut amicitia, bona existimatio &c. 2. ad Her. 19. Ut in jus eas, cum vocèris.

Ut si, tanquam, tanquam si, quasi, quomodo, quemadmodum. 2. de Leg. 6. Nullum frigidius flumen attigi, ut vix pede tentare possim. 5. Att. 18. Ego tui Bruti rem sic ago, ut suam ipse non ageret. 1. de Div. 23. Credo aliquam non dissimilem figuram, sed certe non talem, ut eam factam a Scopa diceres. De Ami. 96. Quanta illi fuit gravitas? ut facile populi Romani ducem diceres. Pro Mil. 56. Ille tum secum habebat neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres. Ver. 4. 11. Verisimile non est, ut ille homo tam locuples religioni pecuniam anteponeret. 1. de Nat. 55. Tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut aruspices nobis essent colendi. 12. Att. 42. Bene facis, cum id efficis, mihi crede, perinde ut existimare tu non posses. Orat. 214. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut mirabile esset. De Clar. 130. Ut facile cerneres, eum degeneravisse. 5. Tusc. 53. Eo enim erant motu et statu, ut eos Argivos esse diceres. De Clar. 174. Gellius non tam vendibilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset. *Ibid.* 238. Sed eam ut citius veteratoriam, quam oratoriam diceres. 12. Fam. 18. Equidem sic jam obdurui, ut ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberii et Publii poemata. 5. 20. Ita accepi librum a meo servo scriba, ut eundem acceperim a fratre tuo. *Ibid.* 16. Tantum cepi doloris, ut consolatione ipse egerem. 1. Tusc. 7. In hanc exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut jam etiam scholas Græcorum more habere auderemus, ut nuper tuum post discessum tentavi, &c. 13. Fam. 23. Mihique ita fidelis, ut si esset a me manumissus. 7. 20. Rufio ita desiderabatur, ut si esset unus e nobis. 2. 14. Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. 13. 74. Tanta mihi cum eo necessitudo est, ut si mea res esset, non magis laborarem. 2. 16. De Dolabella suadeo, ut videas, tanquam si res tua agatur. I. P. 3. Sed omitto ut sit factus uterque nostrum. Pro S. R. 1. 22. Non est verisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit. *Ibid.* Non est verisimile, ut diligentiam cognorit eorum. 8. Fam. 8. Senatusconsultum est factum in eam partem, ut placeret, &c. Pro Cæc. 56. Cum sibi proposuerint, ut, sive ita sit, sive non, distinguant, &c. 1. Att. 10. Mihi non est notum, ut quisque in Epirum proficiscatur. 2. Off. 42. Adjuncto vero hoc, ut iidem etiam prudentius haberentur, nihil erat, &c. *Ibid.* 44. In eo ipso vis maxima est, ut simus ii, qui haberi velimus, &c. 8. Fam. 9. Ut video, causa hæc integra in proximum annum transferetur: et, quantum divino, relinquendus tibi erit, qui provinciam obtineat. 9. 16. Ut olim solebat, ut nunc fit. Pro Cæc. 23. Ut est consuetudo. Pro Flac. 38. Ut dicitur, ut apparet. 2. in Ant. 67. Patrimonium tam amplum, ut illud fuit. 2. de Orat. 90. Ut multos sæpe vidi, qui, &c. Ver. 2. 56. Queri cum multis, ita ut fit, cœperunt, &c. 9. Fam. 22. Sed, ut dico, placet Stoicis.

Quare, ne. De Ami. 14. Vereor, ut idem interitus sit animorum et corporum. Pro Dom. 56. Timebam, ut possem, &c. Pro Qu. 78. Tamen vereris ut possis, &c. 6. Att. 4. Quoniam tu abfuisti, vereor ut satis diligenter actum sit, &c. *Ibid.* 1. Quod vereor tibi ipsi ut probem. 7. 16. Vereor ut his ipsis contentus sis. Pro Clu. 170. Quid metuebat ut oppugnaretur a perdito? an, ne accusaretur a condemnato? Pro S. R. 49. Hoc vero est, quod fieri non potest, si, &c. ut parum miseriæ sit, quod aliis coluit, non sibi: nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit. Orat. 56. Ut jam non sine causa, &c. 14. Att. 1. Ut enim quidque succurrit, libet scribere. 15. 17. Tu vero facis omnia, ut Serviliæ non desis et Bruto. 6. 9. Dixit se audisse, ut nihil esset incommodi. 1. Off. 3. Demetrius Phalereus orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. 2. de Leg. 3. Hanc vides villam, ut nunc quidem est, lautius ædificatam. De Ami. 10. Qualis, ut arbitror, nemo unquam erit, et, ut confirmare possum, nemo certe fuit.

Ut non, *quin.* Pro Corn. 46. Potest igitur, judices, L. Cornel. condemnari, ut non C. Marii factum condemnetur? 14. in Ant. 11. Cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur?

Ut plurimum, *potissimum*. 3. de Leg. 34. In bello et suscipiendo, et gerendo, et deponendo, jus ut plurimum valet et fides.

Ut quid, *cur, quare*. 7. Att. 7. Depugna, inquis, potius quam servias. ut quid?

Ut si, *tanquam si, ac si, pro eo ac si*. 1. Off. 42. Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in rem suam aliena convertant. De Sen. 17. Similesque sunt, ut si qui dicant, &c.

Ut sic dicam. 2. de Inv. 168. Quæ (ut sic dicam) ad corpus pertinet civitatis.

Utcunque, *quomodocunque, perinde, utcunque*, ὅπως ἄν. Orat. 55. Orator utcunque animum audientis commoveri volet, ita certum admovebit vocis sonum. Postquam ad Quir. 23. Neque id reip. repetere utcunque necesse est. 1. Off. 135. Sed utcunque aderunt res. 5. de Fin. 11. Utcunque res postulabit.

Utendus, a, um. Ver. 2. 46. Huic omnia bona utenda ac possidenda tradiderat. 1. Qu. Fr. 1. 34. Non est tibi his solis utendum æstimationibus ac judiciis, qui nunc sunt, hominum, sed his etiam, qui futuri sunt. 1. Off. 48. Ea, quæ acceperis utenda, majore mensura jubet reddere Hesiodus. 7. Att. 17. Utrum turpiter pace nobis, an misere bello esset utendum. 3. Tusc. 36. Quod utendum acceperis, reddito.

Utens, tis. Top. 69. Utens ratione .)(. *Rationis expers.*

Utensile, lis, χρήσιμον, σκεῦος. Oecon. 1. Reliqua utensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur.

Uter, ra, um, πότερος. De Fat. 3. Quoniam utriusque studii nostra possessio est, hodie utro frui malis, optio tua sit. 2. de Invent. 146. Deinde utra lex jubeat aliquid, utra permittat. *Ibid.* Utra lex jubeat, utra vetet. 1. de Div. 115. Utrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Pro Rab. 11. Quamobrem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? tune? an ego? Pro Sest. 92. Horum utro uti volumus, altero est carendum. De Clar. 189. Aderant multi alii; tamen utrum de his potius, dubitasset aliquis: quin alterum, nemo. De Orat. 149. Reperiam, qui dicat aut scribat, utra voles lingua. 15. Att. 22. Quid ad hæc Pansa? cum utro erit, si bellum erit? Part. 123. Uter fortius pugnabit, is vincat necesse est. 2. Qu. Fr. 12. Sed utros ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. Pro Mil. 31. Ab utro insidiæ factæ sint, incertum est. *Ibid.* 23. Uter utri insidias fecerit. Pro Clu. 106. Uter igitur facilius hoc faceret? Is ne, &c. an ille, &c. 2. de Inv. 45. An hujus et illius, et utrius potius? 2. Fam. 4. Utro me minus deceat uti, non intelligo. *Ibid.* 5. Quorum utrum minus velim, nescio. 2. de Finib. 31. Summum bonum puer utra voluptate dijudicabit? stante, an movente? 3. Fa. 7. Incertum est utra via. 1. de Orat. 262. Sane dubitare visus est Sulpitius, utrius oratio propius ad veritatem accederet. 1. Off. 38. Cum Celtiberis, cum Cymbris bellum gerebatur, uter esset, non uter imperaret. 1. Att. 9. Aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. 2. de Div. 141. Potest hoc esse falsum, potest verum: sed utrum sit, non est mirabile.

Utercunque, ὁπότερος. 6. Fam. 4. Ita parati esse dicuntur, ut, utercunque vicerit, non sit mirum futurum. Ad Brut. 16. In hoc bello utracunque pars vicerit, tamen perituri sumus.

Uterlibet, ὁποτεροσοῦν. Pro Qu. 81. Utrumlibet elige, &c.

Uterque, *utervis, ambo, quisque*, ἑκάτερος, ἀμφότερος. 2. de N. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias: utræque autem crebræ, multæque toto corpore intextæ sunt. 4. ad Her. 38. Cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo &c. De Arusp. 54. Horum uterque cecidit victus. 2. ad Heren. 2. Quorum utrumque pertinet ad confirmationem et confutationem. 1. Off. 2. Nos utrique et Socratici et Platonici esse volumus. 2. Qu. Fra. 4. Domus utriusque nostrum ædificatur strenue. 3. de Orat. 102. A quibus utrisque summittitur aliquid. 9. Att. 10. Non est tuæ fidei, ut contra alterutrum, cum utrique sis maxime necessarius, arma feras. 1. de Invent. 57. Eorum controversiam non incommodum videtur cum utrorumque ratione exponere. 7. Att. 1. Utriusque accepi litteras ejusmodi, eodem tempore. *Ibid.* Me autem uterque numerat suum. 8. 16. Gallus Fabius amantissimus utriusque nostrum. 3. ad Her. 34. Nam utraque, altera separata, minus erit firma. 4. 38. Utrumque aut unumquodque. *Ibid.* 12. Multa mihi veniunt in mentem in utranque partem. 3. de Orat. 105. Ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. 5. de Fin. 10. Dicendi exercitatio in utramque partem ab Aristotele instituta. 4. Acad. 124. Nam utraque in parte multa dicuntur. 2. Off. 19. Magna vis est in fortuna in utranque partem, vel ad secundas res, vel adversas. Pro Mil. 63. Magna vis est conscientiæ in utranque partem. 2. Off. 37. Qui in utranque partem magno animo sunt. Orat. 201. Ternæ autem sunt utriusque partes, &c. *Ibid.* Sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poetæ. *id est, in verbis, et in collatione.* Incert. Utraque earum sententiarum doctissimos habuit autores.

Utervis, ὁποτεροσοῦν. 7. Att. 3. Utriusvis rei me adjutorem velim esse. Pro S. R. 4. Utrumvis salvo officio facere poteris. De Sen. 33. At minus habeo virium, quam vestrum utervis.

Uterus, ri, γαστὴρ, ἦτρος. In L. Pison. Quæ te belluam ex utero, non hominem, fudit.

Uti, *ut*, καθάπερ. 1. de Orat. 87. Uti qui audirent, &c. Div. 68. Putant fore, uti, si, &c. Pro Dom. 54. Nihil aliud, nisi uti ne

quid, &c. Pro S. R. 5. et 1. de Orat. 119. Non uti satis, &c. sed uti ne, &c. 13. Fam. 1. Is ad me litteras misit, uti te sibi placarem.

Utica, cæ, *urbs.* Pro Lig. 3. Ver. 5. 93. Pro Corn. 51.

Utilis, le, *fructuosus, commodus, accommodatus, frugifer, salutaris, quod ex usu est, quod usui est, quod habet utilitatem, quod multas habet opportunitates, quod lucro est, quod expedit vel conducit, quod maxime interest,* χρήσιμος, χρηστὸς, ὠφελής. 1. de Nat. 38. Res utiles ac salutares. 3. Off. 76. Quod utile sit, quodque expediat. 2. cont. Rull. 14. Ea lex vobis accommodata atque utilis est. Ad Brut. 5. Tu, si arbitrare utile fore, et e rep. esse, persequere Dolabellam bello. 9. Fam. 9. Sic enim facillime quod tibi utilissimum erit, consilii capies. 1. C. 21. Vita utilissima. 1. de Inv. 1. Is mihi et suis et publicis rationibus utilissimus civis fore videtur. 3. Off. 29. Homo ad nullam rem utilis. *Ibidem.* Homo ad nullam partem utilis.

Adverb. *Maxime, paullo minus, proxime, sane, valde, vehementer.*

Utilitas, tis, *emolumentum, fructus, quæstus, lucrum, opportunitas, commodum, commoditas, usus, res, ratio,* εὐχρηστία, ὠφέλεια. 2. de Nat. 58. Natura consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. 7. Att. 5. Tyro mirabilis utilitatis fructum mihi præbet. 1. de Orat. 118. Artes, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio. 2. de Orat. 207. Referre omnia ad utiliatem suam, et omnia facere causa sua. 3. Off. 88. Male etiam Curio, cum causam Transpadanorum æquam esse dicebat, semper autem addebat, Vincat utilitas. 1. Q. Fr. 1. 19. Alicujus commodis utilitatique servire. 1. Off. 79. In quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati reip. præsunt, quam qui bella gerunt. De Univ. 44. Utilitas oculorum, deorum munere hominibus donata. Part. 83. Utilitas, in deliberando finis. 3. ad Her. 3. Topic. 91. et 1. de Orat. 141. Utilitas, deliberationum finis. Part. 89. Utilitas sæpe cum honestate certat. 3. ad Her. 3. Utilitas in duas partes in civili consultatione dividitur, tutam et honestam. 2. de Inv. 129. Utilitas cum honestate in deliberativa causa finis est. 3. Off. 35. Nihil tam est secundum naturam, quam utilitas. *Ibid.* Utilitas et turpitudo in eadam re inesse non possunt. 2. de Inv. Utilitas autem aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus. De Amic. 51. Non tam utilitas parta per Amicum, quam Amici amor ipse delectat. *Ibid.* 32. Utilitates ex Amicitia maximæ capiuntur. *Ibid.* 75. Recte præcipi potest in amicitiis, ne intemperata quædam benevolentia impediat magnas utilitates amicorum. 1. de Nat. 93. Ne hoc quidem vos movet, considerantes quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis, membris humanis deos non egere. 1. de Fin. 69. Ut, etiamsi nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipsos amentur. 2. de Inv. 169. Utilitatis duæ partes videntur esse, incolumitas et potentia. 3. Off. 75. Utilitatis eadem, quæ honestatis, est regula. 2. de Orat. 335. Certatur, utrum honestati potius, an utilitati consulendum sit. 1. 39. Esse utilitati amicis, et reipublicæ. 2. 335. Qui utilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, &c. Utilitatem ex laude nasci defendet, semperque eam cum dignitate conjunctam. Pro Mur. 23. Omnes enim artes, quæ nobis populi Romani studia conciliant, et admirabilem dignitatem, et pergratam utilitatem debent habere. 1. Off. 155. Utilitate hominum nihil debet homini esse antiquius. 7. Fam. 17. Utilitate affici. Pro Sest. 96. Ut arbitror, nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publii Sestii abhorrebit oratio mea. 1. de Div. 116. Cum omni utilitate, quam dii hominibus dederunt, ars aliqua conjuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. Part. 86. Quoniam in his versatur omne consilium duobus, de utilitate ante dicamus, quæ in discernendis bonis malisque versatur. 3. Off. 42. Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ, aliisque tradendæ, cum his ipsi egeamus, sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, serviendum est. Pro Deiot. 13. Teque Alexandrinum bellum gerente, utilitatibus tuis paruit. *id est, commodis tuis inservivit.* 7. Att. 7. Quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates mihi præbet, quum valet in omni genere vel negotiorum vel studiorum meorum, tamen, &c. 16. Fam. 3. Utilitatibus tuis possum carere. 1. de Fin. 34. De utilitatibus et commodis suis cogitare.

Adjuncta. *Aliena, communis, domestica, forensis, gravissima, magna, maxima, mediocris, minor, mirabilis, necessaria, reliqua, pergrata, præclara, solida, summa.*

Syntaxis. *Utilitatis fructum alicui præbere. Utilitatem quærere in re aliqua. Ars quæ utilitatem habet. Referre omnia ad suam utilitatem. Alicujus commodis utilitatique servire. Utilitatem parere, afferre. Suas utilitates omittere aliisque tradere. Esse utilitati amicis et reip. Utilitatem percipere, capere, impedire. Utilitatibus suis parere. Carere utilitatibus alterius. De utilitatibus et commodis suis cogitare.*

Utiliter, *commode, cum utilitate,* χρηστῶς, συμφερόντως.)(.*inutiliter.* 1. Off. 89. Iracundiam utiliter a natura datam. 2. 17. Quæ in rebus inanimis, quæque in usu et tractatione belluarum fiunt, utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis. 4. Acad. 135. Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas, &c.

Utinachi, *populi.* I. P. 90.

Utinam, *dii faxint, velim, &c.* εἴθε. 3. Att. 15. Atque utinam ipse Varro incumbat in causam! 3. de Nat. 75. Utinam, ut illa anus optat, ne in nemore, &c. 13. Att. 46. Quod utinam, iterum autem utinam, tuo tamen commodo!

Utique, *omnino,* ἄρα, δὴ, δήπου. 4. Att. 4. Quo die venies, utique cum tuis apud me sis. 5. 1. Quæ quidem ego utique, vel versura facta, solvi volo. *Ibid.* 5. Utique explicatum sit illud, &c. 14. 12. Minusculam villam utique Quinto traditurus sum. 5. Att. 9. Annum quidem utique teneto. *Ibid.* Id unis litteris daris, quæ ad me utique perferantur, consequere. 12. 50. Expecto te a Peduco utique. 2. de Div. 119. Faba Pythagorici utique abstinuerunt. 12. Att. 40. Hoc quidem utique perficies, &c. 13. 13. Illud utique scire cupio. 4. 4. Ipse vero utique fac venias. 6. 1. Utique ad me tabellarios mittas. 10. 1. Quid censeas mihi faciendum, utique scribito.

Tandem. 13. 22. Ego ut constitui, adero, atque utinam eadem die: si (quid enim multa?) utique postridie. *Ibid.* 47. Olii mittas laudationem, Olii utique: nam illam legi, volo tamen degustare.

Utor, eris, *usurpo, frequento, adhibeo,* χράομαι. 1. Off. 22. De rebus ipsis utere tuo judicio. 1. de Nat. 104. Utatur suis bonis oportet, et fruatur, qui beatus futurus est. 2. 152. Quibus rebus fruimur atque utimur. Pro S. R. 131. Commoda, quibus utimur, lucem, qua fruimur, spiritumque, quem ducimus, a Deo nobis dari atque impertiri videmus. Pro Clu. 16. Statuit sibi nihil gravius faciendum, quam ut illa matre ne uteretur. 8. Att. 3. Cum in ea urbe summis honoribus imperiisque usus sit. 1. de Inv. 103. Homines honore usi. Pro S. R. 71. Ne bestiis quoque immanioribus uteremur. Pro Deiot. 28. Bene armis, optime equis uti. 8. Att. 3. Ut jam placatis utamur fluctibus. 10. in A. 9. Usus est ipse incredibili patientia. 10. 1. Oratio, qua, recitatis litteris, usus es. 2. 87. Antonius Cæsari regnum detulit, Cæsar uti noluit. 7. Att. 2. Brundusium venimus, usi tua facilitate navigandi. 14. Fam. 5. Cum adversis ventis usi essemus. 3. cont. Rul. 3. Criminatione in me usus est. 16. Att. 5. Lucius multum utitur Bruto. 13. Fam. 14. Luceio Tityone familiarissime utor. 1. 3. Trebonio multos annos utor valde familiariter. *Ibid.* 5. Utor ad omnia Qu. Selicio. De Cl. 277. Uti aliqua re ad faciendum aliquid. 1. Tusc. 26. Autoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus. 1. de Fin. 2. Ut propemodum justioribus utamur illis, qui, &c. 2. ad Her. 14. Deinde exemplorum a voluntate et contra scriptum judicatorum enumeratione utemur. *Ibid.* Cum hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione utemur. Pro Cæl. 11. Exercitatione, ludoque campestri uti. Pro Mar. 1. Uti silentio, *idest, silere.* Pro L. Var. Utrum velitis, casu illo itinere Varenum esse usum, an hujus persuasu et inductu. Hort. Illis omnibus *prædiis et amicis* aptissime ad salutem corporis usus est. *Ibid.* Cum utatur voluptate. 3. de Nat. Faber materia utitur, quæ sit parata.

Adverb. *Assidue, bene, improbe, male, perverse, benigne, cominus, communiter, eminus, splendide, commodius, contentius, summissius, cursim, furtim, difficilius, diligenter, diutius, dolenter, generatim, horridius, prudenter, imprudenter, liberius, promiscue, familiariter, familiarius, libentius, valde familiariter, familiarissime, gloriose, salutariter, intemperantius, magnopere, melius, recte, misere, moderate omnino, modice, scienter, multum, necessario, plurimum, omnino, optime, parce, quam sæpissime, raro, sane multum, studiose, temere, vehementius, verecunde.*

Utpote, *quippe,* οἷον. 2. Att. 24. Ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus. 5. 8. Incommoda valetudo, qua jam emerseram, utpote cum sine febri laborassem. 5. in A. 30. L. quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnarit, familiam ducit. 10. Fam. 32. Utpote cum, &c.

Utrinque, *ab utraque parte,* ἑκατέρωθεν. 6. Fam. 4. Utrinque magnæ copiæ.

Utrobique, *in utraque parte,* ἑκατέρωθι. 10. Fam. 31. Non licet mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habeo. 2. de Nat. 78. Eadem veritas utrobique est, *id est, in diis et hominibus.*

Utroque, *adverb. utrumque in locum,* ἑκατέρωσε. 5. Att. 12. Hinc Scyram, inde Delum: utroque citius quam vellemus, cursum confecimus.

Utrum, *an, num, numquid, utrum ne,* ὁπότερον, πότερον. Pro Qu. 91. Orat. 26. Quæro a te, utrum illa verba, an portenta sint? Ver. 1. 147. Utrum existimatis minus operis esse, facere hoc, an illud? 3. Att. 9. Hic utrum tandem sum accusandus, quod doleo? an &c. Pro Cæ. 29. Utrum aliquid gravius in quempiam dici potest? an certius quid objici potest? I. P. 22. Convivium, in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. 2. C. 13. Quæsivi, an, &c. nec ne, &c. 2. de Inv. 115. In quo utrum copiane sit agri, consideratur. 1. Att. 14. Intellexi Pompeium moveri; utrum Crassum inire eam gratiam, &c. an esse tantas res nostras, &c. Pro Flac. 24. Utrum hic tandem putatis, &c. an, &c. Ad Brut. ep. poster. 7. Nec aliud decernitur hoc bello, nisi utrum simus, nec ne, &c. Orat. 206. Quærendum, utrum, &c. 4. Tusc. 41. Ver. 3. 35. Nihil interest, utrum ita scribas, si, &c. an si, &c. Ver. 3. 174. Quid interest utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris? 14. Att. 15. Mihi nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum. 9. 2. Utrum hoc tu parum meministi? an ego

non satis intellexi? 4. Acad. 95. Utrum ea vestra, an nostra culpa est? 10. Fam. 26. Utrum nescis quam alte ascenderis, an pro nihilo id putas? 1. 7. Multum interest, utrum laus minuatur, an salus deseratur. 4. de Fin. 53. Utrum igitur tibi litteram videor, an totas paginas commovere? 4. Acad. 94. Quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? 1. Att. 11. Utrum, &c. an, &c. *id est, vel quod, vel quod*.

Utrumvis. Pro S. R. 83. Quod certum est non facere, dum utrumvis licebit. 2. in A. 24. Quorum si utrumvis persuasissem, nunquam in has miserias incidissemus.

U V

Uva, væ, *βότρυς*. 1. de Div. 31. Attius Navius uvam mirabili magnitudine invenit. De Sen. 53. Gemma, a qua oriens uva sese ostendit: quæ et succo terræ, et calore solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. 1. de Div. 31. Uvam se Deo daturum, quæ maxima esset in vinea. Oecon. 3. Uvæ a Sole mitescunt.

Vulcaniæ, *insulæ propter Siciliam*. 3. de Nat. 55.

Vulcanius, a, um. 2. Tuscul. 33. Tectus Vulcaniis armis.

Vulcanus, ni. 3. de N. 55.

Vulgaris, re, *popularis, quotidianus, contritus, pervagatus, communis, de populo, unus de multis, δημώδης, ἰδιωτικός*. 3. de Fin. 3. In omni arte, cujus usus communis vulgarisque sit. 1. de Orat. 108. Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata. 2. 299. De vulgari et communi prudentia disputo. *Ibid.* 132. Perspicua sunt hæc quidem, et in vulgari prudentia sita. Pro Planc. 47. Vulgaris et pervagata declamatio. Orat. 195. Res pervagata et vulgaris. Pro Qu. 56. Hæc vulgaria et obsoleta sunt. 2. de Inv. 67. Hæc a vulgari intelligentia remotiora sunt. De Cl. 302. Minime vulgare genus dicendi. 1. Fam. 3. Ut intelligat, meam commendationem non vulgarem fuisse. 1. de Orat. 248. In communi vita, et vulgari hominum consuetudine non esse rudem. *Ibid.* 109. Si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars est. 2. de Inv. 112. Beneficium vulgare.)(. *Beneficium singulare et rarum*. 4. ad Her. 70. Ne nuda inventio vulgari sermone efferatur. 1. Ac. 5. Non possumus Amafanii et Rabirii similes esse, qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant. Pro C. Cornel. 1. Vulgare nomen est Philerotis.

Syntaxis. *Vulgare atque commune. Vulgaris et popularis sensus. Hæc perspicua sunt, et in vulgari prudentia sita. Vulgare et pervagatum, vulgare et obsoletum. Remotum a vulgari intelligentia. Communis vita, et vulgaris consuetudo. Efferre aliquid vulgari sermone.*

Vulgariter, *communi quadam ratione et quotidianis verbis, ἁπλῶς, ἐντυχῶς*. 13. Fam. 69. Ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine mihi pernecessario scribere.

Vulgo, *passim, populariter*. 3. de Nat. 44. Saturnum vulgo maxime ad occidentem colunt. *Ibid.* Non sunt ista vulgo disputanda.

Aperte, palam. Ver. 4. 64. Vulgo ostendere ac proferre aliquid. 16. Att. 10. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium, &c. Ver. 4. 59. Homo pecuniosus, nec vulgo. 9. Att. 1. Vulgo vadunt.

Ubique. Pro S. R. 30. Ejusmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur.

Universe. 14. Att. 19. Vulgo opinio hominum socium me ascribit tuis laudibus.

Persæpe. 1. de Inv. 43. Deinde natura ejus evenire vulgo soleat, an insolenter et raro.

Sine discrimine. Pro Mur. 73. Ad prandium vocare num crimen est? minime, sed vulgo, passim. quid est vulgo? universos. 1. Att. 1. Nam illi ita negant, vulgo ut mihi se debere dicant.

Vulgo, as, *pervulgo, divulgo, δημοσιόω*. Pro Fl. 65. Nonne hoc vestra voce vulgatum est? De Ar. 59. Navis in flumine publico vulgata omnibus.

Vulgus, gi, *turba, multitudo, πλῆθος*. Pro Mil. 28. Cum Milo cum uxore veheretur in rheda, penulatus, vulgi magno impedimento. Pro Pla. 9. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non intelligentia. Pro Mur. 36. Nihil est incertius vulgo. 2. de Orat. 60. Hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerunt a vulgo intelligi. 2. de Div. 87. Fani pulchritudo Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgus: quis enim vir illustrior utitur sortibus? Pro S. R. 3. Hoc exire atque in vulgus emanare non poterit. 2. Att. 22. Quod etiam in vulgus gratum esse sentimus. 9. 4. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. De Un. 4. Judicare aliquid in vulgus. 2. Tusc. 63. Valere in vulgus. 5. 103. Commendatio in vulgus. 2. Off. 35. Quamobrem ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur. 13. Fam. 70. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerunque necessariis, ut hoc tempore. 3. de Orat. 196. Vulgus imperitorum. De Cl. 332. Vulgus patronorum. *Ibid.* 193. Vulgus eo est contentus. *Ubi tamen quidam*, Contentum, *legunt*. *Ibid.* 198. Nonnunquam sapientis judicium a judicio vulgi discrepat.

Syntaxis. *Exire aliquid et in vulgus emanare. Id gratum est in vulgus. In vulgus ignotus. Indicare aliquid in vulgus. Valere in vulgus. Commendatio in vulgus.* hoc est apud vulgus. *Tribuere in vulgus.* idest passim omnibus.

Vulneratio, onis, *sauciatio, τρῶσις*. Pro Cæc. 47. Vim sine vulneratione et sanguine

non esse. I. P. 47. Major hæc est salutis suæ vulneratio.

Vulneratus, a, um, τρωθείς. 7. Att. 9. Vulneratus et spoliatus est. Postq. in Sen. 6. Tribuni sanctissimum corpus vulneratum ferro confectumque vidistis.

Vulnero, as, *saucio, vulnus vel plagam impono, plagam facio, plagam injicio, vulneribus conficio, vulnus infligo, ἑλκόω, ἐξαμβλίσκω.* Pro Sest. 24. Gladius potest acie ipsa, vel ferri viribus vulnerare.

Vulneror, aris. Ver. 1. 67. Servi nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius sauciatur.

Vulnus, eris, *plaga, πληγή.* 3. de Nat. 57. Æsculapius qui speculum invenisse, primusque vulnus obligavisse dicitur. Ver. 5. 133. Dico mercedem vulneris atque plagæ constitui nefas fuisse. Pro Mil. 65. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur pro ictu gladiatoris putari. 4. Fam. 12. Accipere vulnus. De Ar. 40. Acceptis a forti adversario vulneribus adversis. 2. de Orat. 249. Claudicare ex vulnere ob Remp. accepto. 2. in A. 101. Infligere vulnus alicui. Pro Sest. 23. Excipere vulnera. 2. de Fin. 97. Exanimari gravi vulnere. 4. 66. Quæ hic Reip. vulnera imponebat, eadem illa sanabat. 1. Att. 18. Tanto imposito Reip. vulnere. 5. 17. Satis habeo negotii in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita Reip. 2. Tusc. 39. Alligare vulnus. *Ibid.* Obligare vulnus. 5. Att. 15. Vulnera Appii non refrico, sed appareat. Ad Br. 3. Nam Pansa fugerat vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. 3. Off. 85. Vulnera conscientiæ. 10. Fam. 33. Ex vulneribus mori. Post red. in Sen. 8. Vulnus consulare. 1. Att. 14. Domestica vulnera. 5. 17. Vulnus imponere provinciæ. 4. Fam. 6. Nunc autem, hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Pro Sext. 17. Vulnera inusta Reipublicæ. 1. Acad. 11. Fortunæ gravissimo vulnere percussus, &c.

Adjuncta. *Adversum, commune, consulare, domesticum. grave, gravissimum, magnum, novum, periculosum, voluntarium, recens, vehemens, et mortiferum.*

Syntaxis. *Vulnus obligare, alligare. Accipere vulnus. Claudicare ex vulnere. Infligere, inurere alicui vulnus. Excipere vulnera. Exanimari gravi vulnere. Vulnera alicui imponere. Vulnera sanare. Vulnera refricare. Vulnera ferre. Ex vulneribus mori. Vulnus recrudescere. Vulnere percuti.*

Vulpecula, læ, τὸ ἀλωπέκιον. 1. de Nat. 89. Lepusculos vulpeculasque vidisse. 1. Off. 41. Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur.

Vulticulus, li, *vultus severitas, προσωπάριον.* 14. Att. 22. Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret?

Vulturius, *vultur, αἰγύπιος.* I. P. 38. Appellatus est hic vulturius illius provinciæ (si diis placet) imperator. *Ibid.* Scaurus vulturius Reipublicæ.

Vultuosus, a, um, *tristis, severus, vel nimia vultus ostentatione, vel mutatione, quod nimicum est, et scenicum, ὁ καὶ ἡ σχηματοπρόσωπος.* Orat. 60. Vultus, &c. in quo efficiendum est, ne quid ineptum sit, aut vultuosum.

Vultus, us, πρόσωπον. 3. de Orat. 219. Imago animæ vultus est, indices oculi. *Ibid.* Vultus, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes potest efficere. 2. 148. Vultus qui sensum animi plerunque indicent. I. P. 1. Vultus, qui sermo quidam tacitus mentis est. 1. de Leg. 27. Et is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores: cujus vim Græci norunt, nomen non habent. Orat. 60. Vultus, qui secundum vocem plurimum potest, magnam affert tum dignitatem, tum venustatem: in quo efficiendum est, ne quid ineptum aut vultuosum sit. 1. de Div. 80. In Æsopo sæpe vidi tantum ardorem vultuum atque motuum, ut, &c. 1. de Orat. 115. Quidam vultu motuque corporis vasti atque agrestes. *Ibid.* 127. Quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. Pro Clu. 72. Recordamini faciem, atque illos ejus fictos simulatosque vultus. 3. Tuscul. 31. Jure erat in Socrate semper idem vultus, cum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio. Pro Sest. 22. Etenim animus vultu flagitia parietibus tegebantur. 2. de Orat. 289. Vultus severus ac tristis. Postq. in Senat. 14. Vultus importunus. Pro Mil. 93. Vultus semper idem, vox, oratio stabilis, et non mutata. Pro Deiot. 5. In tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquiesco. 3. cont. Rull. 2. Video quosdam non eosdem vultus, quos proxima mea concione præbuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. In Clod. Qui levare vultum, mollire vocem potes. 2. Tusc. 41. Vultum mutare. 12. Fam. 30. Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes. 8. *Ibid.* 12. Vultum alicujus subire.

Adjuncta. *Alacris et promptus, bellissimus, fictus, simulatusque, hilaris, nefarius, et consceleratus, sapiens, incertus, suspensus, incertusque, gravis, importunus, lætus, liber, modestus, obscurior, plenus furoris, perturbatus, severior et tristior.*

Syntaxis. *Vultus sensum animi indicat, sermo quidam tacitus mentis est, magnam affert tum venustatem, tum dignitatem. Vultu motuque corporis vastus et agrestis. Animus vultu tegitur. In oculis, in ore, vultuque alterius acquiescere. Eundem præbere alicui vultum, eundem referre in concionem. Vultum mutare. Vultum alicujus exprimere, subire.*

UX

Uxor, oris, *mulier, quam in matrimonio quis habet, γαμετή.* Top. 14. Uxoris duæ formæ: una matrumfamilias, earum, quæ in manum convenerunt: altera, earum, quæ tantummodo uxores habentur. 14. Att. 12. Quintius a ducenda uxore sic abhorret, ut

quidquam libero lectulo neget esse jucundius. Pro Sest. 6. P. Sestius duxit uxorem optimi viri filiam Scipionis. *Ibid.* P. Sestius duxit C. Albini filiam, ex qua hic puer, et nupta jam filia. 2. de Orat. 260. Ex animi sui sententia uxorem habere. 3. Phil. 17. Qui Numitoriam Fregellanam habuit uxorem. 3. de Fin. 68. Atque, ut e natura vivat, uxorem adjungere. 1. de Orat. 183. Cum paterfamilias uxorem prægnantem in provincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neque nuncium priori remisisset, mortuusque esset intestato, et ex utraque filius natus esset, mediocrisne res in controversiam adducta est? Cont. C. Anton. Cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti. Pro M. Scau. Uxor pellicatus dolore concitata.

Adjuncta. *Aliena, non modo avarissima, sed etiam crudelissima, probatissima, fidelissima, atque optima, gravissima, optima, justa, lectissima, misera, sanctissima, miserrima.*

Syntaxis. *Uxorem habere. Uxorem ducere. Uxorem sibi adjungere. Uxori nuncium remittere. Ex stupro uxorem sibi invenire.*

Uxorius, a, um, *γυναικοκρατούμενος.* 3. Off. 61. In arbitrio rei uxoriæ hæc verba maxime excellunt: Melius, æquius. et Top. 66. In primisque in arbitrio rei uxoriæ.

DE LITERA X.

X *Litera Latinis consonans, et duplex.*

Vastiorem appellat Cicero. Orat. 153. Verba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris? Quam litteram etiam e maxillis, e taxillis, et vexillo, et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit.

Nota quoque valens decem: quæ si præponatur literæ vel C, vel D, aut L, aut M, decem detrahit et tollit, hoc modo, XL, pro quadraginta.

Xantippe. 3. Tusc. 13. Hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo, et revertentem.

Xenius, a, um, *hospitalis, ξένιος.* Pro Cæl. 62.

Xenocrates, tis, *de cujus integritate* 1. Att. 13. et 3. de Orat. 59. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. 3. de Orat. 67. Nam Speusippus Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemon et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit: copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. 1. de Nat. 34. Nec vero ejus (*Aristotelis*) condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior, in cujus libris, qui sunt de Natura deorum, nulla species divina describitur. 5. Tusc. 91. Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima, adduxit legatos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari juberet. Quid? vos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos cum tristiores vidisset, XXX. minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. 1. 20. Xenocrates animi figuram, et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse, ut jam Pythagoræ visum erat, cujus vis in natura maxima esset. 1. Acad. 38. Xenocrates et superiores animum corporis expertem esse dixerunt. 1. Att. 13. Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quam illa, quum jurare tui cives Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt. 5. Tusc. 51. Quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum gravissimum Philosophorum, exaggerantem tantopere virtutem, et extenuantem cætera et abjicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? 1. Off. 109. Contraque patrem ejus, illum, qui Tib. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuisse sermonis: ne Xenocratem quidem severissimum Philosophorum ob eam rem ipsam magnum et clarum fuisse. 1. Acad. 17. Nam cum reliquisset duos præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, et Aristotelem Stagiritem, &c.

Xenophanes, nis. 4. Acad. 129. Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cujus, ut scriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominavi. *Ibid.* 118. Xenophanes unum (vult) esse omnia, neque id esse mutabile, et id esse Deum: neque natum unquam, et sempiternum. 1. de Nat. 28. Tum Xenophanes, qui mente adjuncta, omne præterea, quod esset infinitum, Deum voluit esse, de ipsa mente item reprehenditur, ut cæteri.

Xenophon, tis. Orat. 32. Xenophon, cujus sermo est melle dulcior, sed e forensi strepitu remotissimus. *Ibid.* 62. Xenophontis voce musas quasi locutas ferunt. 1. de Div. 52. Xenophon Socraticus (qui vir et quantus in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est!) sua scribit omnia, quorum exitus mirabiles extiterunt. *Ibid.* Mentisi Xenophontem, an delirare dicemus? 2. de Orat. 58. Denique etiam a Philosophia profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes, comes Alexandri, scripsit historiam: et hic quidem rhetorico pene more, ille autem superior leniore quodam sono est usus: et qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi qui-

dem videtur, dulcior. 3. 137. Instituit Xenophon Agesilaum. 1. Qu. Fr. 2. Vincunt tamen artificio benevolentiæ colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agesilaum noverint. 5. Fam. 12. Unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando, facile omnes imagines omnium, statuasque superavit. De Senect. 58. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite, quæso, studiose, ut facitis. *Ibid.* 46. Pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia. 3. de Nat. 27. Apud Xènophontem quærit Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo. 1. Qu. Fr. 1. 19. Cyrus ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem justi imperii: cujus summa gravitas ab illo Philosopho cum singulari comitate conjungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum in his officium diligentis et moderati imperii.

Xenophonteius, a, um. 5. Fam. 12. A quo te flecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophonteium illum a voluptate. De Clar. 132. Liber conscriptus molli et Xenophonteio genere sermonis.

Xenophontius, a, um. 5. Fam. 12. Herculem Xenophontium ferunt, &c.

Xerxes, is. 5. Tuscul. 20. Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmiis, donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit, qui invenisset novam voluptatem. 2. de Leg. 20. Nec sequor Magos Persarum, quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera. 1. de Nat. 116. Non manibus, ut Xerxes, sed rationibus deorum immortalium templa et aras everterit.

Xystus, sti, *porticus.* De Cl. 10. Cum inambularem in Xysto, et essem otiosus domi. De Opt. 8. Spatiari in Xysto. 4. Acad. 9. Cum pauca in Xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus. 1. Att. 6. Gymnasium Xystusque.

DE LITERA Y.

Y *Litera Græcorum potius quam Latinorum: unde sic Cicero.* Orat. 160. Purrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum: vi patefecerunt Phruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri: nec enim Græcam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas, et cum Phrygum, et cum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam litteram adhibere, aut recto casu solum Græce loqui: tamen et Phryges et Pyrrhum aurium causa dicimus.

DE LITERA Z.

Z *Literarum Latinarum una ex consonantibus.*

Zaleucus, ci. 6. Att. 1. Zaleucum quis leges Locris scripsisse non dixit? 2. de Leg. 14. Quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse video: quum quidem illi non studii et delectationis, sed Reip. causa, leges civitatibus suis scripserunt.

ZE

Zelotypia, piæ, *obtrectatio,* ζηλοτυπία. 4. Tusc. 18. Obtrectatio, quam intelligi zelotypiam volo, est ægritudo ex eo, quod alter potiatur eo, quod ille ipse concupierit. 10. Att. 8. Offensio nostra, quæ magis ζηλοτυπία mea, quam ab injuria nata est.

Zeno, nis. 4. Ac. 131. Zeno qui inventor et princeps Stoicorum fuit. *Ibid.* 144. et 1. 35. Jam Polemonem audiverant assidue Zeno et Arcesilas. Sed Zeno, cum Arcesilam anteiret ætate, valdeque subtiliter dissereret, et peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam. 5. Tusc. 34. Zeno Cittiæus, advena quidam et ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam Philosophiam videtur. 2. 52. Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. 1. Ac. 40. Zeno ad visa quasi accepta sensibus, assensionem adjungit animorum. *Ibid.* Zeno iis solum visis adjungebat fidem, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ videntur. 4. de Fin. 60. Zeno quod suam, quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat. 1. Acad. 38. Zeno arbitrabatur omnium perturbationum matrem esse immoderatam quandam intemperantiam. *Ibid.* Zeno arbitrabatur nihil quicquam effici posse a natura corporis experte. 1. de Nat. 36. Zeno naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. 1. Acad. 40. Zeno comprehensionem inter scientiam et inscientiam collocabat, eamque neque in rectis, neque in pravis numerabat. *Ibid.* 38. Zeno sensus junctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus. 4. Acad. 134. Zeno nihil censuit deesse virtuti. 1. Acad. 38. Zeno quod aut efficeret aliquid, aut quod efficeretur, censuit non posse non esse corpus. *Ibid.* 36. Zeno tam rebus quam vocabulis veteris Academiæ disciplinam commutavit. 4. 139. Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur. 3. de Nat. 22. Zeno ita concludit, Quod ratione utitur, melius est quam id, quod ratione non utitur: nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur. 3. Tusc. 75. Zeno, cum ægritudinem definit opinionem mali præsentis recentem, verbum (recens) sic interpretatur, ut non

tantum illud recens esse velit, quod paullo ante acciderit. sed quandiu in illo opinato malo vis quædam insit et vigeat, et quandam habeat viriditatem, tandiu appelletur recens. 2. de Nat. 57. Zeno naturam ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via. Or. 113. Zeno manui dialecticam et eloquentiam similem esse dicebat. 4. Ac. 145. Zeno comprehensionem esse dicebat, cum manum plane compresserat, pugnumque fecerat. 1. de N. 94. Zeno non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosque figebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem Philosophiæ, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat, &c. *Ibid.* 70. Zeno nonnulla esse falsa dicebat, quæ sensibus viderentur. 4. Ac. 145. Zeno cum lævam manum admoverat, et pugnum dextræ arcte vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat. 2. de Fin. 17. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat. 4. 12. Zeno dixit ignem esse quintam naturam, ex qua ratio et intelligentia oriretur. 1. Acad. 37. Zeno virtutes nullo modo sejungi posse disserebat. 4. 145. Zeno visum inquiebat esse, cum extensis digitis adversam manum ostendebat. Nam per gestus quid esset scire, conficiebat. 1. Acad. 36. Zeno inter recte factum, τὸ κατόρθωμα, et prave seu peccatum, ἁμάρτημα, medium quoddam locavit, quod per se nec bonum, nec malum esset, sed adjectis certis circumstantiis nunc in bonis, nunc in malis numeraretur, nempe officia et servata, et prætermissa. *Ibid.* 45. Zeno Epicureus, cum a Carneade plurimum dissentiret, unum tamen præter cæteros mirabatur. *Ibid.* 36. Zeno virtutem cuiquam adesse negavit, nisi ea uteretur. *Ibid.* 40. Zeno scientiam nominavit id, quod sensu ita erat comprehensum, ut ratione convelli non posset. *Ibid.* 35. Zeno nihil aliud numeravit in bonis, nisi solam virtutem. *Ibid.* 38. Zeno quatuor tantum elementa seu initia rerum ponit: nempe ignem, aerem, aquam et terram. *Ibid.* 36. Zeno recte facta sola in bonis actionibus: prave, id est, peccata, in malis posuit. *Ibid.* Zeno omnem virtutem in ratione posuit, contra veterum Philosophorum opinionem. 2. de Nat. 20. Zeno premebat quæ dilatabantur a nobis. 3. de Fin. 5. Zeno Stoicorum princeps, non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum. 2. de Div. 119. Zeno contrahi animum, et quasi labi putat, atque concidere, et ipsum esse dormire. 4. Acad. 134. Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. 1. 87. Zeno perturbationes putabat esse voluntarias, opinionisque judicio suscipi. 3. Tusc. 38. Me audiente Athenis senex Zeno Epicureorum acutissimus contendere, et magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente: aut si intervenirет, si summus foret, futurum brevem: si productior, plus habiturum jucundi, quam mali. 2. de Nat. 20. Quæ brevius concluduntur, (ut Zeno solebat) apertiora sunt ad reprehendendum. 3. de Nat. 63. Magnam molestiam suscepit, et minime necessariam primum Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, &c. 4. Acad. 131. Honestum autem, quod ducatur a conciliatione naturæ, Zeno statuit finem bonorum, qui inventor et princeps Stoicorum fuit. 1. 38. Zeno statuit cœlum esse ignem, qui quidque gigneret. 1. de Nat. 36. Zeno quum Hesiodi Theogoniam, id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum. 1. Ac. 41. Zeno sensibus etiam fidem tribuebat. 4. 145. Zeno neminem volebat esse scientiæ compotem, nisi sapientem. 1. 37. Zeno perturbationibus quasi morbis sapientem carere voluit. *Ibid.* 39. Zeno vult assensionem animorum esse in nobis positam, et voluntariam. 4. 18. Zeno nihil novi reperire, sed superiores Philosophos emendare voluit, immutatione verborum. 1. 40. Zeno plurimis novis verbis usus est: nova enim dicebat. 4. 129. Qui cum Zenonis auditor esset, vides, quantum ab eo dissenserit, et quam non multum a Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cujus, ut scriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominavi: deinde eum secuti Parmenides et Zeno. 1. de Nat. 38. Persius, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa, ipsasque res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas. 3. 18. Zenonis breves et acutulæ conclusiones. Pro Mur. 61. Zenonis inventa. 3. de Nat. 77. Posse enim asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis schola exire. 1. Ac. 41. Zenoni comprehensio facta sensibus et vera et fidelis esse videbatur. 4. 135. Sapiensne non timeat? nec, si patria deleatur, non doleat? satis durum: sed Zenoni necessarium: cui, præter honestum, nihil est in bonis. *Ibid.* 126. Zenoni, et reliquis fere Stoicis æther videtur summus deus, mente præditus. 5. Tusc. 33. Zenoni, ejusque auditori Aristoni placuit, bonum esse solum, quod honestum esset. 9. Fam. 22. Zenoni, homini acuto, placuit loquendi libertas. 1. Tusc. 19. Zenoni Stoico animus ignis videtur. 1. de Nat. 37. Cleanthes, qui Zenonem audivit una cum Aristone, tum ipsum mundum deum dicit esse: tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit: tum ultimum et altissimum, atque undique circunfusum et extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum judicat. *Ibid.* Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat. 3. 82. Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleaten in tormentis necatum. 5. Tusc. 32. Inter

Zenonem et Peripateticos nihil præter verborum novitatem interesse.

Zethus, thi. 3. ad Her. 43. Uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia quum de musica inducta est, disputatio in sapientiæ rationem, et virtutis utilitatem consumitur. 2. de Orat. 155. Miror, cur Philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris.

Zeugma, *oppidum*. 2. Qu. Fr. 11.

Zeuxis, is. 3. de Orat. 23. Una est ars ratioque picturæ: dissimillimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quidquam in arte sua deesse videatur. 2. de Inv. 3. Neque enim putavit (Zeuxis) omnia, quæ quæreret ad venustatem, uno in corpore se reperire posse, ideo quod nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. *Ibid.* 1. Itaque (Crotoniatæ) Heracleoten Zeuxim, qui tum longe cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is et cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani religionem remansit; et, ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulachrum velle dixit, &c. De Cl. 70. Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxin, et Polygnotum, et Timantem, et eorum, qui non sunt usi plus quam quatuor coloribus, formas et lineamenta laudamus.

Ζήτημα, *quæstio*. 9. Fa. 26. Quod tu unum ζήτημα Dioni Philosopho posuisti. 7. Att. 3. Si hoc mihi ζήτημα persolveris.

ZO

Zodiacus, ci, *signifer orbis, orbis signorum*, ζωδιακός. 2. de Div. 89. Vis quædam est signifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur, talis, ut, &c. In Arat.

Zodiacum hunc Græci vocitant, nostrique Latini
Orbem signiferum perhibebunt nomine vero.

Zonarii, *qui zonas, hoc est, cingulos faciunt*, ζωνοπλόκοι. Pro Flac. 17. Sutores et zonarii.

Zopyrus, ri. 4. Tusc. 80. Cum multa in conventu vitia collegisset in eum (Socratem) Zopyrus, qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent. De Fat. 10. Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus Physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socratem dixit et bardum, quod jugula concava non haberet. Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.

Zostera, *loci nomen*. 5. Att. 12. A Piræeo ad Zostera venimus, &c. cursum confecimus.

FINIS LEXICI NIZOLII.

PHRASES

PHRASES

ET

FORMULÆ LATINÆ,

QUAS

STEPHANUS DOLETUS

EX SUIS COMMENTARIIS COLLEGIT, NOVAQUE DILIGENTIA RETRACTAVIT.

NUNC PRODEUNT CASTIGATÆ ET AUCTÆ

TYPIS SEMINARII PATAVINI.

Notæ, quibus Libri CICERONIS *indicantur, unde formulæ sunt desumtæ a* DOLETO.

Rh.	Rhetorica.	
Ph. 1. Ph. 2. Ph. 3.	Primum Secundum Tertium	Philosophicorum Volumen.
Or. 1. Or. 2. Or. 3.	Primum Secundum Tertium	Orationum Volumen.
Fam. At.	Familiarium Ad Atticum	Epistolarum Volumen.

. Primam .. Secundam .·. Utramque	faciem paginæ indicat.

Ib. et al.	Ibidem. et alibi.

Ad Aldinam editionem, cujus paginæ adscriptæ sunt recenti editioni Venetæ per numeros Romanos.

Quæ addita sunt a FACCIOLATO, modo per titulos et capita indicantur; modo per titulos et minores particulas, ut in recenti editione Veneta; modo aliter, ut properanti commodum fuit.

Siquid non responderit, consule Nizolii Thesaurum, ex quo ipsum quoque formularum usum plenius cognosces.

JACOBUS

JACOBUS FACCIOLATUS
LECTORI.

PHRASES et formulæ, quas Stephanus Doletus ex suis Latinæ linguæ Commentariis collegit, et novo ordine dispositas emisit, meliore quadam fortuna, quam Commentarii ipsi, usæ sunt: quandoquidem librarios invenerunt, quorum opera sæpius producerentur. Fuit etiam quidam impudentia tanta (Baretium dico) qui illarum auctorem Nizolium faceret; nihil veritus compendii sui gratia fallere fidem publicam, ut Thesauri Nizoliani pretium famamque augeret. Sed nemo tamen adhuc, quod in primis utile fuisset, eas examinavit; ut siquid humana infirmitate peccatum esset, ab iis, quæ germana atque integra viderentur, posset separari. Id scilicet sæculo nostro reservatum est; quo tandem didicimus, potissimum studiorum præsidium esse, ac veluti sapientiæ nervos, dubitare. Et sane vix ulla libelli hujus pagella fuit, in qua non invenerimus, quæ tolli deberent, aut castigari; sive quod exemplo nullo, sive quod minus idoneo confirmarentur. Mitto, quæ ex ineptis Declamationibus sumta sunt Salustii in Ciceronem, et Ciceronis in Salustium, ex Oratione ante exilium, ex Epistola ad Octavium. Ipsas quoque rectas formulas ex veris purisque fontibus ductas Doletus non raro corrupit, formis in genera, generibus in formas promiscue infusis, et ad significationes ususque alienos parum apta interpretatione traductis. Nolim tanti viri famam imminuere, quam sibi apud omnem posteritatem jure peperit. Sed tamen siquis ex nostris a me petat, quid in re præsenti ex animi sententia judicem; fidenter aio, quod fortasse durum aliquibus videbitur, Doletum cetera doctum et eruditum, in Ciceronis operibus non admodum versatum fuisse; et, quod viventi adhuc objectum est, ex Caroli Stephani et Nizolii Thesauris, tum etiam ex Riccii, Baifii, et aliorum lucubrationibus Commentarios illos suos maxima ex parte confecisse. Ad hoc ipsum, si ita est, plurimum ingenii et industriæ requirebatur: neque ego sane reprehendere ausim; laudo etiam valdeque suspicio: sed tamen rursus aio, non ita illum cum Cicerone vixisse, ut

vulgo creditur. Quid enim? Num ille Ciceronem tractasse, sibique familiarem fecisse dicendus est, qui libros Rhetoricos ad Herennium magno huic Latinitatis auctori ac magistro adjudicandos esse pæne sacramento contendit? En tibi judicium ejus in tomo secundo Commentariorum pag. 834. *Jure mecum riseris et oderis ridiculam intolerabilemque tum stultitiam, tum temeritatem eorum, qui nulla causa probabili libros Rhetoricos ad Herennium a Cicerone abjudicant. Tu vero et Plinii epistolas ad Trajanum, Plinii esse puta, et Rhetoricos Ciceronis libros ad Herennium, Ciceronis esse crede. Utriusque enim Auctoris sine dubitatione est utrumque a me nominatum opus.* Nihil dico de istorum librorum doctrina: sed stilus ipse tantum distat a Ciceroniano, ut siquis Grammaticus vel ex primis versiculis discrimen non agnoscit, is mihi ne Grammaticus quidem sit. Ego tamen exempla hinc ducta auctoritatesque retinui: siquidem non ex Cicerone modo, sed ex optimo quoque Latino Scriptore, quod Doletus prudenti consilio facere cœperat, opus augendum existimavi.

Porro autem monita plurima vel sustuli, vel reformavi, quæ singulis fere vocibus præmittebantur: cujus quidem rei si rationem reddere velim, nimis longum faciam. Quamquam hoc ipsum, quod præstiti, exiguum est; nec nisi adolescentibus præbeo, nec illis ipsis valde profuturum existimo, nisi cum Nizolii Thesauro conjungatur. Alter alteri suppetias feret. Ego nunc utrumque edo properanter examinatum. Si vita superstes erit, aliquanto plus otii atque operæ secundis curis impendam. Vale.

FORMULÆ

LINGUÆ LATINÆ

ELEGANTIORES

STEPHANI DOLETI.

A

Abdomen *translate pro intemperantia cibi ac potus: unde apud Cicer.* Abdominis voluptates, et Abdomini suo natum esse. Or. 3. 88.

Aberratio. *Verbi sui propriam significationem sequitur hoc nomen. Verbum autem, a quo ducitur, proprie positum, solet usurpari pro a via recta per errorem digredi, deflectere, discedere. Sic* aberratio, *si proprie sumetur, erit digressus a recta via. Verum longe venustior est, dum translate accipitur. Et tunc idem est, quod avocamentum.*

Aberrationem deligere. Att. 199.

——— habere. Fam. 254.

Abscessio *idem est quod discessus: et opponitur accessioni.*

Abscessionem fieri. Ph. 2. 202.

Absolutio *ponitur interdum pro perfectione, interdum vero pro liberatione. Unde dicimus*

Absolutionem fieri. Or. 2. 33.

Abundantia *idem est quod ubertas, copia, vel affluentia.*

Abundantiam gignere. Or. 2. 64.

——— suppeditare. Ph. 3. 112..

Acceptus *idem interdum est quod gratus: ut,* Deo nihil est acceptius, quam, &c. *opponitur vero aliquando* expenso, et dato.

Acceptum aliquid habere: *id est gratum.* Ph. 1. 237.

——— aliquid alicui esse. Ph. 3. 127.. Fam. 275.

——— referre. *Translate,* Or. 3. 151. 163. et al. *Proprie,* Or. 1. 95. 143. et al. *Duæ erant apud Veteres rationum tabulæ: prior* accepti; *et posterior* expensi. *Eas postea mutato dicendi genere, ut pleraque alia, Barbari immutarunt: et tabulæ* dati, *et* accepti *dictæ sunt. Cicero in oratione pro Roscio Comœdo:* Tabulas Fannius accepti, et expensi profert suas. *Et paulo post.* Utrum cætera nomina in codicem accepti, et expensi digesta habes, an non? Or. 1. 46.

——— *autem* referre, *est scribere, se accepisse: id est in accepti tabulam referre. Cum enim Latini scribebant in tabula accepti, se pecuniam ab aliquo accepisse, se illi dicebant pecuniam acceptam referre.* Expensum *vero* ferre, *est scribere se pecuniam dedisse. De his loquendi modis ita scribit Asconius:* Quæstores Urbani ærarium curabant, ejusque pecunias expensas, et acceptas in tabulas publicas referre consueverant. *Ex quibus postea loquendi modus translatus est, ut cum quid officii in nos ab aliquo conferatur, id nos* acceptum illi *referre dicamus.*

Accessio. *Inter* accessionem, *et* accessum *id differentiæ volunt esse Grammatici, ut* accessus *idem sit quod aditio, sive appropinquatio.* Accessio *autem idem sit quod adjectio.*

Accessionem quærere. Fam. 24.

——— facere. Fam. 154. . Or. 3. 127.

——— afferre. At. 262.

——— alicui esse. Fam. 98..213. et al.

——— fieri. Fam. 18.. 211. et al.

——— adjungere. Ph. 3. 28.

Acclamatio *significat secundam, vel adversam admurmurationem.*

Acclamationem injicere. Rh. 47..

——— vitare. Rh. 139..

Accusatio *est delatio, actus ipse accusandi.*

Accusationem factitare. Rh. 176.

——— adornare. Pro Mur. 46.

Accusationi respondere. Pro Clu. 8.

Accusatione desistere. Pro C. Cor. 1.

Accusationem intentare. Tac. an. 6. c. 4.

——— capessere. Tac. an. 4. c. 52.

——— exercere. Tac. Hist. 2. c. 10.

Accusator *dicitur, qui accusat.*

Accusatorem ponere. Fam. 122.

Accusatoris personam capere vel deponere. Pro Quint. 49.

Accusatorem apponere. Or. 1. 91.

Acerbitas *modo sumitur pro miseria, vel pro tristitia ex miseria, et calamitate contracta. Hinc dicitur*

Acerbitatem recusare. At. 139..

——— perferre. Or. 2. 118.

Modo vero pro asperitate, vel austeritate usurpatur.

Acerbitate caret monitio. De Am. 181.

Acerbitatem habere. Ph. 3. 27. *Observato, hanc locutionem ad res, non ad personas, referri. Ut:* Tua objurgatio nimiam habuit acerbitatem: *id est nimium acerba et aspera fuit.*

Acerbitatem adjungere ad imperium. At. 297.
Evomere virus acerbitatis suæ. De Am. 89.
ACERVUS, *idem est quod congeries.*
Acervum construere. Or. 3. 178..
——— capere, *pro acervum continere.* Or. 2. 77..
Acervum reperire. Or. 2. 181..
ACIES *varia est apud Latinos significatione. Sed proprie acumen ferri est. Ut* acies falcis, cultri, *et similium, quæ secant. Transfertur vero ad multa; ut ad oculos, ad animum, ad auctoritatem, et ad rem bellicam. Veruntamen duo tantum locutionum membra facere nobis placet: nempe cum ad oculos refertur; et cum de acie bellica intelligitur.*
Ad oculos, vel ad animum pertinens.
Eadem est hujus vocis translatio, cum ad oculos, et cum ad animum convertitur: neque in hoc genere quicquam oculis locutionis tribuas, quod non et animo tribui possit.
Aciem exacuere. Ph. 2. 168.
——— dirigere. Catullus.
——— abducere. Ph. 2. 34.
——— præstringere. Or. 1. 62. Ph. 2. 93..
——— perstringere. Or. 3. 129.. 240.
——— hebescere. Or. 2. 98.
——— intendere. Ph. 1. 20. 217.
Ad ordinem bellicum spectans.
Cum ad rem bellicam pertinet hoc nomen, significat exercitus instructionem, cum ad dimicandum paratus est.
Aciem exornare. Sallust. in Jugurtha.
——— instruere. Or. 2. 129.. Fam. 162.
——— statuere. Sal. in Jugurtha.
——— instituere. Cæsar lib. 3. b. c.
——— dirigere. Cæs. lib. 5. b. c.
In Aciem collocare. Cæs. b. g. lib. 3.
Aciem firmare. Liv. Dec. 1. lib. 4.
In aciem procedere. Cæs. b. g. lib. 2. *vel* prodire. Cæs. b. g. lib. 8.
Aciem erigere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— porrigere. Cæs. lib. 5. b. c.
In aciem deducere. Fam. 247.
——— educere. Rh. 97.
——— producere. Fam. 162.
Aciem promovere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— sistere. Liv. *Ibid.*
——— inclinari. Liv. Dec. 1. lib. 4.
Acie excedere. Cæs. lib. 3. b. c.
Ex acie excedere. Cæs. b. c. lib. 5.
Aciem subjicere. Cæs. lib. 3. b. c.
——— tenere. *Ib.*
——— distrahere. *Ib.*
——— distendere. *Ib.*
Ex acie refugere. *Ib.*
ACRIMONIA *est vis, et impetus animi fervidior.*
Acrimoniam habere. Rh. 35..
——— capere. Or. 1. 75..
——— lenire *et* diluere. Rh. 80.
ACTA, orum. *Inter* acta, *et* gesta *hoc differre Grammatici tradunt, quia hæc sunt in administratione Magistratus, et in rebus majoribus, et ad Rempublicam, vel ad plura spectantibus: ut* gesta Alexandri, gesta Pompeii, gesta Cæsaris. Acta *vero etiam rerum privatarum, et minorum, ac familiarium. Cicer. Phil.* 1. An in Commentariolis, ac Chirographis, et Libellis se uno autore prolatis, et ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt? quæ ille in æs incidit: in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur?
Acta diurna *vocat Suetonius, quæ per singulos dies fiunt, et scribuntur. De Cæsare:* Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi, diurna acta conficerentur. *Sic vocat Cicero alicujus Mensis:* ut acta Januarii, acta Februarii.
In Acta referre. Or. 3. 156..
In Actis numerare et habere. *Ib.*
Acta conficere. Sueton. in Cæs. cap. 20.
——— tollere. At. 84.
——— rescindere. Or. 8. 157. 246.
——— circunducere. ff. de re jud. *L. Acta.*
Actis fidem, et autoritatem derogare. Or. 1. 279.
Acta cohonestare. Or. 2. 229.
——— commemorare. Or. 1. 254..
——— servare. Or. 3. 156.
In actis esse. *Ib.*
Acta firma esse. *Ib.*
——— rata esse, *vel* irrita. Or. 3. 78..
ACTIO *tres potissimum significationes apud Latinos habet. Ponitur enim aliquando pro orationis pronunciatione. Aliquando pro eo, quod vulgo dicimus operationem. Aliquando idem significat quod quæstionem, accusationem, vel petitionem: id est jus persequendi in judicio, quod sibi debetur. Ex iis tribus hujus vocis significationibus non æquo numero locutiones derivantur; sed ex duabus tantum varia loquendi genera possis colligere: scilicet cum altera in opera et conatu posita est, altera in forensi strepitu. Prioris igitur significationis (de duabus postremo a me annotatis intelligo) locutiones primum dabo. Deinde alterius.*
Prioris significationis locutiones.
Actionem dare. Fam. 130.
——— suscipere. At. 226.. 286.
——— adhibere. Ph. 3. 4..
Actione privare. Ph. 2. 34..
——— spoliare. *Ib.* 21..
Actiones horrere. At. 151.
Alterius.
Actionem constituere. Or. 1. 192.. Or. 3. 223.
——— dare. Or. 1. 121. 122.
——— habere. *Ib.* 291..
——— intendere. Or. 3. 108..
——— eximere. ff. Ex quibus causis. l. 1.
——— excludere. Rh. 69.
——— restituere. Sueton. Claud. cap. 14.
——— postulare. Or. 1. 121.
——— quærere. *Ib.* 290.
——— relinquere. *Ib.* 50.. 54.
——— componere. At. 86.
ACTUS, a, um. Actum esse. *Id est periisse.* At. 76. 194..

Actum agere. *Id est inani se labore conficere.* At. 139. 153.
——— habere. *Id est ratum.* Ph. 1. 20.
ACTUS, us, ui, *pene nihil ab acti, vel actionis significatione differt, cum actio ponitur pro eo, quod vulgo operationem dicunt. Nam totus in opere suscipiendo, vel exequendo positus est. Proprium tamen esse volunt, cum in fabulis versatur: et per translationem a Fabularum actibus ad rerum, et negotiorum expeditionem, universamque hominis operam converti. Est etiam iter, ubi armenta trahere, et vehiculum ducere licet: quo quis pedes, vel eques commeare potest.*
In actum erumpere. *Id est in actum perduci.* Or. 2. 225..
ACULEUS *proprie Vesparum est, vel Apum, et similium. Translate vero ponitur pro re omni, quæ vehemens est, et acuta, quæque pungit, et concitat.*
Aculeum habere. Rh. 202.. Or. 3. 43.
——— emittere. *Ib.*
——— excutere. Or. 2. 176.
——— relinquere in animo alicujus. Rh. 168.
——— dimittere. Or. 2. 154.
——— evellere. *Ib.* 50.
——— erigere. Or. 3. 43.
ACUMEN. *Videtur hoc nomen proprie mucronem significare. Ut,* acumen cultri. *Sed raro legitur, nisi per metaphoram dictum. Unde Cicero pro Flacco* 148. Acumen ingeniorum *vocat: id est ingeniorum vim, vehementiam, vel subtilitatem. Idem de Orat.* 206. Argutiæ, et acumen Hiperidis. *Ib.* 95. Acumen Dialecticorum, sententiæ Philosophorum. *Ibid.* 123. Dialectici se compungunt suis acuminibus. *Ibid.* 97. Omnia sub acumen styli subeant necesse est. *Idem de Nat. Deor.* 41. Epicurus homo sine acumine ullo, sine lepore. *Idem in Fam.* 70.. Qui propter acumen occultissima perspicis.
Translate igitur sæpius, quam proprie, accipitur.
Acumen habere. Rh. 132.. *Quod loquendi genus tam personis, quam rebus, eleganter convenit.*
——— alicujus illudere. Rh. 106.
Acuminibus suis se compungere. 2. de Or. 158..
ADITUS *et personæ, et loci est. Loci vero sæpius est; et multum, elegantemque usum habet.*
Aditum aperire. Or. 2. 235.
——— patefacere. Rh. 93. 102.
——— comparare. At. 32.
——— munire. At. 66.. Or. 2. 23..
——— facere. Rh. 201..
——— dare. At. 230. Rh. 143..
——— esse alicui. Fam. 90. et alibi sæpe.
——— patere alicui. Rh. 166. et al.
——— habere. Fam. 225. et al.
——— claudere. Or. 1. 236..
——— intercludere. Fam. 244. et al.
Aditum præcludere. Or. 1. 239..
——— obstruere. Rh. 166.
Aditu prohibere. Or. 1. 291.. 192..
Aditum relinquere. Or. 1. 278.
——— jacere ad aliquid. Or. 73.
ADJUMENTUM *est subsidium, vel præsidium.*
——— quærere. Or. 2. 17.
——— petere. Ph. 1. 227..
Adjumenta adhibere. Ph. 1. 222.
Adjumentum afferre. Ph. 3. 1.
——— importare. Rh. 88.
Adjumento esse. At. 275. Or. 1. 1.
Adjumentum habere. *Quæ locutio tam passivæ, quam activæ significationis est. Id est ut res, a qua importatur adjumentum, tam dicatur adjumentum habere.* Rh. 118. *quam persona, cui affertur adjumentum.* Ph. 3. 15.
ADJUNCTIO *est copulatio, additio, vel incrementum.*
Adjunctionem esse homini ad hominem. At. 100..
ADJUTOR, *vel* Adjutrix, *idem est quod administer.*
Adjutorem adhibere. Rh. 229.
——— habere. Ph. 3. 44.
——— se profiteri. Or. 1. 19..
——— se præbere. Or. 3. 87..
——— dare. Rh. 107.
——— venire. Ph. 2. 5.
——— invenire. Ph. 3. 104.
——— capere in re aliqua. Ph. 2. 73..
——— extare. Or. 2. 242..
——— esse rei alicujus. At. 145.. et al.
——— esse rei alicui. Fam. 246..
——— esse in re aliqua. At. 120. et al.
——— esse ad aliquid. Or. 2. 199. 219.
ADMINISTRATIO *significat curationem, procurationem, vel gubernationem.*
Ab rerum administratione vacare. Ph. 2. 2..
In administratione reip. florere. 1. Fam. 9.
ADMIRABILITAS *idem est quod admiratio.*
Admirabilitatem facere, *pro concitare.* Ph. 3. 40..
ADMIRATIO.
Admirationem habere res dicitur, quæ admirabilis est. Fam. 68. et al.
——— movere. Or. 3. 224. Rh. 132..
——— excitare. Rh. 196.
——— efficere. Rh. 97.
Admiratione afficere. Ph. 3. 40.
In admirationem traducere. Rh. 216.
ADMONITIO *est monitum, vel præceptum.*
Admonitione egere. Rh. 121.
Admonitionem desiderare. Ph. 3. 29..
Admonitioni locum relinquere. Fam. 2.
ADMONITUM, ti. *Idem est quod admonitio aut præceptum.*
Admonita tradere. *Ut doctissimis hominibus usus nostri quasi quædam admonita tradamus.* Rh. 124.
ADMURMURATIO, *cum in bonam partem accipitur, vix sine adjectivo est,* grata *scilicet, aut* secunda, *aut* divina. *In malam item partem cum sumitur, solemus,* adversam

admurmurationem dicere. Attamen sive in bonam, sive in malam partem capiatur, persæpe etiam sine adjectivo est. Significat autem admurmuratio *idem, quod acclamatio. Vel est collatis inter se capitibus, et tacito quodam murmure, rei ejus, de qua agitur, approbatio, vel reprobatio.*

Admurmurationem fieri. Or. 1. 74. et al.

Adolescens. *Certum est, nos in hoc Opere ea potissimum nomina consectari, a quibus ducantur locutiones verbis quibusdam illustratæ. At latiores fines Operis nostri esse volumus: nimirum ut voces etiam quasdam annotemus, a quibus elegantiam non per verba colligas, sed per alia etiam nomina. Facit id, ut hoc nomen hic a me annotetur. In quo hoc tantum observandum est, cum dicimus* Hominem adolescentem, Puerum adolescentem, Filiam adolescentem. *Atque semel id habeto, adolescentem non temere sine hujusmodi substantivis cum elegantia apud Latinos reperiri. Is igitur erit præcipuus hujus vocis usus.*

——— homo. Fam. 26. Rh. 94.

——— filius. Ph. 2. 88.

——— primarius. Fam. 50..

Ab adolescentulo. Or. 1. 2..

Adolescentia *est prima hominis ætas post pueritiam.*

——— iniens. Ph. 3. 23.

——— prima. Fam. 16.

Ab adolescentia ineunte. Fam. 212.

——— prima. Fam. 16.

Adolescentia defervere. Ter. Adel. 1. 2.

Adventus *idem est quod accessus.*

Adventum expectare. Fam. 74. Ph. 1. 201.

——— appropinquare. Fam. 20. 5. et al.

Adversaria, orum. *Sunt præscriptiones, vel ephemerides.*

——— scribere. Or. 1. 45.

In adversaria referre. Or. 1. 46.

Ex adversariis aliquid petere. Or. 1. 45. 46.

In adversariis jacere. Or. 1. 46.

——— relinquere. *Ibid.*

Adversarius, a, um. *Tam in persona, quam in re est. Dicitur enim nobis aliquis adversarius, et res adversaria, quæ nobis opposita est, et adversatur.*

Adversarium se intendere. Fam. 114.

——— habere. Ph. 2. 146. et al.

Adulterium *a nomine* adulter, *genus est criminis, quod proprie in nupta committitur: Stuprum vero in virgine, vel vidua. Hæc duo Lex Julia promiscue appellat, non quod omne stuprum sit adulterium: sed quod omne adulterium sit stuprum. Per metaphoram dicit eleganter Plinius* adulteria Naturæ, *pro operibus quodammodo adulterinis.* Idem lib. 14. cap. 22. Jam vero quæ vasa adulteriis cælata? *Quasi dicat non satis fuisse, vasa fieri ex una, et simplici materia, ut puta ex auro, aut argento, nisi adderentur illis emblemata, quæ sunt in vasis veluti adulteria: quia ad alienam materiam præter naturam, et quasi extra ordinem accedunt. Eadem ratione dicuntur* arborum adulteria: *hoc est insitiones. Dicuntur et* adulteria mercis, *pro fraude in merce adulteranda.*

Adulterium excitare. Ph. 3. 85.

——— committere. Quint. lib. 7. cap. 3.

In adulterio deprehendi. Rh. 134.

Ædes *in plurali accipitur pro Domo: nec unquam aliter. In singulari pro Templo.*

Ædem diruere. Or. 2. 241.

——— reficere. Or. 2. 155.

Ædificatio *est ipse actus ædificandi: vel opus ædificatum.*

Ædificationem sustentare. At. 310.

——— abjicere. Fam. 202..

——— deponere. Fam. 203.

Ædificium *dicitur omne, quod ædificatum est.*

——— deturbare. At. 328..

——— extruere. Or. 3. 115.

——— incendere. Sallust. Jug. c. 23.

——— obserare. Liv. l. 5. c. 41.

Æger *tam de corpore, quam de animo dicitur. Sic accipitur pro eo, qui afflictatur dolore corporis, aut animi.*

Ægrum morbo aliquo esse. Or. 2. 103.

——— in aliquo loco esse. Ph. 2. 91.

——— curare. At. 89.

Ægro subvenire. Ph. 3. 35.

Ægrum convalescere. Ph. 2. 28.

Ægritudo *tota animi est, ut ægrotatio corporis.*

Ægritudinem oriri. Ph. 1. 202. et al.

——— afferre. Ter. Heaut. a. 4. s. 3.

——— efficere. Ph. 1. 193. et al.

Ægritudini se dedere. Ph. 1. 205. et al.

Ad ægritudinem accendere: *id est augere.* At. 176..

Ægritudinem lenire. Ph. 1. 202. et al.

——— levare. Ph. 1. 199. et al.

Ægritudine levare. Fam. 70. et al.

Ægritudinem sedare. Ph. 1. 207. et al.

——— detrahere. Ph. 1. 207. et al.

——— adimere. Ter. Heaut. a. 3. s. 1.

Ægritudine vacare. Ph. 1. 193. et al.

Ægritudinem depellere. Ph. 1. 195.

——— tollere. Ph. 1. 202. et al.

——— suscipere. Ph. 1. 205. et al.

Ægritudine confici, *vel* opprimi. Ph. 1. 196.

Ægritudinem exuere, *vel* abjicere. Ph. 1. 196.

Æquitas *idem est quod æquum, vel justitia, vel propensus animi favor in aliquem.*

Æquitatem habere *dicitur, quod æquum est, sive de animatis loquamur, sive de inanimatis.* Ph. 3. 50.

Æquitatem servare. Ph. 3. 13.

——— rejicere. Or. 2. 267.

Æquitate uti. Or. 1. 291.

Æquus, a, um. *Generaliter ponitur pro eo, qui iniquitatem non exercet: qui scilicet est vitæ integer, et justitiæ deditus. Ponitur vero eleganter pro expressius favente vel suffragante. Extra personam venuste dicitur* locus æquus: *cui opponitur* iniquus. Rh. 144. et al.

Æquum se alicui præbere. Fam. 18. et al.

Æquum esse alicui. Or. 3. 19. et al.
Æquo aliquo uti. Or. 1. 267.
Æquum *dicitur, quod justum est.*
Sicut æquum est. De Fat. 7.
Æquum censet, æquum facit, æquum dicit, æquum postulat. Terent.
Gravius æquo. Sallust. Catil. c. 50.
Æquum bonum. *Id est absoluta bonitas æquitasque juris, germanaque justitia.* **Rh. 182. et al.**
Æquum et bonum. Rh. 9. et al.
Æqui boni facere. At. 105.
—— bonique. Ter. Heaut. 4. 5.
Ex æquo, et bono rem judicare. Pro Cæc. 65.
Æquum bonum impetrare. Or. 3. 178.
Aer, *est cœlum, æther, vel spiritus.*
Aerem offundere. Ph. 1. 20.
——— ducere. Ph. 2. 29. et al.
——— carpere. Virg. Georg. 4.
——— secare. Cic. in Arat.
Ærarium, *est pecunia publica, vel vectigal.*
Ærarii hirudo. At. 13.
Ærarium habere. At. 85.
Ad ærarium rationes referre. Or. 3. 92.
Ærarium exhaurire. Or. 1. 184. et al.
Ærarius, a, um, *fieri dicebatur, qui a Censoribus in Ceritum tabulas referebatur: scilicet ut esset Civis eatenus, ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. Unde* **ærarium facere:** *et* **inter ærarios,** *sive* **in ærarios referre:** *hoc est ea ignominia quempiam afficere. Quod jus proprie ad Censores pertinebat.* **Ex ærariis eximere** *Latini dicebant, cum aliquem prædicta ignominia levabant.*
Ærarium aliquem facere. Liv. Dec. 3. Lib. 4.
Inter ærarios referre. Val. Max. l. 2. c. 4.
In ærarios referre. Or. 2. 40.
Ex ærariis eximere. Rh. 133.
Ærumna *est ægritudo laboriosa.*
Ærumnam alicui esse propositam. Or. 2. 211.
——— alicujus allevare. 3. Tusc. 71.
In Ærumnas incidere. Fam. 232. . At 45.
Ærumnis premi. Ph. 3. 119.
Ærumnas perpeti. Ph. 1. 89..
Adversam ærumnam ferre. 3. Tusc. 30.
ÆS *genus est metalli. Ponitur et* æs *pro Opere ex ære facto: vel pro pecunia ex ære facta. Ponitur quoque pro fœneratione. Ex ea significationis varietate dicebant Antiqui* **æs militare,** *pro pecunia, quæ in stipendium militum de ærario a Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solebat. Eleganter vero maxime sic loquebantur:* **æs alienum tuum: æs alienum meum: æs alienum Patris: æs alienum Filii.** *Id est quod tu, quod ego, quod Pater, quod Filius contraxit, et debet. Quæ voces tametsi non satis convenire inter sese videantur, crebræ tamen fuerunt, et usitatæ divinis illis Latinæ linguæ Principibus.*
Pro Metallo.
Æs temperare. Or. 1. 223. et al.
Ex ære facere. Or. 1. 119.
In æs incidere. Or. 2. 156. *vel* **in ære. Or. 1. 233.**
Æs conflare, *et* **fundere. Plin.**
—— signare. Ph. 2. 185.
—— figere, *vel* **refigere. Fam. 183..**
Æra ducere. Hor. l. 2. ep. 1.
Pro Pecunia.
Æs alienum cogere. Plaut. in Sticho.
—— alienum conflare. Sallust. in Cat.
—— alienum facere. At. 220.
—— alienum contrahere. At. 294. et al.
—— alienum suscipere. *Id est onus suscipere solvendi ejus creditoribus.* **Ph. 3. 44.**
—— alienum afferre. *Id est* **ære alieno aliquem obligare. Fam. 106.**
—— alienum habere. Fam. 63. et al.
—— alienum crescere. Or. 1. 205.
In æs alienum incidere. Or. 2. 108.
Ex ære alieno laborare. Cæsar lib. 3. b. c.
Ære alieno obstringi. Fam. 172.
—— alieno obrui. At. 23.
—— alieno premi. At. 102. et al.
In ære esse alicujus. Fam. 226. et al.
In ære esse alieno. Or. 1. 202.
Ære alieno liberare. Fam. 243. et al.
———— demergi. Liv. l. 2. c. 15.
———— exire. Or. 3. 233.
Æs alienum dissolvere. Or. 2. 177. et al.
———— relinquere. Or. 1. 3. et al.
Ære dirutus. *Miles, cui stipendium, causa ignominiæ, non esset datum.* **Or. 1. 242.**
Æstimatio *est consideratio, vel taxatio. Estque tam passivæ, quam activæ significationis. Et eleganter dicimus*
Æstimationem habere. *Id est, æstimare.* **Cic. in Verr. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ Censori permittitur. Or. 1. 135..**
———— facere. Cæsar de Bello Civil. lib. 1. Militibus æqua facta æstimatione pecuniam pro his rebus solvit. *Id est æstimatis rebus tanti, quanti valerent.*
———— accipere. Fam. 76. et al.
———— dare. At. 192..
Æstiva, *orum, loca sunt, in quibus armenta, et greges, et milites æstivant: sicut* **hiberna,** *in quibus hibernant.*
Æstiva attingere. Fam. 25.
In æstiva educere. Liv.
Dimittere cohortes in æstiva. Suet. in Cæs. c. 49.
Æstiva conflci. Fam. 40. et al.
In æstivis esse. At. 77.
Æstus *dicitur solis, et æstivi temporis fervor: est etiam impetus, et commotio maris. Ad animum vero persæpe transfertur, accipiturque pro agitatione, difficultate, dubitatione.*
Æstum commovere. Ph. 2. 30.
——— accedere, *vel* **recedere. Ph. 2. 52.**
Æstu fervere. Rh. 157.
—— jactari. Or. 2. 103.
—— absorberi. Rh. 191. et al.
—— abripi *vel* **abstrahi. Rh. 156.**
Ætas, *Ætatem ab* **ævo** *deduci volunt, quasi* **ævitatem.** *Sæpe tamen pro vita hominis venuste accipitur, ut sit pars pro toto per Synecdochen: quia ætates sunt vitæ partes.*

Ponitur item pro sæculo. id est centum annis. Interdum etiam pro solo anno accipitur. Interdum pro tempore: unde dicimus aliquid fieri nostra ætate. *Neque vero hominis tantum ætas est, sed etiam rerum inanimatarum, ut vini. Hæc de significatione. Locutiones permultas, et perelegantes habet: quas sic distinguemus, ut aliæ cum Adjectivis sint insignioribus: aliæ cum Substantivis: aliæ cum Verbis.*

Cum Adjectivis.

ÆTAS, iniens. *Id est prima.* Rh. 93. et al.
——— prima. Fam. 44. et al.
——— bona. *pro prima.* Ph. 3. 87.
——— optima. Fam. 145.
——— progrediens. Ph 1. 139. et al.
——— grandis. Or. 3. 203.
——— adulta. Or. 1. 184.
——— opportuna. Fam. 99.
——— media. Ph. 3. 90. et al.
——— provecta. Ph. 1. 168.
——— corroborata. Or. 3. 46. et al.
——— firmata. Or. 3. 46.
——— confirmata. Fam. 144. et al.
——— constans. Ph. 3. 83. et al.
——— flexibilis. At. 289.
——— matura. Rh. 29.
——— ingravescens. Fam. 18.
——— affecta. Rh. 159. et al.
——— præcipitata. Fam. 180.
——— decrepita. Ph. 1. 168.
——— extrema. Ph. 3. 90.

Cum Substantivis.

Ætatis cursus. Ph. 3. 83. .
——— progressus. Or. 3. 203. .
——— maturitas. Fam. 49. et al.
——— flexus. Ph. 85.
——— infirmitas. At. 254.
——— imbecillitas. At. 279.
Id ætatis. *Ist est hac ætate.* Rh. 102. et al.

Cum Verbis.

Ætate esse. Or. 2. 28. 96. et al.
Ætatem accedere alicui. Ph. 107.
——— agere. Rh. 180. Fam. 50. et al.
Ætate progredi. Ph. 3. 83.
——— procedere. Rh. 214. Or. 3. 301. et al.
——— provehi. Rh. 176. et al.
——— anteire. Ph. 1. 149. et al.
——— præcurrere. Rh. 214.
Ætatem degere. Or. 1. 43. et al.
——— terere. Rh. 154.
——— conterere. Rh. 103. Ph. 1. 138.
——— consumere. Ph. 3. 1. . .
——— exigere. Or. 1. 52. . 262. et al.
Ætate confici. Or. 2. 108. .
Ætatem præterire pro exigi. Ter. in Phorm. Act. 2. sc. 3.
——— deflectere. At. 145.
ÆTERNITAS *idem est, quod immortalitas.*
Æternitatem alicui donare. Or. 3. 80. .
Æternitati commendare, *vel* mandare. Plin. in Panegyr.
Ex omni Æternitate. 3. de N. D. n. 14.
Ab omni Æternitate. de Div. n. 19.
Ad memoriam Æternitatis. Phil. 12. n. 34.

ÆVUM *pro tempore, ætate, vita.*
Ævo frui. Ph. 3. 127.
Ævum agere. Ph. 1. 154.
Traducere ævum. *Hor.* l. 1. ep. 18. Degere. Lucr. Consumere. *Id.* Transigere. Vellei. l. 2. c. 89.
AFFINITAS *est hominum affinium inter ipsos conjunctio, vel necessitudo.*
Affinitates jungere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Affinitate se cum aliquo devincire. Rh. 173.
Affinitate aliquem attingere. Or. 1. 113. .
AFFIRMATIO *est actus affirmandi.*
Affirmatione aliquid in se recipere. Fam. 147.
Affirmationi credere. Fam. 155.
AGER *est campus, vel solum, vel territorium.*
Agrum colere. Or. 1. 26. . Or. 2. 79. . et al.
——— conserere. Ph. 3. 89. . et al.
——— arare. Rh. 120. . et al.
——— lætificare. Ph. 2. 52. .
——— emaciari. Colum. lib. 2. cap. 14.
——— infestari. Colum. lib. 2. c. 14.
Agro movere. Fam. 204. .
——— exturbare. Or. 2. 82.
——— mulctare. Or. 1. 276. . et al.
Agrum occupare. Or. 2. 80.
AGGER *pro vallo et munimento sumitur. Est quoque* agger *moles terræ circa fluviorum ripas, ipsis opposita fluminibus, ne inundatione vastent agros.*
Aggerem extruere. Cæs. B. C. lib. 1.
Aggere cingere. At. 79.
Aggerem interscindere. Cæs. B. G. lib. 7.
AGITATIO *est motus, sive commotio. Unde appellatur* agitatio mentis *assiduus ille motus animi in rebus honestis cogitandis, et quasi mentis ipsius exercitatio.* Et studiorum agitatio, *qua studia, et disciplinæ ex exercentur a nobis.*
Agitationem adhibere. Ph. 3. 4. .
Agitatione vacuum esse. Ph. 2. 175.
AGMEN *modo pro impetu: modo pro multitudine: modo pro multitudine armata accipitur.*
——— cogere. At. 243. .
——— constituere. Sallust. Jug. c. 53.
——— claudere. Cæs. B. C. lib. 1.
——— proterere. Virg. Æn. l. 12. Effuso agmine abire. Liv. l. 44.
ALA *proprie est, qua Aves volant.* Librare corpus in alas. Ovid. l. 4. Met. Movere alas. *Id. ib.* Quatere alas. Vir. Æn. 3. Explicare alas. Mart. l. 13. ep. 70. Expandere alas. Plin. l. 10. c. 38. Niti alis. Virg. Æn. 4.
Alas premere. Cic. 2. Divin. c. 26.
Translate alæ *dicuntur ordines equitum et interdum etiam peditum.*
Alæ præficere. Ph. 3. 42.
ALACRITAS *est animi vigor, vel animi erectio, vel lætitia gestiens. Vel est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquam.*
Alacritatem afferre. Or. 3. 191.
——— addere. At. 252.
Alacritate mira esse. At. l. 2. ep. 7.
Alacritatem eripere. At. 326.

Alea *est omnis ludus magna ex parte in fortunæ varietate consistens: sed proprie dicitur de tesseris. Ponitur etiam translate pro fortuna, pro dubitatione, et periculo.*
In aleam provocare. Plautus in Curcul. 2. 3. 76.
Res in aleam dare. Liv. l. 42. c. 59.
Aleæ tempus tribuere. Or. 2. 188.
Aleam adire. Var. R. R. l. 1.
Aleæ indulgere. Suet. Aug. c. 70.
Alea se oblectare. Id. Domit. c. 21.
Aleam ludere, et in alea. Apud J. C.
Alea ludere. Or. 3. 171. .
In aleam ire. Liv. l. 1. c. 23.
Subire aleam. Colum. l. 3. c. ult.
Extra omnem ingenii aleam poni. *Id est, extra omnem dubitationem, et extra omne periculum, ut aliquis ei ingenio præferatur.* Plin. in Præfat.
Alienatio, *est disjunctio, separatio.*
Alienationem facere. Rh. 210.
Allevatio, *vel allevamentum, est doloris et molestiæ mitigatio, vel diminutio.*
Allevationem sperare. Fam. 126.
Altercatio *est concertatio, studium contentionis, jurgatio, genus litigandi in judicio.*
Ad altercationem redire. At. l. 1. ep. 3.
Altercationes facere. At. l. 4. ep. 12.
Altercationem oriri. Ph. 2. 5.
———— fieri. At. 61.
———— habere. Rh. 179.
Altercatione diem consumere. Fam. l. 1. ep. 2.
Altitudo *est proprie rei alicujus sublimitas, ut altitudo turris, ædificii, arboris. Ponitur etiam pro profunditate, ut altitudo fluminis, vel maris. Translate pene idem est, quod magnitudo, ut* altitudo animi. in Altitudinem deprimere. Or. 1. 249. .
Ad infinitam altitudinem desidere. Ph. 2. 100. .
Altitudinem animi exercere. Ph. 3. 18.
Alvus *est, quo diffluunt stomachi sordes, et excrementa, complexio scilicet intestinorum, et cibi potionisque receptaculum. Alvo interdum Latini abutuntur pro utero: ut* fœtum alvo continere. Cic. l. 1. Divin. c. 20. in alvo gestare. Plaut. Sticho 2. 1. 5.
Alvum movere. Cato de re rustica.
——— bonam facere. Idem.
——— mollire, exonerare, inanire, laxare. Plin. var. loc.
——— solvere. Cels. l. 1. c. 3. Adstringere. Id. *Ib.*
——— ire, pro laxari, vel solvi. Cato R. R. c. 157.
——— descendere, eodem sensu. Cels. l. 2. c. 7.
Amator *est cultor, observator. In bonam vero, et in malam partem accipitur. De quo nomine ita scribit Donatus. Aliud est* Amator, *aliud* Amicus. Amator, *qui ad tempus,* Amicus, *qui perpetuo amat.*
Amatorem se rei alicujus profiteri. Ph. 2. 204.
Amatorem invenire. At. 4.
Ambiguum *idem est quod dubium.*
Ambiguum aliquid habere. *Fam.* 173. Servare in ambiguo. *Hor.* l. 1. ep. 16. Esse in ambiguo. Plaut. Trin. 2. 4. 193.
Ambitio *est studium, cupiditasque honorum: vel est ipsa ambiendi actio.*
Ad ambitionem nimiam mores incumbere. L. 1. ad Q. F. ep. 1.
Ambitione labi. In Brut. 244.
Ambitionem relegare. Hor. l. 1. Sat. ult.
Ambitione laborare. Id. l. 1. Sat. 4.
———— carere. Id. l. 2. ep. ult.
Ambulatio *interdum pro loco, in quo ambulamus, ponitur, interdum pro ipsa inambulationis actione est; ut* Ambulationem conficere. 5. Fin. 1.
In ambulationem venire. 1. de Or. 28.
Ambulatio plana, recta, pensilis, tecta, aperta. Cic. Cels. Plin. Sen.
Amentia *est insania, vel furor.*
Amentiam injicere. Or. 3. 118. .
In amentiam incidere. Or. 1. 190.
Amentia præditus. Or. 1. 129.
——— præceps. Or. 1. 260. et al.
——— rapi. Fam. 261.
——— flagrare. Or. 2. 20.
Amicitia *est benevolentiæ conjunctio, et familiaritas.*
Amicitiam appetere. Ph. 3. 105.
———— expetere. Ph. 3. 102. et al.
———— oriri. Ph. 3. 101. et al.
———— parare. Ph. 3. 106.
———— comparare. Ph. 3. 107. et al.
Amicitiæ fores aperire. Fam. 208.
Amicitiam conciliare. Ph. 3. 103. . 114. .
———— parere. Ph. 3. 99.
———— illicere. Ph. 3. 105.
———— attrahere. *Ibid.*
———— contrahere. *Ibid.*
———— gignere. Ph. 3. 99. .
———— jungere. Or. 3. 148. .
———— conjungere. Or. 2. 26. .
Ad amicitiam, *vel* in amicitia aliquem sibi adjungere. Fam. 64. Ph. 2. 208.
Amicitiam conjugare. Fam. 3. 12. .
———— conglutinare. Ph. 3. 102. . et al.
———— instituere. Fam. 39. et al.
———— fingere. Ph. 3. 105.
Ad amicitiam se alicujus conferre. Fam. 103. et al.
———— alicujus se applicare. Or. 2. 109.
———— alicujus adrepere. Or. 1. 183.
Amicitiæ indulgere. Ph. 3. 106.
In amicitiam venire. Or. 1. 209. .
———— incidere. Ph. 3. 104.
———— accipere. At. 37.
———— recipere. At. 35.
Amicitia implicari. At. 19.
Amicitiam cum aliquo habere. Or. 3. 27. .
———— esse alicui cum aliquo. Fam. 12. . 165. . et al.
———— esse in aliquibus. Ph. 3. 99.
———— incipere. Terent. And. 3. 3.
———— gerere. Fam. 38.
———— colere. Ph. 3. 102. 106. et al.

Amicitiam esse inter aliquos. Ph. 3. 99..
——— crescere. Ter. And. 3. 3.
——— accrescere. Ibid.
——— serpere. Ph. 3. 112.
——— confirmare. Fam. 32. . 103. et al.
vel firmiorem reddere, *vel* facere. Fam. 208.
In amicitia provehi. Ph. 3. 102. .
Amicitiam servare. Ph. 3. 101.
——— retinere. Fam. 266.
——— continere. Ph. 3. 99.
——— manere. Ph. 3. 103. . et al.
——— permanere. *Ibid.* 102. . 110.
In amicitia manere. Or. 1. 252.
Amicitiam cadere. Ph. 3. 106.
——— violare. Fam. 42. et al.
——— labefactare. Ph. 3. 102.
——— levare. *Ibid.* 110. .
——— evertere. Ph. 1. 81..
——— tollere. Ph. 3. 105.·. 107. .
——— extinguere. *Ibid.* 110. .
——— præcidere. *Ib.* 24.
——— dissuere. *Ib.*
——— dirumpere. *Ib.* 112.
——— discindere. *Ib.* 110. .
——— dissolvere. *Ib.* 102.
——— dissociare. *Ib.* 110.
——— fugere. *Ib.* 104. .
——— spernere. *Ib.* 106. .
——— negligere. *Ib.* 108.
Ab amicitia se removere. *Ib.* 110.
Amicitias in inimicitias converti. *Ib.*·.
Amicitiam dimittere. *Ib.* .
——— deponere. *Ib.* .
Amictus, us, ui, *id, quo vestimur.*
Amictui esse. Ph. 1. 246.
Amictum alicujus imitari. Rh. 117.
——— mutare. Tibull. Lib. 1. El. 8.
——— ex humeris rejicere. Virg. lib. 5. Æneid.
Amiculum *genus est vestimenti a circumjectu dictum.*
Amiculo amiciri. Ph. 2. 138.
Amiculum detrahere. *Ib.* 76.
Amicus. *Benevolus, necessarius, benevolentia conjunctus. Dicitur autem a Latinis utrumque,* sum amicus tuus, et sum amicus tibi.
Amicum aliquem alicui reddere. Fam. 251. et al.
——— aliquem alicui facere. Ph. 3. 11. . et al.
——— acquirere. Ph. 3. 115.
——— eligere. *Ib.* 108.
——— deligere. *Ib.* 112.
——— ascribi. Ph. 1. 240.
——— aliquem esse alicui. Ph. 3. 97. 107. et al.
In Amicis esse alicujus. Or. 3. 30.
Amicum habere. Ph. 3. 103. 106. . et al.
——— colere. *Ib.* 112.
Amicos retinere. Or. 1. 10. .
Amico orbari. Ph. 3. 97.
Amnis *fluvium significat.*
Amnem sedatum fluere. In Orat. c. 12.
——— incitatiorem ferri. Ibid.
Amni vorticoso deferri in. Liv. l. 21. c. 5.
Trajecto amni. Ib. c. 27.
Amnem in alium cursum contorquere, vel deflectere. Ph. 2. 88.
Amœnitas *est jucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur.*
Amœnitatem quærere. Plin. in præf.
——— suppeditare. At. 320. .
——— sequi, *pro oblectari amœnitate.* Ph. 2. 169..
Amor, *est benevolentia, gratia, studium, pietas. In plurali numero sæpe pro deliciis accipitur. Cum pro re grata sumitur, usurpatur etiam in singulari numero ; ut apud Cicer. in Verrem:* Quæ Civitas tibi una in amore atque in deliciis fuit.
Amorem excitare. Ph. 1. 75. . et al.
——— conciliare. Rh. 127. et al.
——— inflammare. Rh. 101.
——— nasci. Fam. 200.·.
——— oriri, *vel* exoriri. Ph. 3. 105.
——— proficisci. Fam. 216.
——— progredi. Ph. 3. 103.
——— suscipere. Fam. 143.
Amore capi. Or. 2. 20. et al.
Amorem habere. Fam. 133. et al.
Amore conjungi. Ph. 1. 239.
——— prosequi. Fam. 256.
——— esse. *Id est, amore prosequi.* At. 41.
——— extare in aliquem. Or. 2. 199..
——— ardere. Or. 1. 132. et al.
——— flagrare. Ph. 1. 125.
Amori servire. Or. 2. 106.
Amorem colere. Fam. 89.
——— fovere. At. 319..
——— augere. Fam. 133. . 243. et al.
——— confirmare. Ph. 3. 101.
——— servare. Fam. 182.
Amore residere in aliquo. Fam. 62. .
Amoris summa vincula esse alicui cum aliquo. Or. 2. 264.
Amorem præ se ferre. Fam. 18. .
——— testificari. Fam. 19.
——— demonstrare. At. 291..
Amori respondere. Fam. 256.
In amore respondere. At. 273.
Amorem perspicere. Fam. 18.
——— interrumpere. At. 54.
Ab amore avertere. *Ib.* 144.
De amore detrahere. Fam. 55.
Amorem exhaurire. At. 36.
——— abjicere. Or. 3. 175.
——— deponere. Ph. 3. 102..
——— dirimere. *Ib.* 102. .
——— ex animo ejicere. Or. 1. 7.
Amplitudo *est potentiæ, aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.*
Amplitudinem tradere. Or. 2. 127.
——— illustrare. Fam. 6.
Ad amplitudinem pervenire. Rh. 191.
Amplitudinem esse in aliquo. Or. 1. 19.
——— retinere. Fam. 4. .
Anchora vel Ancora *est instrumentum ferreum, quo naves in litore fundamus, retinemusque.*
Anchoram solvere. At. 7.
——— præcidere. Or. 1. 253..

Anchoram jacere. Cæs. l. 4. B. G. c. 28.
——— tollere. *Id.* l. 1. B. C. c. 31. vellere. Liv. l. 32. c. 19.
In anchoris tenere. *Nepos.* Expectare. *Cæs.* Stare, *Flor.* Commorari, *Hirtius.* Consistere, Cæs. l. 3. B. C. c. 28. et 102.
ANGOR, oris, *est ægritudo premens.*
Angorem capere. Ph. 3. 105..
Angore implicari. Ph. 1. 228..
Angori se dare, *vel* dedere. Ph. 3. 33.
Angore confici. *Ib.*
Ab angore se abducere. Fam. 70.
Ab angoribus vacuitas. Ph. 3. 15.
ANGUSTIA *ab angusto venit. Est autem angustia non magis loci, quam rerum aliarum. Unde pro tenuitate, et exiguitate fortunarum, reique familiaris ponitur.* In Angustias adducere. Or. 1. 3.
In angustias compellere. Ph. 1. 28.
Ex angustiis educere. Rh. 154.
Angustias sustentare. Fam. 264.
ANHELITUS *est spiritus emissio. Quod nomen non solum de homine dicitur, sed de rebus etiam aliis multis.*
Anhelitum fieri. Ph. 2. 132.
——— moveri. *Ib.* 261.
——— ducere. Plaut. Asin.
ANIMA *interdum pro flatu accipitur, quam pulmone haurimus, vel emittimus. Præter hanc significationem, anima est nescio quid vis cœlestis, qua vivimus, movemur, et rationis participes sumus.*
Animam ducere. Ph. 2. 53. 54.
——— ducere ex aere, *vel* de cœlo. Rh. 206. et al.
——— accipere. Virg. lib. 4. Æneid.
——— arripere. Ph. 2. 65.
——— continere. Rh. 108.
——— comprimere. Terent. Phorm. 5. 6.
——— fœtere. Plaut. Asin.
——— edere. Or. 3. 22.
——— agere *pro mori.* Or. 1. 48.. Fam. 123.
——— efflare. Or. 3. 111.
——— amittere. Rh. 38.
——— projicere. *idest vitam.* Virg. 6. Æn. 436.
——— alicui adimere. Plaut. Mil. 3. 1. 137.
——— auferre, Virg. 9. Æn. 443. Eripere, Ovid. 6. Met. 540.
——— relinquam potius, quam &c. Ter. Adelph. 3. 4. 52.
ANIMADVERSIO *est consideratio, et judicium: ut res animadversione digna. Vel est punitio, et supplicium.*
Animadversionem suam ad aliquid excitare. Ph. 3. 21.
——— remittere. *Pro condonare.* Fam. 66.
ANIMUS. *Varias significationes habet.*
Cum ad benevolentiam, vel malevolentiam refertur.
Animo esse erga aliquem. Fam. 18. 33. et al.
Animum alicui debere eum, ut &c. Fam. 10.
Animum habere. Ph. 3. 101. Fam. 146.
——— conciliare. Rh. 96. et al.
——— amplecti. Fam. 74.
——— confirmare. Fam. 13.
——— immutare. Fam. 62.
——— reconciliare. At. 96.
——— recolligere. At. 3.
Pro consilio, vel deliberatione.
In animum inducere. Fam. 53. At. 228. et al..
Animum suscipere. Or. 2. 5.
——— in aliquo esse. Fam. 12.. et al.
In animo esse. Fam. 12.. et al.
——— habere. Fam. 55.. 154. et al.
Animo volvere. Catull.
Cum animo statuere. Or. 1. 168.
Apud animum statuere. Liv. Dec. 1. lib. 6. *vel* proponere. Fam. 50..
Animo lustrare, *vel* perlustrare. Rh. 233.
——— intueri. Ph. 1. 60..
——— perspicere. Or. 1. 97.
Ex animo excidere. Or. 3. 78. *vel* discedere. Ph. 3. 126.
Animus *pro mentis fortitudine, vel infirmitate.*
Cum Adjectivis in bonam partem.
Animo solutiore velim hæc aliquando scribere. At. 173.
——— virili acta res est. At. 236.
Animi magni fuit, non esse supplicem victori. Fam. 54.
Animo magno, ac forti istam rem te agere existimo. At. 130.
Animus amplus, et excelsus, et patiens incommodorum. Rh. 62.
——— stabilis, et firmus, et magnus. Ph. 1. 96.
——— acer, et præsens. Rh. 116.
Id in maximis ingeniis, altissimisque animis et existit maxime, et apparet facillime. Ph. 1. 155.
Animus robustus, et excelsus omni liber est cura, et angore. Ph. 1. 59.
Cum Substantivis in bonam partem.
Animi magnitudine, et constantia præstantissimus. Fam. 13..
——— altitudo quid a te flagitet, tu videbis. Fam. 57.
——— tui firmitudinem, gravitatemque perspexi. Fam. 69.
Quantum in cujusque animo roboris est, atque nervorum. Fam. 78.
Ignorant, quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeat. Or. 3. 16.
Animi robore incredibili septus. Or. 3. 121.
Quis hoc robore animi, atque hac indole virtutis, ac continentiæ fuit, ut respueret omneis voluptates? Or. 3. 45.
Animi amplitudo, et quasi quædam exaggeratio quam altissima, una est omnium rerum pulcherrima. Ph. 1. 188.
——— celsitas, et magnitudo est secundum naturam. Ph. 3. 56..
Cum Verbis in bonam partem.

Animum afferre. At. 111.
——— efferre. Or. 2. 241.
Animos tollere. Or. 3. 270.
Animum erigere. Ph. 2. 175.
——— excitare. Ph. 3. 107.
——— redintegrare. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— reficere. Quint. lib. 4. cap. 1.
——— relevare. Ter. Adelp. 4. 3.
——— revocare. Rh. 127. Or. 2. 175.
——— renovare. Rh. 47. 68. 127.
——— expedire. Liv. Dec. 4. lib. 8.
——— firmare. Virg. Æn. lib. 3.
——— dare. Fam. 13.
——— addere. At. 100.
——— augere. Fam. 178.
——— accedere alicui. At. 79.
——— habere. Fam. 174. At. 112. et al.
——— fortem habere. Fam. 90.
Animo forti esse. Fam. 5. 91.
——— stare. At. 78.
Animum adhibere. Fam. 79.

Cum Adjectivis in malam partem.

Ita Romam erat nunciatum cum paucis inermibus perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium. Fam. 173.
Illud pusilli animi, et ipsa malevolentia jejuni, atque inanis est. Fam. 29.
Animo humili non id faciam. At. 105.
Animi afflicti, et fracti id non fuit. At. 195.
Sæpe in quibusdam est animus abjectior, et spes amplificandæ fortunæ fractior. Ph. 3. 107.
Animo sum perculso, et abjecto. At. 40.
Consul parvo animo, et pravo. At. 7.
Incertus animi, fluctuans animo. Liv. l. 1.
Animus, qui in dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est. Fam. 77.
Animo teneriore mihi videbare. *Ib.*
——— fracto, et demisso eum fuisse dictitant. Fam. 13.
Nulla unquam fuit liberis amissis tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit. Fam. 72.
Si quis existimat me aut debilitata virtute, aut animo fracto esse, errat vehementer. Or. 2. 202.
Non modo non fracto animo est propter calamitatis magnitudinem, sed confirmato, atque renovato. Or. 2. 202.
Me animo nimis fracto esse, atque afflicto loquebantur. At. 199. Or. 2. 232.
Non tam parvi animi esse videmur, ut, &c. Or. 2. 191.
Animi angusti, et demissi erat, triumphi honorem contemnere. Or. 3. 91.
Ut quosdam nimis jejuno animo, et angusto monerem. Or. 3. 261.

Cum Substantivis in malam partem.

Ridicula est illa animi debilitas. Ph. 1. 59.
Si humanitas appellanda est in acerbissima injuria remissio animi, ac dissolutio. Fam. 61.
Turpis est, et indignus homine languor tantus animi. Ph. 1. 243.

Cum Verbis in malam partem.

Animum frangere. Fam. 245. et al.
——— minuere. Seneca in Medea.
——— adimere. Plaut.
——— contrahere. At. 290. et al.
——— inflectere. Fam. 8.
——— demittere. Ph. 1. 135. At. 290.
Animis cadere. Ph. 3. 100. et al. *vel* concidere. Ph. 2. 133.
Animo deficere. At. 48.
——— consternari. Cæs. de B. G. lib. 7. c. 30.
Animum deesse. Fam. 241. et al.
——— despondere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
ANNALES *appellant Latini memoriam publicam, monumenta vetustatis.*
——— conficere. Rh. 175.
——— conscribere, *vel* scribere. Rh. 271.
Annalibus mandare. Rh. 177.
ANNONA. *Accedit annona ad commeatus significationem, non ea quidem parte, qua commeatus pro facultate a militia recedendi ponitur; sed ea certe, qua pro cibariis accipitur. Quanquam ne ea quidem parte omnino cum commeatu convenit, sed tantum affinis est. Nam vix* annonam Exercitus *dici reperias: ut raro* commeatus Urbis *dicitur. Quidam vero annonam rem frumentariam dici volunt.*
Annonam ingravescere. Or. 2. 215.
——— levare. Or. 3. 115.
——— commutare. Or. 2. 116.
ANNULUS. *Nota est significationis hoc nomen.*
Annulum induere. Ph. 3. 59.
——— detrahere. *Ib.*
ANNUS. *Spatium est temporis, quo Sol suum totum conficit, et peragrat orbem.*
Annum intercedere. Rh. 116.
——— agere. Ph. 3. 83.
——— conficere. Rh. 214. et al.
——— habere. *duplici significato Latini dicunt ut apud Ciceronem pro Milone:* Ut haberet ad Præturam gerendam, hoc est ad evertendam Rempub. plenum annum atque integrum. *Id est, ut si annus, vel anni spatium integrum daretur ad Rempub. vexandam, et opprimendam. Sed aliter aliquando capitur, et dicitur aliquis* annos viginti habere, *qui annos viginti natus est.*
Annus vertens *dicitur, cum ad finem inclinatus redit.* Pro Quint. 40.
Annum abire. Or. 3. 19.
——— exire. Ph. 2. 91.
——— esse, cum &c. *Ph.* 3. 49. *Ubi* Tertium, Quartum, Quintum, Sextum, *et similia potes adjungere :* ut, Annus tertius est, cum Tholosa propter pestium quarundam importunitatem excessi.
ANSA. *Ansam proprie poni scito pro parte, qua vas, aut quidvis aliud teneri solet. Translate vero usurpant Latini pro caussa, vel occasione.*
Ansam dare. De Amic. 60. *Pro occasionem, vel caussam præbere.*

Ansam quærere. Plaut. Pers. 4. 4.
——— habere. Pro Planc. 84.
——— retinere. Pro Cæc. 18.
ANTIDOTUM *est remedium, compositio ex variis medicinis, quæ datur contra venena, alioqui nocitura. Et perinde sonat, ac si dicas,* contra datum.
——— dare. Quint. lib. 7. cap. 3.
Pro Antidoto dare. Plin. lib. 32. cap. 4.
Antidotum conficere. Caius Dig. l. 12. t. 1.
——— venditare. Phædr. l. 1. f. 14.
ANTIQUUS. Antiquum *pro vetere vulgo poni solet. Eleganter tamen* Antiquior, *et* Antiquissimus *pro caro sumitur.*
Antiquius nihil habere, quam &c. At. 38..
——— ducere. Suet. Claud. c. 11.
Antiquissimum aliquid habere. 2. ad Q. Fr. 1.
Antiquius, *vel* antiquissimum esse. 1. ad Q. Fr. 1.
——— aliquid existimare. Phil. 13. 6.
APPARATUS, us, ui, *est apparatio, instrumentum, magnificentia.*
Apparatum habere: *ut Cicero in Brut.* Præcepta, quæ majorem apparatum habent. Rh. 189.
Apparatu magno aliquem accipere. Ph. 3. 126.
APPETENTIA *est nomen formatum ab* appetens. *Idem quod* appetitus; *sed* appetitus *frequentius est: et in quibusdam videntur habere usum diversum. Nam* cibi appetentiam *potius dixeris, quam* appetitum.
Appetentiam efficere. Ph. 1. 212.
——— facere. Plin. l. 19. c. 8.
APPETITUS, us, ui, *est immensa, et immoderata cupiditas. Quod nomen corporis, et animi est.*
Appetitum dare. Ph. 2. 50.
——— habere. Ph. 2. 95. Ph. 3. 35.
——— contrahere. Ph. 3. 21.
——— sedare. *Ib.* 21.
APPROBATIO *est activæ, et passivæ significationis. Active sumitur, cum est approbatio, per quam id, quod breviter expositum est, rationibus affirmatum, probabilius et apertius fit. Passive ponitur, cum significat assensionem, vel comprobationem.*
Approbationem movere. Ph. 3. 20.
Approbatione judicare. Rh. 181.
AQUA *est humor, et elementum satis notum.*
Perfundere aliquem aqua. Ver. 1. 67.
Aquam colligere. At. 318.
——— ducere. At. 317. *vel* deducere. Ph. 2. 122..
——— haurire. Ph. 2. 114. *vel* trahere. 2. de N. D. 25.
——— frigidam suffundere. Plaut. 1. 1. 35.
——— hærere. *At.* 310. *id est in re difficili versari.*
ARA *est altare, focus, pulvinar.*
Aram dicare. Or. 2. 240..
——— consecrare. Ph. 2. 123.
Ad aram confugere. Or. 1. 50. et al.
Ab aris projicere. Or. 2. 197..
Pro aris, et focis certare. Ph. 79.
ARATIO *modo actionem arandi significat; modo rem ipsam. Id est, agrum aratum, vel agrum ad arandum aptum et idoneum.*
Arationes serere. Or. 3. 179..
——— deserere. Or. 1. 199..
——— relinquere. Or. 1. 153. 199..
ARATRUM *est, quo terram aramus.*
——— circunducere. Or. 3. 179..
Aratro terram perstringere. Or. 2. 79..
Aratrum extrahere. Ph. 2. 58.
ARBITER *idem est, quod præsens, testis, disceptator domesticus, honoraria amici opera.*
Arbitris remotis aliquid agere. *Id est, nullo præsente.* Ph. 3. 74.
Ab arbitris loca remota. Or. 1. 252. *vel* libera. At. 246.
Arbitrum postulare. Or. 1. 288.
——— capere. Terent. Heaut. 3. 111.
——— sumere. Or. 1. 46..
——— dare. Ph. 2. 166.. et al.
——— statuere. At. 237.
——— esse ad aliquid. Or. 1. 46..
Arbitro aliquo ad aliquid uti. Fam. 215.
ARBITRATUS, us, ui, *idem est quod voluntas.*
Arbitratu suo aliquid agere. Rh. 93. Fam. 95. et al.
ARBITRIUM. *Generaliter arbitrium pro voluntate, vel libidine accipitur.*
Arbitrio alicujus aliquid facere. Fam. 54. At. 115. et al.
Ad arbitrium alicujus aliquid agere. Rh. 22. 115. 199. et al.
——— alterius rem conferre. Fam. 17. 177.
——— revocare. At. 275.
Arbitrium tuum sit ejus orationis custodiendæ, aut proferendæ. At. 243.
ARBOR, *est, ut Olea, Ficus, Vitis.*
Arborem frondere. Colum. lib. 5. cap. 9.
——— luxuriare. Colum. lib. de arb. cap. 11.
——— decorticare. Plin. lib. 16. cap. 39.
——— delibrare. Colum. lib. 4. cap. 24. lib. 5. cap. 6. lib. 12. cap. 56.
——— gemmare. Rh. 157.
——— gemmas agere. Columel. lib. 5. cap. 10.
——— germinare. Colum. lib. 5. cap. 9.
——— folia agere. Colum. lib. 5. cap. 9.
——— florere, vel florescere. Ph. 2. 83..
——— deflorescere. Col. lib. 2. cap. 12.
——— extirpare. Colum. lib. 2. cap. 2.
——— serere. Ph. 3. 81. 89.
——— metare. *Id est disponere.* Plin. lib. 18. cap. 33.
Arbores in quincuncem disponere. Ph. 3. 89..
——— circunfodere. Colum. lib. 11. cap. 2.
——— ablaqueare. Colum. lib. 11. cap. 2.
——— aggerare. Colum. lib. 11. cap. 2.

Arbores operire, *vel* adobruere, *pro aggerare.* Colum. lib. 11. cap. 2.
——— surculare. *Id est surculos arboribus adimere.* Colum. lib. 5. cap. 9.
——— insecare. Colum. lib. 12. cap. 47.
——— attondere. Plin. lib. 15. cap. 1.
——— interradere. Colum. lib. de arbor. cap. 19.
——— interlegere, *vel* manibus carpere. Virg. lib. 2. Georg.
——— decacuminare. Colum. lib. 5. cap. 6.
——— castrare. Colum. lib. 4. cap. 32.
——— disrarare. *Id est intercidere.* Colum. lib. 4. cap. 32.
——— putare. Colum.
Arborem exturbare. Colum. lib. 4. cap. 31.
——— interlucare. *Id est* resecare. Plin. lib. 17. cap. 23.
Arbores cædere. Ph. 2. 115.
Arborem detruncare. Varro.
Arbores transferre. Plin. lib. 17. cap. 11.
——— inserere. Rh. 184.
——— inoculare. *Id est inserere.* Colum. lib. 5. cap. 11.
Arca *est armarium, vel capsa.*
Arcam ex materia aliqua facere. Ph. 2. 126.
In arcam servos conjicere. Or. 3. 113.
In arca argentum ponere. Rh. 222.
*Arcæ alicujus confidere. At. 5.
Arcus *est, quo sagittæ emittuntur. Ponitur etiam pro fornice. Dicitur præterea arcus in nubibus, quam* Irim *Poetæ appellant.*
Arcum intendere. Or. 3. 6. Ph. 3. 84. .
——— adducere. Virg. 5. Æn. 507.
——— incurvare. Id. Æn. 5. v. 500.
——— dirigere. Pers. sat. 3. v. 60.
——— remittere. Hor. l. 3. od. 27.
Ardor *est tam translatæ quam propriæ significationis.*
Ardore conflagrare. Or. 2. 192. .
Ardorem defendere. *Id est propulsare.* Ph. 3. 88.
——— restinguere. Ph. 1. 58.
——— extinguere. Fam. 89.
Argentaria, *est mensa, tabernave Argentariorum : vel est functio, et officium Argentarii.*
Argentariam facere. *Id est exercere.* Or. 1. 267. . 269. et al.
——— dissolvere. *Id est argentariam desinere exercere.* Or. 1. 287.
Argentum *proprie est ipsum metallum. Ponitur etiam pro numo argenteo.*
——— factum. Or. 1. 248.
——— signatum. *Ib.*
——— cudere. Terent. Heaut. 4. 4.
Argento emungere aliquem. Terent. Phor. 4. 4.
Argumentatio *est inventum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessariè demonstrans.*
Argumentationem quærere. Or. 1. 35.
——— invenire. Rh. 122. .
——— concludere. Rh. 53.
Argumentum *est indicium, rei quasi quædam nota, vel ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, et quæ, quod est dubium, per id, quod dubium non est, confirmat. Vel est probabile inventum adfaciendam fidem. Vel est ficta res, quæ tamen fieri potuit, et quæ secundum naturam sit ; hoc est, veri similis, qualia sunt argumenta Comœdiarum. Per metaphoram argumentum aliquando pro materia ponimus.*
Argumentum componere. At. 240.
——— proponere. At. 144.
——— afferre. Ph. 2. 61. .
——— relinquere. Fam. 19. .
——— dare. At. 313.
——— nasci. Fam. 265. .
——— esse. Or. 1. 7. 51. et al.
Argumento esse. *Dicitur res argumento esse, quæ probat, vel quæ caussam dat.* Fam. 145. At. 167. . et al.
Pro argumento esse. Liv. Dec. 3. lib. 5.
Argumentum ducere. Rh. 123. .
——— colligere. Rh. 137. . et al.
——— arripere. Rh. 128. .
——— accipere. Or. 1. 112.
——— habere. *Et res, et persona dicitur argumentum habere : res, ex qua scilicet ducitur argumentum ; persona, cui argumentum suppetit.*
Argumento uti. Fam. 135. et al.
Argumentum dilatare. Ph. 3. 116.
——— astringere. Ph. 1. 193.
——— premere. Ph. 1. 167.
Argumento egere. At. 136. .
Argumentum alicui deesse. At. 140. .
Argutia, *Argutiæ sunt acute, aut malitiose dicta, factave.*
Argutias habere. *Id est, argutum esse.* Rh. 179. .
Arma. *Non solum hoc nomine bellica, sed etiam omnium fere artium instrumenta intelliguntur ; ut Agricolarum, Nautarum, Fabrorum, Pistorum, Coquorum, et similium. Arma vero bellica, sunt instrumenta omnia, quibus in bello utimur.*
Arma parare. Salust. in Catil.
——— facere. Or. 3. 98. .
——— movere. Virg. 12. Æn. 6.
Ad arma vocare. Rh. 120. . Or. 2. 94. .
——— conclamare. Liv.
——— stimulare. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— concitare. Cæs. de B. G. lib. 7.
Arma dare. At. 1. 105. Or. 3. 170. .
Armis instruere. Salust. in Catil.
Ad arma descendere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— venire. At. 106. Or. 207. .
——— concurrere. Cæs. de B. G. lib. 5.
Arma capere. Or. 2. 94. .
——— sumere. Fam. 84. . Or. 3. 191. et al.
In armis esse. Fam. 240. . At. 17. . et al.
Arma tentare. Salust. in Jugurt.
——— conferre. Liv.
——— tradere. Nepos in Hamilc. c. 1.
Armis demicare. Id. in Miltiad. c. 1.
Arma tractare. Sen. in Troad. v. 775.
Armis experiri. Virg. 7. Æn. 235.

Arma sequi. Id. 6. Æn. 612.
—— inferre. Nepos in Annib. c. 2.
—— ferre. Ph. 3. 103. Fam. 66. et al.
Armis decernere. At. 105.
—— contendere. Sallust. in Jugurt.
—— disceptare. Fam. 48.. 58.
Ab armis discedere. Cæsar de B. C. lib. 1.
Arma abjicere. Fam. 79..
—— ponere. Fam. 79.. 144.. 145.
ARROGANTIA *est superbia, insolentia.*
Sermo arrogantiæ plenus. Pro Mur.
Arrogantiam minuere. At. 326.
Arrogantia uti. Cæs. l. 1. B. G. c. 46.
Arrogantiæ opinione laborare. Quint. l. 4. c. 1.
ARS *est ratio, vel facultas, vel via faciendi. Ponitur etiam pro præceptis, virtute, doctrina, disciplina, studio. Et poni potest tam in malam, quam in bonam partem.*
Artem a re aliqua proficisci. Rh. 42. 161.
—— parere. Rh. 215.
—— efficere. Rh. 100.. Ph. 1. 100..
Ad artem revocare. Rh. 112.
—— redigere. Rh. 100.. 121..
Artem tradere. Rh. 123. At. 295..
Artibus aliquem inficere. Ph. 1. 91..
—— tingere. Rh. 119..
—— instituere. Rh. 115..
—— instruere. Rh. 91. et al.
—— erudire. Fam. 8..
Artibus præditum esse. Or. 2. 187. et al.
Artes percipere. Fam. 104..
—— colere. Fam. 45.
In arte versari. Rh. 85. Ph. 3. 30..
Artem alicui extare. Or. 2. 190..
—— desinere. *Id est se abducere ab arte.* Fam. 95..
ARTERIA *est receptaculum sanguinis rarioris, et purioris commixti cum spiritu, natura pulsatilis.*
Arteriam lædere. Rh. 20..
—— micare. Ph. 2. 30..
—— acquiescere. Rh. 20.
ARTICULUS *diminutivum est* artus. *Et dicuntur articuli nodi membrorum. Per translationem dicuntur et sarmentorum, et segetum, et montium, et temporis, et orationis.*
Articulorum dolores habere. At. 4.
ARTIFICIUM *est opus, vel opera in arte posita. Sumitur etiam interdum pro ipsa arte.*
—— excogitare. Fam. 135.
—— componere. Rh. 116.
—— tenere. Fam. 205.
Artificio præesse. Ph. 1. 123..
Artificium tueri. Ph. 1. 90.
Artificio simulationis erudiri. Or. 2. 263..
Artificium tollere. Ph. 1. 36.
ARTUS, us, ui, *extremæ corporis partes sunt.*
Artubus omnibus contremiscere. Rh. 95.
Artus dolore ardere. Ph. 2. 84.
—— alicui vehementer laborare. Ph. 1. 188.
ARUSPICINA *est Hetruscorum disciplina, ars Extispicum.*
Aruspicinam colere. Ph. 2. 114.
Aruspicinam facere. *Eo modo dicunt Latini Aruspicinam facere, quo* Piraticam facere, Argentariam facere. Fam. 91..
ARX *est castellum, vel receptaculum.*
Arcem munire. Or. 2. 182. Or. 3. 97..
—— retinere. Rh. 134. Ph. 2. 122..
In arcem invadere. Fam. 11.
ASCENSUS, us, ui, *est ascendendi actus.*
Ascensum alicui ad aliquid esse. Or. 2. 253.. et al.
Ascensu prohibere. Cæs. B. G. lib. 5.
Ab ascensu repellere. Or. 2. 224.
ASPECTUS, us, ui, *tam activæ, quam passivæ significationis est: ut sit vel ejus, qui aspicitur, vel ejus, qui aspicit.*
Ad aspectum venustus. Rh. 219..
—— præclarus. Or. 1. 227..
Aspectu primo voluptatem capere. At. 101..
—— alicujus curam omnem considere. Rh. 165..
In aspectum adducere. Fam. 157.
—— proferre. Or. 2.. 88.
Aspectum contorquere, *vel* convertere. Ph. 2. 54..
—— referre. Or. 3. 77.
Sub aspectum venire. Rh. 141..
—— cadere. Ph. 2. 197..
Aspectum vitare. Or. 2. 100.. 181.
Aspectu privare. Fam. 54..
Aspectum amittere. Ph. 1. 163..
ASSENSIO *est approbatio, vel applausus.*
Assensionem captare. Rh. 52..
—— fieri. Ph. 2. 148..
ASSENTATIO *est adulatio, blanda vanitas, blandum mendacium.*
Ad assentationem eruditus. At. 293.
Assentationibus et blanditiis in alicujus consuetudinem se immergere. Or. 2. 24..
Assentatione gratiam alicujus aucupari. Fam. 68..
Assentationem recipere. Ph. 3. 114.
ASSENTATOR *est ad alterius voluntatem loquens.*
Assentatoribus aures patefacere. Ph. 3. 114.
ASSESSOR *est quasi secundarius Judex, qui juris dicendi caussa principi Judici assidet.*
Assessorem dare. Ph. 2. 100.
ASSEVERATIO *est affirmatio.*
Asseveratione omni affirmare. At. 212.
ASSIDUITAS *est opera quotidiana.*
Assiduitatem præbere. Or. 3. 151..
—— rei alicujus vitare. Rh. 27..
ASSIGNATIO.
Assignationes ratas esse velle. Fam. 207.
ASTRUM *idem est, quod stella.*
Astrorum cognitione excellere. Ph. 2. 99.
Astrum nasci. Ph. 2. 201.
—— redire. Ph. 3. 130.
Ex astris cadere, *vel* decidere: *Id est de gradu dignitatis dejici.* At. 36.
ATRAMENTUM *ab ipso colore atro dicitur: cujus triplex est genus, scriptorium scilicet, sutorium, et tectorium.*
Atramentum temperare. At. 316.
Atramento illinere. Plin. l. 35. c. 10.

Atriolum *est atrium minus.*
——— facere. At. 318.
Atrocitas *est crudelitas, vel immanitas.*
Atrocitatem habere. *Res dicitur atrocitatem habere, quæ est, vel videtur atrox.* At. 300. .
——— facti augere. Rh. 7. . 68.
——— levare. Or. 1. 9. .
Attentus *est diligens, diligentiam adhibens.*
——— in re aliqua. Or. 1. 102.
Attentum facere. Rh. 1. . 116. 138. .
——— tenere auditorem. Rh. 27. . Or. 1. 268. .
——— se præbere. Ph. 2. 60.
——— animum suum ad aliquid tenere. Ph. 3. 26.·.
Avaritia *est impotens aviditas, et opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens, et penitus insita.*
——— ardenti esse. Ph. 1. 98.
——— bona aliorum devorare. Or. 2. 225.
Avaritiam tollere. Rh. 124.
Auctio *est venditio, quæ in publico loco fit.*
Auctionem constituere. Or. 1. 22. et al.
——— facere. Fam. 236. At. 186. . et al.
Audacia *est confidentia, vel impudentia.*
Audaciam dare. Or. 3. 140.
Audacia armatus. Or. 2. 241. .
——— fretus. Or. 2. 153. .
Audaciam in aliquo esse. Ph. 3. 99.
——— comprimere. Fam. 245. .
Audientia *est ipsa, ut ita dicam, auditio.*
Audientiam sibi facere. *Id est conciliare.* Rh. 138. . Or. 1. 61.
——— a Præcone fieri. *Id est perfici per Præconem, ut populus præstet aureis.* Rh. 41.
Auditio *est actus ipse audiendi; vel rumor, et sermo dissipatus.*
Auditione. *Pro ex auditu. Apud Cic. in Verr. Act.* 6. Hoc solum auditione expetere cœpit, cum id ipse non vidisset. Or. 1. 224.
——— rei alicujus duci, pro oblectari. Ph. 1. 134. .
——— moveri. Cæs. de B. G. . lib. 4.
Auditionem de re aliqua accipere. Fam. 112.
Auditione et fama aliquid accipere. Ph. 2. 45.
Auditionem levem pro re comperta habere. *Id est temere rumori credere, vel fidem habere.* Cæsar de B. G. lib. 7.
Auditor *est is, qui audit.*
Auditorem conciliare. Rh. 208.
——— erigere. *Ib.*
——— se præbere attentum. Ph. 2. 60.
Auditores multos habere. Rh. 181. .
Auditus, us, ui, *idem est quod auditio, vel sensus audiendi.*
Auditu percipere. Rh. 7.
——— intelligere. Or. 3. 132. .
De re aliqua nihil habere præter auditum. *Id est præter dissipatum sermonem.* Ph. 3. 7. .

Augurium *est auspicium, autoritas rei bene gerendæ.*
——— agere. Ph. 2. 87. Ph. 3. 65.
——— dissolvere. Or. 3. 33.
Aviditas *est cupiditas, vel desiderium.*
Aviditatem aliquem tenere. At. 199.
——— esse in aliquo. Ph. 1. 91.
Aviditate rapi. Ph. 3. 40.
Aviditatem augere. *Ib.* 86. .
——— tollere. *Ib.*
Auris. *Latini aures pro aurium sensu sæpe usurpant cum quadam velut translatione.*
Aures arrigere. Terent. And. 5. 4.
——— erigere. Or. 1. 81. .
Aurem patefacere. Ph. 3. 114.
——— admovere. Teren. Phorm. 5. 6.
——— præbere. Or. 2. 194. .
Aures dare. At. 3. . *vel* dedere alicui. Or. 2. 190. et al.
——— patere. Fam. 37. et al.
In aures susurrare. At. 292. Or. 1. 257. .
Aures complere. Or. 2. 87. . *vel* implere. Rh. 208.
Auribus inculcare. Rh. 110.
Ad aures oggannire. Terent. Phorm. 5. 9.
In aureis immittere. Plaut.
Aures obtundere. Rh. 19. et al.
Ad aures pervenire. Or. 2. 169.
In aures influere. Ph. 3. 113. .
Auribus æquissimis alicujus uti. *Id est libenter audiri.* Fa. 111.
——— accipere. Rh. 103. et al. *vel* percipere. Fam. 54.
Aureis calere re aliqua. Or. 3. 272.
Aures offendere. Rh. 211. Or. 3. 141.
——— alicujus ab aliquo abhorrere. At. 329. .
——— claudere rei alicui. Ph. 3. 113.
——— peregrinari. *Id est animo præsenti non audire.* Or. 3. 107. .
Auribus dare. *Id est assentari.* Fam. 194.
——— lupum tenere. *Dicitur hoc proverbium in eos, qui ejusmodi negotio involvuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit.* Terent. Phorm. 3. 2.
Aurum.
——— habere. Ph. 3. 88.
——— cælare. Rh. 220. et al. *vel* signare. Ph. 2. 185.
Auspicium, *inquit Festus, ab ave specienda. Nam quod nos cum præpositione dicimus aspicio, apud Veteres* specio *dicebatur. Valla lib.* 6. Auspicium est vel a pastu avium, vel ab inspectione. *Hinc Livius lib.* 1. *c.* 15. Nisi aves addixissent. et *Ibid.* Nisi aves admisissent.
Auspicium agere. Ph. 2. 173. .
——— facere. Ph. 2. 124. . 125.
——— habere. *Ib.*·.
Auspicato *idem est, quod bono auspicio. Cui opponitur* vitio.
——— aliquid gerere. Or. 2. 124. et al.
Auctor *multas significationes habet. Aliquando enim totus in consilio dando versatur; et tunc pro suasore, impulsore, hortatore, monitore, consiliarioque ponitur: in qua sig-*

nificatione vel absolute, vel cum genitivo, vel cum dativo in orationem venit. Interdum ponitur pro machinatore, architecto, inventore, duce, adjutore, principe, effectore: et usu eodem est, quo superior significatio. Interdum pro scriptore est. Interdum pro eo, cujus auctoritatem, et fidem sequimur.

Auctorem esse alicui alicujus rei. Fam. 17.. 86.. et al.

Auctore aliquo uti. Fam. 10. 54.

Auctorem habere idoneum rei alicujus faciendæ. Or. 1. 196..

——— sequi. Fam. 14.

——— retinere. Fam. 2..

Auctoritas *idem est quod pondus, momentum, vis, fides, jus possessionis, opinio, judicium.*

Auctoritatem facere. Or. 2. 12.

——— afferre. Rh. 208. et al.

——— dare. Or. 1. 252. et al.

——— tribuere. Or. 2. 168.. et al.

——— constituere. Fam. 83.. Or. 1. 77.

——— adhibere. Ph. 3. 104..

——— alicui accedere. Ph. 2. 87..

——— habere. Fam. 2. 6.. et al.

——— alicujus valere apud aliquem. Ph. 3. 98. 104.. et al.

——— alicujus magnam esse apud aliquem. At. 244.

——— esse in aliquo. Or. 1. 18. et al.

In auctoritate poni. Ph. 3. 96.

Auctoritatem residere in aliquo. Ph. 3. 90.

——— tenere. *Ib.* 84..

——— obtinere. Or. 2. 87.

——— alicujus excellere. *Ib.* 149.

Auctoritate florere. Fam. 57.

Auctoritatem amplificare. Or. 2. 13.

——— violare. *Ib.* 253..

——— frangere. Ph. 1. 45.

——— imminuere. Or. 1. 213.. et al.

——— vincere. Fam. 83..

——— exterminare. Or. 3. 69..

——— abjicere. At. 16..

——— hebescere. Or. 2. 98.

——— hærere, *pro* manere. Or. 1. 67.

——— recuperare. Fam. 13.

——— adjungere. Ph. 2. 131..

——— ponere. Or. 2. 236..

——— interponere. Fam. 7. et al.

——— intercedere. Fam. 3.. 7. 242.

——— scribere. Fam. 6.. 117. *vel* perscribere. Fam. 3. 117.

——— suscipere. *Id est opinionem sequi.* Ph. 1. 45.

——— sequi. Fam. 47.. 79. 148. et al.

Auctoritati parere. Ph. 3. 104. Fam. 135.

Auxilium *est subsidium, præsidium, adjumentum, adminiculum.*

Auxilium petere. Fam. 62. Rh. 210. et al.

——— implorare. Rh. 121. At. 121. et al.

——— efflagitare. Or. 2. 194.

——— ostendere. Or. 2. 196..

——— mittere. Or. 3. 148.

——— ferre. Rh. 22. et al.

Auxilium adjungere. Or. 1. 37..

Auxilio esse. Rh. 2. Or. 2. 196..

Auxilium ab aliquo habere. Or. 3. 236.

Auxilio spoliare. Or. 2. 92.

——— orbare. Or. 2. 144.

B

Balbus *dicitur, cujus lingua hæret ita, ut ægre loqui possit.*

Balbum esse. Rh. 108. Fam. 23.

Balneum *est lavatio, ubi quisque privatim domi suæ lavabatur.*

——— calefacere. At. 24..

E balneo exire. At. 244.

Barba.

Barbam tondere. Ph. 1. 239..

——— demere. Ph. 2. 76..

——— radere. Plin. lib. 6. cap. 28.

——— ponere: *pro deponere.* Suet. in Calig. c. 5.

Barbaria, *vel* barbaries *dicitur morum asperitas, crudelitas, immanitas. Ponitur etiam pro vitio, quod male loquentes admittunt.*

Barbarie infuscari. Rh. 188..

Barbariem ex alicujus moribus delere. Or. 3. 63..

Basis *est sustentaculum, et inferior columnæ pars; sicut* epistylium, *superior.*

Basim facere. Or. 3. 224.

Bellicum *est ad bellum pertinens.*

——— canere: *id est belli signum dare.* Rh. 200.. et al.

Bellum *est dissensio hostilis, per quam arma moventur. Conjungitur autem vox hæc*

Cum Adjectivis.

Bellum teterrimum. Fam. 155.

——— maximum. Or. 2. 15.. At. 81. Or. 3. 73.

——— pestiferum. At. 132. 149. Fam. 47.

——— crudele. At. 139.

——— exitiosum. *Ib.*

——— acerbum. Or. 1. 157. Or. 3. 202..

——— durissimum. Or. 3. 55..

——— periculosum. Fam. 155. At. 290..

——— formidolosum. Or. 2. 15.. Or. 3. 92.

——— difficile. Or. 2. 189..

——— fœdum. Fam 48.. At. 117..

——— calamitosum. Fam. 93. At. 156..

——— exitiabile. At. 156..

Cum Verbis.

Bellum movere. Ph. 3. 8..

——— commovere. Fam. 132.

——— suscitare. Fam. 169.

——— excitare. Fam. 83. 87.. Or. 3. 133.. Ph. 3. 49.

——— concitare. Fam. 244.. Or. 1. 281.

De bello cogitare. Cæs. de B. G. l. 6.

Ad belli cogitationem sese recipere. Cæs. de B. C. l. 3.

Ad bellum animum intendere. Sal. in Jugurth.

In bellum mente, et animo insistere. Cæs. de B. G. lib. 6.

Belli consilium quærere. Cæs. de B. G. l. 8.

De bello consilium inire. Cæs. de B. G. l. 7.

Belli initium capere. Cæs. de B. G. l. 6.
——— initium facere. Sallust. in Catil.
Bellum conflare. Fam. 60. . Or. 3. 173. .
——— moliri. Liv. Dec. 1. l. 2.
——— parare. At. 132. 149. 155. . Fam. 261. Or. 3. 199. ·.
——— comparare. Or. 3. 183. . Fam. 260. . At. 156. .
——— instruere. Or. 2. 81. . 84. Or. 3. 255.
——— inchoare. Or. 3. 73.
——— inire. Liv. Dec. 1. lib. 4.
——— incipere. Sallust. in Catil.
In bellum incumbere. Cæs. de B. G. lib. 7.
Bello lacessere. Or. 2. 8. ·. Or. 3. 16. 75. .
——— tentare. Or. 2. 8. ·.
Bellum inferre. Ph. 3. 104. ·. Fam. 241. . At. 135. 152. et al.
——— intendere. Liv.
——— denunciare. Fam. 198. Ph. 3. 8. *vel* nunciare. Fam. 23.
——— indicere. Fam. 122. 176. Or. 1. 85. . 92. . 216. . et al.
Bello premere. Cæs. de B. G. lib. 4.
Bellum suscipere. Fam. 83. . 182. Or. 3. 173. . 200. et al.
——— sumere. Sallust. in Jugurt.
——— impendere. At. 81. 87. 91.
——— imminere. Liv. Dec. 1. l. 2.
——— nasci. At. 110. Or. 1. 282. . Or. 3. 164. . 173. .
——— oriri. Or. 3. 75. . 213. . Ph. 3. 17. . *vel* exoriri. Fam. 195. . Ph. 2. 102.
Belli initium nasci. Cæs. de B. G. l. 8.
Bellum exardescere. Or. 3. 137. .
——— esse. Fam. 83. . 187. 225. At. 113. . 117. 145. . et al.
——— existere. Or. 1. 237.
Bello ardere. Fam. 46. At. 95.
——— flagrare. Rh. 143. . At. 113. .
Bellum dare. Or. 3. 234. Or. 2. 152.
——— mandare. Liv. Decad. 1. lib. 5.
Bello præficere. Or. 2. 9. 17.
Bellum administrare. Rh. 102. . Fam. 155. . Or. 2. 263. . et al.
——— gubernare. Or. 3. 199. .
——— patrare. Sallust. in Jugurt.
——— facere. Or. 1. 92. 238. 239. 281. . et al.
——— gerere. Rh. 71. 168. . Fam. 57. 59. 169. et al.
——— ducere. Fam. 97. Att. 289. . Ph. 3. 67. .
——— componere. Fam. 165. .
——— attenuare. Or. 2. 9. .
——— imminuere. Or. 2. 9. .
——— depellere. Fam. 83. .
——— propulsare. Or. 3. 241.
——— dirimere. Liv.
——— restinguere. Rh. 42. Fam. 173. Or. 3. 202. .
——— extinguere. Fam. 157. . Or. 2. 255. Or. 3. 14. . 202. 273.
——— delere. Ph. 3. 97. .
——— profligare. Fam. 201.
——— conficere. Fam 66. ·. 124. 152. 173. . 178. . 186. . et al.

Bellum senescere. Liv. Dec. 3. lib. 8.
——— ponere. Liv. Dec. 1. l. 1. *vel* deponere. Ph. 2. 176. .
——— pace mutare. Sallust. in Catil.
Belli reliquiæ. Fam. 155. . 159. . At. 287. . Or. 3. 73.
——— scintilla. Fam. 152.
——— consilium renovare. Cæs. de B. G. l. 8.
Bellum instaurare. Liv. Decad. 1. lib. 6.
——— renovare. Fam. 52. . 186. . 201. . Or. 2. 9. et. al.
——— redintegrare. Fam. 172.
——— ex bello serere. Liv. Dec. 1. l. 2.
——— prorogare. Or. 3. 242.
——— trahere. At. 160.
——— alere. Fam. 157.
——— inflammare. Fam. 173.
——— renasci. Fam. 174. . At. 281.
——— redire. Liv. Decad. lib. 3.
Benefactum *idem est quod beneficium.*
Benefacta recte collocare. Ph. 3. 46.
Beneficentia *est benignitas, vel liberalitas.*
Ad beneficentiam conferri bona, vel pecuniam. Ph. 3. 14.
Beneficentiæ parere. Ph. 3. 19.
Beneficium *idem significat, quod benefactum, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus.*
Beneficio, *vel* beneficio tuo. *Id est tua operâ.* Or. 2. 49. . et al.
In beneficii loco petere. Fam. 172. . Or. 1. 191.
In beneficii loco deferre. At. 292. Or. 1. 114.
Beneficium deferre. Ph. 3. 10.
——— dare. Fam. 92. . 207. At. 133. . 162. 229. 277. . et al.
Pro beneficio dare. Fam. 116. .
Beneficium conferre. Or. 2. 203. Or. 3. 121. Ph. 3. 10. Fa. 223. .
——— tribuere. At. 93. . Or. 3. 62. 156.
Beneficia serere. Or. 2. 192. .
Beneficium ponere. Fam. 215. 223. . Or. 2. 171. .
——— collocare. Or. 1. 136. Or. 2. 130. . Ph. 3. 47. . 48.
——— figere. Or. 1. 246. .
——— inire. Terentius And. 5. 1.
Beneficiis ornare. Fam. 10. . At. 85. . Or. 2. 200.
——— afficere. Fam. 109. . 152. 203. . Or. 1. 254. et al.
——— aliquem complecti. Or. 2. 276. Or. 3. 77.
——— augere. At. 273.
Beneficium augere. Or. 3. 121. Fam. 216. 226.
Beneficiis devincire. Fam. 88. 206. . Or. 1. 252. .
——— obstringere. Or. 2. 237. 274. . Ph. 3. 47.
——— alligare. Or. 2. 276. .
——— obligare. Fam. 175. . 204. At. 321. et al.
Beneficia accipere. Ph. 3. 12. 10. Fam. 92. . 209. At. 141.
——— habere. Or. 3. 14. Ph. 2. 74.

Pro beneficio habere. At. 265.
In beneficii loco ponere. Fam. 246. Or. 2. 29.
Beneficia debere. Fam. 122.
——— sustinere. Fam. 20.
——— tueri. At. 245.
Beneficiis respondere. Or. 2. 209.
Beneficium reddere. Ph. 3. 10..
——— solvere. Fam. 122.
——— remunerare. Or. 2. 210. .
——— fœnerari. Ph. 3. 102.
Beneficia comedere. Or. 3. 238.
Beneficium interire. Plaut.
Benevolentia *est bona voluntas, vel amor.*
Benevolentiam captare. Rh. 2.
Ad benevolentiam aliquem allicere. Ph. 3. 42..
——— conciliare. Rh. 125.
Benevolentiam movere. Ph. 3. 39.
——— contrahere. Rh. 2.
——— conciliare. Fam. 56. . 135. Ph. 3. 49.. et al.
——— colligere. Fam. 135. . At. 301. et al.
——— ex aliquo loco reportare. At. 86.
——— conjungere. Ph. 3. 101.
——— adjungere. Or. 2. 134.
——— suscipere. Fam. 36. .
——— habere erga aliquem. Rh. 244. . Ph. 3. 10.
——— conferre erga aliquem. Fam. 146.
Benevolentia complecti. Fam. 90. .
Benevolentiam declarare. Fam. 45. 69. . 221.
——— præstare. Fam. 40. . 55. . 184. . At. 170. .
——— navare. Fam 40. .
Benevolentia esse in aliquem. *Id est aliquem benevolentia complecti.* Fam. 161.
Benevolentiam perspicere. Fam. 6.
——— experiri. Fam. 4. .
——— tueri. At. 99.
——— conservare. Fam. 36. .
——— augere. Ph. 2. 102.
——— adimere. Or. 3. 4.
——— tollere. Ph. 3. 99.
Benevolus *idem est quod amans, inclinatione animi in aliquem propendens.*
Benevolum facere. Rh. 46. . 116.
——— efficere. Rh. 138.
Benignitas *non, ut multi opinantur, idem est, quod clementia, lenitas, mansuetudo; sed idem est, quod beneficentia. A quo fit* benigne, *id est large. Et* benignus *dicitur liberalis, beneficus: unde* benignam terram *appellamus, feracem, et fructus abunde reddentem. His contraria sunt,* malignus, malignitas, maligne: *hoc est avarus, avaritia, avare. Unde* ager malignus, *id est illiberalis, et minine ferax. Benignus tamen etiam in communi significato reperitur, poniturque pro leni. Et benignitas pro lenitate interdum usurpatur.*
Benignitatem conferre. Ph. 3. 10.
Benignitatem claudere. Terent. Eu. 1. 2.
——— exhauriri. At. 55. .
Biduum *est spatuum duorum dierum. Quod ad usum pertinet, varietate permagna est: varie enim, et eleganter vel per accusativum, vel per ablativum, vel genitivum usurpatur.*
Accusativus temporis.
Cicero Famil. 7. Cum quidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem.
Idem Famil. 15. Biduum Laodiceæ fui.
Ablativus temporis.
Cicero Famil. 3. Biduo factus est mihi familiaris.
Idem ad Att. 2. Scribam ad te, cum Cæsarem videro: qui aderit biduo.
Accusativus loci.
Cicero ad Att. 8. A Brundusio absunt propius, quam tu biduum.
Ablativus loci.
Cæsar de Bel. Gal. 7. Brutum adolescentem his copiis præficit: hunc monet, ut in omnes partes Equites quam latissime pervagentur: daturum se operam, ne longius biduo a castris absit.
Genitivus loci
Cicero ad Att. 5. Nos in ea castra properabamus, quæ aberant bidui. *Id est bidui itinere, vel via. Ib.* Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, cum in castra proficiscerer; a quibus aberam bidui.
Bilis *a Græcis dicitur cholera.*
Bilem movere. Hor. l. 1. epist. 19.
——— purgare. Hor. Art. Poet. 302.
——— pellere. Plin. l. 23. c. 8.
——— trahere. *Id.* l. 27. c. 4. et detrahere. c. 12. Effundere. *Juvenal. Sat.* 5. 159.
Bile suffundi. *Plin.* l. 22. c. 20. Tumere. *Hor.* l. 1. *od.* 13. Fervere. *Pers. Sat.* 4. 6.
Bilem commovere. At. 26.
——— concire. Plaut. in Suppos. Amph.
Blandimentum: Blanditiæ: *Idem significat utrumque hoc nomen: poniturque pro assentatione. Et utrivis eadem loquendi genera recte assignare potes.*
Blanditiis ad aliquid allici. Att. 300.
Blandimentis corrumpere. Ph. 1. 245. .
Blanditiis ab aliquo nummos exprimere. Att. 19.
——— officiorum quærere hæreditates. Ph. 3. 66. .
——— influere in aureis alicujus. Ph. 3. 113.
Bona *sunt commoda, vel divitiæ.*
Bona parare, *vel* parere. Fam. 145.
——— tribuere. Fam. 145. .
——— partiri. Or. 1. 99.
——— publicare. Att. 280. . Or. 2. 119. . Or. 3. 16.
——— eripere. Or. 1. 99.
——— adimere. *Ib.*
——— ad incertum revocari. Or. 1. 292.
——— abligurire. Terent. Eun. 2. 2.
——— dissipare. *ff. Mandati.* L. Lucius. Bona diripere. Fa. 66.

Bonitas, *ut* bonus *significatione varia est. Interdum enim pro æquitate, lenitate vel liberalitate, et beneficentia ponitur. Interdum vero pro præstantia, vel feracitate est: ut bonitas agrorum, vel prædiorum.*
Bonitate præditum esse. Or. 2. 235.
——— affluere. Or. 1. 49..
Bonitatem perspicere in aliquo. Ph. 3. 101..
Brachium *ab humero incipit, finit ad cubitum.*
Brachium extendere. Rh. 131..
——— projicere. *Id est protendere.* Rh. 202.
——— frangere. Rh. 132.
Brachio levi aliquid agere. At. 64..
——— molli aliquem objurgare. Att. 22..
Cum translatione ponunt Latini has duas locutiones.
——— molli aliquem objurgare, *est leviter objurgare.* 2. At. 1. Brachio levi aliquid agere, *est indiligentem operam adhibere.* 4. At. 16.
Bucca *est interior malarum pars.*
Buccas fluere. Postquam in Sen. 12. *Idest distendi.* Buccas inflare. Plaut. Stich. 5. 6. 7. Quicquid in buccam venit. *Significatur quicquid ex tempore cogitamus.* Est Cicer. ad Att. lib. 12. ep. 1.
Buccinator *idem est, quod præco, vel prædicator.*
Buccinatorem existimationis alicujus esse. Fam. 264..
Bustum *proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus, et sepultus. Servius autem in 12. Æneidos ita scribit:* Pyra est lignorum congeries. Rogus, cum ardere cœperit, dicitur. Bustum vero jam exustum vocatur. *Ponitur etiam pro monumento.*
——— facere. Or. 3. 153.
——— imponere. Or. 2. 240.
——— violare. Phil. 2. 183.

C

Cachinnus *est risus solutior.*
Cachinnum commovere. Rh. 184.
——— in aliquem sustollere. Ph. 2. 142.
Cadaver *est corpus quodcunque mortuum. Per translationem dicit* cadavera oppidorum *pro ruinis Servius Sulpitius ad Ciceronem scribens. Fam.* 50.
Cadaver abjicere. Or. 3. 97.
——— ejicere. Or. 3. 83. 108.
——— projicere. Fam. 50.
Cæcitas *est proprie privatio sensus oculorum. Vel est tam corporis, quam animi orbitas;* ut cæcitas libidinis, cæcitas mentis, furor animi et cæcitas.
Cæcitatem inferre alicui. Plin. l. 12. c. 8.
Cæcitate liberari. Id. ibid.
Cæcus *est oculis captus, qui caret lumine. Extra personam aliquando evagatur; et tunc ponitur pro obscuro, vel caliginoso.*
Cæcum reddere. Or. 1. 35..
——— efficere. Ph. 3. 106..
——— fieri. Or. 2. 234..
Cæcum et præcipitem ferri in re aliqua. Or. 2. 260.
Cæca cupiditate rapi. Or. 3. 92.
Cæcum crudelitate, et scelere ferri. Or. 2. 59..
——— cupiditate, atque avaritia esse. Or. 1. 15..
——— atque amentem furore esse. Or. 3. 6..
——— amentia esse. Or. 2. 255.
Cædes *est occisio. Vel est mors ferro, aut ligno, aut saxo, similibusve illata. Inde dicimus aliquem commisisse cædem, vel aliquem de cæde accusari.*
Cædem admittere. Sueton. in Tib. c. 37.
——— quærere. Fam. 184.
——— creare. Or. 2. 253.
——— facere. Rh. 172. Or. 1. 20.. 293. et al.
——— efficere. Or. 3. 118.
——— committere. Ovid. epist. 14. v. 59.
——— perpetrare. Liv. l. 45. c. 5.
——— edere. Liv. l. 5. c. 45.
——— peragere. Lucan. l. 3. v. 580.
——— instaurare. Or. 2. 214.
Cæde furere. Virg. l. 2. Æn. v. 409.
——— sternere viros. *Id.* 10. *Æn.* v. 119.
Calamister *est acus major, quæ calefacta, et fronti adhibita intorquet capillos, ut ait Servius. Interdum pro fucata orationis cultu usurpatur.*
Calamistros adhibere. Rh. 204.
Calamistris orationem inurere. Rh. 189.
Calamitatem *(inquit Donatus) proprie grandinem Rustici dicunt, quod calamum, et segetem comminuat.* Plin. lib. 18. Naturalis Historiæ. *Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia tollitur, antequam triticum occupet rubigo. Unde Cicero metaphorice in Verr.* Quacunque iter fecit, ejusmodi fuit, ut non Legatus Pop. Rom. sed ut quædam calamitas pervadere videretur. *Non potuit Cicero significantius Verris Prætoris furta, ac rapinas, exprimere. Teren. in Eunuch.* Sed ecce ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Calamitas *etiam in ludis scenicis dicebatur, cum fabula exigebatur: ut in Prologo Hecyræ apud Terentium est:* Hecyra, *inquit,* est huic nomen fabulæ. Hæc cum data est nova, novum intervenit vitium, et calamitas, ut neque spectari, neque cognosci potuerit. Calamitas *sic propriis quibusdam modis loquendi nonnunquam a Latinis ponitur. Verum generaliter est pro adversa, vel incommoda fortuna, aut pro incommodis rebus, aut ærumna, vel pernicie.*
Calamitatem afferre. Or. 2. 53..
——— importare. Or. 1. 175.. et al.
——— machinari. Rh. 26..
In calamitatem trahere. Or. 2. 7.
Calamitate affligere. Att. 42..
Calamitatem accidere. Or. 1. 257. Fam. 206.
——— incidere. Or. 3. 139..
In calamitatem incidere. Att. 304..
——— venire. Or. 1. 26.

Calamitatem capere. Ph. 2. 86.
———— accipere. Rh. 35.. At. 42.. 277.. Or. 1. 230.. et al.
———— subire. Att. 280..
———— haurire. Or. 2. 219.
———— tolerare. At. 45..
———— ferre. Or. 2. 11.
In calamitate tabescere. Att. 52.
Calamitatem serpere. Or. 2. 195.
Calamitate prohibere. Or. 2. 7.
Calamitatem levare. Or. 1. 19.. Or. 2. 209.
Calamitate levare. Fam. 75..
Calamitatem detrahere. Or. 2. 199.
Calamitate affici. At. l. 11.
Calamitatem abesse ab aliquo. At. 296.
Calamus *proprie est frutex aquaticus, qui et arundo dicitur: quamvis arundo proprie sit, qua crassior, ac longior est, seriturque ad usum præcipue vinearum.* Calamus, *gracilis, tenuisque, et tibiis fere, ac scripturæ aptus.* Calamum *igitur ponunt Latini pro instrumento, quo scribimus: quod ex arundinum culmis fieri soleret.*
Calamum ad scribendum sumere. At. 96.
Calcar *est Equorum, ac Jumentorum stimulus: quod ad calcem alligetur.*
Calcar admovere. At. 85.
———— adhibere. Rh. 183.
Calcari quadrupedem agitare. Plaut. Asin. 3. 3. 118.
Calcaribus Equum concitare. Liv. l. 2. c. 6. Incendere. Hirt. B. Gal. l. 8. c. 48.
Calcaria Equo subdere. Curt. lib. 7. c. 2.
Calcar currenti addere. *Pro cupiditatem, ac studium alicujus augere, atque acuere.* Plin. ep. 8. l. 1.
Calceus *est indumentum pedis.*
Calceos inducre. Plin. lib. 28. cap. 4.
———— mutare. Or. 3. 252..
Calculus *est lapis brevis terræ admixtus: sic dictus Servio et Isidoro, quod sine molestia calcetur. Præterea est lapillus in corpore, ex quo maximus cruciatus gignitur. Porro* calculus *est, quem latronem, seu latrunculum appellarunt Veteres: ut sunt orbiculi, quibus luditur in Fritillo,* Calculi *etiam pro rationibus accipiuntur; quod lapillis Antiqui rationem subducere solerent.*
Calculos subducere. Ph. 1. 77.
Ad calculum revocare. *Id est ad rationem subducendam.* Valer. Max. lib. 4. cap. 7.
Ad calculos vocare. *Id est æstimare.* Ph. 3. 107.
Calculum ponere. *Id est rationes expendere.* Colum. l. 3. c. 3.
Ad calculos reverti; *est redire ad ludum. Urbane Cicero ad Att. l. 8. ep. 12.* Quare nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abjecimus, ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam salubribus.
Calculo candido notare. *Solebant Thraces prosperos dies, et lætos, si qui contigissent eis, calculo albo in Urnam conjecto, notare; infelices autem, in quibus infeliciter aliquid evenisset, atro calculo: ut scirent, anno elapso quot prosperi; et quot infelices contigissent.* Plin. lib. 6. ep. 97.
Calculum album adjicere errori alterius: *h. e. errorem probare.* Plin. ep. 2. l. 1.
———— de se permittere. Plin. in panegyr.
Calendæ *sunt primus cujuslibet mensis dies.*
Ad tertium Calendas. At. 79. 92. 127.
In ante diem Calendas. At. 35.. Or. 2. 98.
Ad Calendas. At. 182..
Calendis. At. 61.
Caligo *pro tenebris sumitur. Et aliquando, ut nox, vel tenebræ, transfertur. Dicimus enim eleganter caliginem temporum.*
Caliginem offundere. Ph. 1. 229.
Caligine tegi. Cicero in Arato.
Caliginem discutere. Or. 3. 240.
Per caliginem videre. 12. At. 4.
Caligines sanare. Plin. l. 20. c. 7. *Emendare*, l. 32. c. 9.
Calix *est genus poculi, quo bibimus.*
Calicem alicui impingere. Ph. 1. 200.
Calliditas *est astutia.*
Calliditate valere. Or. 2. 248.
Callum, *vel* callus *proprie est cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, parteve alia corporis densior facta: cujusmodi est in Suis rostro, cervice Bovis, animalium plantis.* Callum obducere. *Per metaphoram elegans est hæc locutio, pro assuetum, firmum, et exercitatum reddere; sed maxime in rebus adversis.* Fam. 127. Ph. 1. 182.. 202.
Calor *est tepor, vel ardor.*
Calorem esse a re aliqua. Ph. 2. 52.
———— temperare. Ph. 2. 52..
———— se frangere. Rh. 108..
———— vitare. At. 216..
Calumnia *est calliditas, vel malitiosa interpretatio.*
Calumniam comprobare. Fam. 2.
———— adhibere. Or. 2. 220.. Ph.. 2. 146..
———— jurare: *quod fit ante litem contestatam.* Fam. 117.
Calumniator *dicitur, qui per fraudem, et frustrationem alium vexat litibus: aut qui malitiose aliquid interpretatur.*
Calumniatorem quærere. Or. 1. 112..
———— reperire. Or. 1. 113.
———— apponere. Or. 1. 81.
Calx *interdum pro posteriore parte pedis ponitur. Interdum pro percussionibus pedum, vel plagis. Interdum per metaphoram pro fine, vel meta.*
Calce premere. Rh. 41.
Calcibus conscindere. Or. 1. 159..
———— certare. Ph. 1. 243..
Ad calcem decurrere. *Id est ad metam.* Ph. 1. 151.
———— pervenire. Ph. 3. 115.
A calce ad carceres revocari. *Id est a fine ad principium.* Ph. 3. 94.
Campus *est planities sive agrestis, sive urbana. Translate pro argumenti, et materiæ ubertate accipitur.*

Campum dare. Or. 2. 128.
——— habere. Att. 75..
In campum descendere. Hor. Car. 3. Od. 1.
Cancelli *ponuntur pro terminis, vel limitibus.*
Cancellos circundare alicui. Or. 1. 6. 178.
Cancellis certis scientiam aliquam circumscribere. Rh. 89..
Canon *est vox Græca: Latine regula dicitur.*
Canonem esse alicujus scriptorum. Fam. 263.
Cantilena *a Latinis ponitur pro sermone dissipato, aut sæpius usurpato, eoque ridiculo et inani.*
Cantilenam alicui insusurare. At. 19.
——— ex re aliqua pendere. Fam. 177.
Cantus *est symphonia, vel vocis inflexio.*
——— fundere. Ph. 2. 83.
——— moderari. Ph. 1. 248..
——— flectere. Rh. 152.
——— remissiores facere. Rh. 107..
——— mutare. Ph. 2. 190..
Cantibus sedes personare. Or. 1. 41.
——— incitari. Ph. 2. 103..
——— pelli. Ph. 2. 97.
——— aures teneri. Ph. 1. 6..
Capillus *est quasi capitis pilus: quamvis et pro omni pilo ponitur.*
Capillum componere. Or. 1. 41.
——— comere. Or. 3. 84..
——— tondere. Ph. 1. 239..
——— defluere. Plin. lib. 22. cap. 21.
Captio *est deceptio, vel argutia.*
Captiones explicare. 2. de Div. 41.
Captionibus depelli. 4. Acad. 45.
In captiones incidere. Ulp. dig. l. 4. t. 1.
Captiones refellere, discutere. De Fat. 30.
Caput *dicitur tota ea pars, quæ supra collum est. Ponitur item translate pro existimatione. Pro vitæ, et salutis discrimine. Pro eo, quod Barbari dicunt principale. Pro causa, fonte, vel auctore. Pro eo, quod rem continet: quod Barbari dicunt punctum, vel punctum principale.*
——— aperire. Or. 3. 175. *Id est salutare capite aperto.*
——— operire. Ph. 3. 83..
——— abscindere. Or. 3. 231.
In judicium Capitis aliquem vocare. Rh. 176..
In discrimen Capitis adducere. Or. 3. 144.
Caput alicujus agi. Ph. 3. 107..
Capitis condemnare. Rh. 105.
De capite detrahere. Or. 1. 78. *Id est de summa præcipua.*
——— remittere. Or. 1. 166.
Quod caput est. *Id est, quod est præcipuum, vel potissimum, vel Punctum rei, ut Vulgus loquitur.* Fam. 35. . At. 14. . 26. 211.
Nec caput, nec pedes. 7. Fam. 31. *Rem nec caput, nec pedes habere dicimus, cum ita impedita et implicata est, ut expediri non possit.*
Carcer *tam in singulari, quam in plurali numero apud Latinos repagula significabat: unde in stadiis cursus initium erat. Cic. de Am.* Maxime quidem optandum, ut possis, cum quibus tanquam e carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem (ut dicitur) pervenire. *Idem de Senect. cap. ult.* Nec vero velim, quasi decurso spatio, a calce ad carceres revocari. *Idem in Bruto c. 47.* Nec enim in quadrigis eum secundum numeraverim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit, cum palmam jam primus acceperit: nec in Oratoribus, qui tantum absit a primo, vix ut in eodem curriculo esse videatur. *Interdum pro loco ponitur, ubi continentur criminis alicujus accusatis*
In carcerem mittere. Or. 2. 221.
——— ducere. Or. 1. 251..
——— deducere. Salust. Catil. c. 58.
——— contrudere. Or. 1. 249..
Carcere includi. Curt. l. 8. c. 7.
Ex carcere erumpere. Id. l. 5. c. 5.
In carcerem compingere. Plaut. Amph. 1. 1. 3.
——— ire. Id. Pæn. 3. 3. 78..
——— trahere. Tac. An. 4. c. 68.
——— conjicere. Or. 1. 250. Ph. 1. 169.
——— condere. Or. 1. 251.
Carcere emittere. Ph. 3. 115. Or. 2. 265..
Caritatem *a carendo derivari volunt Grammatici. Itaque caritatem pro penuria et inopia accipi tradunt. Sed caritas refertur ad pretium,* inopia *ad parvitatem. Cic. pro Dom. c.* 10. Qua ex re primum caritas nata est deinde inopia.
Caritatem vereri. Pro Dom. 11.
In caritate annum esse. Ver. 3. 216.
Caritatem nasci, vel consequi. Or. 2. 10..
——— inferre. Plin. l. 18. c. 28.
Carmen *dicitur, quicquid certa lege, et mensuris compositum est: cujusmodi sunt Opera Poetarum. Ponitur etiam* carmen *pro incantatione. Virgil.* Carmina vel Cœlo possunt deducere Lunam.
——— condere. Ph. 1. 209..
——— componere. Or. 2. 130.
——— texere. Or. 3. 41.
——— scribere. Fam. 16..
——— fundere. Ph. 1. 161.
——— canere. Rh. 141. 170. . Or. 2. 80.
Carnificina *dicebatur locus publicus, in quo jussu Magistratus rei capitis condemnati occidebantur. Pro immanitate posuit eleganter Cicero in Oratione pro Sestio:* Non ea est *(inquit)* medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur: carnificina est ista et crudelitas.
Carnificinam facere. Plaut. Capt. 1. 2. 29.
Castellum *est parvum castrum, vel parvum oppidum.*
——— munire. Fam. 23. . At. 41.
——— defendere. Ph. 2. 116.
——— expugnare. Rh. 188.
——— capere. Fam. 23. . 245.
Castra. *Castrum in singulari numero Locus est muris munitus, et septus. In plurali*

vero ponitur pro exercitu: vel pro loco, in quo milites tentoria figunt.
Castra metari. Or. 3. 233.
——— munire. Cæs. l. 1. B. G. c. 49.
——— vallare. Tac. l. 2. Hist. c. 19.
——— facere. 166.. 244. At. 130.. Or. 1. 241..
——— ponere. Fam. 240.. At. 131. 150. *vel* posita habere. Cæs. de B. C. lib. 6.
——— disponere. Liv.
——— constituere. Cæs. de B. C. lib. 6.
——— locare. Fam. 241..
——— habere. Fam. 38.. 241.. 245. At. 127. 150.. Rh. 78.
——— contrahere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— movere. Fam. 166.. 243.
——— promovere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— proferre. Cæsar de B. C. lib. 1.
——— opponere. Liv.
——— objicere. Liv.
——— castris conferre. Ph. 2. 132.
——— cum castris jungere. Liv.
——— tentare. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— invadere. Liv. Dec. 1. lib. 5.
——— circumvenire. Salust. in Jugurth.
——— capere. 1 de Div. 72.
Castris exuere. Liv. Decad. 1. lib. 2.
Castra occupare. Liv.
Castris potiri. Cæs. de B. C. lib. 3.
CASUS *dicitur, sors, fortuna, eventus, ruina. Et id per translationem. Proprie enim dicitur* casus, *cum quid cadit, et in terram fertur. Præterea* casus *dicimus non modo ea, quæ fortuita hominibus accidunt, sed etiam vocabulorum formas.*

Cum Adjectivis: idque in malam partem.

Casus gravissimus. Rh. 191. Fam. 51.
——— anceps. Fam. 68. *vel* varius. Rh. 85. Fam. 68.
——— infestus. Or. 2. 167.
——— horribilis. Or. 3. 15.
——— adversus. Rh. 29.. 140..
——— præceps. Rh. 144..
——— miserabilis. Ph. 1. 78..

Cum Verbis.

Casum habere. *Dicuntur ea casum habere, quæ casui subjecta sunt.* Fam. 154.. Ph. 3. 36.. 91.
——— intervenire. Fam. 98.
——— incidere. Fam. 73. 156.. Ph. 1. 104..
Ad casum objicere. Fam. 81..
In casum demittere. Fam. 147..
In casu esse. Ph. 1. 8.. *Variam significationem habet hæc locutio. In casu enim aliquid dicitur esse, quod in fortunæ potestate positum est. Dicitur etiam aliquis* in casu esse, *Fam.* 261. *At.* 179. *qui casum subiit sive bonum, sive malum.*
Casu affligi. Fam. 131..
Casum relevare. At. 305.. *vel.* levare. Fam. 131..
——— sustentare. Fam. 56.
CATENA *est vinculum ferreum, quo vel servos, vel captivos, vel animalia irretimus, ne effugiant.*
Catenam alicui injicere. Or. 1. 237.
Catena constringere. Or. 3. 6.
Ex catenis solvere. Rh. 36.
CAVEA *est septum, in quo aves, et bestiæ includuntur. Dicebatur etiam locus, ubi populus sedens ludos spectabat.*
In cavea includere. Ph. 2. 123..
E cavea mittere. Rh. 36.
Cavea liberare. Ph. 2. 27..
CAUPO *dicitur tabernarius.*
Ad cauponem divertere. Ph. 2. 92..
CAUSA, *cum ad forum pertinet, significat controversiam forensem.*
Causam vocari in judicium. Rh. 106.
——— deferre ad aliquem. Rh. 172. Or. 1. 264.
——— accipere. Rh. 141.
——— recipere. Fam. 66. 69. Rh. 183. Or. 1. 18.. 109. 264.
Verbum quod causam facit. Rh. 118..
Nascitur causa ex lege. Or. 3. 58..
Dimittere se penitus in causam. At. 109..
Invitum descendere in causam. At. 118.
In causam ingredi. Fam. 78..
Causam suscipere. Fam. 15.. 69. 4. 106.. 227. et al.
——— sustinere. Fam. 84. 130. At. 207.
——— tutari. Fam. 73.
——— defendere. Ph. 3. 114. Fam. 15..
——— tractare. Fam. 44.. Or. 1. 150. Rh. 117.
Causas versare. Rh. 199..
Causam agere. Fam. 2. 66.. 88..
——— actitare. Rh. 187.
——— dicere. Fam. 65. 116.. Rh. 85. 104.. 172. et al.
——— dicere ex vinculis. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— informare. Or. 1. 6.
——— orare. Rh. 168.. Or. 1. 7.
——— perorare. At. 306. Or. 1. 14. 236. Or. 3. 3.. 52..
Causas declamare. Ph. 1. 149..
Causam obtinere. Fam. 4. Rh. 203. At. 117. 307.. Or. 1. 113..
Causa cadere. Fam. 102. Rh. 69. 98.. Or. 2. 126.
Causam amittere. Rh. 118.
——— deponere. Fam. 5..
——— componere. *Id est controversiam sedare.* Rh. 210.
——— judicare. Or. 3. 123..
——— alicui adjudicare. Rh. 120.
Extra forum autem cum est causa, *idem est quod occasio, caput, origo, fons, radix, principium, seminarium.*
Causam quærere. Fam. 122. Rh. 95. Or. 3. 189. Ph. 2. 140.
——— invenire. Rh. 95. Or. 1. 19..
——— capere. Ter. And. 1. 3.
——— afferre. Ph. 3. 103. Or. 3. 170.. 174. et al.
——— dare, pro occasionem dare. Ph. 3. 112.. et al.
In causa esse. Fam. 2.

Causam proficisci ab aliqua re. Ph. 3. 102.
——— esse alicui. Ph. 3. 97. Fam. 14. 32.. Rh. 10. et al.
——— habere. *Id est occasionem habere, vel ratione aliqua probabili niti ad aliquid faciendum.* Fam. 107.. 145. 190.. At. 151.. 256.. Or. 1. 16.. Or. 2. 34.. Ph. 3. 42.
——— conferre. Ph. 2. 139..
——— explicare. Fam. 67.. At. 102.
——— adimere. Ter. And. 5. 1.
——— deesse. Ph. 3. 38..
Causæ nihil dico, *Pro non renuo, vel recuso.* Or. 1. 10..
——— nihil est, quin. Rh. 56. Or. 1. 5.. 15.. Or. 2. 88. cur. Fam. 25. At. 181. 196. et al. quare. At. 130. Rh. 69.. et al.
Cautio *et active, et passive ponitur. Cum passivæ est significationis, de cautione promissoria, vel stipulatoria intelligitur. Cum activæ est, denotat prudentiam quandam, et diligentiam.*
Cautionem habere. *Dicitur res habere cautionem, vel in qua cautioni relictus sit locus, vel in qua multa cavenda sunt. Quæ significatio si quibusdam forte passiva videatur, equidem nihil pugno: activus tamen est effectus.*
——— adhibere. At. 19.
——— adjungere. Ph. 2. 119..
Celebritas *vel ad locum, et hominum frequentiam pertinet: vel ad honorem, et dignitatem, existimationemque refertur.*
Celebritatem habere. *Celebritatem habere dicitur locus, qui celebris est.* At. 214.
Celebritate refertus. At. 298.
——— lætari. Or. 3. 47..
Celebritatem assequi. Ph. 3. 129.
Celebritate florere. Or. 2. 228.
In celebritate vivere. Ph. 3. 53.
Celebritate judiciorum distineri. Fam. 96..
Celebritatem tollere. Ph. 2. 183.
Celebritate funeris spoliare. Or. 3. 118.
Celeritas *est corporis velocitas: sed extra propriam significationem ad multa transfertur, opponiturque tarditati.*
Celeritatem adhibere. Fam. 156.. 173..
——— suscipere. Ph. 3. 26..
——— morari. Or. 3. 199..
——— incitare. Rh. 92..
Census, us, *est proventus bonorum; vel æstimatio rerum, ac bonorum.*
Censum habere. *Id est æstimationem facere.* Or. 1. 121.. 135.
Irrepere in censum. *Pro Corn.* 5.
Ex censu tributa conferre. *Ver.* 2. 137.
Sine censu esse. Or. 2. 157.
Censu liberare. Or. 1. 304.
Cera *est, quæ fit expressis favis.*
——— oblinere. Ph. 1. 171..
——— notare. At. 245.
Cerebrum *notæ est significationis dictio.*
——— excutere. Plaut. 181. 228.
——— dispergere. Ter. Adelph. 5. 2.
——— diminuere. Ter. Adelph. 4. 2.
Cerimonia *est sacrorum religio. Nonnulli ceremoniam dicunt. Et ceremoniarum causam alii ab oppido Cære dictam existimant: alii a caritate dictam judicant. Tit. Livius ab Urbe cond. lib. 5. de L. Albino quodam ex plebe Romana homine loquitur, qui virgines, sacraque Cære plaustro pervexit: unde quidam cæremonias dictas existimant. Sabinus apud Aul. Gellium. Lib. 4. cap. 9. a carendo deducit. Utcunque est, vocamus ceremonias ritus sacros.*
Ceremoniam afferre. Rh. 82..
Ceremoniis præesse. Or. 2. 96.
Ceremoniam pollnere. Or. 1. 37.
Certamen *ad rem bellicam pertinet: vel extra rem bellicam est.*

Extra rem Bellicam.

Cum *extra rem bellicam est, pro privata contentione, vel concertatione ponitur.*
In certamen venire. Rh. 85. 195. Or. 1. 77.
——— descendere. Ph. 1. 188..
Certamen instituere. Ph. 1. 47.
——— esse alicui cum aliquo. Ph. 2. 79. et al.
——— esse inter aliquos. Or. 2. 159.

Ad rem Bellicam.

Ad Rem *bellicam pertinens hoc nomen, poni solet pro prælio, pugna, dimicatione.*
Certamen instare. Liv.
——— oriri. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Ad certamen accendi. Liv.
Certamen serere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— experiri. Liv.
——— inire. Liv. l. 7. c. 26.
——— tentare. Curt. l. 4. c. 15.
——— conserere. Liv. l. 35. c. 4.
——— injicere. Liv.
——— præbere. Liv.
——— miscere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— facere. Liv.
——— anceps facere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
——— extrahere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
——— abnuere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— sedare. Liv.
——— renovare. Liv.
Certatio *est contentio.*
Certationem esse alicui cum aliquo. Or. 1. 12. Ph. 1. 74.
——— inter aliquos esse. Ph. 3. 102..
Certus *idem est quod non dubius, compertus, exploratus, definitus, ratus.*
Certiorem facere aliquem rei alicujus. Fam. 3.. At. 127.. 135..
——— facere de re aliqua. Fam. 6. 17. 38.. 100.. 104.
Certum esse aliquid alicui facere. *Id est constitutum, et deliberatum.* Rh. 121. At. 38.. 103.. 205.. 247.. Or. 1. 23.. 32.
Pro certo aliquid dicere. Rh. 165.. Ph. 2. 35..
——— aliquid habere. Fam. 114.. At. 152. 159. 276.
Certo scire. Fam. 57.. 78.. 81. 131. At. 38. 300.. Certum scire. Fam. 141. At. 3. 201. Certe scire. At. 7. 55.. Or. 1. 277..

Or. 3. 245.. Certum habere. Fam. 70..

CERVIX. *Cervicem, vel cervices vocant Latini posteriorem partem colli. Varie vero transfertur, et ponitur aliquando pro audacia; ut apud Cic. in Ver. Act.* 5. Bene agis: tamen si qui erunt tantis cervicibus Recuperatores, qui audeant in Provincia, cum Prætor adsit, non solum contra voluntatem ejus, sed etiam contra fortunas judicare, &c.

In cervicibus imponere. Ph. 2. 12..
———— collocare. Fam. 197..
Cervices dare. Or. 1. 23.. Or. 3. 202.. *vel* subjicere. Or. 3. 170.
Cervicibus sustinere. Or. 1. 257.. Or. 2. 242. Or. 3. 26..
A cervicibus avertere. At. 283.
———— repellere. Or. 3. 116.
———— depellere. Or. 2. 114..

CESSATIO *est otium.*

Cessationis furtum quærere. Fam. 266..
Cessatione torpere. De N. D. l. 1. c. 37.
Cessationem dare. Plaut. 670.

CESSATOR *dicitur otiosus, qui cessat, qui nihil agit.*

Cessatorem esse in re aliqua. Ad. Q. Fr. l. 3. 6.

CHARITAS *idem est, quod amor.*

Charitatem gignere. Ph. 3. 102.
———— jungere inter aliquos. Ph. 3. 99..
———— conciliare. Ph. 1. 59.. Rh. 127..
———— esse inter aliqua. Ph. 3. 101..
———— retinere. Ph. 3. 109..
———— adimere. Or. 3. 4.
———— dirimere. Ph. 3. 101..
A Charitate abhorrere. Ph. 3. 105..

CHARTA *papyrus est appellata, quod scilicet ex papyro fieret. Postea vero id genus chartæ inventum est, quo nunc passim utimur; fitque ex linteolis contritis.*

Chartam suppeditare. Fam. 104.
———— obsolescere. Or. 3. 46.

CHARUS *significat acceptum, gratum, jucundum, antiquum.*

Charum habere. Fam. 8.. At. 35. 142. 165. 285. et al.
———— esse. Ph. 3. 38.. Fam. 18.. et al.

CHIROGRAPHUM *est cautio manu alicujus subscripta, annulove obsignata.*

Chirographum alicujus: *Id est, quod vulgo dicitur, contrafacere signum.* Ph. 2. 74..
Chirographo convincere. Or. 3. 162.

CHORDA *alio vocabulo dicitur fides.*

Chordas intendere. Rh. 163.

CIBARIA *sunt omnia, quibus animantes vescuntur, et aluntur.*

———— petere. At. 93..
———— dare. At. 93..
———— præbere. Or. 1. 27..
———— locare. Or. 1. 27..

CIBUS *est esca, pastus, epulæ.*

Aliquid in cibo esse homini: *Id est, hominem eo uti pro cibo.* Plin. lib. 18. cap. 14.
Cibum suppeditare. Ph. 2. 183..
Cibum capessere. Ph. 2. 50.
———— capere. Fam. 257.
———— sumere. Plin. lib. 3. ep. 5.
Cibo famem depellere. Ph. 1. 56..
———— nimio onustum esse. Ph. 2. 93.
Cibum concoqui. Ph. 2. 30..
———— modificari. Ph. 2. 120.

CICATRIX *est signum, quod ex vulnere, sive ulcere remanet.*

Cicatrices adverso pectore ostentare. Liv. l. 2. c. 13.
Cicatricem excipere. Or. 1. 236.
———— obduci. Or. 2. 88.
———— coire. Plaut. 83.
———— refricare. Or. 2. 88.

CIRCULUS *idem est, quod orbis, forma plana in orbem acta, et corona hominum colloquentium.*

Circulos consectari. Ph. 1. 138.
A circulo se subducere. At. 324.

CIVIS, *homo liber, urbis incola, et eodem cum ceteris jure utens.*

Civem designare. Or. 2. 24.
———— aliquem adsciscere. Pro Corn. Bal. 30.
Pro cive esse. 3. Offic. 47.
Tenere jura civis. 1. Cat. 28.
Civem esse. Ph. 3. 61.
Patria habet te civem bonum. Fam. 11.

CIVITAS *est civium multitudo unum in locum congregata.*

Civitatem constituere. Rh. 165..
In aliquam civitatem se dicare. Or. 3. 60..
Civitatem dare: *Id est jus civitatis.* Or. 2. 186. Or. 3. 66..
———— largiri. Or. 2. 187.. Or. 3. 65.
———— impertiri. Or. 2. 187..
Civitate donare. Rh. 171.. Or. 3. 59.. 61. 65.
In civitatem suscipere. Ph. 2. 170.
———— recipere. Or. 2. 190. Or. 3. 60.. 61. 65.
———— venire. Or. 3. 60..
Civitate mutari. Or. 3. 61. 63..
Civitatem amittere. Rh. 100. Or. 1. 304.. Or. 2. 228.. 229.
———— perdere. Fam. 37.. Or. 3. 60..
———— evertere. Ph. 3. 100.

CLADES *est cædes, vel calamitas.*

Cladem afferre. Ph. 2. 27..
———— inferre. Liv. Dec. 3. lib. 9.
———— facere. Salust. in Jugurt.
———— accipere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
———— reddere. Liv. Dec. 3. lib. 5.

CLAMOR. *Clamorem proprie dici volunt Grammatici calamorum sonum, quasi calamorem. Etenim vento agitatæ arundines non parvam vocem emittunt.*

Clamorem movere. Rh. 220..
———— excitare. Rh. 218.
———— facere. At. 10.. Or. 1. 211.. *vel* efficere. Rh. 97. At. 319.
———— edere. Ph. 2. 119.
———— profundere. Or. 2. 149..
———— tollere, *pro* sustollere, *vel* extollere. Or. 1. 222. At. 306..

Clangor *dicitur proprie sonus tubæ. Dicitur tamen et Aquilæ, et Anserum clangor.*
Clangorem fundere. Ph. 1. 180.
Claritas *est splendor, amplitudo.*
In claritate esse. Plin. l. 14. c. 14.
Alicui claritatem dare. Id. l. 13. c. 22.
Claritate excellere. Quint. l. 5. c. 11.
Clarus *non minorem elegantiam habet cum translatione, quam cum proprietate. Proprie hoc nomine sic utitur Cicero*: Illustri et claro quodam loco Carthaginem ostendebat. *Idem*: Clara voce, ut omnes exaudire possint, dicere aliquid. *Idem*: Clara voce imperare aliquid alicui. *Idem*: Clara res est, totoque orbe celeberrima, atque notissima. *Idem*: Ego, quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo. *Idem*: Plurimis nostris exemplis usus est, et iis quidem claris et illustribus. *Translate sic idem Cic. hac voce utitur*:
Clarus, et nobilis ex doctrina. Or. 126.
——— vir, gloria et auctoritate gravis. Rh. 122..
Claram fore alicujus virtutem, et insignem posteris. Ph. 3. 115..
Clarus, et honoratus vir. Ph. 3. 81..
Clarissimus, et amplissimus vir. Rh. 101..
Clarissimi et amplissimi Philosophi. Rh. 122.. 123.
Classis *significatio aliquantum varia est, spectatque ad rem nauticam: vel extra rem nauticam versatur. Extra rem nauticam, ponitur pro ordine. Certum est enim ex Tito Livio, et aliis rerum Romanorum Scriptoribus, Populum Romanun in classes quinque ex censu fuisse distributum. Inde dicebantur* primæ classis alii; alii secundæ; alii superioris; alii inferioris. *Sic igitur ponitur* classis *pro ordine. Ad rem nauticam pertinens ponitur pro navium multitudine.*
Classem comparare. Or. 2. 153.
——— instruere. Or. 1. 163.
——— capere, incendere. Ver. 5. 136.
——— habere. 9. Phil. 4.
——— amittere. Ver. 5. 99.
Classe valere. 3. Off. 46.
Classi præesse. Ver. 5. 82.
Classes ædificare et ornare. Pro leg. Man. 9.
Classem facere. Cæs. l. 4. B. G. c. 21.
——— præparare. Curt. l. 3. c. 5.
——— parare. Id. l. 10. c. 2.
——— contrahere. Nepos in Con. c. 4.
——— aptare. Virgil. 4. Æn. v. 289.
——— armare. Id. *Ib.* 299.
——— moliri. Id. *Ib.* 309.
Claustrum *est quo aliquid clauditur.*
Claustris contineri. Pro. Flac. c. 13.
Claustra revellere. Or. 1. 211..
——— refringere. Or. 2. 127..
Clavus. *Clavi præcipua est elegantia, cum pro navis gubernaculo ponitur. Hinc transfertur ad omne gubernandi genus.*
Clavum tenere in navi. *Id est navem ipsam regere.* Fam. 134.. Ph. 3. 80..
Clavum Imperii tenere. Pro Sex. c. 9. *Id est Imperium tractare.*
Clemens *est lenis, mitis, mansuetus, humanus. Et tam de rebus, quam de personis, dicitur.*
Clementem esse. At. 106. et al.
Clementi castigatione uti. 1. Off. 137.
Clementia *est animi lenitas, humanitas, mansuetudo, misericordia, animadvertendi moderatio.*
——— insidiosa delectari. 8. Att. 25.
Clementiæ plenum esse. Att. 294..
——— specie aliquem sibi devincire. Or. 3. 182..
Cliens *proprie litigatorem significat, cujus causam defendimus, dictus quasi colens: qui causam ejus agit, appellatus est patronus, quasi* pater. *Moris autem fuit apud Antiquos, ut Provinciales, et Socii populi Romani in clientelam sese darent Proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant non modo publice, sed etiam privatim. Ferebat autem id hujusmodi necessitudo, ut clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni observantia atque obsequio colerent. Cliens etiam ponitur pro sectatore, et qui sub tutela alterius, et quasi famulus est.*
Clientes habere. Or. 3. 180.. 207..
Clientem alicujus esse. Or. 3. 180..
Clientela *est clientum multitudo, qui potentem aliquem civem principemve favore prosequuntur, et cujus dignitatem factionemque tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio.*
In clientelam alicui se commendare. Ter. Eun. 5. 9. 9.
——— alicujus se conferre. Or. 1. 36.
——— se alicui dicare. Cæs. l. 6. B. G. c. 11.
In clientela, et fide alicujus esse. Or. 1. 34.
Clitellæ *dicuntur, auctore Festo, quibus sarcinæ colligatæ Mulis portantur.*
Clitellas imponere. At. 76.
——— portare. Phædr. l. 1. fab. 15.
Codex *significat tabulas accepti et expensi. Erat etiam codex, in quo acta publica scribebantur.*
In codicem referre. Or. 1. 45.. Or. 2. 175..
In codice aliquid digestum habere. Or. 1. 46.
Codicem obsignare. Or. 1. 106..
Cœlum *modo pro Orbe signifero est; modo pro Aere ponitur.*
Cœli gravitas: Gravitatem cœli et loci *dicebant Antiqui eo modo loquendi, quo nunc nonnulli dicunt malum aerem.* At. 183..
De cœlo animam ducere. Rh. 206.. Or. 1. 30.
——— servare. *Id quod Augurum est.* At. 31. 56.. Or. 2. 221. et al.
Cœlum discedere. *Dicitur cœlum discedere, cum in cœlo apparet quidam velut hiatus insolito fulgore, splendoreque circumlucens: vel cum cœlum dividi videtur.* Ph. 2. 100..

Cœlum ascendere. Ph. 3. 112. .
E cœlo lapsus. Or. 2. 11. . *vel* delapsus. *Si quis virtute præstanti, et eximia morum integritate floreat, nullisque sit vitiis deformatus*, e cœlo lapsus, *vel* delapsus *dicitur: idest e Deorum cœtu in terram missus; a quibus nihil fieri vulgus credit, nisi eximium et plane divinum.* At. 291.
In Cœlum laudibus aliquem ferre. At. 63. . 99. Or. 3. 192. . *vel* efferre. Rh. 120. 192. Fam. 133. *vel* tollere. At. 91. .
In cœlo esse. *Dicitur in cœlo esse, qui auctoritate, gratia atque potentia plurimum valet, vel rebus omnibus felix est. Est etiam interdum locutio plena lætitiæ et triumphi: idque significat, quod omnia assecutum esse, vel lætitia exultare.* At. 28. 34. 35.
Cœlum digito attingere. Att. 22. . *Eandem significationem habet.*
De cœlo aliquem detrahere. *Id est de gradu dejicere, et statu movere, atque deprimere.* Or. 3. 180. .
COEMPTIO *est verbale coemendi.*
Coemptionem facere. Rh. 105. . Or. 2. 130.
CŒNA.
Ad cœnam vocare. Fam. 136. .
Cœnam condicere. Fam. 15. .
Ad cœnam perducere. Fam. 100.
Cœnam dare. Fam. 139. Facere. Ib. 141.
Cœna aliquem accipere. A. Gell. lib. 17. cap. 8.
CŒNUM *est lutum. Per metaphoram appellamus aliquem cœnum, qui vitio omni, et vitæ labe sit coopertus.*
Cœno oblinere. At. 36.
CŒTUS, us, ui, *est concilium, conventus, congregatio.*
——— hominum sociare. Ph. 3. 127. .
——— ludorum inire. Or. 3. 274.
Cœtum dimittere. Or. 2. 99.
COGITATIO *est mentis agitatio, meditatio, commentatio, vel recordatio.*
In cogitationem cadere. *Passivam significationem habet hæc locutio. Cadit enim in cogitationem, quod cogitatione comprehendi potest.* Ph. 2. 6.
Cogitationem injicere. At. 101. .
Ad cogitationem deducere. At. 147. .
In cogitationem inducere. Ph. 3. 107.
Cogitationem suscipere. At. 133. 141. 235. . Or. 3. 166.
In cogitationem venire. Fam. 50. vel incidere. Ib.
Cogitationem habere. Ph. 3. 117.
In cogitatione versari. Rh. 125. . Or. 2. 32.
Cogitationem in re aliqua ponere. At. 298.
——— locare. Fam. 20. .
——— figere. Fam. 20. .
——— in rem aliquam abjicere. Ph. 3. 102.
——— amplecti. At. 198. *vel* cogitatione complecti. *Id. cogitationem suscipere: vel in cogitatione versari.* Fam. 43. Rh. 197. .
Cogitatione percurrere. Rh. 103. .
Cogitatione depingere. Ph. 1. 13. Ph. 2. 9. .
——— percipere. Ph. 2. 22.
——— comprehendere. Rh. 144. . Or. 2. 160. Ph. 1. 158.
Cogitationem debilitare. Fam. 5. .
——— convellere. Fam. 69. .
——— avertere. Fam. 78.
——— avocare. Fam. 50. .
A cogitatione traducere. Fam. 3. .
Cogitationem abjicere. Ph. 3.102. Fam.12. . 138. .
Cogitationes explicare. At. 159.
COGITATUM, *cum substantivum est, nihil a cogitatione differt.*
Cogitata mentis præclare eloqui. Rh. 188.
COGNATIO *modo naturæ est, modo vero rerum aliarum.*
Cognatione aliquem attingere. Or. 1. 113. .
——— cum aliquo conjungi. Or. 1. 216. . Ph. 2. 137. .
Cognationem habere cum aliquo. Rh. 215. Ph. 2. 115.
——— esse alicui cum aliquo. At. 202. . Or. 2. 178. .
COGNITIO *est agnitio, intelligentia, prudentia, notio, judicium, scientia, judicatio.*
Cognitionem dare. At. 263. . Or. 2. 72. .
——— facere. *Id est cognoscendi causam dare, vel in cognitionem adducere.* Rh. 226. .
——— habere. *Id est in cognitione positum esse. Et sic ad ea refertur hæc locutio, quæ in cognitionem cadunt.* Ph. 1. 132. .
——— capere. Ph. 2. 54. *vel* accipere, Ph. 2. 57. *Id est in rei alicujus cognitionem venire, vel ipsam cognitionem assequi.*
Cognitionem perquirere. 3. de Orat. 110.
In cognitione versari. In Orat. 122.
COGNITOR *est, qui cognoscit, vel qui alium in jure defendit, ut Asconius scribit.*
Cognitorem dare. Rh. 10. Or. 1. 50. 54. 78. . 130. 270. .
——— fieri. Or. 1. 53. . 54. 130.
——— esse. Or. 1. 56. .
COGNOMEN *dicitur, quod ab eventu aliquo imponitur alicui.*
——— addere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— trahere a re aliqua. Or. 3. 186. .
——— invenire a re aliqua. Ph. 1. 53. . Ph. 3.75.
——— habere. Ph. 3. 96. . 127.
——— sumere. Or. 3. 207. .
——— sibi parere. Ph. 3. 127.
COHORS *non modo de numero militum dicitur, sed etiam de alia hominum multitudine; ut de familia primarii alicujus viri.*
Cohortes contrahere. At. 129. .
——— conscribere. Salust. in Catil.
——— complere. Salust. in Catil.
——— instruere. Liv.
——— tradere. Fam. 34. .
COHORTATIO *idem est quod hortatio.*
Cohortationem suscipere. Fam. 8.
Cohortatione incitare. Rh. 102. At. 278. .
COITIO *est arcana pactio, et factiosa: quod nomen criminosum est.*

Coitionem facere. Or. 2. 270.
Collegium *est concilium.*
In collegium cooptare. Rh. 165. 173..
Collocutio *significat colloquium.*
In collocutionem venire. Rh. 5..
Colloquium *est sermonis communicatio, vel congressus.*
Ad colloquium evocare. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— venire. Or. 3. 221. 244..
Colloquium facere. Fam. 157..
——— habere. Cæs de B. C. lib. 3.
Collum *idem est quod cervix.*
In collum invadere. *Id est amplecti, vel complecti.* Or. 3. 175.
Collum in laqueum inserere. Or. 1. 208.
——— secare. Ph. 2. 206.
——— contrahere. Tuscul. 2. 41.
Colonia. *Dicebantur* coloniæ *minores urbes, ad quas habitandas ex majoribus Urbibus quasi quædam examina populorum mittebantur.* Colonia *etiam interdum agricolationis locum, aratorisque officinam, et domicilium significat.*
In coloniam mittere. Ph. 80..
——— deducere. Rh. 171.. Or. 2. 63.. et al.
Coloniam collocare. Or. 2. 86.
——— constituere. Or. 2. 63..
——— lustrare. Ph. 2. 101..
——— renovare. Or. 2. 73.
Color *idem est quod pigmentum. Ponitur item pro prætextu.* Colores rhetorici *apud Ciceronem vocantur ornamenta orationis; id est figuræ quæ a Græcis schemata appellantur: ut cum de Pompeio loquitur* ad Att. lib. 2. Sic ego hunc omnibus a me pictum artis coloribus subito deformatum non sine magno dolore vidi. *Colores autem illos intelligit, quibus usus est in Oratione* pro leg. Manil. *Sic enim vocat orationis ornamenta et lumina, quibus detractis, res simpliciter indicata non magnopere suapte natura placeret.*
Colorem diffundere. Rh. 161..
——— dare. *Quintilianus:* Dandus deformibus color. Id est *causa facti speciosa exquirenda est.* Lib. 3. cap. 8.
——— ducere. *Quintil. lib.* 10. *cap.* 1. Multorum lectione formanda mens, et ducendus color est: *id est orationis genus comparandum.*
Coma *est cæsaries: vel dicitur* coma *capillus cum aliqua cura compositus.*
——— calamistrata. Or. 3. 6..
——— unguentis madens. Or. 2. 206..
Comes *est, qui alterum sequitur, assectator, assecla.*
Comitem se præbere. Ph. 3. 103.. Fam. 10.
——— se adjungere. At. 144..
——— aliquem ad aliquid habere: *vel* rei alicujus. Fam. 16..
——— alicui rei alicujus esse. Fam. 229.. Or. 3. 132..
Comitas *idem est, quod facilitas.*
Comitatem cum gravitate conjungere. At. 294.
Comitate gravitatem condire. Ph. 3. 79.
Comitatem gravitati aspergere. Ph. 3. 140.
——— sermonis habere. Ph. 3. 22..
Comitate aliquem sibi conciliare. Ph. 3. 42..
——— provinciam tenere. Tacit. in Agric. 16.
Comitatus, us, ui, *dicitur clientela sequens dominum: vel generaliter ponitur pro quibusvis assectatoribus.*
Comitatum deserere. 8. At. 3.
——— exilio quærere. Ver. 3. 205.
Comitatu virtutis sopiri. Ph. 3. 118..
Cum magno comitatu ingredi. 3. Cat. 6.
Comitia. Comitium *in singulari numero locum significat, quo conveniebat populus ad comitia.* Comitia *vero erant populi conventus ad creandos magistratus, et publica officia, vel ad promulgandas leges. Unde* comitiales dies, *qui comitiis habendis dicti erant, in quibus cum populo agi licebat, et quibus pop. Romanus convenire solebat ad suffragia ferenda.*
Comitia edicere, Instituere, Facere. At. 307.
——— habere. Rh. 169. At. 143.. 307. Fam. 109. Or. 2. 269.
——— gerere, *pro* habere. Ph. 2. 193.
——— obire. At. 3.
——— indicere. Liv. l. 1. c. 34.
——— differre. At. 13. 35..
——— detrudere. At. 66.·.314..
Ad comitia venire. Ver. 2. 128.
Comitia largitione inquinare. Ph. 2. 213..
Commeatus, us. *Ponitur* commeatus *in singulari numero tantum pro facultate ad tempus a militia recedendi, quam præbet militi Imperator præpositusve inferiori, eundi, quo velit, ad præscriptum diem reversuro. In plurali tamen ita usus est Livius:* Magna pars sine commeatibus dilabebatur. *In utroque numero pro cibariis est ad alimoniam Reipub. aut exercitus, aut alicujus multitudinis. Ac fere nihil aliud continet, quam annonam, et quicquid annonæ vicem habere potest. Quanquam privatorum etiam commeatus est.*
Commeatum parare. Salust. in Jugurt.
——— locare. Salust. in Jugurt.
——— patere. Salust. in Catilin.
Commeatus copiam subministrare. Cæs. de B. C. lib. 4.
Commeatum sustinere. Cæs. de B. C. lib. 2.
——— mittere. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— subvehere. *Liv. Dec.* 1. *lib.* 3. *vel* devehere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
——— portare, *vel* supportare. Salust. in Jugurt.
——— recipere. Cæs. de B. C. lib. 1. *vel* accipere. Plin. lib. 3. ep. 4.
Commeatu abundare. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— prohibere. Or. 2. 14.
Commeatus intercludere. At. 143.
A commeatu intercludere. At. 107..
Commendatio *ponitur pro fiducia committentis; et pro actione probantis, vel laudantis.*

Commendatione egere. Fam. 14. 199.. 207.. 210.
Commendationem comparare. Ph. 3. 42.
——— ducere. Or. 3. 144.
——— habere. Rh. 194. Fam. 99.·.
——— evertere. Rhet. 186..
——— renovare. Fam. 103..
COMMENTARIUS, *vel* Commentarium *est quicquid ita conficimus, ut memoriæ tantum gratia, non plenæ narrationis, facere videamur; in quo scilicet capita tantum, et summas rerum annotare solemus. Inde* Commentarii Cæsaris *dicti, in quibus res ejus in Gallia, et bello civili gestæ non late et plene enarrantur, sed breviter perstringuntur. Id quod ex Cicerone in Bruto, et Tranquillo in Cæsare apparet.* Commentarios *quoque* Actis *opponere possumus; nimirum ut* Commentarii *privatam designent memoriam,* Acta *vero sint memoria publica testata; quæ in ærario publico esse solebant.*
In commentarium referre. *Id est quod Barbari dicunt,* registrare. Rh. 102.. At. 102.. Ph. 1. 202.
Commentarios conficere. Fam. 69.
——— scribere, *vel* conscribere. Rh. 189.
COMMENTATIO *est cogitatio, vel meditatio.*
Commentationibus quotidianis se exercere. Rh. 187..
In commentationibus multum operæ ponere. Rh. 174.
Commentatione multa aliquid expeditum, et paratum habere. Rh. 119.
Commentationem rei alicujus abjicere. Fam. 138..
COMMERCIUM *a merce fit: et est quasi contrectatio quædam mercium. Alia tamen significatione eleganter sæpe a Latinis accipitur pro usu et consuetudine.*
Commercium habere cum aliquo. Ph. 1. 241. Ph. 3. 85..
——— esse alicui cum aliquo. Or. 1. 133.. 168. 231.
COMMODITAS *interdum pro opportunitate, et convenientia quadam ponitur. Interdum utilitatem designat. Unde dicitur amicitia multas commoditates continere: vel dicimus commoditatem ex re aliqua percipi.*
Commoditatem continere. Ph. 3. 100.
——— creare. Plaut. 670.
——— ex re aliqua percipere. Ph. 3. 35.
COMMODUM *est utilitas, vel bonum.*
Commodo tuo. *Modus hic loquendi est aliquid faciendi optionem relinquentis, in hunc modum:* Quod commodo tuo fiat. *Aliæ sunt locutiones plurimæ persimiles, scilicet:* Si tibi commodum est: Quod commode facere possis: *vel* Si commode facere poteris: Si tibi non est molestum: Quod sine tua molestia fiat: Quoad ejus facere poteris: Quantum in te est. Rh. 166. Fam. 33.. 47. 215.. et al.

Commodum comparare. Terent. And. 4. 1.
——— adipisci. Rh. 64.
Commodis servire. At. 294..
——— consulere. At. 295.
Commoda capere. Terent. Eun. 3. 5.
Commodis frui. Ph. 3. 107.
Commoda oppugnare. Rh. 42. Or. 1. 189.
——— labefactare. Or. 1. 189.
Commodis officere. Or. 1. 37.
COMMUNICATIO *est rei alicujus gerendæ, vel gestæ cum aliquo collatio, vel societas. Vel est cum iis ipsis, apud quos aut dicas, aut agas, deliberatio.*
Communicationem intermittere. Or. 3. 61.
COMMUNIO, onis, *est denominativum a communi.*
Communione rei alicujus aliquos inter se conjungere. Ph. 1. 229.
Conferre aliquid in communionem. Pro Mil. c. 36.
In communione manere. Rh. 149..
COMMUNITAS *idem est quod communio, societas.*
Communitate cum aliquo jungi. Ph. 3. 31..
Communitatem esse alicui cum aliquo alicujus rei. Or. 3. 206. Ph. 1. 10.
Communitas vitæ atque victus. 9. Fam. 24.
Communitatem esse inter aliquos. Ph. 3. 107..
COMMUTATIO *est conversio, vel vicissitudo.*
Commutationem fieri. Cæs. B. G. l. 2. c. 27.
COMPARATIO *ponitur pro collatione, contentione, similitudine, apparatu.*
Comparationem habere. *Id est ita esse aliquid præstans, ut cum alio comparari possit.* Ph. 1. 235.
——— facere. Ph. 3. 52.
Ad comparationem rei alicujus se conferre. *Id est ad apparatum.* Or. 2. 5.
Comparationem adornare. Or. 2. 58.
De comparatione diminuere. At. 303.
COMPEDES *sunt instrumenta, quibus pedes vinciri, ac irretiri solent: ut sunt ligneæ soleæ.*
In compedibus ætatem agere. Cato apud Gell. l. 11. c. ult.
Compede vinciri. Hor. l. 4. od. 11.
Compedes revellere. Varro apud Non. c. 1.
——— indere. Plaut. 467.
——— alicui inducere. Rh. 81.
——— impingere. Plaut. Capt. 3. 5. 76.
COMPENDIUM *lucrum est temporis, pecuniæ, operæ, vel viæ: cui opponitur dispendium.*
Compendium facere. Plaut. Capt. 5. 2. 12.
Facere aliquid compendii sui caussa. 3. Off. 63.
Servire privato compendio. Cæs. l. 3. B. C. c. 32.
Vertere aliquid in compendium. Dig. l. 48. t. 20. leg. 6.
Res præcipui quæstus et compendii. Plin. l. 21. c. 12.
COMPERTUS *idem est quod certus.*
Compertum habere. Or. 2. 44.
——— esse alicui. Or. 3. 271.

COMPLEXUS, ûs, ui. *Præter vulgarem significationem ponitur pro* amore: *ut* complecti *pro* amare. *Accedit etiam interdum ad subsidii, vel præsidii speciem.*
Ad complexum alicujus currere. At. 185..
In complexum alicujus venire. Or. 3. 172.
Complexu aliquem recipere. Or. 3. 247..
E complexu dimittere. At. 303..
—————— abstrahere. Or. 1. 283..
COMPOS *dicitur, qui fruitur.*
Compotem rei alicujus facere. Or. 3. 28.. Esse. At. 138..
—————— sui esse. Cels. l. 5. c. 26.
Voti compotem fieri. Liv. l. 7. c. 40.
COMPROBATIO *est approbatio.*
A comprobatione abhorrere. Ph. 3. 26. *Id est non comprobari.*
COMPROMISSUM *dicitur ipsa facultas arbitro data: tractum ab eo, quod uterque litigans simul promittat, se arbitri sententiæ pariturum.*
—————— facere. Or. 1. 46..
CONATUS, us, ui, *est animi, aut corporis impetus.*
Conatum habere ad aliquid. Ph. 2. 50.
—————— suum in aliquid parare. Fam. 60..
—————— refutare. Or. 2. 245.
—————— prohibere. Or. 2. 110.
Conatibus obstare. Ovid. Remed. Am. 683.
A conatu repellere. Rh. 200. *vel* depellere. Or. 2. 107..
Conatum comprimere. Or. 2. 99.
—————— frangere. Cæs. de B. C. lib. 2.
CONCENTUS *dicitur plurium vocum concordantium. Dicitur etiam quasi consensus.*
Concentum efficere. Ph. 3. 129.
—————— servare. Ph. 1. 123.
CONCILIATIO *est adjunctio, vel conjunctio.*
—————— gratiæ. Pro Clu. c. 31.
Conciliatione conjungi. Ph. 2. 41..
Conciliationem colere. Ph. 3. 30.
—————— tueri. Ph. 3. 30.
—————— servare. Ph. 3. 30.
CONCILIUM *est multitudo diversorum populorum in unum locum, consulendi gratia, congregata. Derivatur autem non a* consilio, *sive a* consensu *(ut Festus existimat) sed a* concalando, *hoc est convocando, quod omnes in unum locum convocentur.*
—————— indicere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
—————— vocare. Virg. Æneid. lib. 6. 10.
—————— convocare. Or. 3. 32..
—————— habere. Rh. 68. Ph. 2. 176.
In concilium vocare. Ph. 2. 90..
—————— adducere. Ph. 1. 66..
—————— mittere. Mittere, *vel* dimittere in concilium, *est Judices in concilium ad sententiam dicendam mittere.* Or. 3. 271..
Concilium dimittere. *Id est sententiis dictis, aut ampliato reo, concilium missum facere.* Ph. 2. 176.
E concilio secludere. Ph. 1. 163..
—————— descendere. Ph. 2. 5..
CONCINNITAS *est condecentia.*
Concinnitatem efficere. Rh. 204.
CONCIO *significat locum, unde habetur oratio. Aliquando ponitur pro conventu et multitudine hominum congregata, aliquando pro suggesto; aliquando etiam pro oratione.*
In concionem ascendere. *Id est in suggestum.* At. 54.. Or. 2. 206.. Ph. 1. 80.
Concionem habere. Fam. 60.. Or. 2. 66. Or. 3. 24..
Producere aliquem in concionem. Post red. in Sen. 12.
Prodire in concionem. 3. Agr. c. 1.
Procedere in concionem. Curt. l. 6. c. 9.
Vocare ad concionem. Id. l. 6. c. 2.
Dicere, vel legere in concione. 15. At. 15. 7. Fam. 18.
Concionem advocare. Or. 1. 190. et al.
In concionem vocare. 1. Ac. 140. et al.
Summota concione. Pro Flac. 15.
Convocare in concionem. 3. Agr. in fin.
CONCLAVE *est cubiculum, vel triclinium.*
—————— corruere. Ph. 2. 86.
—————— concidere. Rh. 141.
CONCORDIA *est consensus, vel conspiratio.*
Concordiam gignere. Or. 2. 193..
Ad concordiam adducere. At. 101..
Concordiam constituere. At. 126..
—————— conglutinare. At. 15..
Concordia conjungi. Or. 2. 50.
Concordiam confirmare. Or. 3. 246.
Concordia coalescere. Liv. l. 1.
In concordiam reducere. At. 133.
Concordiam reconciliare. Or. 2. 116..
In concordiam redire. Plaut. 100.
CONCURSUS *ponitur pro motu, effusione, conflictione, vel contentione.*
Concursum facere. Rh. 192. At. 10.. 76.. 274.. et al.
—————— sustinere. Ph. 1. 18.
CONDITIO *idem est, quod modus, ratio, lex, pactio, pactum, fortuna, status, locus, jus, causa.*
Conditionem postulare. Ph. 1. 198..
—————— impendere. Fam. 73..
—————— statuere. Or. 3. 59.. 125.
—————— instituere. Or. 2. 138.
—————— constituere. Or. 2. 135. Or. 3. 58.
—————— proponere. Or. 2. 44..
—————— imponere. Cæs.
—————— ferre. Fam. 123.. 124.. 261. et al.
CONDITIONEM ferre *idem est, quod proponere. Et Conditionem* ferre *est victoris,* Accipere *vero victi.*
—————— offerre. Liv.
—————— dare. Fam. 94. Or. 2. 118.
Conditionibus onerare. Or. 1. 179.
In conditionem vocare. Fam. 119.
Ad conditionem adducere. At. 133..
—————— perducere. Or. 1. 4..
In conditione ponere. Or. 3. 62..
Conditionibus astringere. Or. 1. 3.
—————— stare. 16. Fam. 12.
Ad conditionem venire. Or. 1. 161.

Ad conditionem accedere. At. 133. Or. 1. 162. .
——— descendere. Fam. 118. .
Conditionem capere. Plaut. 801.
——— accipere. Fam. 261.
Ad conditionem depacisci. Or. 1. 160. . Al. al. leg.
Conditionem sequi. Or. 3. 125.
Conditione uti. 1. Or. 16. 179.
Conditionem habere. Or. 3. 132.
Conditione esse. Fam. 47. . 66. 79. Or. 2. 89. et al.
In conditione manere. At. 112. Or. 1. 69.
Conditiones pacis dicere. Liv. l. 29. c. 12.
Conditionibus bellum componere. Vell. l. 2. c. 25.
Concedere in conditiones. Liv. l. 2. c. 17.
In parem juris conditionem accipere. Cæs. B. G. l. 1. c. 16.
Conditionem alicui manere. Fam. 21. .
——— omittere. At. 307.
——— recusare. Ph. 3. 123. .
——— repudiare. Or. 1. 8.
——— respuere. Or. 3. 40.
A conditione fugere. Fam. 261.
CONFECTOR *dicitur, qui rem conficit, et peragit.*
——— belli. Fam. 155. .
——— negotiorum. Or. 1. 130. .
CONFESSIO *verbale est confitendi.*
In confessionem adducere. Ph. 1. 47.
Confessione convinci. Or. 2. 198.
——— urgeri. Or. 1. 224. .
Confessionem exprimere. Suet. in Tib. c. 19.
Confessione alicujus aliquid patefieri. Or. 2. 114. Or. 3. 257. .
CONFIDENTIA *fere semper in malam partem sumi solet; et arrogantis est.*
Confidentiam sumere. Plaut. 234.
——— habere. Plaut. 234.
Afferre confidentiam alicui. Fam. 8. ep. 8.
Amittere confidentiam. Plaut. Amphit. 5. 1. 2.
CONFUSIO, *et perturbatio idem designant.*
Confusionem habere religionum. Ph. 2. 174. .
Confusio suffragiorum. Pro Mur. 47. Temporum. 2. Off. 45.
CONGRESSIO *significat colloquium.*
Ab alicujus congressione aliquem prohibere. Or. 3. 169.
CONJECTURA *est opinio, suspicio, divinatio, provisio, auguratio, existimatio, signum, sensus.*
In conjectura positum esse. Fam. 5.
Conjecturam afferre. Or. 1. 48.
Conjectura duci. Rh. 169. .
Conjecturam ducere. Ph. 2. 138. . 139.
Conjectura augurari. At. 28.
——— prospicere. At. 125. Or. 2. 215.
——— pendere. Or. 1. 28. .
Conjecturam capere. Rh. 64. . Or. 1. 35. Or. 2. 126.
——— facere. Fam. 94. . At. 206. . Rh. 65. . 136. . et al.
——— percipere. Or. 2. 9.
Conjectura assequi. Or. 1. 248. . At. 110. .
——— consequi. Fam. 82. 196. At. 314.
——— aberrare. At. 236. .
CONJUNCTIO *est copulatio, necessitudo, affinitas, cognatio, societas, consociatio.*
Conjunctionem conciliare. Fam. 41.
De conjunctione imminuere. Fam. 62. .
Conjunctionem perfringere. Or. 2. 123. .
——— labefactare. Or. 2. 123. .
——— dirimere. Fam. 41. Or. 2. 218. .
A conjunctione avocare. Or. 3. 165.
CONJURATIO *est conspiratio, vel consensio.*
Conjurationem habere. Or. 2. 119.
——— facere. Or. 2. 103. .
——— prodere. Tac. Ann. 16. c. 17.
——— patefacere. Or. 2. 119.
——— deprehendere. Or. 2. 114. .
CONQUISITIO *vox est in re bellica frequens: soletque delectum præcedere.*
Conquisitionem habere. Liv. Dec. 3. lib. 3.
——— facere. Liv. Dec. 3. lib. 5.
CONSCIENTIA *est certa quædam rei a se gestæ recordatio, vel memoria in animo perpetuo insistens; vel cognitio, et intelligentia: et tam in bonam, quam in malam partem ponitur.*
Ex conscientia aliquid metiri. Fam. 146. .
Conscientia fretum esse. Pro Mil. c. 23.
——— impediri. Or. 3. 88. .
A recta conscientia non discedere. Att. 13. ep. 20.
Conscientiam exonerare. Curt. l. 6. c. 8.
Conscientia convinci. Or. 2. 107. 113.
——— opprimi. Or. 3. 87. . 88. .
——— sustentari. Fam. 78. . At. 156. .
——— stimulari. Curt. l. 5. c. 11.
——— mentem vexari. Salust. in Catil. c. 15.
——— se consolari. Rh. 187. .
Conscientiam removeri. *Cicero de Finibus:* Epicurus in magnis interdum versatur angustiis, ut, hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod non voluptatis caussa videatur esse facturus. Ph. 1. 70. .
A conscientia discedere. At. 210.
CONSECUTIO *verbale est consequendi.*
Consecutionem afferre. *Cicero de Finibus.* 1. Ipsa detrectatio molestiæ consecutionem affert voluptatis.
CONSENSIO *est conspiratio, vel consensus: poniturque tam in malam, quam in bonam partem.*
Consensionem fieri. Or. 1. 237.
——— extare. Fam. 12. .
——— alicui esse cum aliquo. Ph. 3. 98. .
CONSILIARIUS *est, qui consilium dat: vel est auctor, aut præscriptor rei alicujus.*
Consiliarium dare. Ph. 2. 192. .
Consiliario aliquo uti. Fam. 10.
CONSILIUM *est aliquid faciendi, vel non faciendi excogitata ratio.*
Cum Adjectivis.
Consilium callidum. Ph. 3. 16. .

Consilium sapiens. Fam. 52. . 54.
——— prudentiæ plenum. Fam. 145.
——— fidele. Fam. 18. Or. 2. 35. . 67.
——— fidelitatis plenum. Fam. 145.
——— salutare. Fam. 83.
——— periculo vacuum. At. 160. . 169.
——— puerile. At. 239. .
——— imbecillum. Or. 2. 161.
——— periculosum. Ph. 3. 16. .
——— dissolutum. Or. 2. 77.
——— perditum. Or. 2. 77.
——— plenum sceleris. Or. 1. 23.
——— audaciæ. Or. 1. 23.

Cum verbis.

Consilii hæc sunt. *Id est consilium de his iniri, et capi potest.* Fam. 128. .
——— magni res. At. 24. 155. 243. .
Consilium tuum est. *Tota est concedentis hæc locutio, scilicet cum rei deliberationem alicui concedimus, et tribuimus: vel cum designamus alicui esse potestatem, ut, quo velit, judicio utatur.* Fam. 184. . 238. 239. At. 70. .
Consilii tui est. *Id est, deliberare potes.* Fam. 31. . 120. .
Consilio aliquo esse. *Per hanc locutionem dicitur aliquis* temerario, *vel* repentino consilio esse, *qui temerarium, et repentinum consilium inire solet.* Rh. 65. Fam. 136. .
Consilii. At. 116. *vel* consilio egere. Fam. 133. At. 46. 54. et al.
Consilium petere. Fam. 86. . 153. Or. 3. 29.
——— exquirere. Fam. 46. . Ph. 2. 140.
Ad consilium referre. At. 1. 16.
In consilium ire. Pro Clu. c. 30.
——— mittere. *Ib.*
Consilii auctorem esse. Fam. 198. . At. 39. .
——— adjutorem esse. Fam. 144. . Or. 2. 146.
——— ducem esse. Or. 3. 56. .
——— moderatorem esse. Fam. 16. .
——— ministrum esse. Fam. 21. .
Consilio juvare. Fam. 21. At. 217. .
Consilium dare. Ph. 3. 104. . Fam. 21. . 46. . 50. . et al.
Sermo tuus ad id me consilium adduxit, ut &c. Fam. 252.
Consilii copiam facere. Rh. 155.
Adesse alicui in consilio. Or. 1. 2.
Consilio instruere. At. 71.
Consilium confirmare. Fam. 24. .
——— probare. Fam. 14. . 45. . 48. .
——— probari alicui. Fam. 137. .
——— sequi. Fam. 47.·. 52. . 54.
De consilii sententia. 7. Verr. c. 21.
De meo consilio. At. l. 13. 31.
Consilio parere. Fam. 18. .
——— assentiri. Fam. l. 11.
Consiliis uti. Ph. 3. 112. Fam. 16. 34. . 48. . 65.
Consilium repudiare. 2. de Or. 3.
Ab alterius consiliis discrepare. Fam. l. 10.
Consilium advocare. In Vat. c. 6. *Id est cœtum hominum consultantium.*

De consilio alicujus aliquid facere. At. 6 ep. 3.
Consilium capere. Fam. 46. . 58. 123. .
——— inire. Fam. 122. 141. .
——— suscipere. Fam. 94.
Consilia sibi corde instituere. Ter. in Phorm.
Consilium nasci ex aliqua re. At. l. 9.
Satis consilii habere. At. l. 12. 52.
Consilio abundare. 10. Fam. 16.
Consilium exponere. Fam. 33.
——— indicare. Fam. l. 10.
Consilii fontes aperire. Ad Brut.
Consilium enunciare. Pro Rosc. Am.
——— patere. Catil. 1. c. 1.
In consilium adhibere. Fam. 21. . 78.
Consilium impertire. Fam. l. 5.
Consilia conferre. Ter. Heaut.
Consilium conjungere. Fam. 47.
——— accommodare ad. Fam. 129. .
——— spectare in, *vel* ad. Fam. 46. .
Consiliis interesse. Fam. l. 9. .
Consilia clausa habere. Ver. 3.
Consilii expers. At. l. 11.
Consilium ponderare eventis. Pro Rab. 1.
——— reprehendere. Fam. 70. . 81.
——— mulctare. Pro Rab. 2.
——— frangere. Fam. 16. 49.
——— impedire. Fam. 244.
——— prævenire. Offic. l. 3.
——— antevenire. Sallust.
Consiliis occurrere. In Catil. 3. 17.
A consilio revocare. At. l. 3.
Consilium extorquere. Fam. l. 10.
Sui consilii aliquem pœnitere. Fam. l. 4.
Consilium labare. At. l. 8.
——— mutare. Fam. 26. 27. 34.
Consilio desistere. Cæs. B. G. l. 7.
Consilium abjicere. 2. Catil. 14.
A consilio abesse. *Pro consilium abjicere. In consilio permanere.* 1. Offic. 112.
Consilio labi. Philipp. 7.
Consiliis præceps. Philipp. 5.
Consilium exequi. Ter. Adelph.
——— explicare. 14. Fam. 12.
——— explere. Cæs. B. C. l. 1.
Consociatio *est conjunctio, vel communitas.*
Consociationem dissolvere. Ph. 3. 57.·.
Consolatio *est levamen, medicina, vel confirmatio.*
Consolationem afferre. Fam. 50. 93. .
——— adhibere. Fam. 47. . 71. . Rh. 196.
Consolatione lenire. At. 326.
——— mulcere. Ph. 3. 78.
Consolationem suscipere. Fam. 81.
——— egere. 5. Fam. ep. 16.
Consolatione aliqua uti. Fam. 80. . 81.
——— sustentari. Rh. 196. Or. 3. 121.
Conspectus, us, *est aspectus, vel præsentia.*
In conspectum dare se alicui. Or. 1. 253.·. Ph. 2. 89.
In conspectu ponere. Rh. 157. . Fam. 19. . Ph. 1. 124. . et al.
——— esse. Fam. 7. 19. . Rh. 129. .

In conspectum cadere. Ph. 1. 159.
——— venire. Ph. 1. 53. .
——— prodire. Plaut. 457.
Conspectum fugere. Or. 2. 67.
——— vitare. Quint. lib. 6. cap. 3.
Conspectu privare. Or. 2. 145.
Ex conspectu discedere. At. 190.
——— evolare. Or. 1. 253. .
——— amittere. Terent. Eunuch. 2. 3.
CONSPIRATIO *est consensus, vel conjuratio.*
Contra hostium conspirationem confligere. Fam. 11. ep. 14.
Conspirationem facere. Liv. Dec. 3. lib. 6. f.
CONSTANTIA *est firmitas, gravitas, æqualitas, vel perseverantia.*
Constantia indigere. Tac. 3. Hist. c. 73.
Constantiam afferre. Ph. 3. 14. .
——— servare. Ph. 3. 25. .
Constantia esse. Ph. 3. 99.
Constantiam retinere. Or. 3. 211. .
CONSUETUDO *modo pro intima quadam familiaritate ponitur, modo pro more, instituto, usu, exercitatione, vel vita communi accipitur. Sic ad amicitiam pertinet, vel extra amicitiam est.*
Ad amicitiam pertinens.
In consuetudinem alicujus se dare. Or. 3. 94.
——— insinuare. Fam. 57. .
——— immergere. Or. 2. 24. .
Consuetudinem cum aliquo jungere. Or. 3. 148. .
——— adjungere. Ph. 3. 101. .
Consuetudine implicari. Fam. 89.
——— devinciri. Or. 2. 186. .
Consuetudinem facere majorem. Fam. 213. .
——— intercedere alicui cum aliquo. Fam. 175. . 221. .
——— esse alicui cum aliquo. Or. 1. 21.
Consuetudine jungi. Or. 2. 178.
Consuetudinem intermittere. Fam. 30. .
A consuetudine refugere. At. 2.
Consuetudine privare. Or. 2. 145.
In, Fam. 126. vel ad consuetudinem revocare. At. 195.
Ad consuetudinem redire. Fam. 70.
Extra amicitiam.
Præter, vel contra consuetudinem. At. 50. Fam. 247. .
Consuetudinem asciscere. Rh. 183. .
——— excitare. Or. 3. 18.
——— aperire. Or. 3. 131.
——— afferre. Or. 3. 182. .
In consuetudinem inducere. At. 324.
Consuetudinem introducere. Fam. 264. . Or. 1. 191.
——— capere. Ph. 3. 12. .
In consuetudinem venire. *Duplicis significationis ista locutio est: activæ scilicet, vel passivæ. Cum autem activæ significationis est, ponitur pro consuetudinem capere, vel asciscere. Cum passivæ, idem est, quod introduci, vel induci in consuetudinem. Activæ significationis exemplum. Cicero in Pison.* Senatus in eam jam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene Rempub. gesserint, novis honoribus afficiat. *Passivæ significationis exemplum. Cic. de Inven.* Quædam ex utilitatis ratione in consuetudinem veniunt. Rh. 70.
Consuetudinem nancisci. *Id est in consuetudinem venire, cum activæ significationis est.* At. 315.
——— esse. Ph. 3. 18. . Rh. 175. et al.
——— serpere. Or 1. 65. .
——— increbrescere. Or. 3. 260. .
Consuetudine uti. Fam. 115. 231.
Consuetudinem tenere. Or. 3. 158. Ph. 2. 139.
——— retinere. Fam. 166. . Or. 1. 280. .
——— servare. Fam. 65.
——— præstare. Fam. 65. .
——— manere. Fam. 75.
E consuetudine recedere. Or. 1. 285.
Consuetudinem referre. Or. 1. 65. . 79.
Ad consuetudinem revocare. Fam. 161.
——— reverti. Fam. 141. .
In consuetudinem se adducere. Cæs. 4. B. G. c. 1.
CONSUL, *dicebatur tutor annuus Reipublicæ.*
Consulem efficere. Ph. 3. 110.
——— facere. Fam. 248. . 250. Or. 2. 66. .
——— fieri. Ph. 3. 97. . Or. 2. 145. .
——— designare. Fam 114. . 121. .
——— renuntiare. Fam. 109. Or. 2. 124.
CONSULATUS, *est Consulis officium, dignitas, potestas.*
Consulatum petere. Ph. 3. 97.
——— gerere. Fam. 52. et al.
——— cogitare, obtinere, adipisci, inire, suscipere.
Consulatu abire, abdicare se, perfungi, &c. Liv. Cæs. Nepos.
CONSULTATIO *est deliberatio.*
Consultationem proponere. Rh. 153.
In consultationem venire. *Dicitur res in* consultationem venire, *de qua fieri potest consultatio.* Rh. 16. . 71. .
CONTAGIO *est genus morbi, qui ex contactu contrahitur.*
Contagionem a re aliqua proficisci. Ph. 3. 50.
——— serpere. Virg. 3. Georg.
——— late patere. Or. 2. 143.
——— ad aliquem pertinere. Or. 1. 243. et al.
Contagione contaminari. Or. 2. 235.
CONTEMPTIO *significat despicientiam, vel despectionem.*
In contemptionem aliquid adducere. *Id est perficere, ut contemnatur.* Rh. 47.
CONTENTIO *aliquando venuste ponitur pro comparatione, vel collatione. Vulgo solet accipi pro controversia, certatione, pugna, rixa.*
Contentionem impendere. At. 98. .
In contentionem vocare. Or. 2. 128.
In contentione ponere. Or. 3. 49.
Contentionem excitare. Or. 2. 26. .

Contentionem facere. Fam. 12.. Or. 2. 260. et al.
In contentionem venire. Or. 1. 4. 64..
——————— incidere. Ph. 3. 102..
Contentionem esse alicui cum aliquo. At. 18.. Or. 2. 262.. et al.
——————— esse inter aliquos. Rh. 93.. Or. 3. 13.. Ph. 1. 33..
——————— habere cum aliquo. Ph. 2. 189.
——————— dijudicare. At. 229.
A contentione abesse. At. 162..
Continentia *est temperantia, virtus voluptati resistens: per quam scilicet cupiditas consilii gubernatione regitur.*
A continentia deducere. At. 291.
Continentia in victu omni atque cultu. 2. Offic. c. penult.
Continentiam in lasciviam vertere. Curt. l. 6. c. 6.
Controversia *non solum in litibus est, sed ad omnem disceptationem, et contentionem pertinet.*
Controversiam oriri. Or. 2. 52.
——————— existere. Rh. 96.. At. 290..
——————— facere. Rh. 208.
In controversiam vocare. Rh. 135.. Fam. 215.
Controversiam intendere. Rh. 15.
In controversiam adducere. Rh. 100.
——————— deducere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——————— venire. Rh. 96.. Or. 1. 6..
In controversia esse. Rh. 3.. 14..
——————— versari. Rh. 201.
Controversiam habere. Fam. 142. 223.. 224. 229.
——————— usque ad noctem ducere. Fam. 3..
——————— alere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——————— dijudicare. Rh. 199..
——————— transigere. At. 3.
——————— sedare. Or. 3. 63..
——————— dirimere. Ph. 3. 76.
——————— tollere. Or. 3. 223.
A controversia abesse. At. 162..
Sine controversia. *Locutio est ista frequens bonis Scriptoribus, et classicis, tum maxime, cum rem certam proponunt.* Rh. 105. At. 207.. Or. 1. 288. Ph. 3. 53..
Contumacia *est superbia.*
——————— efferri. Ph. 3. 106..
Contumelia *paulo durior est, et asperior, quam injuria: fitque et re, et verbis.*
Aculeos contumeliarum in re aliqua inesse. Rh. 129.
Ad contumelias descendere. Cæs. de B. C. lib. 3.
Contumeliam jacere in aliquem. Or. 2. 171.
Contumeliis onerare. Plaut. 632.
Contumeliam facere. *Ob hunc loquendi modum Cicero Antonium reprehendit Philip. 3. tanquam verbis novis utentem:* Quid est, *inquit,* porro facere contumeliam? quis sic loquitur? nonne satius est, mutum esse, quam, quod nemo intelligat, dicere? Or. 3. 187.. *Ut Antonium Cicero reprehendit, ita postea a nonnullis insolenter reprehensus est, velut nimium superstitiosus, et a receptis etiam vocibus nimium religiose abstinens. Id qui faciunt, næ intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. Nam quo modo Ciceronem ut superstitiosum, et nimiæ in loquendo religionis damnabunt, cui suam ubertatem, et copiam, quantam quantam habet, Lingua Latina acceptam refert? Sed qui judicio carent, quæ Cicero devita, et obsoleta vitavit, ne teretes, et delicatiores suorum æqualium aures offenderet; vel quod verborum splendoris, et munditiei plus cæteris studiosus esset; ab illo superstitiose vitata putant. An vero dubitabat ille Terentii assiduus lector, et amator amantissimus, Terentium illo loquendi genere antea usum esse? Terentium, et Plautum usos esse non ignoravit. Sed quia rudiusculum hoc loquendi genus suo tempore haberi videret, minus audacter usus est: neque id Ciceroni ut munditiei peramanti, et suo tempori servienti parte ex aliqua vitio vertendum docti arbitrantur. Ego vero, quoniam et Plauti, et Terentii, sicut Ciceronis, eloquentia constat Linguæ Latinæ dignitas, hanc loquendi formam a Plauto, et Terentio usurpatam, quod ea minus usus sit Tullius, vitandam non censeo, dicaturque eo modo* contumeliam facere, *quo* injuriam facere. *Hactenus Doletus.* Contumeliam facere *dixerat Antonius pro* pati, *eo modo, quo dicimus* jacturam facere. *Iccirco reprehenditur a Cicerone, et quidam jure.* V. Quintil. l. 9. c. 3.
Contumeliis onerare. Fam. 61..
——————— operire. Or. 1. 226.
——————— lacerare. Or. 3. 231..
Contumelia vexare. Or. 1. 18. Ph. 2. 15..
Contumeliam intorquere. Ph. 1. 226.
——————— imponere. Or. 1. 204.
In contumeliam vertere. Cæs. de B.C. lib. 1.
Contumeliam accipere. Or. 1. 120..
——————— pati. At. 285..
——————— lenire. Fam. 61..
Conventum, *ponitur pro pacto.*
Conventis stare. Ph. 3. 71.
Conventus (*inquit Festus*) *quatuor modis intelligitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, cum a Magistratibus, judicii causa, populus congregatur. Erant enim in Provinciis statuti conventus per rectores earum ad judicia facienda. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis, aut gratulationis causa colligitur.*
Conventum facere. At. 19.
——————— agere. Or. 1. 241.
——————— peragere. Cæs. de B. G. lib. 5.
——————— celebrare. At. 19.
——————— dimittere. Sal. Cat. c. 22.
Convictor *Latinis est, qui vulgo commensalis dicitur.*

Convictore aliquo uti. Fam. 265.
Convitium *significat contumeliam, maledictum, probrum, crimen, opprobrium.*
Convitium facere. At. 9.. 257.. Fam. 153. Or. 2. 33.
Convitio jactari. Fam. 5..
Convitium sustinere. Or. 1. 11..
Convivium *est epularis Amicorum accubatio.*
—— parare. Or. 1. 214.
—— apparare. Or. 1. 210. Ph. 3. 63..
—— ornare. Or. 1. 17.. 210.
—— instruere. Or. 1. 214.
—— concelebrare. Ph. 2. 211..
—— agere. Or. 3. 44..
—— inire. Or. 3. 93..
Copia *est rei cujuslibet abundantia, vel ubertas. Aliquando pro facultate ponitur. Interdum pro manu militari: idque in plurali numero frequentius.*
Cum divitiarum est.
Copias suppeditare. Ph. 3. 112..
Copiis ditare. Ph. 3. 31.
—— affluere. *Ib.*
—— circumfluere. Ph. 3. 106.
—— locupletem esse. At. 124.. Or. 1. 52..
—— magnis præditum esse. Ph. 3. 106.
—— habere. Or. 3. 233..
Pro facultate, vel abundantia.
Copiam gignere. Rh. 154.
—— sui facere. Rh. 155.
Ad rem bellicam spectantes.
Copias parare. Sallust. in Jugurth.
—— comparare. Fam. 174.. 185.. At. 129..
—— contrahere. Fam. 154.. At. 118. 130.
—— cogere. At. 129..
—— habere. Fam. 32. 196. At. 129..
Copiis abundare. At. 273..
Copias educere. Cæs. de. B. G. lib. 1.
—— traducere. Cæs.
—— producere. Cæs.
—— exponere. Liv.
—— instruere. Cæs. de B. C. lib. 4.
—— armare. Sallust. in Jugurt.
—— minuere. Fam. 167. *vel* imminuere. Fam. 32.
—— profligare. Cæs. de B. C. lib. 4.
Corollarium *usurpant Latini pro accessione.*
—— addere. Or. 1. 173..
Corona *est diadema, insigne Regium. Vel est per metaphoram circulus hominum audientium.*
Coronam imponere. Fam. 69.
Corona donare. *Ib.*
Coronam habere in capite. Or. 1. 241.
—— ferre. At. 231.
—— ponere, *pro* deponere. At. 234..
Corona cingi. Or. 3. 101..
—— sepiri. Or. 3. 181.. *Id est hominum turba.*
Corpus.
Corporis infirmitas. At. 172. Or. 2. 94..
—— imbecillitas. At. 173..
Corpus amittere. Fam. 107.
Corpori tempus dare. Fam. 139.
—— servire. Fam. 258..
Corpus allevari. At. 98.
—— revocare. Fam. 107..
—— confirmare. 257.
—— vulgare. Liv. Dec. 1. lib. 1. *Id quod facit meretrix, dum se prostituit.*
Corruptela *appellatur, quod corrumpit.*
Corruptelam judicii moliri. Ph. 3. 125.
Corruptelarum illecebris aliquem irretire. Or. 2. 100.
Corruptela depravare. Ph. 2. 177..
Creditor. *Creditorum appellatione non ii tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur, sicuti ex empto, ex locato, vel ex alio contractu.*
Creditores fraudare. Or. 3. 207..
Creditoribus satisfacere. Sueton. Cæs. c. 42.
—— solvere. Sen. ep. 87.
—— decoquere. Plin. l. 33. c. 10.
Creditum *est res credita.*
—— solvere. Sen. l. 2. de Ben.
—— abjurare. Sallust. in Catilin.
Crimen *quandoque pro quadam quasi calumnia, sive accusatione ponitur: quandoque pro genere peccati: interdum pro delicto ipso.*
—— in aliquem quærere. Or. 2. 179..
Crimini dare aliquid alicui. Rh. 35.. 190.. Or. 1. 250.. et al.
In crimen vocare. In crimen rem, et personam vocamus. Rem autem in crimen vocare, *est rem crimini dare, vel vitio vertere. Cic. in Verr. Act.* 5. Avaritiam in crimen, et judicium voco. *Or.* 1. 197. *Sed aliquem in crimen vocare, accusare est. Cicero pro Sylla:* Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur. Or. 2. 178..
Crimen in aliquem conjicere. Or. 2. 141..
—— conferre. Or. 1. 47..
Crimen afferre. Or. 2. 53. *vel* inferre alicui. Ph. 3. 108..
—— offerre. Ph. 3. 108..
In crimine ponere aliquid alicui. Rh. 127.
Crimine accersere. Or. 1. 131. Or. 3. 40..
In crimen incurrere. Or. 2. 278..
—— venire. Terent. Hecyr. 3. 1.
In crimine esse. Or. 1. 223..
Crimen hærere in aliquo. Or. 3. 403. 49.
Crimine condemnare. Fam. 18.
Crimen dissolvere. Or. 2. 18. 80.
—— refellere. Virg. 12. Æneid.
—— ponderare. Or. 1. 84..
—— extenuare. Or. 1. 256..
—— derivare. Or. 3. 107.
Ex crimine eripere. Terent. Phorm. 2. 2.
Crimen effugere. Or. 2. 147..
Ex crimine elabi. Or. 1. 137.
A crimine abesse. Or. 1. 27.
Crimine carere. Or. 3. 137..
Crimen condonare. Or. 3. 102..
Cruciatus *tam ad animum, quam ad corpus pertinet: generaliterque ponitur pro tormento, pœna, vel supplicio.*

Cruciatum edere in aliquem. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— admovere. Or. 1. 269.
——— ciere. Ph. 1. 178..
Cruciatu afficere. Or. 1. 78.
——— conficere. At. 177.
In cruciatum agere. Or. 1. 271.
——— dare. Or. 1. 38.
Crudelitas *est morum acerbitas, inhumanitas, importunitas, sævitia, atrocitas, vel immanitas.*
Crudelitate imbui. Or. 3. 184.
——— præditum esse. Or. 2. 168.
Crudelitatem expromere. Or. 3. 106. Or. 2. 225.
——— adhibere. Or. 2. 225.
——— exercere. Or. 3. 232.
——— explere. Rh. 104.
——— saturare. Rh. 34..
——— satiare. At. 304.
Crus, cruris, *incipit a cervice Coxendicis; finit ad extremos pedis digitos. Ejus partes sunt coxa, femur, genu, tibia, pes.*
Crura frangere. Or. 3. 233.. 252.
——— suffringere. Or. 1. 27..
Crux, crucis, *est patibulum.*
Crucem minitari. Or. 3. 250.. *vel* proponere. At. 231.
In crucem tollere. At. 106.. Or. 1. 77.. 270..
——— agere. Or. 1. 2. 70. Or. 2. 57. Ph. 1. 146..
Cruci suffigere. Or. 3. 88..
Cruce afficere. Or. 1. 78.
In malam crucem abire. Or. 3. 257..
Cubiculum *est conclave, cella, testudo.*
In cubiculum introducere. Or. 1. 159..
De cubiculo exire. Rh. 133.
Cubile *est lectus.*
——— inire. Fam. 140. Or. 2. 252..
Culcita. *Culcita generali nomine vocari potest omne stragulum.*
In culcita collocare. Ph. 1. 200..
Culeus *est uter, sive saccus lino, vel corio factus. Scelestissimi homines, ac præsertim Parricidæ, cum Simia, et Gallo, et Serpente insuti culeo in mare injiciebantur ex Lege Pompeia.* Culeus *etiam mensura est vicenas amphoras continens, vel urnas quadragenas: qua nulla major mensura liquoris.*
In culeum insuere. At. 300.
Culpa.
Culpam commerere. Terent. Phorm. 14. 28.
——— commereri. Plaut. Aul. 4. 10. 8.
——— committere. Ph. 3. 119..
——— contrahere. At. 184.
——— in se admittere. Teren. Phorm. 2. 1. 40.
Culpa se contaminare. Rh. 10..
Culpæ affinis. Rh. 78.. Or. 1. 21.. *vel* reus. At. 275..
Culpam esse in aliquo. Ph. 3. 78.. Or. 1. 263. 113. et al.
Esse in culpa. Ph. 3. 111. Fam. 160. et al.
Culpam suscipere. Or. 1. 221. Or. 2. 50. 126. 270.

Culpam residere in aliquo. At. 14. 225.
——— hærere in aliquo. Or. 1. 170..
——— consistere in aliquo. Or. 1. 44.
Culpa teneri. Or. 3. 133.
Culpam conferre. At. 129. 135.. Ph. 3. 79.. *vel* transferre in aliquem. At. 250. Or. 1. 277.. Rh. 209..
——— derivare in aliquem. Or. 1. 118..
——— injicere in aliquem. Cæs. de B. G. lib. 4.
In culpam convertere. Or. 3. 127.
In culpa poni. Or. 2. 44.
Culpam coarguere. At. 138.
——— sustinere. Fam. 252.. At. 101.. Ph. 2. 191..
——— præstare. *Culpam præstare eo modo dicunt Latini, quo etiam dicimus præstare* vitium, dolum, damnum, periculum, *et cætera hujusmodi. Est autem culpam præstare, redimere, vel sarcire quicquid damni a culpa proficiscitur.* Fam. 78.. 136. Rh. 94.
——— redimere. Fam. 147..
——— dimovere. Rh. 65.
Ex culpa eximere. *Ib.*
Culpa liberare. At. 211. Or. 2. 270. Or. 3. 137.
A culpa abesse. Fam. 80. 81. Rh. 35..
Culpam esse procul ab aliquo. Terent. Adelph. 3. 2.
——— abesse ab aliquo. Fam. 196.. 197..
Extra culpam esse. Or. 1. 263.
A culpa abhorrere. *Id est remotum esse.* 65..
Culpa vacare. Fam. 18. 80.. 97.. Or. 3. 137..
——— carere. Fam. 77.. 78.. 136. Rh. 75.
Cultura *est cultus.*
Culturam adhibere. Ph. 1. 134.
Cultus, us, ui. *Modo ad rem rusticam pertinet; modo extra rem rusticam est. Cum vero est extra rem rusticam, passivam, vel activam significationem habet.*
Cultum adhibere. Ph. 2. 20.
——— tribuere. Rh. 82..
Ad civilem et humanum cultum deducere. Rh. 87..
Cumulus *pro accessione ponitur.*
Cumulum afferre. Fam. 264.
——— accedere. Fam. 87. 250.. At. 67.. 252.. et al.
In cumulum accedere. Or. 2. 78..
Cumulum diruere. At. 258..
Cunctatio *est mora, vel tarditas.*
Cunctationem abjicere. Ph. 3. 15.
Cuniculus *est foramen occultum sub terra.*
Cuniculos agere. *Id est quod Barbari dicunt,* facere minas sub terra. Liv. Dec. 1. lib. 4.
Cuniculis opprimi. At. 318.
Cupiditas *dicitur aviditas, libido, desiderium, studium, ardor mentis, et impetus animi ad aliquid.*
Cupiditatem erigere. Rh. 24.
Cupiditati suffragari. At. 279.
Cupiditate incitare. Rh. 194..
Cupiditatem injicere. Fam. 172.

In cupiditatem impellere. At. 285.
Cupiditate afficere. Fam. 76. .
——— incendere. Fam. 69. At. 213. .
——— inflammare. Ph. 3. 112. Or. 1. 208. . et al.
Cupiditatem tenere aliquem. At. 100. .
——— in aliquo esse. Ph. 3. 99.
Cupiditate aliquem rapi. Or. 3. 92.
Cupiditatem habere. Fam. 124. . Or. 1. 146. Or. 2. 181.
Cupiditate ardere. Fam. 67. At. 282. . Rh. 193. Or. 3. 91. . 92.
——— flagrare. Rh. 96. Or. 1. 135. 217. et al.
Cupiditatem refutare. Fam. 17. .
——— tenere, *pro* cohibere. Or. 1. 148. . Ph. 3. 111. .
——— frangere. Rh. 92.
——— imminuere. Or. 3. 240. .
——— debilitare. *Ib.*
——— comprimere. Or. 3. 92. .
——— restinguere. Or. 2. 92.
——— coercere. Rh. 101.
——— abjicere. Fam. 52.
A cupiditate remotum esse. Fam. 208.
Cupiditate carere. Or. 3. 188.
CURA *est diligentia, solicitudo, studium, angor, cogitatio, meditatio, metus, molestia, acerbitas.*
Curæ esse. Ph. 3. 104. . Fam. 16. . 17. 20. . 54. . 135. At. 1. 162.
——— de. Fam. 121. . 143. . 158. At. 203.
——— ut. Fam. 31. . At. 3. . 135. Or. 1. 216. . Or. 3. 191.
Curæ habere. Fam. 119.
Esse in cura. Fam. 89. .
Esse cura, *pro* in cura. Fam. 114. .
In cura versari. Fam. 131. .
Curam afferre. Ph. 3. 3. 105. . Fam. 45.
Curam injicere. Terent. Adelph. 4. 5.
——— dare. Fam. 130.
——— nasci. Ph. 2. 139.
——— aliquem tangere. Or. 1. 161. *vel* attingere. At. 147. .
Cura afficere. At. 16.
——— conficere. Fam. 56. .
Curam deferre. Or. 2. 132.
——— suscipere. Fam. 188. At. 99. . 133. Ph. 3. 28. .
——— sustinere. Fam. 145. . At. 95.
Cura complecti. Fam. 31. .
——— implicari. Ph. 3. 104. .
Conferre se ad curam. At. 98.
Curam conferre ad. Fam. 48. 151. . *vel* in . Fam. 243. Ph. 3. 33.
——— adhibere. Ph. 3. 108. Fam. 21. . 150.
——— in re aliqua ponere. At. 298. Or. 2. 51. 135. et al.
——— figere. Fam. 20. *vel* defigere. Or. 3. 260. .
——— infigere. Or. 2. 203. .
——— configere. Or. 3. 210.
Curas consumere. Fam. 90. . At. 288. . Rh. 175. Ph. 2. 3.

In curam incumbere. Fam. 145. 152. At. 248. . 258.
Curam excubare apud aliquem. Fam. 148.
——— alicujus in re aliqua versari. Rh. 137.
——— derivare. Or. 3. 235. .
A cura abducere. At. 326.
——— traducere. Fam. 5.
Curas adimere. Terent. Hecyr. 5. 3.
Curam levare. Fam. 252. . At. 16. 124. .
Cura levare. Fam. 135. At. 70. . Rh. 165. .
Cura, *vel* a cura solvere. Or. 2. 234.
——— laxare. Ph. 1. 157. .
——— liberare. Fam. 36. 135. At. 245.
Curam dimittere. At. 226. .
——— deponere. Fam. 51. .
——— abjicere. Fam. 138. . 142.
——— considere. Rh. 165. .
Cura vacuum esse. At. 32. . Ph. 2. 114.
Esse sine cura. At. 39. 262. . Or. 1. 69. .
Curam fugere. Ph. 3. 105. .
CURATIO *est, in qua versatur cura: vel est munus a nobis susceptum, ad quod exsequendum curæ nostræ conferuntur. Est etiam Medicorum.*
Curationem rei alicujus deferre ad aliquem. Liv. Dec. 3. l. 7.
——— adhibere. Ph. 1. 191. Ph. 2. 20. Ph. 3. 17.
——— afferre, *pro* adhibere. Fam. 52.
——— admovere. Ph. 1. 222. .
——— præscribere. Ph. 2. 134.
——— suscipere. Or. 3. 127.
——— vacare. Ph. 2. 2. .
CURATOR *appellatur, cui mandatur rei alicujus curatio.*
Curatorem constituere. Or. 2. 69. .
——— præficere. Or. 1. 137. .
CURIOSITAS *est denominativum* curiosi. *Et* curiosus *dicitur a nimia cura: quoties plus diligentiæ, quam oportebat, impendimus rebus vel nostris, vel alienis. Nostris, cum minima quæque disquirimus, ut nullius frugis. Alienis, cum de rebus cæterorum occultioribus non satis cum pudore perscrutamur, aut interrogamus.*
In curiositate esse rei alicujus. At. 29.
CURRENS.
Currentem hortari. At. 72. 219. . 315. .
Currentem incitare, *vel* currentem excitare, *est ad rem agendam alacrem obnixeque incumbentem instantius hortari, vel impellere. Ducta est metaphora ab iis, qui in curriculo certant cursu, quibus acclamatio solet addere velocitatem, et animos alacriores facere.* Fam. 252. . Or. 3. 187.
CURRICULUM *significat spatium, quo curritur, vel cursum, vel currum. Tota vero hujus nominis elegantia in translatione consistit.*
——— dare. Ph. 2. 202. .
In curriculo se exercere. De Sen. c. 9.
Curricula præcipitare. Curt. l. 8. c. 14.
Curriculo volare. Plaut. Pers. 2. 2. 17.
——— sequi. Id. Epid. 1. 1. 12.
——— currere. Id. Most. 2. 1. 15.
Curriculum circumscribere. Or. 2. 96. .

Curriculum suæ industriæ habere. Or. 3.. 210. Rh. 166..
In curriculum descendere. Rh. 24..
Curriculum conficere. Ph. 2. 202..
——— elaborari. *Cic. in Philip.* Omne curriculum industriæ nostræ in Foro, in Curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. Or. 3. 210..
De curriculo deflectere. Ph. 3. 104. Or. 2. 135.
——— decedere. Or. 1. 145.
Cursus.
Cursum petere. *Cic. ad Att.* Ille incertus alium cursum petivit. At. 42.
In cursu esse. Rh. 97. At. 2.
Cursum tenere. Cursum tenere *translate ad rem nauticam pertinet; et dicitur navis* cursum tenere, *cum intentis velis longius fertur. Cicer. de Nat. Deor.* Dionysius cum secundissimo vento cursum teneret. *Ph.* 2. 76.. *Idem in Philip.* Quem cursum industria tenere potuisset sine forensibus causis, sine judiciis? Or. 3. 216. Fam. 16. Or. 1. 254.
Cursum conficere. Fam. 81.. Rh. 195.. Or. 2. 10..
——— alicui esse. Ph. 3. 98.
De cursu revocare. Rh. 221.
Custodia *ponitur et pro eo, cui rem in custodiam damus; et pro fide ejus, qui rem custodit. Sumitur etiam pro carcere.*
In custodia collocare. *Cicer. Philip.* 7. Idcirco in hac custodia, tanquam in Specula, collocati sumus, ut vacuum metu Popul. Romanum nostra vigilia, et providentia redderemus. Or. 3. 212..
——— ponere. *Id est custodiæ præficere. Cic. pro Mur.* Cum in ejusdem anni custodia te, atque L. Murænam fortuna posuisset. Or. 2. 139..
Custodia contineri. *Cic. in Philip.* Id signum cœlo delapsum Vestæ custodiis continetur. Or. 3. 236. Or. 2. 175.
De custodia deturbare. Or. 2. 143.
In custodiam dare. Or. 1. 249.. 266. Or. 2. 101. 119. 120. et al.
——— tradere. At. 302.. Or. 2. 113.. 114.
In custodia includere. Or. 1. 265.
Custodia septum tenere. Rh. 196.
Custodiis munire. Or. 2. 98..
In custodia esse. Or. 3. 126. Ph. 2. 91.
In custodiis teneri. Salust. in Catil. *vel.* retineri. Ph. 3. 128.
E custodia emittere. Ph. 1. 174.
——— educere. Ph. 1. 165..
——— eripere. At. 277.

D

Damnatio *est sententia lata in reum.*
Damnationem remorari. Rh. 5..
Damnum *est incommodum, detrimentum, pœna.*
——— dare. Terent. And. 1. 1. 16.
Damno augere. Id. Heaut. 4. 1. 15.
Damnis afficere. Fam. 208.
Damnum contrahere. Ph. 1. 146.
——— facere: *Id est jacturam facere.* Fam. 110. et al.
Damni infecti promittere. Top. c. 4.
Damnum resarcire. Fam. 10..
——— præstare. Ph. 3. 65.
——— pati. Liv. l. 22. c. 4.
——— capere. Plin. in procem. l. 14.
Damno alicui esse. Plaut. Asin. 1. 3. 35.
Debitum *significat id, quod debetur.*
——— exigere. Sen. Phœniss. v. 171.
——— naturæ reddere. Nepos in Reg. c. 1. *Id est mori.*
Debita consectari. At. 212.
Debitum solvere. At. 301..
Debito fraudare creditorem. Rh. 214..
Decessio *accessioni contraria est. Et ut accessio dicitur id, quod capiti accedit: ita decessio appellatur id, quod capiti detrahitur.*
Decessionem facere. Or. 3. 127.. Ph. 2. 115.. 198.
Decimæ, *vel* decumæ *significat decimam partem quaruncunque rerum; quæ solvitur Principibus, vel Sacerdotibus. Inde vocantur* Decumani, *scilicet Publicanorum Principes, a quibus decumæ exigebantur.*
Decumas exigere. Or. 1. 154.. 156..
——— dare. Or. 1. 152.. 156. 162.
——— accipere. Or. 1. 163.
Decisio *est determinatio, vel diremptio litium mutuo consensu æstimatarum.*
Decisionem facere. Or. 1. 53.
Declaratio *est significatio, vel demonstratio.*
Declarationem habere. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 21. Liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui?
Declaratio animi tui. l. 10. Fam. ep. 5.
Decor *est quasi pulchritudo quædam ex decentia rerum, personarumque in locis, et temporibus, sive in agendo, sive in loquendo.*
Decore spoliare. Ph. 1. 45.
Decorum *significat non tam ipsum honestum, quam quod hominibus, et communi opinioni honestum videtur, et pulchrum.*
——— servare. Ph. 3. 19..
Decretum *significat interdictum, consultum, vel scitum.*
——— facere. At. 151. 264. Or. 1. 221. 144.. et al.
Decreto aliquid petere. 2. Agr. c. 17.
——— stare. Cæs. l. 6. B. G. c. 13.
Decretis parere. *Ib.*
Decreta sancire. Gell. l. 6. c. 10.
Decretum servare. At. 16. ad Planc. 2.
——— interponere. Rh. 9.. At. 263. Or. 1. 132..
Decus *est honor, honestas, laus, dignitas, ornamentum.*
Ad decus natum esse. Ph. 1. 139.. Or. 3. 190..
Decus conservare. Ph. 3. 4..
——— minuere. Or. 3. 74..

Decore urbare. Ph. 1. 194.
DEDECUS *decori est contrarium. Est igitur idem quod turpitudo, nota, labes, macula, ignominia, probrum, opprobrium.*
Dedecori esse. Rh. 35. At. 124.. Ph. 3. 24..
Dedecus concipere. Ph. 3. 25.
——— admittere. Fam. 40.. At. 138.. 146.. Or. 1. 75.
In dedecus incurrere. Ph. 1. 58..
In dedecore volutari. Rh. 28.
Dedecus imprimere. Or. 3. 197..
——— suscipere. Or. 2. 126..
DEDITIO. *Dedunt se, qui se permittunt alienæ voluntati, ut fit in bello.*
Ad deditionem invitare. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— impellere. Salust. in Jugurth. c. 66.
——— subigere. Liv. Dec. 1. lib. 6. c. 2. *et* Pellicere l. 22. c. 17.
In deditionem subigere. Curt. l. 7. c. 7. Trahere. *Ib.* c. 1.
Deditionem significare. Cæs. de B. G. lib. 7.
In deditionem venire. Cæs. de B. G. lib. 6. c. 3.
——— concedere. Liv.
Deditionem facere. Salust. in Jugurth. c. 28. et Liv. l. 24. c. 1.
——— subire. Cæs. de B. C. lib. 1.
In deditionem accipere. Cæs. de B. G. lib. 1. c. 28. vel recipere. Cæs. de B. G. lib. 3.
Deditionem omittere, vel deserere. Salust. in Jugurth.
DEDUCTIO *est detractio. Dicitur tamen etiam deductio aquæ, et deductio Coloniæ.*
Deductionem facere. Or. 1. 189. 291. Ph. 2. 101.
DEFATIGATIO *est lassitudo.*
Defatigatione ingravescere. Ph. 3. 84. vel retardari. Rh. 6.
DEFECTIO *est ejus, qui ab aliquo recedit: ut est recessio aut militum, aut civitatis a domino.*
Ad defectionem sollicitare. Liv. Dec. 1. lib. 1. Trahere. Id.
Defectionis initium oriri ab aliquo. Cæs. de B. G. lib. 5.
Ad defectionem spectare. Liv.
Defectionis tempus circumspectare. Liv.
Defectionem parare. Liv. Dec. 1. lib. 3.
——— moliri. Curt. l. 9. c. 10.
——— attentare. Liv.
——— inire. Liv.
——— facere. Liv.
In defectione esse. Liv.
A defectione abstinere. Liv.
Admaturare defectionem. Cæs. l. 7. B. G. c. 54.
Captare defectionem. Tac. 4. Ann. c. 24.
Trahere ad defectionem. Id. 6. Ann. c. 36.
DEFENSIO *ponitur pro patrocinio, vel propugnatione.*
Defensionem dare. Cic. pro Mil. Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit. Or. 3. 104..
Defensionem suscipere. Fam. 65. Or. 3. 104.
In defensione suscepta permanere. Fam. 65.
DEFENSOR *dicitur propugnator, tutor, patronus, advocatus, adstipulator, qui aliquem in fidem suam recipit.*
Defensorem sibi adoptare. Or. 1. 63.
——— esse alicujus. Fam. 2. Or. 2. 212..
DEJECTIO *est expulsio, vel deturbatio.*
Dejectionem facere. Cic. pro Cæcin. Qui illam vim, dejectionemque fecerit. Or. 1. 296.
DELATIO. *Delationem pro accusatione sumito.*
Delationem dare. Or. 1. 62..
DELECTATIO *est jucunditas, vel fructus jucunditatis: vel est voluptas suavitate sensus animum deliniens.*
Delectationem habere. Fam. 6. ep. 12.
——— afferre. Fam. 7. ep. 1.
Delectatione duci. 1. Offic. c. 30.
A delectatione impediri. Or. 2. 133..
Delectatione privari. Fam. 141..
Ad delectationem revocare. Or. 2. 11..
DELECTUS, us, ui, *ut delectus officiorum; delectus verborum; delectus dignitatis; et rerum similium. Præcipue vero ad rem bellicam pertinet, et conquisitionem militum significat.*
Habere delectum verborum. 3. de Or. 37.
Delectum mandare. Liv. Dec. 3. lib. 5.
——— instituere. Hirt. de B. Al. c. 56.
——— decernere. Liv. lib. 2. c. 27.
——— edicere. Liv. lib. 2. c. 55.
——— conficere. Cæs. de B. G. lib. 6.
——— habere militum. Fam. 241.
——— intermittere. Cæs. de B. C. lib. 1.
Adhibere delectum ad aliquam rem. 5. Fin. c. 30.
Habere delectum civis et peregrini. 1. Offic. 41.
Delectus sit dignitatis in beneficentia. *Ib.* c. 14.
Sine delectu. 2. Agr. c. 21.
Parce et cum delectu. Plin. l. 2. ep. 13.
DELIBERATIO *est consultatio, vel consilium.*
Deliberationem introducere. Ph. 3. 51..
In deliberationem cadere. Ph. 3. 2..
Deliberationem habere. *Quod idem significat.* At. 102.
——— capere, vel suscipere. At. 228.
DELIBERATUM *idem est quod certum, vel constitutum.*
——— aliquid alicui esse. Fam. 61. At. 241. et al.
——— cum animo habere. Or. 1. 168.
DELICIÆ *sunt oblectamenta, quæ nobis voluptati esse solent.*
——— meæ, tuæ, nostræ, vestræ. *Fam.* 116. *Or.* 3. 207. Deliciæ *aliquando per appositionem ad personas ponuntur pro re,*

qua maxime oblectamur, quæque nobis velut in deliciis est. Cic. Fam. 7. Deliciæ tuæ noster Æsopus ejusmodi fuit, ut &c. *Idem ad Atticum* 16. *ep.* 6. Pyliæ salutem dices, et Atticæ deliciis atque amoribus meis.
In deliciis habere. *Id est charum habere.* At. 87.. Ph. 2. 96.
——— esse. Or. 1. 200..
Delicias facere. *Est irridere. Aut. Pœn.* 1. 283. *Est etiam interdum nequitias facere.* Catul. Carm. 45. et 74.
Delictum *idem est quod peccatum.*
——— committere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— admittere. Terent. Adelph. 5. 4.
——— comprimere. At. 157.
A delictis declinare. 1. Off. c. 13.
Demolitio *est eversio, ut* demolitio statuarum. Act. 1. Ver. c. 67.
Demolitionem facere. Or. 1. 141..
Denarius. *Argenteus nummus, qui valebat asses decem.*
Denarii spem esse. At. 26..
Ad denarios pervenire. Or. 1. 192..
Ad denarium solvere. Or. 1. 3. *Idest ad monetam Romanam.*
Dens.
Dentes in ore constructi. Ph. 2. 53.
——— candiduli. Ph. 1. 237..
——— putridi. Or. 3. 79..
Dentium crepitus. Ph. 1. 213.
Dentes labefactare. Terent. Adelph. 2. 2.
——— evellere. Ph. 2. 71.
Dente maledico carpere. Or. 3. 67.
Depopulatio *est vastatio, vel direptio.*
Depopulationem inferre. Or. 2. 244.
Depositum *est alicui commendatum, vel creditum.*
——— reddere. Ph. 1. 194. Ph. 3. 7.
——— denegare. Plin. ep. 317.
——— inficiari. Juvenal. sat. 13.
Deprecatio *est obtestatio vehemens.*
Deprecatione uti. Pro Clu. c. 3.
Deprecationem periculi ætas affert. *Idest depulsionem.* Or. 2. 96.
Deprecationibus defigi. *Idest detestationibus.* Plin. l. 28. c. 2.
Deprecator *ponitur pro eo, qui orat; aut pro eo, qui aliquid amolitur, et removet.*
Deprecatorem mittere. At. 175.. Or. 2. 10..
——— se profiteri. Or. 2. 281.
——— se præbere. Fam. 25.
Desiderium *est cupiditas, studium, vel amor; vel est libido ejus, qui nondum adsit, videndi.*
Desiderium commovere. Or. 2. 95.
——— relinquere. Rh. 165. Or. 1. 229.. Or. 2. 93.
Desiderio afficere. Fam. 25.. 255..
——— moveri. Ph. 3. 97.
——— incendi. Rh. 199..
Desiderium tenere aliquem. Fam. 24. Or. 2. 198.
Desiderio teneri. Ph. 3. 83..
In desiderio esse. *Duplici significato hæc locutio a Latinis usurpatur: activo scilicet, et passivo. Etenim in desiderio esse dicimur, cum desideramus. Ph.* 3. 115.. *Vel res nobis dicitur* esse in desiderio, *quæ a nobis desideratur.* Or. 3. 227.
Desiderio angi. Fam. 78.
——— premi. At. 50.
Ex desiderio laborare. Fam. 260.
Desiderio æstuare. Fam. 103..
——— flagrare. At. 73. 103..
——— exardere. Or. 3. 228..
——— oblanguere. Fam. 262.
——— tabescere. Or. 2. 105..
——— mori. At. 2..
Desiderium ferre. Ph. 3. 110. 115.. Fam. 94. 102.. 255. et al.
——— lenire. Fam. 255.. 256. Or. 3. 160. Ph. 3. 88..
——— minuere. Fam. 65.
——— ponere. Fam. 99.
——— renovare. Or. 2. 199..
Desidia *est inertia, ignavia, languor.*
Desidiæ plenum esse. Or. 3. 273.
——— se dedere. Ph. 3. 25.
Despectus, us, ui, *Idem est quod contemptus.*
Despectui esse. Rh. 36.
——— aliquid habere. Plaut. 486.
Desperatio *est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum; opponique potest spei bonæ.*
Desperationem afferre. Cæs. de B. G. lib. 1. c. 11.
Desperatione afficere. At. 234.
Ad desperationem pervenire. Cæs. l. 2. B.C. c. 42.
Adducere ad desperationem. Nepos Eumen. c. 12.
Desperationis plena esse omnia. At. 33.
A desperatione ad spem revocare. Or. 2. 209.
Desperatus *significat ab omni spe derelictum, destitutum, depositum.*
In desperatis, et perditis negotium aliquod habere. Fam. 224..
Despicatus, us, ui, *pro contemptu accipitur.*
Despicatui aliquid ducere. *Id est despicere, contemnere.* Or. 2. 160.
Detrimentum *idem est quod damnum.*
——— injungere. Fam. 174.
——— inferre. Cæs. de B. C. lib. 2. c. 2.
——— importare. Rh. 88.
——— afferre. Nepos Attic. c. 2.
Detrimento esse. Cæs. l. 1. B. G. c. 44.
Detrimentum capere. Fam. 154. 260.. Or. 2. 98. Or. 3. 115.
——— accipere. Fa. 159.. 171.. Or. 2. 6.. 16.. Or. 3. 201.
——— facere. *Id est accipere.* Or. 1. 204.
——— sarcire. Cæs. de B. C. lib. 1.
Deus.
Deos testari. Or. 2. 197. Fam. 166..
O dii. At. 153.
Dii boni. Rh. 170. At. 96. 134. Or. 3. 164. Ph. 1. 169.. *Locutio est admirantis.*

O dii boni! Rh. 191. . At. 225. . 236. Or. 3. 6. .
Per deos. Quid est per Deos optabilius sapientia? Ph. 3. 33. .
Si diis placet. Or. 3. 87. . Ph. 1. 234. .
Diis juvantibus. Or. 3. 290. . Fam. 105.
—— approbantibus, et juvantibus. Fam. 156. .
—— hominibusque plaudentibus. At. 309. .
Deus aliquis hæc viderit. Ph. 1. 153.
—— hæc aliquis gubernabit. At. 92. .
—— hæc quisquam vix jam possit. At. 138. .
Deum esse in re aliqua. *Id est præstantissimum esse, vel principem. Cic.* In quo tu mihi semper Deus videri soles. Rh. 124. .
—— esse salutis alicujus. *Cic. pro Sest.* Cujus patrem Deum, ac parentem statuo fortunæ, ac nominis mei. Or. 3. 28.
In deos aliquem referre. Ph. 2. 8.
DEXTERA *intelligitur manus.*
Dexteram tendere. Or. 3. 71.
—— porrigere. Or. 1. 267. Or. 2. 209. Or. 3. 145.
DIADEMA *est insigne Regis.*
—— imponere. Or. 3. 176. . 185. .
—— ponere. *Id est deponere.* Or. 3. 225. .
DIALOGUS *est collocutio, vel disputatio de re aliqua inter aliquos.*
Dialogum de re aliqua cum aliquo habere. At. 70. .
DICA *est actio, vel judicium.*
Dicam sortiri. Or. 1. 117. .
Dicas ex urna educere. Or. 1. 117.
Dicam alicui scribere. Or. 1. 116. 117.
—— alicui impingere. Terent. Phorm. 2. 3.
DICTATOR *erat apud Romanos magister populi.*
Dictatorem dicere. At. 151.
—— efficere. At. 248.
DICTATUM, *quod Præceptor pueris describendum dictat.*
Dictata perdiscere. At. 320.
—— reddere. Ph. 2. 105. .
—— decantare. Ph. 1. 108. .
DICTATURA *est dignitas Dictatoris.*
Dictaturam gerere. Ph. 3. 74. .
DICTIO *ponitur interdum pro pronunciatione.*
Dictionem causæ denuntiare. Or. 3. 11. .
—— in certas partes dividere. Or. 1. 6.
DIES. *Habeto, diem pro luce, tempore, vel temporis cursu poni.*
Diem illucescere. At. 283. et al.
—— inclinare. Rh. 144. . Ph. 1. 191. .
—— præcipitare. Rh. 162. .
—— abire. Fam. 173. .
—— ponere. Fam. 77.
—— degere. Terent. Adelph. 4. 1.
—— consumere. Fa. 3, 55. . 94. . At. 71. 205. 219. . Ph. 3. 126. .
—— conterere. At. 59. . 134. .
—— sumere. Fam. 107.
—— ascribere. Fam. 43. At. 50. 319. .
—— commutare. At. 319. .
Diem statuere. At. 87. .
—— constituere. Fam. 24. 34. Or. 1. 291.
—— præstituere. Ph. 1. 168. .
—— præfinire. Fam. 86. Or. 1. 40. Or. 3. 76. .
—— destinare. Ph. 3. 61.
—— dare. *Cicero de Nat. Deor. 2. c. ult.* Sed quoniam advesperascit, dabis diem nobis aliquem, ut contra istum dicamus.
—— adventare. Salust.
—— appetere. Cæs. de B. G. lib. 6.
—— obrepere. At. 92. 95.
—— instare. Rh. 74.
—— venire. At. 9. 64. . 66. 124. .
—— intercedere. Or. 2. 23. 32. .
—— cedere. Ph. 3. 91.
In Diem incurrere. At. 105. .
—— incidere. *Cicero ad Atticum* 6. Facies me certiorem, in quem diem Romana incidant mysteria: *Id est quo die mysteria celebrentur.*
Diem videre. Ph. 3. 97. . Fam. 232. .
—— agere. Or. 1. 119. 225. Or. 3. 26. Ph. 1. 86.
—— celebrare. Or. 2. 116. 188. Or. 3. 90. .
—— sustinere. Fam. 27. .
—— obire. Ph. 3. 96. Fam. 50. . 56.
—— differre. Or. 1. 116. Or. 3. 187.
—— proferre. At. 208.
In alium diem differre. Fam. 98. At. 217. Rh. 110. Or. 3. 147. .
Diem ex die ducere. Cæs. de B. G. lib. 1. c. 11.
—— producere. At. 307. . 308. 310.
—— prorogare. Or. 1. 96. Or. 3. 174. .
—— prolatare. Salust. in Catil.
—— diffundere, vel diffindere. Liv. Dec. 1. lib. 9.
—— extrahere. Cæs. de B. C. lib. 1.
—— eximere. At. 306. . Or. 1. 134. . 135. vel tollere. Ph. 2. 192. Or. 1. 135.
—— auferre. Fam. 39. . Or. 1. 3. . 72.
—— intermittere. Terent. Adelph. 3. 1.
DIFFICULTAS *aliquando speciem molestiæ, et incommodationis habet. Aliquando pro labore est, vel negotio, et operis ardua ratione, vel extremis quibusdam rerum gerendarum finibus, quibus anxie includimur.*
Esse in magna difficultate. Cæs. l. 3. B. G. c. 15.
Difficultatem afferre. At. 296.
In difficultatem incurrere. Fam. 47.
—— delabi. Ph. 2. 148.
Difficultatem habere. *Cic. pro Cluent.* Prospicio, quantum in agendo difficultatis, et quantum laboris sit habitura altera pars. *Id. de Clar. Or. c.* 6. Hoc habet magnam difficultatem.
DIGITUS.
Digitum tollere. Ver. 3. c. 54. *hoc est emptorem se declarare.*
Digitis primis aliquid attingere. Or. 3. 45. *Idest leviter.*
Digito cœlum attingere. 2. At. ep. 1. *Idest beatum esse.*

Digito monstrari. Hor. l. 4. od. 3.
Digitum medium ostendere. *Idest irridere.* Juvenal. Sat. 10.
——— porrigere. 3. Fin. c. 17.
——— latum, vel transversum discedere a re aliquâ. *Id est, quam minimo spacio.* 4. Acad. c. 18. et Plaut. Aul. 1. 1. 18.
Digitum discedere. At. 103. Or. 1. 207. *Idem significat.*
DIGNATIO *est dignitas, vel amplitudo collecta ex Magistratus alicujus functione; vel ex facta virtutis significatione.*
In dignationem venire, vel pervenire. Liv. lib. 2. c. 16.
Alios dignatione vincere. Curt. l. 7. c. 1.
In magna dignatione esse Plin. l. 36. c. 5.
DIGNITAS *est gradus honoris, splendor, amplitudo, ornamentum, pulchritudo virilis, liberalis species.*
Dignitatem quærere. Or. 2. 181.
——— colligere. At. 317.
——— conciliare. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— afferre. Fam. 145. Or. 2. 128.. Ph. 2. 210.. Ph. 3. 14..
——— tribuere. Ph. 1. 237.
——— concedere. Or. 3. 74..
In dignitate locare. Or. 2. 131. Or. 3. 155..
Dignitati esse. Ph. 3. 109..
Dignitatem adjungere. Fam. 21.
——— reperire. Rh. 101..
Ad dignitatem pervenire. At. 8..
Dignitatem acquirere. Fam. 88.. 144..
——— consequi. Fam. 5.. 51.. 146..
——— habere. *De re intelligitur.* Fam. 34. Rh. 28. 159.. 210. et al.
Dignitate præditum esse. Rh. 62..
——— esse. Or. 2. 27. Fam. 160..
Dignitatem tueri. Fam. 3. . 11.. 64. 169.. 188.. 196.. At. 18..
——— defendere. Fam. 44..
——— sustinere. Or. 2. 213..
——— tenere. Fam. 54.. 198.. Or. 3. 240.
——— obtinere. Fam. 58. 101.
——— retinere. Fam. 3.. 252.. Or. 2. 182.. 184.. Or. 3. 240.
——— servare. Rh. 129.
Dignitati consulere. Fam. 93.. 182.. 196..
——— servire. Fam. 133..
Dignitatem ornare. Fam. 232.
Dignitati favere. Fam. 144.. 186..
——— suffragari. Fam. 147.
Dignitatem augere. Fam. 64. 170..
——— amplificare. Fam. 29. 170. Or. 3. 132.
Ad dignitatem aliquid accedere. At. 102..
Dignitati deesse. Fam. 144.
——— invidere. Fam. 6.
Dignitatem oppugnare. Fam. 11..
——— impugnare. Cæs. de B. G. lib. 8.
——— violare. Fam. 6. Or. 2. 61.
——— frangere. Fam. 136..
——— diminuere. Rh. 165.
——— deformare. Or. 2. 181.
——— labefactare. Or. 3. 129..

Dignitatem attingere contumelia. Or. 2. 260..
De dignitatis gradu dimovere. Ph. 1. 187..
Dignitatem detrahere. Or. 3. 38.
Dignitate spoliare. Rh. 143. Or. 2. 145. Or. 3. 38. 240..
Dignitatem amittere. Fam. 9.. 93.. Or. 3. 240.
——— deponere. Or. 3. 158..
A dignitate discedere. Ph. 3. 14.
Dignitatem reddere. Or. 2. 211.
——— restituere. Fam. 42.
——— recipere, vel recuperare. Fam. 87.
Dignitatis reliquiæ. Fam. 87..
——— imago. Fam. 90..
Ex dignitate aliquid facere. At. 273.. vel statuere. Fam. 64..
DILIGENTIA *est sedulitas, vel assiduitas.*
Præstare diligentiam. Pro Cæc. c. 2.
Diligentiam sibi comparare. Pro Quint. c. 1.
——— adhibere alicui rei, *vel* ad rem aliquam, *vel* in aliqua re. 16. Fam. 9. et Colum. l. 3. c. 4.
——— excitare. 1. de Offic. c. 29.
——— conferre ad, *vel* in rem aliquam. Fam. 243.
Nihil de diligentia remittere. Fam. 174..
DIMICATIO *est discrimen, vel contentio.*
Dimicationem quærere. Liv.
——— recusare. Hirt. B. G. l. 8. c. 18. Afferre. Cæs. l. 3. B. C. c. 111.
In dimicationem venire. Rh. 201..
Dimicationem subire. Liv. lib. 2. c. 13.
——— defugere. Pro Plan. 77.
A dimicatione continere. Liv.
——— deterrere. Fam. 7.
DIMINUTIO *accretioni opponitur.*
Diminutionem facere. Fam. 50.. Ph. 3. 48..
Mulctari diminutione rei alicujus. De Prov. 38.
DISCEPTATIO *est contentio, vel controversia.*
In disceptationem vocare. Rh. 135.. 154..
——— cadere. Rh. 109.
——— venire. Liv. Dec. 4. lib. 9.
In disceptatione versari. Or. 3. 144..
Disceptatione vinci. 1. Off. 64.
DISCEPTATOR *pro Judice ponitur.*
Disceptatorem deposcere. Or. 2. 164..
Disceptatore aliquo uti. Or. 2. 65.
Disceptatorem recusare. Or. 2. 164..
DISCESSIO *contraria est accessioni.*
Discessionem facere in alicujus sententiam. Fam. 3. 4.. Or. 3. 206. 262.
DISCIPLINA. *Disciplina pro arte, vel institutione ac more.*
In disciplinam aliquem alicui tradere. Or. 1. 99..
Instituere ad disciplinam civitatis. Ver. 3. c. 69.
Disciplinam tradere. Or. 1. 49..
——— dare. Ph. 2. 78..
Educari in disciplina alicujus. *Ibid.*
Disciplinam accipere. Fam. 83. Ph. 2. 7.

Disciplinam percipere. Ph. 2. 92.
———— colere. Rh. 175.
———— alicui adhibere. Liv. l. 1. c. 28.
Convenire in disciplinam. Cæs. l. 6. B. G. c. 13.
In disciplina permanere. Id. *ibid.*
Habere aliquid pro disciplina. Id. l. 3. B. G. 10.
Esse disciplinæ aliis. Plaut. Most. 1. 2. 75.
DISCORDIA *est dissidium, dissensio, seditio, odium.*
Discordiam inducere. Ph. 3. 17. .
———— concitare. Or. 2. 144.
———— impendere. Fam. 123. .
———— oriri. Ph. 3. 17. .
———— placare. Or. 2. 258. .
———— sedare. Or. 2. 254. . Or. 3. 153.
———— dissipare. Ph. 3. 100. .
———— tollere. Or. 2. 256. .
DISCREPANTIA, æ, *idem est quod discordia, vel differentia.*
Discrepantiam habere. Ph. 1. 99.
———— in aliquid conferre. Ph. 3. 22. .
DISCRIMEN. *Duplex est maxime hujus vocis apud Latinos significatio. Ponitur enim interdum pro periculo. Ponitur etiam pro separatione, delectu, vel differentia.*
———— positum esse in re aliqua. Or. 3. 259. Ph. 1. 74.
In discrimen vocare. Or. 1. 273. Or. 2. 6. 90. .
———— se immittere. Curt. l. 6. c. 1.
———— adducere. Fam. 77. 90. . At. 75. Rh. 126. et al.
Discrimen tollere. Act. 1. Ver. 2. c. 50.
In Discrimen offerre se. Or. 3. 3.
———— se conferre. Fam. 21. .
———— se inferre. Or. 3. 59. .
———— incidere. Fam. 89. . At. 99.
———— venire. Fam. 132. . Or. 1. 21. 66. Or. 2. 144. 270. .
———— devenire. Rh. 85.
Discrimen habere. Fam. 95.
In discrimine versari. Fam. 260. . At. 280. Or. 1. 17.
In discrimine esse. Fam. 80. . Ph. 1. 33. .
DISJUNCTIO *est separatio.*
Disjunctionem facere. Ph. 3. 110. .
DISPENSATIO *est distributio, et ipsum dispensatoris munus.*
Dispensationem partiri. Front. de Aquæd. ar. 78.
———— suscipere. Or. 3. 127.
———— eripere. Or. 3. 36.
DISSENSIO *est discordia.*
Dissensionem commovere. Or. 2. 88.
———— facere. Or. 2. 69. 178. . Ph. 3. 63.
———— extinguere. Fam. 179. .
DISSIDIUM *pro dissensione, et divortio ponitur.*
———— facere. Ph. 3. 110. . Or. 2. 58. 178. . Ph. 1. 47.
Dissidium constituere. At. 250.
———— nasci. Ph. 3. 103.
DISSIMILITUDO *est varietas, vel distantia.*
Dissimilitudinem habere: *Cic. Fam.* 2. *ep.* 13. Genus institutorum meorum habet dissimilitudinem cum illius administratione. *Idem de Orat. l.* 1. *c.* 59. Jus civile hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem.
———— esse rei alicui cum aliqua. Ph. 1. 95.
DISSIMULATIO *idem est quod ironia.*
Dissimulationem tollere. 3. Off. c. 60.
———— esse in aliquo. Ph. 1. 5.
Dissimulatione uti. Ph. 1. 5.
Dissimulationis integumentis evolvi. Rh. 141.
DISTANTIA *est dissimilitudo, vel varietas.*
Distantiam esse inter res aliquas. Ph. 3. 110.
DITIO *idem est quod Imperium.*
In ditionem redigere. Or. 2. 81. Or. 3. 75. .
Sub ditionem subjungere. Or. 1. 87.
In ditionem tenere. Or. 1. 96.
Sub ditionem cadere. Or. 1. 276. .
Ditioni se alicujus permittere. Curt. l. 6. c. 5.
———— suæ aliquid adjicere. Id. l. 4. c. 1.
Ditionis suæ aliquid facere. *Ib.* c. 4.
Ditioni suæ subjicere. Gell. l. 5. c. 19.
In ditione esse. Or. 1. 1. . 213. .
DIVERTICULUM *est flexio viæ.*
———— quærere. Or. 3. 90. .
———— reperire. Or. 1. 53. .
———— dare. *Cic. in Part.* Ne diverticula peccatis darentur. Rh. 242.
DIVITIÆ *sunt amplæ et magnæ copiæ.*
Divitias augere. Nepos in Dion. c. 1.
Divitiis aliquem ornare. Id. in Them. c. 2.
Divitias expetere. Ph. 3. 5. .
———— quærere. Or. 2. 78. .
———— parare. Ter. Andr. 4. 6. 2.
Divitiis aliquem augere. Or. 2. 80.
———— abundare. Ter. Heaut. 3. 2. 17.
———— affluere. Ph. 3. 106.
DIVORTIUM *generali significatione accipitur pro separatione omnium rerum: nec magis ad conjugii dissidium pertinet, quam ad alia. Dicimus enim eleganter* aquarum divortia, *et* doctrinarum divortia. *Cic. Fam.* 2. Qui mons mihi cum Bibulo communis est, divisus aquarum divortiis. *Idem ad Att. l.* 5. *ep.* 20. Amanus Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. *Idem de Orat.* 3. Sic ex communi sapientum jugo sunt doctrinarum facta divortia.
Divortium facere. Fam. 116. At. 203. . et al.
DIUTURNITAS *est longinquitas temporis.*
Diuturnitate temporis aliquid confirmari. Or. 2. 26. .
Diuturnitati rei alicujus modum statuere. Or. 2. 9.
Diuturnitate aliquid vanescere. Ph. 2. 174. .
———— tolli. Fam. 72. .
DOCTRINA *est eruditio.*
Doctrinam percipere. Ph. 1. 1.

Doctrina aliqua institutum esse. Rh. 154.
——— ornatum esse. Or. 1. 194.
In doctrina aliqua versari. Rh. 85..
Doctrina animum relaxare. Or. 2. 188.
Doctrinam redolere. *Cic. de Orat.* Id redolet exercitationem, doctrinamque pene puerilem. Rh. 118..
Doctrinæ studium intermittere. Rh. 200.
DOCUMENTUM *est admonitio, præceptum, exemplum, vel monumentum.*
——— dare. Or. 3. 105..
——— statuere. At. 284.
Documento esse. Or. 3. 127.
Documentum capere. Or. 3. 231..
Documento sibi aliquem habere. Or. 2. 65..
Documentum habere. Salust. in Catil.
DOLOR *tam de animo, quam de corpore dicitur. Et generaliter idem est, quod cruciatus, sensus acerbus, mæror.*
Ad animum relatus.
Dolorem facere. At. 175..
——— afferre. Fam. 122..
——— dare. At. 110.
——— efficere. At. 190..
——— incutere. At. 12.
——— inurere. Or. 1. 99. 142. Or. 2. 108.. Or. 3. 121. 238.. Ph. 1. 194..
——— incursare. At. 200..
Dolori esse. Fam. 87. 96.. At. 34. Or. 2. 252..
Dolore esse. Fam. 81.. At. 58..
In dolore esse. Or. 3. 232.. Ph. 1. 56..
Dolorem habere. *Pro esse in dolore.* Or. 2. 145.
——— ferre. Ph. 3. 97.
——— impertire. At. 37.. Or. 1. 125..
Dolore tangi. Or. 1. 125..
Dolorem capere. Fam. 5.. 52. 71.. Rh. 165.
——— accipere. Ph. 3. 97. Fam. 255.. Or. 3. 232.. At. 85..
——— percipere. Fam. 232..
——— haurire. Or. 3. 50.
——— suscipere. Or. 2. 232.. Or. 3. 67.. Ph. 1. 53..
——— sustinere. Rh. 165.. At. 304. Or. 2. 242..
Dolore angi. Fam. 47. At. 65. 138..
——— impediri. Fam. 49.. Or. 3. 50..
——— intercludi. At. 123.
——— ardere. At. 34.. 138.. 176. Or. 1. 127. Or. 3. 104..
——— disrumpi. At. 109..
——— tabescere. At. 36.
——— confici. Fam. 78.
Dolori servire. Or. 1. 65. Or. 3. 5..
——— parere. At. 36.
——— succumbere. Ph. 1. 59.
Dolorem ulcisci. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— insidere. Or. 1. 168..
——— fovere. At. 190..
——— augere. Fam. 78. 81. At. 124. 175.. 304.
——— amplificare. Ph. 1. 186.
Alterius dolore discere. Tib. l. 3. El. 6.
Dolorem tegere. Or. 1. 70.
——— tenere: *Id est comprimere.* At. 199.
——— emergere. At. 138..
Dolori resistere. Fam. 51.. 73.
Dolorem castigare. Ph. 1.. 86.
——— consolari. Fam. 52. 53..
——— mollire. Fam. 50.
——— lenire. Fam. 90.
——— mitigare. At. 45..
——— minuere. Fam. 50.. At. 138..
——— frangere. Or. 3. 243..
——— levare. Fam. 71.. 81. 84.. 90. At. 45..
——— detrahere. Ph. 1. 56..
——— abstergere. At. 313.
——— exhaurire. Fam. 72.
——— eripere. At. 138..
Dolore liberare. Fam. 78.
——— privare. Ph. 1. 56..
——— carere. Ph. 3. 100. Ph. 1. 56..
Dolorem deponere. Fam. 51..
——— depellere. Fam. 183.
——— abjicere. Fam. 70. At. 182..
A Dolore aberrare. *Id est dolorem intermittere.* At. 199.
Dolore incendi. Nepos in Lys.
Doloris oblivionem ex re aliqua petere. Fam. 71..
Cum ad corpus pertinet.
Dolorem facere. At. 329.
——— efficere. Ph. 1. 246..
Dolore afficere. Fam. 4.. 26.. 92..
Dolorem habere. At. 4.
Dolore premi. Ph. 1. 178. vel opprimi. Fam. 51.. 183.
Dolores remittere se. Rh. 176.
DOLUS *est fraus, sive machinatio, quæ fit ad fallendum aliquem. Quo vocabulo nunc tantum in malis utimur. Antiqui autem etiam in bonis rebus utebantur. Unde adhuc dicimus* sine dolo malo: *nimirum quia* solebat dici et bonus.
Parare alicui dolum. Sallust. in Catil. c. 29.
Quærere dolum ad alicujus perniciem. Id. Jug. c. 73.
Dolum commoliri. Ph. 2. 74.
——— adhibere. Or. 2. 220..
Dolis ludere. Terent. Eun. 2. 3. Deludere aliquem. Id. And. 3. 4. Fallere. *Ib.* 3. 2. 13. Capere. Sallust. Catil. c. 14.
Dolos consuere. Plaut. 74.
——— aperire. Virg. lib. 12. Æneid.
DOMICILIUM *est sedes, vel habitatio sive longæ, sive brevis commorationis. Transfertur etiam nonnunquam eleganter.*
——— collocare. Or. 1. 110. Or. 3. 96.
——— habere. Or. 2. 186.. 187.
DOMINATIO *idem est quod dominatus.*
Dominationem quærere. Or. 2. 71. At. 125.
——— sibi comparare. Or. 2. 64.
——— habere. Rh. 30.
DOMINATUS, us, ui, *significat principatum: cui opponi solet servitus.*
Dominatum dare. Or. 3. 238.

In dominatu locare. Ph. 1. 115.
Dominatum occupare. Ph. 1. 239.
——— habere. Ph. 3. 123..
In dominatu esse, *pro* dominatum habere. Or. 3. 128..
Dominatu teneri. Ph. 3. 33.
——— premi. Ph. 2. 91..
——— pellere. Pro Dom. 68.
——— liberare. Rh. 129..
DOMUS *pro ædibus et domicilio, vel pro familia, vel pro patria.*
Domo exire. Fam. 11.
Domum ædificare. Ph. 3. 28. Or. 2. 247.
——— compellere. In Pison. c. 7.
——— convestire. Or. 2. 233..
——— evertere. Or. 2. 233..
Domi se tenere, vel domo. Pro Dom. c. 3. Post red. in Sen. c. 11.
Domum restituere. Or. 2: 233..
Domo expelli. Fam. 10..
Domi stare. Pro Flac. c. 6.
Domo excedere. Cæs. de B. G. lib. 4.
——— emigrare. Or. 1. 126.. 241..
——— exulare. Terent. Eun. 3. 5.
A domo abesse. Fam. 51.. Or. 1. 208.. 252..
Domum revenire. Rh. 99. 100.
Exire aliquem ex domo. Liv. l. 45. c. 34.
Domum exinanire. Or. 1. 56..
——— exhaurire. Or. 3. 196..
Militiæ et domi. Teren. Adelph. 3. 5. 49.
Domi bellique. Vell. l. 2. c. 27.
Domo afferre orationem, *idest paratam.* Quint. l. 10. c. ult.
Domum commendare. Fam. 219. 220.
——— reconciliare. Plaut. 210.
DONATIO. *Donationem proprie dici existimat Ulpianus Jurisconsultus, cum quis ea mente dat, ut statim velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti: et propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem et munificentiam exerceat: quod si sub conditione fiat, non est donatio.*
Donationem facere. Rh. 244..
DONUM *idem est quod munus.*
——— dare. Or. 2. 31.. Ph. 2. 186.
Dono dare. Terent. Eun. 4. 6.
Donum accipere, vel capere. Ph. 2. 186.
DOS. *Dicitur dos res ea, quæ Marito ab Uxore datur. Præter eam significationem ad alia convertitur, appellaturque dos quicquid alicui datum est vel a natura, vel ab hominibus.*
Conferre in dotem. Plin. l. 2. ep. 4.
Accipere in dotem. Ovid. Heroid. ep. 7.
Facere alicui dotem. Dig. l. 23. t. 3. leg. 49.
Dotem conficere. Or. 1. 18..
——— dicere. Or. 2. 162..
Doti dicere. Or. 2. 162. *Antiqui dicebant, pro in dotem promittere.*
Sic in dotem dicere. Cajus l. 2. Inst. tit. 17.
Dotem dare. Terent. Phor. 5. 8.
DUBITATIO *est hæsitatio, vel scrupulus.*
Dubitationem dare. Cæs. de B. G. lib. 1.
Dubitationem relinquere. *Pro dare.* Fam. 255..
——— afferre. Fam. 52.. At. 41. Ph. 2. 58. Ph. 3. 29.. 55..
——— injicere. Or. 2. 33..
In dubitationem adducere. Fam. 38.
Dubitationem accidere. Ph. 3. 55..
——— in re aliqua esse. Or. 2. 21..
——— habere. *Dicitur res dubitationem habere, de qua dubitari possit.* Or. 2. 62. et al.
Dubitatione æstuare. Or. 1. 124.
Dubitationem expellere. Cæs. l. 5. B. G. c. 46.
——— eximere. Quintil. l. 1. c. 10.
——— tollere. Fam. 182.. At. 188. Or. 3. 191..
Sine dubitatione ulla. Rh. 160.. Or. 2. 257.. At. 263.
DUBIUM *idem est quod difficultas, controversia.*
In dubium vocare. Rh. 72.. 121.. 133.. Fam. 263..
——— revocare. Or. 1. 299..
Dubium facere. Or. 2. 9. Ph. 2. 61..
In dubium venire. *Venit tam res, quam persona, in dubium. Sed alterum activæ significationis est.* At. 180.. *alterum passivæ.* At. 264. et al.
Dubium habere. Ph. 1. 8..
——— aliquid esse alicui. Fam. 7. 58.. At. 115.. 127. et al.
In dubio esse. Terent. And. 1. 5.
Sine dubio. Fam. 29.. At. 17.. Ph. 1. 131. Ph. 2. 64..
DUCTUS, us, ui. *Ductum aquarum interdum appellamus. Præter hanc significationem ponitur sæpe pro consilio, auctoritate, vel administratione.*
Ad alicujus ductum se applicare. Fam. 43..
Ductu et imperio alicujus aliquid agere. Ductu ausuque suo. Hirt. B. A. c. 43.
Virtute et ductu alicujus. Vell. l. 2. c. 78.
Alia ductu suo, alia imperio auspicioque. Curt. l. 6. c. 3.
DULCEDO *pro illecebra, et quadam voluptate nos blandius commovente, vel retinente.*
Dulcedine rei alicujus moveri. Ph. 1. 73. 88.. vel commoveri. Or. 2. 190..
Dulcedine perfundi. Ph. 1. 88..
——— depravari. Ph. 2. 177..
——— capi. Fam. 179..
Dulcedinem minuere. At. 286..
DUX.
Ut dux belli *appellatur, a quo summa belli administratur, et qui exercitui præest; ita qui rei alicujus, vel negotii suscipiendi principem se profitetur,* dux *ille vocatur tam in malam, quam in bonam partem.*
Ducem exercitui præbere. Or. 3. 35.. Or. 1. 243..
——— se præbere ad aliquid. Ph. 3. 103.. Fam. 146..
——— esse ad aliquid. Or. 1. 159. vel alicujus. Ph. 3. 104.

Ducem aliquem sequi ad aliquid. Ph. 3. 99.

E

EBRIUS *est temulentus, vinolentus, vino obrutus, vino languidus, vino confectus.*

Ebrium aliquem facere. *Cicero pro Mil.* Servos Milonis apud se ebrios factos dixit. Or. 3. 114.

EDICTUM *est, quo aliquid Magistratum gerentes edicunt. Neque vero Magistratus solum est; sed etiam privati aliquando hominis dicitur: ut apud Terent. Heautont.* 4. 1. 10. Edictum facere.

Edictum edicere. Ph. 3. 68.

——— proponere. Liv. l. 28. c. 25.

Edicto sancire. Or. 2. 160.

Ex edicto fieri jubere. Pro Quint. c. 19.

Edictum alicui remittere. *Cicero in Philip.* Senatus censuit, Ædiles Curules edictum, quod de funeribus habent, Servii Sulpitii funeri remittere. Or. 3. 224.

Ex edicto possidere. Or. 1. 13.

Edicto vetare. Hor. l. 2. ep. 1.

EFFUGIUM *est fugiendi modus, facultas, via, vel refugium.*

——— alicui patere. Liv. Dec. 3. lib. 4. c. 26.

——— assequi. Or. 1. 270.

——— habere. Ph. 2. 50.

——— alicui praecludere. Lucr. l. 3. 525.

——— dari. Hirt. B. Alex. c. 16.

——— praebere. Tac. 15. Ann. 63.

——— claudere. Tac. 16. Ann. 15.

EGESTAS *est inopia, vel indigentia.*

Egestatem afferre. Or. 1. 20..

In egestate esse. Rh. 58..

Egestatem sustentare. Or. 2. 206.

EGRESSUS, us, ui, *idem est quod discessus.*

Egressum alicujus ornare, vel celebrare sua frequentia. Cicero in Pison. Qui frequentia sua egressum vestrum in Provinciam ornaverunt, et celebraverunt. Or. 3. 86.

ELEGANTIA *est verborum, et orationis, vel rei cujuslibet munditia, et lautitia. Sic ad eloquentiam pertinet: vel extra eloquentiam est. Cum ad eloquentiæ rationem non pertinet, significat eximiam quandam formam, et speciem rei cujusvis: vel lautitiam, ut diximus, et munditiam.*

Vir multa morum elegantia et ingenio illustri. Tac. Ann. 5. c. 8.

Cum elegantia vivere. Or. 2. 182.

ELEMENTUM. *Elementa dicuntur initia, e quibus* aer, *et* ignis *movendi vim habent, et efficiendi; reliquæ partes accipiendi, et quasi patiendi:* aquam *dico, et* terram. *Dicuntur etiam elementa, litterarum notæ, eo quod sint principia orationis: nam ex litteris syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiuntur.*

Elementa tradere. *Cicero in Acad.* Dialectica, quæ primo progressu tradit elementa loquendi. Ph. 1. 23.

ELOCUTIO *est explicatio: vel est idoneorum verborum, et sententiarum ad inventionem accommodatio.*

Elocutionem habere *oratio dicitur.* Rh. 86.

EMBLEMA *est vermiculatum opus ex tessellis insititiis aptum atque consertum.*

——— detrahere. Or. 1. 212.

——— avellere. Or. 1. 210. 211.

EMISSIO *est jaculatio, vel vibratio.*

Emissionem habere. Cic. in Tuscul. Tormenta eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta, atque adducta vehementius. Ph. 1. 187.

EMOLUMENTUM *est utilitas: et opponitur detrimento.*

——— alicui facere. *Id est utilitatem afferre.* Ph. 1. 77.

Emolumento impelli in fraudem. 3. Fin. 69.

——— esse alicui. Fam. 100.. Rh. 87..

EMPTIO *est emendi verbale.*

Emptionem facere. *Cic. pro Cæcin.* Hac emptione facta, pecunia solvitur a Cæsennia. Or. 1. 288.

——— bene et feliciter evenire. Fam. 130.

EPIGRAMMA *latine dicitur inscriptio, vel superscriptio.*

——— facere. Or. 2. 190..

EPISTOLA. *Epistolam vocant Latini litteras, vel codicillos.*

——— longa. Fam. 81.. et al.

——— brevis. Fam. 45.. et al.

——— pusilla. At. 89. 281..

——— inanis. At. 131. . 238.

——— re aliqua utili, et suavi. At. 27..

Epistolarum frequentia. At. 63..

Epistolæ quotidianæ. At. 131..

Epistola recens. Fam. 43. At. 133.

——— vetus. At. 320..

Epistolarum fasciculus *est epistolarum simul complicatarum numerus.* Cic. ad Q. Fratrem. *Ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse.* At. 314. Idem ad Atticum 2. *At scito eum fasciculum, quo illam conjeceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, et ad me in Formianum relatum.* At. 30. Idem ad Atticum 5. *Accepi fasciculum, in quo erat epistola Pyliæ: abstuli, aperui, legi.* At. 74.

Epistolam scribere. Fam. 17.. et al.

——— inscribere. At. 93..

——— exarare. At. 238.

——— elucubrare. At. 114.

——— dictare. At. 77. 111. 128. 156. 307.

——— texere. Fam. 139.

——— efficere. At. 213.

Epistola lacessere. Fam. 201. At. 7.

Epistola obtundere. At. 118.
Epistolam elicere. At. 135..
——— alicui dare. Fam. 104. et al.
——— committere. At. 8. 67.
——— mittere. Fam. 23. 24.. et al.
——— afferre. Fam. 173. At. 140..
——— reddere. Fam. 43. 175. et al.
——— expectare. Fam. 253. At. 27..
——— requirere. Fam. 195. At. 281.
——— venire. At. 17.. 27.. 122.
——— accipere. Fam. 23. 48. et al.
——— complicare. At. 185.. 321.
——— obsignare. At. 78.. 97. et al.
——— solvere. At. 240.
——— aperire. At. 74.
Epistolæ rescribere. At. 5.. 101.
——— respondere. Fam. 28.. 43. 134. 256.
——— persolvere. *Id est respondere.* At. 235.
Epistolam comprimere. At. 44..
——— conscindere. Fam. 104. 107. *vel* scindere. Fam. 76..
——— emanare. At. 44..
Epistolæ vincula laxare. Nep. in Paus. c. 4.
Epulum, Epulæ. *Inter* epulas, epulum, et dapes, *id fere differentiæ a Grammaticis constituitur, ut* epulæ *sint cibi ministerio hominum, et in nostrum usum comparati.* Epulum *solenniores quædam epulæ; et proprie publicum convivium in propatulo universis civibus exhibitum, sive in dedicationem templi alicujus, sive in honorem Deorum, vel in magnificentiæ ostentationem, sive in funere magni alicujus viri.* Dapes *volunt esse vel Deorum, vel nostras in sacrificiis Deorum. Hæc igitur est differentia, quæ inter ea nomina a Grammaticis constituitur. Elegantiæ interdum permultum habet, cum transfertur ad alia, quam ad cibi usum.*
Equitatus *Est Equitum manus, vel actus equitandi, vel ordo equestris.*
Equitatui studere. Cæs. de B. C. lib. 7.
Equitatum facere. Cæs. de B. C. lib. 6.
——— habere magnum. Fam. 152..
Equitatu paratum esse. At. 149.
Equus *est animal notum.*
——— novus. Ph. 3. 109.
——— intractatus. Ph. 3. 109.
——— domitus. Ph. 3. 18..
——— facilis. Ph. 3. 18..
In Equum ascendere. Ph. 3. 83..
Equum admittere. Ph. 1. 77..
In Equum tollere. Or. 3. 149.
In equo sedere. Or. 2. 126..
Equo expeditum esse. Or. 3. 106..
In equo vehi. Ph. 2. 137.
Equo flumen transmittere. At. 255.
——— merere. Or. 3. 156..
Ex equo pugnare. Ph. 2. 27.
——— descendere. Ph. 3. 83..
——— desilire. Liv. Dec. 1. lib. 9.
——— cadere. Or. 2. 54..

Equis velisque. *Conatum significat omnibus nervis susceptum: atque ad fugiendum, aut assequendum magis, quam ad efficiendum pertinet.* Ph. 3. 75..
——— et quadrigis. At. 315..
Ergastulum *proprie locus est, ubi lapides, metallave fodiuntur: sed quoniam ad hæc opera damnati ad ergastula mitti solebant, ut illic metalla eruerent, ergastulum usurparunt Latini pro carcere. Interdum etiam pro ipsis damnatis, servisve fodientibus: quemadmodum servitia pro servis dici usitatum est.*
In ergastulo esse apud aliquem. Or. 2. 21..
Ergastula solvere. *Id est eos, qui in ergastulo sunt, liberare carcere; vel ex ergastulo educere: ut faciunt Reges primo suo in Urbes ingressu.* Fam. 174.
Erratum *est mendum, vel error.*
——— meum. Fam. 76.. At. 219.
——— tuum. Fam. 76..
——— commune. At. 88.
Erratum suum agnoscere. At. 255..
Errato veniam petere. Or. 2. 179..
Error *idem est quod erratum, erratio, peccatum, lapsio, prolapsio, fraus, falsa opinio, culpa, flagitium.*
Errorem gignere. Ph. 2. 40.
——— objicere. Or. 1. 286. 298..
——— creare. Ph. 2. 120.
In errorem inducere. Rh. 192.. Or. 3. 92.
Errorem fugere. Ph. 1. 190..
Errore imbui. Ph. 1. 190.. 243..
——— duci. Or. 3. 92.. Ph. 3. 30.
——— capi. Or. 3. 240..
In errorem rapi. Ph. 2. 178..
Errore inflari. Ph. 1. 29.
——— affici. At. 45.
In errore versari. Fam. 59.. Or. 2. 90. 129. Ph. 2.. 64..
Errorem in re aliqua versari. Or. 2. 19. 67..
——— coarguere. Ph. 1. 41..
——— eripere. At. 157. Ph. 3. 34..
——— depellere. Ph. 2. 121.
Ab errore avertere. Ph. 3. 68..
——— deducere. Rh. 102.
Errore levare. Rh. 142.
Errorem extorquere. Ph. 3. 95.
Errore exolvere. Teren. Hecyr. 5. 2.
Per errorem labi. 3. Q. Fr. 9.
Errorem tollere. Ph. 1. 56..
——— corrigere. Fam. 85.
——— deponere. Or. 3. 220.
Errore carere. Ph. 2. 97.
Eruptio *est exitus cum impetu.*
Eruptionem facere. At. 111. et Liv. l. 3. c. 28.
——— inhibere. Plin. l. 24. c. 15.
——— tentare. Id. l. 8. c. 7.
Esca *pro cibariis humanis, aliorumque animalium ponitur.* Escam *etiam Antiqui accipiebant pro eo, quod dabatur avibus, piscibusve ad decipiendum.*
Escam injicere. Liv. l. 25. c. 39. Alii al. leg.

Escam captare. Varr. l. 4. L. L. c. 13.
Escis frui vel vesci. Ph. 2. 27..
—— capi. *Cicero de Senect.* Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. Ph. 3. 86.
EVENTUS.
Eventum habere, *idem est, quod exitum habere. Cælius Cic. Famil.* 8. Mea Comitia quem eventum sint habitura, nescio. Fam. 114. Ph. 2. 113.
Quemvis eventum ferre. 9. At. ep. 6.
Rei eventum experiri. Cæs. l. 3. B. G. c. 3.
In rei eventum intentum esse. Id l. 8. c. 1.
EVERSIO *est verbale evertendi.*
Eversionem inferre. Or. 2. 244.
EXANIMATIO *est metus subsequens, et quasi comes pavoris.*
In exanimationem incidere. Ph. 3. 26..
EXCEPTIO *est exclusio, conditio.*
Sine exceptione aliquid polliceri. Fam. 82.
—————— laudare. At. 297.
—————— legem aliquam tollere. Or. 2. 70..
Cum vel sine Exceptione aliquid dicere. Or. 1. 252. interdicere. Or. 1. 289. cavere. Rh. 80.
Exceptionem dare. Rh. 98.. Ph. 1. 69.
—————— habere. At. 87..
Exceptione excludi. Rh. 98..
Addere exceptionem. l. 1. de Inv. c. 33.
Exceptionem removere. Plin. in Pan. c. 58.
EXCURSIO *est incursio, vel latrocinium.*
Excursionem facere. At. 17.. et Cæs. l. 2. B. G. c. 30.
EXCUSATIO *est purgatio, satisfactio, vel causa.*
Excusationem quærere. At. 196. Or. 2. 91..
—————— parare. At. 195.
—————— dare. Fam. 86. Or. 1. 229..
—————— habere. Rh. 95. At. 128.. et al.
—————— afferre. Fam. 145.
Excusatione uti. Fam. 48. 266.. et al.
Excusationem accipere, *est id probare, quod in causa esse, vel fuisse aliquis dicat.* Ph. 3. 104. Fam. 25.. 48. 198.. 199.
—————— admittere. Ascon. Pæd.
—————— probare. Rh. 219.. Ph. 3. 90..
Excusatione stultitiæ deprecari aliquid. Pro Cæc. c. 11.
Excusationem ad aliquem relinquere. At. 138.
EXECRATIO *pro imprecatione ponitur; id est precibus malis.*
Execratione devincire. *Cicero pro Sest.* Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione devinxerat, nihil contra me esse facturum. Or. 3. 6.
EXEMPLAR. *Laurentium Vallam scio multum discruciatum in tradenda exempli, et exemplaris differentia; quæ certe nulla mihi esse videtur. Est igitur* exemplar *idem quod exemplum, idest, species, quam artifex imitatur, ad quam efficitur aliquid. Non diffitebor tamen, in quibusdam locis usitatius dici* exemplum, *quam* exemplar.
—————— sibi proponere. Or. 2. 140. Ph. 2. 195.. 201.
—————— intueri. Ph. 3. 100.
—————— imitari. Or. 2. 140. Ph. 2. 195..
—————— sequi. Ph. 2. 195..
—————— exprimere. Plin. lib. 33. cap. 12.
EXEMPLUM *est res, quæ nobis aut vitanda, aut imitanda proponitur. Vel est* exemplum *idem, quod imago, factum, auctoritas, documentum, specimen. Ponitur vero aliquando pro eo, quod vulgus dicit* copiam, *vel* formam: *ut cum dicimus* literarum exemplum; *vel* binas litteras eodem exemplo accepi. *Dicuntur præterea* exempla *graves pœnæ, quæ possint aliis esse exemplo. Dicitur etiam* exemplum, *quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ causa. Ponitur item pro eo, quod vulgus monstrum vocat.*
Pro supplicio vel animadversione.
Exemplum edere. At. 300.
—————— prodere. Or. 2. 151..
—————— statuere. Or. 1. 131.
Extra eam significationem.
Exempli causa. *Hoc loquendi genere solent uti Latini, cum rem velut pinguiori Minerva, et familiarius tractare volunt: vel cum aliquid exemplo fulciunt, et confirmant.* Rh. 55. 134. Or. 1. 23. et al.
Exemplo. *Resolvi potest hic ablativus in hunc modum, ut dicatur aliquis aliquid exemplo facere, tanquam exemplo utens, vel exemplum sequens. Cicero in Famil.* Quod exemplo fit, jure fit. *Fam.* 47.. 192.. *Idem pro Sylla:* Id veteri exemplo, atque instituto optimi cujusque faciebant. Or. 2. 176.. 249.. et al.
Ad exemplum *idem est, quod exemplo: maxime cum ad imitationem refertur. Cicero Offi.* 2. Ad exemplum amissi Imperii portari in triumpho Massiliam vidimus. Ph. 3. 38..
Exemplum petere. Or. 3. 149. Ph. 3. 55.
—————— expetere. Plaut. 425.
—————— capere. Ph. 3. 102..
—————— sumere. Ph. 3. 103..
—————— habere. Or. 2. 140. Or. 3. 186.
—————— sequi. Or. 1. 116..
—————— ponere. Rh. 55.. 58.. 69.. 133.. 225..
—————— apponere. Ph. 3. 117.
—————— supponere. Rh. 81..
—————— proponere. Rh. 62.. Or. 2. 140. Or. 3. 225.
—————— edere. At. 300.
—————— esse. Fam. 26. Rh. 104.. Or. 3. 272..
Exemplo esse. Ph. 3. 111.
Exemplum relinquere. Or. 3. 182.
—————— præbere. Liv. Dec. 4. lib. 2.

Exemplum tollere. Fam. 13.
———— renovare. Or. 3. 153.
Cum ad literas refertur.
Ex hac exempli significatione dicimus, epistolas, vel litteras eodem exemplo reddi, *aut* conscribi : *id est in eandem rem, in eandem sententiam, in eandem materiam. Est id etiam (ut principio monuimus) quod Barbari dicunt* copia, *vel* forma.
Exemplum exarare. Fam. 142..
Actorum Exemplum edere. Dig. 49. t. 14. leg. 45.
Epistolarum Exemplum componere. 2. Agr. c. 20.
Exemplum mittere. At. 116..
Uno exemplo vel exemplo eodem litteras scribere. Fam. 135. reddere. Fam. 173. accipere. Fam. 145.. 201.. dare. Fam. 48.
Exequiæ. *Exequias vocant Latini funebrem pompam, vel funebre officium : quod scilicet in funere alicujus exequimur.*
Exequias funeris prosequi. Pro Clu. c. ult.
———— ducere. Plin. lib. 8. cap. 42.
———— comitari. Id. l. 11. c. 18.
———— celebrare. Liv. l. 25. c. 17.
———— solvere. Virg. 7. Æn. 5.
———— cohonestare. Or. 1. 9.
Exequiis spoliare. Or. 3. 108.
Exequias frequentare. Suet. in Tib. c. 32.
———— parare. Ovid. 2. Fast. 818.
Exequiis carere. Ph. 2. 178.
Exercitatio *est assiduus usus.*
Exercitationem capere rei alicujus. 1. Off. c. 18.
Vir egregia exercitatione in Dialectis. 3. Fin. c. 12.
Exercitatione delectari. Ph. 2. 21..
———— uti. Or. 3. 39. Ph. 3. 84.
———— rei alicujus assuefieri. Or. 2. 106.
———— aliquid consequi. Ph. 3. 12. .
Exercitationem augere. Ph. 3. 25.
———— rei alicujus perdere. Or. 3. 108.
Exercitatione egere. Ph. 3. 98. .
Exercitus, us, ui, *militum copiam significat ab exercendo : quia (ut scribit Varro) exercendo fit melior.*
Exercitum scribere. Salust. in Jugurt.
———— conscribere. Or. 3. 201. .
———— cogere. Fam. 224.
———— colligere. Or. 3. 70.
———— parare. Or. 3. 192.
———— comparare. Fam. 185. 188.. Or. 3. 201..
———— conflare. Or. 2. 173. Or. 3. 194.
———— facere. Or. 3. 199.
———— conficere. Or. 2. 15.. Or. 3. 202..
———— habere. Fam. 91. . 118. . et al.
———— lustrare. Fam. 244. At. 79. et al.
———— recensere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
———— ducere. Fam. 240. . 244. et al.
———— ductare. Salust. in Catil.
———— adducere. Fam. 23. 245. .
———— inducere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Exercitum deducere. Liv.
———— abducere. Fam. 23. .
———— collocare. Fam. 245. .
———— castris continere. Cæs. de B. G. lib. 1.
———— distribuere. Cæs. de B. G. lib. 1.
———— exponere. Cæs. de B. C. lib. 5.
———— instruere. Or. 3. 71.
———— permutare. Liv.
———— dimittere. Fam. 245.. Or. 3. 89..
———— deponere. Or. 3. 218. .
———— dissipari. Fam. 243. .
———— reficere. *Id est iterum conficere.* Liv. Dec. 1. lib. 3. Cæs. de B. G. lib. 7.
———— supplere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
Exercitui supplementum scribere. Salust. in Jugurt.
Exercitum augere. Sal. in. Jugurt.
———— multiplicare. Liv.
———— confirmare. Salust. in Jugurt.
Exilium *est proscriptio, vel exterminatio.*
Exilio mulctare. Fam. 224. . Or. 1. 304. et al.
———— afficere. Ph. 3. 121. .
In exilium pellere. Rh. 113. .
———— ejicere. Or. 2. 106. . 107. .
———— mittere. Ph. 3. 104.
———— proficisci. Or. 2. 101. . Ph. 1. 76.
———— ire. At. 167. . Or. 2. 101. . et al.
In exilio esse. Ph. 2. 76.
———— vivere. Vell. l. 2. c. 62.
Exilium pati. Virg. 2. Æn. 638.
———— tolerare. Tac. 4. Ann. c. 71.
———— in aliquem statuere. Id. 6. Ann. c. 18.
De Exilio reducere. At. 150. . Or. 3. 162.
———— revocare. Liv. l. 27. c. 34.
Existimatio *est auctoritas, honestas, fama, opinio, commendatio. Et tam activæ, quam passivæ significationis est : poniturque tam in malam, quam in bonam partem.*
Existimationem colligere. Or. 1. 66. .
Ad existimationem dimanare. Or. 3. 38.
In existimationem venire. Rh. 66. .
Existimationem accipere. *Id est in existimationem venire.* Fam. 136. .
Existimatione aliqua esse. At. 300. .
Existimationi consulere. Or. 1. 62. 177.
———— servire. At. 73. .
Existimationem agi. Fam. 227. . Rh. 126. Or. 1. 120. .
In discrimen existimationis venire. Or. 1. 66.
Existimationem oppugnare. Fam. 41. .
———— lacerare. Suet. in Cæs. c. 75.
———— perdere. Auct. ad Her. l. 4. c. 10.
Contra existimationem venire. At. 2.
———— esse. Fam. 25. 74. .
Existimationem violare. Fam. 230. Or. 1. 13. .
———— imminuere. Or. 1. 213.
———— amittere. Or. 1. 147.
De existimatione deperdere. Or. 1. 280.
Existimationem reconciliare. Or. 1. 67.
———— conservare. Fam. 113. .

Existimationem suam alicui committere. At. 292.. Or. 1. 18.
Exitium *est pernicies.*
——— comparare. Or. 2. 173.
——— dare. Terent. And. 4. 1.
Exitio esse. At. 305..
Exitus *est eventus, vel casus.*
Exitum dare. Rh. 137..
——— afferre. Ph. 1. 168.
——— reperire. Fam. 44. Ph. 1. 60.
——— habere. Fam. 23.. 27.. 80. et al.
In exitu esse. Or. 2. 143..
Exordium *est principium, vel proœmium.*
——— ex re aliqua ducere. Ph. 1. 128..
——— capere. Or. 3. 201. Ph. 1. 129.. et al.
Exordium a re aliqua nasci. Ph. 1. 149..
Expectatio. *Tum trita est hujus nominis significatio, quam verbi, a quo ducitur. Quare nihil habet, quod diligentius explicandum sit. Observabis tantum, active, vel passive poni in quibusdam loquendi modis.*
Expectationem movere. At. 30.
——— commovere. At. 2. 306.
——— concitare. Fam. 18..
——— facere. At. 46. Ph. 1. 3..
——— dare. At. 29..
——— afferre. At. 48.
In expectationem adducere. Ph. 1. 156.
Expectationem esse. Fam. 19.. 253.. At. 105.. 284. Or. 2. 33.
In expectatione esse. *Active.* Fam. 145.. *Passive.* Fam. 19. 123. 128. At. 127.
Expectationem habere. *Active.* At. 112.. *Passive.* Fam. 68. Or. 3. 272.
Expectatione plenus. *Cic.* Ex tuis litteris plenus sum expectatione de Pompeio. 3. At. ep. 14.
——— teneri. Rh. 115.
——— pendere. Or. 2. 79.
Expectationem suspensam tenere. Fam. 147.. Or. 2. 19.
Expectatione torqueri. At. 132.
——— angi. At. 134..
——— cruciari. At. 150.
Expectationem sustinere. *Sensu duplici expectationem sustinere a Cicerone dicitur. Uno sic Officiorum tertio :* Sustines, *inquit,* non parvam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam bonorum, nonnullam fortasse nominis, *id est magna est expectatio in te industriæ meæ referendæ, et præstandi nominis. Ph.* 3. 53. *Altero sic Famil.* 2. Tanta est expectatio, *inquit,* vel animi, vel ingenii tui, ut ego te obsecrare, obtestarique non dubitem, sic ad nos confirmatus revertare, ut, quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis.
Expectatione suspensum et incertum pendere. 2. Agr. c. 25.
Expectationi occurrere. Or. 2. 30..
Expectationem explere. Rh. 102.
——— vincere. Fam. 19.. 42.
——— movere. At. l. 2. ep. 14.
Expectationem commovere. l. 1. ep. 4.
——— dare alicui. l. 2. ep. 12.
——— decipere. Rh. 135..
——— derivare. At. 31.
Expectatio me tenet. 2. de Or. c. 18.
In expectationem adducere. 1. Tusc. c. 17.
Expectationem sui facere. 4. Ac. c. 4.
——— alicui afferre. At. l. 3. ep. 18.
In expectatione esse. Cæs. lib. 2. de B. G. c. 17.
Præter expectationem. 2. de Or. c. 70.
Expensum *contrarium est* Acceptio, *quam vocem vide.*
——— ferre. Fam. 76.. 114. At. 24.. 247.. Or. 1. 95. et al.
Explanatio *est, quæ reddit rem apertam, et dilucidam.*
Explanationem adhibere. Ph. 2. 104..
——— rei alicujus facere. Or. 2. 246..
——— habere. Ph. 2. 135..
Exul *est ejectus, extorris, exilio mulctatus.*
Exulem reducere. Fam. 183. Or. 1. 238. et al.
——— revocare. Or. 2. 164.
——— restituere. Or. 3. 153.

F

Fabula *est res commentitia, scena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum.*
Fabulam dare. Or. 2. 35.. Ph. 1. 148..
——— agere. At. 317.
——— recitare. Ph. 3. 81..
——— peragere. Ph. 3. 90.. 91.
——— exigere. Terent. Prol. And. et Hecyr.
——— conficere. Or. 3. 167.
——— stare. *Id est gratam esse populo ; probari, non explodi.* Ter. Prol. Hecyr.
Facetiæ. *Facetias appellant Latini jocum, salem, leporem, cavillationem, dicacitatem, urbanitatem, festivitatem, argutiam.*
Facetiis conditum esse. Ph. 3. 27.
——— capi. *Id est oblectari.* Fam. 134..
Facies *incipit sub fronte, et auribus ; desinit ad mentum. Non solum vero in hominum corporibus, sed etiam in rebus aliis dicitur. Nam Montis, et Cœli, et Maris facies, si tempestive dicatur, probe dicitur.*
Solœcismi faciem habere. Quint. lib. 1. cap. 5.
Faciem exprimere. Id. l. 8. c. 3.
In faciem rei alicujus se convertere. Virg. lib. 12. Æn.
Ne de facie quidem nosse. Or. 3. 96..
Homo facie liberali. Ter. Eun. 3. 2. 20.
Faciem sibi fingere. 1. de Or. c. 28.
——— mutare. Plin. l. 25. c. 2.
——— immutare. Salust. Catil. c. 32.
In faciem montis curvari. Virg. 4. Georg. 360.
Facilis *modo ad personam pertinet, modo extra personam est. Cum ad personam pertinet, significat lenem, humanum, exorabilem,*

vel indulgentem. Aliquando etiam expeditum, vel explicatum : ut, Orator facilis ad dicendum ; vel, facilis Poeta in versu scribendo : id est dilucidus, et stylo non implicato, vel perplexo. Extra personam significat minus operis, vel nihil negotii habens : vel dicitur facile, quod in nullo labore positum est.

Facilem se præbere. At. 296.

——— aliquem habere. *Duæ hæ locutiones ex facilis significatione sunt, quæ ad personam pertinet. Dicitur autem facilem se præbere, qui in audiendo, vel negotio suscipiendo non superbus, vel importunus est, aut morosus. Facilem autem eum habemus, qui se nobis facilem præbet.* Fa. 95. . Ph. 2. 130. .

Facili aliquo uti. *Id est facilem aliquem habere.* Ter. Heaut. 2. 1.

FACILITAS *idem est, quod lenitas, vel humanitas. Extra personam etiam esse potest : ut facilitas orationis, facilitas styli.*

Facilitatem exercere. Cic. 1. Offic. Exercenda est etiam facilitas, et altitudo animi. Ph. 3. 18.

FACINUS *aliquando in bonam, aliquando in malam rem usurpatur.*

Pro facto honesto.

Sua narrare facinora. Ter. Heaut. 2. 1. 8.

Facinus præclarissimum facere. Auct. ad Her. l. 4. c. pen.

Egregia ingenii facinora. Salust. in Jug. c. 2.

Pro scelere, vel flagitio.

Adducere ad facinus. Or. 1. 237. .

Impellere ad facinus. At. 277.

Facinus facere. Fam. 22. . Ph. 1. 84. . Ph. 2. 4. .

——— conficere. Or. 1. 31.

——— committere. Fam. 40. . Or. 1. 29. Ph. 2. 164.

——— admittere. Or. 2. 170. Or. 3. 121. . Ph. 3. 71.

——— suscipere. Or. 1. 237. . Or. 2. 53. .

——— obire. Or. 2. 102. .

FACTIO *est facultas, vel actus faciendi.*

Factionem testamenti habere. *Id est facere posse.* Fam. 105.

FACTUM *dicitur, quod fit, res scilicet gesta, vel actio.*

Factum gerere. Cicer. pro Dom. Illud pulcherrimum factum, quod ex auctoritate Senatus gessi. Or. 2. 232.

FACULTAS *in singulari numero generaliter pro commoditate ponitur. In plurali vero pro copiis, vel divitiis sæpe accipi solet.*

Pro divitiis, et bonis.

Facultates habere. At. 178. .

——— alicui magnas, *vel* tenues esse. Or. 1. 1.

——— augere. Fam. 101.

——— alicui deferre. At. 178. .

Prout facultates ferunt. Ver. 2.

Pro commoditate.

Facultatem expetere. Or. 2. 243. Ph. 2. 77. .

Facultatem comparare. Rh. 113.

——— offerre. Or. 2. 33. . 111. .

——— concedere. Or. 2. 93. .

——— dare. Fam. 32. 155. 250. . At. 105. Rh. 80. . et al.

——— largiri. Or. 1. 2. Or. 3. 168. .

——— suppeditare. Rh. 128. .

——— adipisci. Rh. 87. .

——— consequi. Ph. 2. 4.

——— assequi. Ph. 3. 36. .

——— habere. Fam. 7. 74. 151. . 168. At. 3. . et al.

Facultatis alicujus esse. *Id est facultatem in aliquo esse.* Ph. 2. 167. .

Facultatem esse alicui. Fam. 145. . Or. 1. 3. Or. 2. 7. Or. 3. 110.

——— in aliquo. Ph. 3. 98. . Fam. 57. Rh 207. . et al.

——— prætermittere. At. 127. .

——— adimere. At. 41. . 128.

——— eripere. Fam. 33. . 250.

Ut tulit facultas. Rh. 52. . *vel* quoad tulit facultas. Rh. 63.

Eum sensum habet hæc locutio, quantum potui, vel quoad ejus fieri potuit.

FALLACIA *dicitur fraus, dolus, præstigiæ, vel deceptio.*

Ex fallaciis aliquem totum constare. Or. 1. 48.

Prensare sine fuco et fallaciis. At. ep. 1.

Fallaciam intendere. Teren. Heaut. 3. 2.

Fallaciis aliquem aggredi. Fœdr. l. 3. fab. 16.

Fingere fallaciam. Plaut. 2. 1. 2. Asin.

Facere fallaciam. Plaut. Cas. 5. 1. 6.

Componere fallaciam. Plaut. Pœn. 3. 5. 29.

Invenire fallaciam. Ter. Heaut. 3. 3. 36.

Intendere in aliquem fallaciam. *Ib.* 3. 2. 2.

FAMA *aliquando pro nominis celebritate, et existimatione capitur. Aliquando pro rumore, et disperso disseminatoque sermone, ac dicto quodam populari. In utravis significatione tam in malam, quam bonam partem, usurpari potest.*

Pro nominis celebritate.

Fama levi momento pendens. Liv. l. 2. c. 4.

Famam expetere. Or. 3. 26. .

——— desiderare. Fam. 145. .

——— colligere. Or. 1. 66.

——— conficere. *Id est parere.* Rh. 188. .

——— consequi. Fam. 24.

——— subire. At. 289. Or. 2. 121.

——— inurere. Or. 2. 125. .

Famæ servire. At. 72. .

——— consulere. Or. 3. 161.

——— parcere. *Id est consulere.* Propert. lib. 1. el. 15.

Famam tenere. Fam. 54. .

——— conservare. Or. 1. 66.

——— hærere ad metas. *Id est deprimi.* Or. 3. 53. .

——— alicujus agi. Ph. 3. 107. .

——— lædere. Or. 2. 20. .

De fama detrahere. Fam. 38. 92.

Fama spoliare. Ph. 3. 67.

Famam depeculari. Rh. 36.
——— atterere. Salust. in Catil.
——— abjicere. Fam. 135. .
Pro rumore, vel dissipato sermone.
Famam dissipare. Or. 3. 261.
——— nasci. Rh. 8.
——— surgere. Fam. 117.
——— manare. Or. 3. 261. *vel* emanare. Or. 1. 76. .
——— esse. At. 117. 251. . Or. 2. 248. et al.
Fama esse. *Id est celebrari.* At. 324.
——— celebrare. At. 294. .
Famam percrebrescere. Fam. 149. Or. 1. 215. . 222.
——— peragrare. Or. 3. 120.
——— pervadere. Or. 2. 12.
——— venire. Fam. 136. . At. 136. . *vel* pervenire. At. 78. . Or. 2. 169.
Fama accipere aliquid. Ph. 2. 45.
Famam reprimere. Or. 3. 235. .
——— mori. Or. 2. 204. .
FAMES *est edendi cupiditas.*
Famem sustentare. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— tolerare. Cæs. de B. G. l. 1.
——— dominari in aliquo. *Id est urgere.* Cic. pro Clu. c. 25. Jam hoc ignoratis, Judices, ut etiam Bestiæ, fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertantur?
Fame necari. At. 85. . 308.
——— enecari. Ph. 2. 123. .
——— premi. Plin. l. 37. c. 8. *vel* confici. Fam. 107. . Ph. 3. 57. .
——— suffocari. At. 140.
Famem cibo depellere. Ph. 1. 56. .
——— pellere. Tib. l. 2. el. 1.
——— propulsare. Tac. 14. Ann. c. 24.
——— deponere. Ovid. 4. Met. 98.
——— levare. Id. 14. Heroid. 96.
——— tolerare. Id. 1. de Pont. el. 2.
——— explere. Or. 2. 225. .
——— saturare. Claud. de Phœn.
FAMILIA *est agnatio, cognatio, gentilitas, genus, gens, nomen, stirps, secta.*
Familia illustris, et vetus. Or. 2. 127. .
——— ampla, et honesta. Or. 2. 127.
——— fundatissima. Or. 2. 232. .
In familiam se conjicere. Or. 3. 4. .
Familiam ducere, *translate principem esse in re aliqua.* Phil. 5. c. 11. 4. Fin. c. 16.
Familia antiquissima, *vel* amplissima nasci. Ph. 3. 122.
FAMILIARIS *dicitur familiaritate conjunctus.*
Familiarem fieri alicujus, *vel* alicui. Fam. 31. Or. 3. 50. . 175. .
——— esse alicujus. Fam. 102. 106. *vel* alicui. Ph. 3. 103. . Fam. 99. . At. 314. .
Ex familiaribus esse alicujus. Fam. 31. 215. .
FAMILIARITAS *est usus, consuetudo, necessitudo, conjunctio.*
Familiaritatem inducere. Fam. 98. .
——— afferre. Or. 3. 151.
——— conflare. Ter. Eun. 5. 2.
——— contrahere. Ph. 3. 11. .
Ad familiaritatem alicujus applicare se. Or. 2. 27. 31. .
In familiaritatem alicujus se dare. Or. 1. 143.
——— venire. Fam. 102. . Or. 1. 143.
——— intrare. At. 292. .
Familiaritatem consequi. Salust.
In familiaritatem recipere. At. 300. Or. 3. 175. .
Familiaritate devinciri. Fam. 216. . At. 300.
——— implicari. Or. 3. 67. . 94. .
Familiaritatem habere. Ph. 3. 39.
——— esse alicui cum aliquo. Fam. 212.
In familiaritate versari. Or. 3. 67.
Familiaritatem augere. Fam. 212.
A familiaritate disjungere. Or. 3. 165.
Familiaritatem extinguere. Ph. 3. 103.
FAMULATUS *est servitus.*
In famulatu esse. Ph. 3. 109. .
FAS *idem est quod jus, vel quod licet.*
Fas omne delere. At. 11. .
FASTIDIUM *est contemptus, vel tædium. Ponitur etiam pro superbia, vel arrogantia.*
Fastidio esse. *Passivi sunt sensus hæ locutiones.* Plin. l. 7. c. 1.
In fastidio esse. Plin. lib. 12. cap. 19.
Fastidio efferri. Ph. 3. 106. *Abalienari ab aliquo.* 3. de Or. 25.
Fastidium levare. Quint. lib. 9. cap. 3.
——— purgare. Plin. lib. 8. cap. 27.
——— relevare. 1. de Iuv. c. 17.
——— creare. Plin. l. 22. c. 24.
——— gignere. l. 14. c. 16.
——— sentire. l. 29. c. 5.
——— abigere. l. 23. c. 9.
——— abstergere. l. 26. c. 7.
——— detrahere. l. 22. c. ult.
——— discutere. l. 23. c. 1.
——— ferre. Cic. 10. Phil. c. 9.
——— pati. Virg. Ecl. 4.
——— afferre cibo. Colum. l. 6. c. 8.
FATUM *id appellant Latini, quod Græci εἱμαρμένην. Id est ordinem seriemque causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignit.*
Fatum canere. Ph. 2. 128. .
——— fari. Ph. 2. 94. .
Aliquid alicui fato impendere. Ph. 3. 103.
Vel fatum ipsum pendere. Or. 2. 106. .
Fatum manere aliquem. Or. 3. 162. . 256. .
——— aliquem circumstare. Or. 3. 228. .
——— venire. Or. 3. 190. .
Fati esse. Cic. Illud fati est; hoc consilii. Or. 3. 135. .
Fatum esse alicujus. Or. 3. 67. 253. *vel* alicui. Ph. 2. 141. 146.
Fato aliquo esse aliquem. Fam. 85.
Fatum exequi. *Pro* subire. At. 148.
——— flectere. Or. 2. 115.
——— mutari. Ph. 2. 112. .
FAX *idem est quod tæda.*
Faces comparare. *Id est parare.* Or. 2. 103. .
——— ministrare. Or. 3. 85.
——— præferre. Or. 1. 217. Or. 2. 100.

Facem jacere. Ph. 1. 22.
Faces ferre. Ph. 3. 103.
——— adhibere. *Cic.* Neque parvis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces. *Id est ea vehementia.* Rh. 127.. Adde Ph. 2. 40..
Febris, *vel* febricula *est morbi genus: dicta, ut volunt Grammatici, a feritate, vel a fervore. Et appellatur quotidiana, tertiana, vel quartana febris, quæ quotidie, vel in diem quemcunque tertium, vel quartum revertitur.*
In febrem incidere. Fam. 156.. 237.
Febrem habere. Fam. 107.. At. 97. Ph. 2. 143.
Febri jactari. Or. 2. 103..
Febrem decedere. Att. 100. 272. *vel* discedere ab aliquo. Att 122..
A febre relinqui. At. 122..
——— liberari. At. 168..
Febri carere. Fam. 262. Ph. 1. 167.
Felicitas *idem est, quod beatitudo, prosperitas.*
Felicitatem esse alicui. Plin. l. 7. c. 11.
——— dare. Rh. 30..
Felicitate uti. *Cic.* Perpetua quadam felicitate usus ille excessit e vita. Rh. 165.
Feriæ *sunt dies festi, vel dies quieti Cœlestium.*
Ferias imperare. Ph. 2. 101..
——— celebrare. Liv. Decad. 1. lib. 1.
Ferocia, *et* ferocitas *idem sunt: significatque utrumque nomen idem quod insolentia, immanitas, crudelitas.*
Ferociam reprimere. Ph. 3. 41.
——— comprimere. Or. 2. 243..
Ferrum *notum est genus metalli. Ponitur etiam pro gladio.*
Ferrum e cavernis terræ elicere. Ph. 2. 56..
——— acuere. Hor. lib. 1. Car. od. 2.
Ferro ignique minitari alicui. Or. 3. 252..
Cum ferro aliquos certis locis collocare. Or. 1. 292..
——— in aliquem invadere. Or. 1. 289..
Festivitas *est lepor, vel jucunditas.*
Festivitatem habere. *Auct. ad Herenn.* Narratio debet habere sermonis festivitatem. Rh. 3.
Festivitate abuti. Rh. 214.
Fides, ei. *Variis significatis a Latinis usurpatur. Aliquando enim velut quoddam officium denotat, quod amico maxime, aut alii cuivis præstitum, probitatis; negatum contra, perfidiæ malevolique animi documentum præbet. Aliquando pro constantia promissorum, vel auctoritate accipitur: sicque idem est quod justitia in rebus creditis. Sed tu diligenter observato, tam passive quam active poni.*
Fidem facere rei alicujus. Rh. 181. 221.. At. 106. . et al.
——— habere alicui. Fam. 104. 240.. At. 119.. et al.
In fidem alicujus se conferre. Fam. 103. Or. 1. 36.
Fidei committere. Fam. 50. *vel* mandare. Plaut. 828.
Fidem singularem alicui præbere. Nepos in Att. Vita.
In fidem alicujus se tradere. Salust. in Jugurt.
——— accipere. Or. 2. 191..
——— recipere. At. 245. Ph. 3. 8.
In fide alicujus esse. Nam. 227.. Or. 1. 34. Or. 2. 280.
Fidem dare. Fam. 12.. 66.. Or. 2. 96.. 112.. et al.
——— interponere. Rh. 172..
——— obstringere. Plin. lib. 7. cap. 13.
——— obligare. Or. 3. 204..
In fide stare. Or. 2. 96..
Fidem servare. At. 37. Or. 3. 31.. Ph. 3. 73..
——— tenere. Or. 3. 245..
——— retinere. Ph. 3. 112..
——— præstare. Fam. 7.. 11. 66.. At. 82.. 256. et al.
——— liberare. Fam. 186.. Or. 2. 156.
——— solvere. Fam. 156.
——— colere. Or. 2. 148.
——— violare. Ph. 3. 73.
——— frangere. Or. 1. 47.. Ph. 3. 72..
——— prodere. Propert. lib. 4. el. 4.
——— infirmare. At. 248..
——— imminuere. Rh. 123.
——— derogare. Or. 1. 279. Or. 2. 147..
——— abrogare. Rh. 4. 8.. Or. 1. 52. Ph. 1. 10.
——— persolvere. Liv. l. 2. c. 16.
Fides abiit, Æquos movere arma. Id. l. 3. c. 5.
Fidem labefactari. Or. 2. 58..
——— concidere. Or. 2. 7.
Fides, fidium, *idem quod Lyra.*
Fidibus discere. Ph. 3. 82.
——— scire. Ter. Eun. 1. 2.
——— canere. Ph. 1. 149.
Fides pulsare. Rh. 163. 192.. Ph. 2. 115.
Fiducia *est aliquando audacia: aliquando est existimatio, quam de fide, et virtute alterius habemus. Et sæpius in bonum, quam in malum, capitur.*
Fiduciam committere. Or. 2. 157.
——— habere de aliquo. Sen. ep. 16.
——— accipere. *Ne quid suspensum habeas, hic annotabis, quid sit, fiduciam accipere, idque ex Boetio in quarto Commentario Topicorum:* Fiduciam, *inquit,* accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet: veluti si quis tempus dubium timens, Amico potentiori fundum mancipiet reddituro, cum tempus illud dubium præterierit, hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur. *Cicero in Topicis:* Si tutor fidem præstare debet, si socius, si, cui mandaris, si, qui fiduciam acceperit, debet etiam Procurator. Rh. 224. *Aliud est Ciceronis exemplum in Libro 7. Famil. ad*

Trebatium Jurisconsultum: Sed quonam, *inquit*, modo jus civile defendes, cum omnia causa tua facias, non civium? ubi porro erit illa formula fiduciæ: inter bonos bene agier oportet? quis est enim, qui facit nihil, nisi sua causa? Fam. 101. *Verba sunt Ciceronis cum Trebatio jocantis. Itaque si duo hæc Ciceronis exempla cum Boetii expositione conjungamus, facile intelligetur, fiduciam bonæ fidei contractum fuisse. Sic est intelligendus Cicer. pro Flacco:* Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti. Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie, et possides: cum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coegisti. *Id est pecuniam fœneratitiam a te sumpsit adolescens, ob eamque fundum tibi fiduciarium dedit.* Or. 2. 157. *Omnino fiduciariam mancipationem, vel venditionem hodie vocamus venditionem sub redimendi, redhibendique lege factam. Ex quo contractu nascebatur actio fiduciæ.*

Filia. *Notæ est significationis nomen.*

Filiam suscipere. Or. 2. 55..
——— spondere. *Ib.*
——— pacisci alicui. At. 81.
——— collocare. Rh. 59. 173. Ph. 2. 101.. Ph. 3. 48.

Filius. *Notæ item est significationis hæc dictio.*

Filium procreare. Rh. 59. Ph. 1. 104..
——— gignere. Rh. 121..
——— producere. Or. 1. 82..
——— suscipere. Or. 1. 260.
——— adoptare. Rh. 183. . Or. 2. 220. .
——— efferre. *De funere intelligitur.* Rh. 104. . Ph. 2. 76.

Finis *idem est quod exitus, modus, terminus.*

Finem afferre. Or. 3. 131. 132. . 198. 205. et al.
——— statuere. Fam. 94.
——— constituere. Ph. 3. 106. . 107. Or. 1. 6. 77.
——— præscribere. At. 291. .
——— reperire. Fam. 153. Or. 2. 19.
——— facere. Fam. 97.·. 193. At. 159.. 263. et al.
——— habere. Ph. 3. 130. .
——— prorogare. Or. 2. 129. Or. 3. 75. 249..
——— transire. Fam. 67. . Ph. 3. 20. .
——— prætergredi, *vel* egredi. Or. 1. 6.

Firmamentum *est stabilimen, robur, vel vires.*

Firmamentum in re aliqua ponere. Or. 2. 163. .
——— constituere. At. 16. .
——— habere. Or. 2. 5. . 18. .

Firmitas *est quasi soliditas.*

Firmitatem nancisci. Fam. 173. .
——— habere. Ph. 3. 99. . 105.

Firmitudo *idem est, quod firmitas.*

Firmitudinem habere. Rh. 69.

Flagitium *est crimen cum dedecore conjunctum.*

Flagitium esse. *Pro turpe esse.* Ter. Adelph. 1. 2.
——— facere. Or. 1. 22. .
——— admittere. Or. 2. 44.
——— committere. Rh. 184. . Or. 1. 271. .
——— suscipere. Or. 2. 126. .

Flagitiis inquinari. Or. 1. 29. .
In flagitiis voluntari. Fam. 127. .
— flagitia se ingurgitare. Or. 3. 88. .
Flagitiis nobilitari. Ter. Eun. 5. 4.

Flamen *aliquando generis est neutrius, et pro spiritu, vel flatu ponitur. Aliquando vero masculini generis est, et tunc significat Sacerdotem unius alicujus Dei antistitem.*

Flaminem prodere. *Id est creare.* Or. 3. 106. .

Fletus *pro planctu, vel lacrymis poni solet.*

Fletum movere. Rh. 104.
——— fieri. Or. 1. 22. 210. .
Præ fletu non posse loqui, aut scribere. At. 175.

Flos, *vel* Flosculus, *est Arborum et Plantarum gaudium, unde postea fructus oritur: estque id, inquit Theophrastus, quod ipsis Plantis, et Arboribus a Natura accommodatur ad fructum. Per translationem a Latinis eleganter ponitur pro re maxime præstanti.*

Flosculos carpere. Or. 3. 25.
Flores delibare. Rh. 169. .
——— decidere. Ph. 3. 41. .
Flos Italiæ. Or. 3. 142. . 185. .
——— populi. Rh. 169. .
——— Legatorum. Or. 2. 159.
——— Equitum. Or. 2. 263. .
——— juventutis. Or. 3. 167. .

Fluctus. *Vulgaris est significationis hoc nomen. Translate positum pro perturbatione usurpatur.*

Fluctibus allui. Rh. 206. . Or. 2. 159. .
——— jactari. Rh. 206. .

Flumen: Fluvius. *Ejusdem sunt significationis hæc duo nomina; et idem significant, quod amnis, vel profluens. Per translationem venuste utrumque sumitur pro ubertate, magnitudine, amplitudine, divite copia, vel exuberantia: ut, flumen ingenii, flumen orationis, flumen gravissimorum optimorumque verborum.*

Fluminis natura. Cæs. de B. G. lib. 4.
Flumen secundum. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— adversum. Cæs de B. G. lib. 7.
Fluvium fluere. Rh. 24. Ph. 2. 100. . 120. .
——— influere. Ph. 1. 168. .
Fluvio secundo defluere. Virg. 7. Æn. 494.
De fluvio aquam sibi derivare. Plaut. Truc. 2. 7. 12.
Fluvium derivare. Virg. 1. Georg. 106.
——— innare. 8. Æn. 651.
——— transmittere nando. Stat. 9. Theb. 239.
——— trajicere. Fam. 149.

Fœcunditas *est ubertas, vel fertilitas.*

Fœcunditatem dare. *Cic. de nat. Deor.* Nos

aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Ph. 2. 57.
FœDITAS *est turpitudo.*
In fœditate esse. *Cic. in Philip.* 12. *c.* 6. Cujus scelere in hac vestitus fœditate sumus. Or. 3. 242.
FœDUS, eris, *est pactio, vel fides, aut lex: dictum a* ferio, *ut quibusdam placet. Quidam hoc nomen a* Fecialibus, *id est Sacerdotibus derivant, per quos fiunt fœdera. Alii a* fide, *quia in fœdere interponebatur fides. Alii aliunde.*
Fœdere devincire fidem cum hoste. 3. Off. c. 31.
Fœdus pacisci. Or. 3. 10.
In fœdus transire. Liv.
——— coire. Virg. 11. Æn. 292.
Fœdus jungere cum aliquo. Liv. *et* Virg. 12. Æn. 822.
——— facere. Rh. 73. . Or. 3. 8. 246. . Ph. 1. 82.
——— jungi alicui. Liv. 26. c. 24.
——— icere. Or. 3. 8. 62. 85. . .
——— ferire. Or. 2. 239. Or. 3. 123. .
——— sancire. Or. 2. 200. Or. 3. 8.
——— stare. Liv. l. 20. c. 19.
——— violare. Or. 3. 246. .
——— negligere. Pro Balb. c. 5.
——— frangere. Or. 2. 226. . Or. 3. 85. .
——— rumpere. Rh. 28. . Or. 3. 57.
——— renovare. Or. 3. 62.
——— firmare. Virg. 11. Æn. 330.
——— pangere. l. 10. 902.
——— componere. l. 10. 15.
——— servare. Ovid. 1. de Art. 641.
——— custodire. Just. l. 43. c. 5.
——— solvere. Virg. 10. Æn. 91.
——— turbare. l. 12. 633.
——— rescindere. Vellei. l. 2. c. 90.
Res ex fœdere repetere. Liv. l. 20. c. 10.
FœMINA *tam de brutis dicitur, quam de rationis participibus.*
——— pulchritudine eximia. Ph. 2. 91.
——— bona. Or. 3. 186. .
——— præstantissima. Fam. 64.
——— primaria. Fam. 66. .
——— prudentissima et diligentissima. At. 288. .
——— sanctissima atque optima. Or. 3. 186. .
——— probatissima. Or. 1. 287.
FœNUM *est herba arida, quæ ex prato percipitur: dictum (ut tradunt nonnulli) quod sine cura fœnus præbeat.*
——— chordum. *Idest quod Autumno secatur.* Col. l. 12. c. 13.
——— secare. Plin. lib. 18. cap. 28.
——— demetere. Col. lib. 2.
——— furcillis versare. Var. lib. 1. cap. 49.
——— colligere. Col. lib. 2.
——— construere. Plin. lib. 18. cap. 28.
——— in striam coarctare. Col. lib. 2.
——— in manipulos colligere. *Ibid.*
Fœni metas facere. Col. lib. 2. cap. 19.
Fœnum in metas extruere. Col. lib. 2.
Fœnum sub tectum congerere. *Ibid.*
——— in tabulata componere. Col.
FœNUS *idem est quod usura. Festus vult esse proprie naturalem terræ fœtum: ob quam causam et nummorum fœtus, fœnus est vocatum. Gellius lib.* 16. *cap.* 12. *a* fœtu *dici tradit, et quasi a* fœtura *quadam pecuniæ parientis atque increscentis. Quidam a* fundo *dictum putant: quia cum* o, *non* u, *apud Antiquos scribebatur, quod (ut ait Valla Lib.* 4.) *sit naturalis terræ fructus: postea vero ad usuram translatum, quasi pecunia fructum per se producat, velut terra.*
Fœnori dare. Or. 1. 143. *vel* fœnore. Plaut. Curc. 4. 1. 19.
Fœnore accipere. *Ibid.*
——— sumere. Id. Asin. 1. 3. 95.
——— partam pecuniam habere. *Ib.* 2. 4. 23.
Pecuniam sine fœnore alicui credere. Nepos in At. c. 9.
Grandi fœnore occupare. Pro Flac. c. 21.
Fœnus accipere. Or. 1. 186.
Fœnore trucidari. Or. 3. 46. .
——— lacerari. Plaut. Curc. 4. 2. 22.
Fœnus renovare. At. 93.
——— fieri. *Cic. ad Att.* Fœnus ex triente Id. quintil. factum erat bessibus. At. 62. .
FœTUS, us, ui, *est partus, vel fructus.*
Fœtum procreare. Ph. 2. 52.
——— fundere. *Ib.*
——— edere. Rh. 1. 20. .
——— reprimere. Rh. 166.
FONS *est aqua de terra manans. Per translationem pro causa sæpe eleganter ponitur.*
Ex eodem fonte fluere. 3. de Nat. D. c. 19.
Altius et a fonte repetere. Plin. l. 4. ep. 13.
Fontem exarescere. Cæs. l. 3. B. C. c. 49.
Fontes consilii alicujus aperire. At. 279.
——— Philosophiæ aperire. Ph. 1. 149. .
Fontem constituere. Ph. 3. 105. .
A fonte haurire, non rivulos consectari. Ph. 1. 40. .
Fontes sitire. *Dictum in eos, qui petunt ab aliis, quod ipsis affatim suppetat domi. Cicero ad Qu. Frat.* Tibi, quod rogas (quoniam ipsi fontes jam sitiunt) si quid habebo spatii, scribam. At. 320. *Significat Fratrem magis abundare versibus, quos tamen a se petat, perinde quasi carminum indigens.*
FORES *in liminibus profanarum ædium januæ vocantur.*
——— pulsare. Plaut. 76.
——— aperire. Ph. 3. 54. . *Dicitur proverbio* fores aperire, *qui rei cujuspiam ingressum, initiumque patefacit: unde* fores amicitiæ aperire. Fam. 208. .
——— crepare. Teren. Eun. 5. 8.
——— claudere. Or. 1. 89. . Ph. 1. 239. .
——— effringere. Or. 3. 45. .
——— restituere. *Ib.*
FORMA *generaliter est species, figura, notio,*

character. Itaque aliquando ad corpus pertinet. Aliquando vero a corpore abhorret.

Ad corpus pertinens.

Forma stata. *De forma, quæ ad corpus humanum pertinet, ita scribit Gellius Lib. 5. cap.* 11. Inter pulcherrimam fœminam, *inquit*, et deformissimam media quædam forma est, quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, et a summo deformitatis odio vacat: qualis a Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo stata dicitur. Quam formam modicam et modestam Phavorinus non mehercule inscite appellat uxoriam. Ennius autem in illa, quam dixi, Tragœdia eas fere ait fœminas incolumi pudicitia esse, quæ stata forent. *Hæc Gellius.*

Forma liberalis. Or. 3. 38.
Formæ dignitas. Rh. 321. Ph. 3. 21. . 26. .
Forma egregia. Ph. 1. 240.
——— honesta. Teren. And. 1. 1.
——— quotidiana. *Id est vilis et spreta.* Teren. Eun. 2. 3.

Extra corpus.

Formam Reipublicæ alicui mittere. Fam. 43. . At. 91. .
——————— exprimere. Fam. 43. .
Formam extinguere. Teren. Phor. 1. 2.
Forma honestatis. Ph. 1. 141. .
——— dicendi. Rh. 117. . 146. 203. .
——— ingenii. Rh. 192. .
Formido *est metus permanens.*
Formidinem injicere. Or. 1. 162.
——————— incutere. Curt. l. 4. c. 10.
——————— inferre. Tac. 2. Hist. c. 15.
——————— intendere. *Ib.* l. 3. c. 10.
——————— ponere. Or. 2. 119. .
——————— opponere. Or. 1. 8.
Formula *a forma diminutivum est: prorsus tamen a corpore abhorret, et accipitur pro præscripto, norma, vel nota.*
Formulas constituere. Or. 1. 49. Ph. 3. 56.
——————— proferre. Ph. 3. 64.
——————— exprimere. Rh. 200. Or. 1. 49.
Fors *idem est, quod fortuna.*
——— hæc viderit. At. 601. 227. .
Ut fors tulerit. At. 111. 118.
Fortuna *est accidentium rerum subitus ac inopinatus eventus, casus, temeritas. Ponitur etiam pro conditione, vel statu. Pro fortunis fortunam item poni aliquando videas.*

Cum adjectivis: idque in bonam partem.

Fortuna secunda. Fam. 51. 55. . Or. 2. 256. .
——— integra. Or. 2. 184.
——— prospera. Or. 2. 198.
——— florentissima. Or. 3. 87. . At. 156. .
——— excitata. Fam. 25. .

Cum adjectivis: idque in malam partem.

Fortuna fluxa. At. 278. .
——— mala. Fam. 11.
——— adversa. Fam. 51. 55. . Or. 2. 256. .
——— spoliata. Or. 3. 87. .
——— inclinata. Fam. 25. .
——— prope jacens. *Ib.*
——— infima. Ph. 1. 137. . Ph. 3. 9.
Fortuna jactata. Or. 2. 19.
——— fatalis. Or. 3. 17.
——— misera. Or. 2. 19.
——— afflicta. Fam. 11. Or. 2. 174.

Cum substantivo.

Fortunæ abundantia. *Cic. de Orat.* In quibus summa laus est, non se prætulisse aliis propter abundantiam fortunæ. Rh. 140.

Cum verbis.

Fortunam dare. *Quint. Cic. de Pet. Consul.* Quanto melior tibi fortuna petitionis data est, quam C. Cælio? Ph. 2. 206. .
Fortunæ se committere. At. 138. .
Fortunam tentare. Or. 1. 262. .
Fortunæ periculum facere. Or. 3. 76.
In fortunam devenire. Fam. 51.
Fortunam excipere. Or. 3. 77. .
——————— subire. Or. 2. 199. . 212. .
Fortuna conflictari. Nepos in Tim.
Qua fortuna rem dat, ea &c. Liv. l. 1.
Fortuna esse. *Id est fortunam subire. Cic.* Fortuna optima illi esse debent. At. 273. .
In fortuna esse. *Duplicem sensum habet hæc locutio. Dicitur enim aliquid esse in fortuna, quod positum est, et consistit in fortunæ potestate.* Ph. 1. 233. . *Dicitur præterea aliquis esse in fortuna, quam subit.* Fam. 82. . 237. .
In fortuna versari. At. 181.
Fortunam insectari. At. 275. .
Fortuna extrema stare. Or. 3. 274.
Fortunam levare. Fam. 73. .
——————— amplificare. Ph. 3. 107.
Fortunæ accessionem fieri. Fam. 18. .
Fortunam alicui suffragari. Fam. 146.
——————— aliquem complecti. Ph. 3. 106. .
——————— dilabi. Rh. 29. .
De fortuna detrahere. Fam. 5. .
——————— adimere. Fam. 8.
Fortunæ *dicuntur bona, vel divitiæ, vel rerum status.*
Per fortunas. *Locutio est opem alicujus omni prece obtestantis.* Cic. ad Att. 3. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. At. 49. 73. 75.
Fortunas augere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
——————— suas obtinere. Fam. 52. .
Fortunis frui. Fam. 70. .
Fortunas prodere. Rh. 26. .
In fortunas invadere. Or. 3. 172. .
Fortunis evertere. Or. 1. 58.
De fortunis deturbare. Or. 1. 8.
Fortunis spoliare. Or. 1. 4. .
Fortunas amittere. Or. 2. 179. .
——————— morte dimittere. Ph. 1. 150. .
Forum *pro macello aliquando ponitur. Interdum est, in quo judicia publica exercentur. Et apud Antiquos, qui peculiari nomine Judices vocabantur, in Curias distributi, eorum judicium Fori appellatione intelligebatur. Aliquando pro ipsa jurisdictione ponitur.*
Forum attingere. *Cicer. Fam.* 15. Posteaquam forum attigisti, nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis. 253. . Fam. 64. .

Forum agere. *Id est judicia exercere, vel jus dicere.* Fam. 34. At. 76..
——— refrigescere. Fam. 253..
Fossa.
Fossam circundare. Ph. 1. 239..
Fossa circundare aliquid. Fam. 245..
——, et vallo munire. Cæs. de B. G. lib. 2.
Fovea *idem est quod scrobs.*
In foveam incidere. Or. 3. 193..
Fraus *est deceptio, qua aliquem circunvenimus; dolus, malitia, fallacia, insidiæ, error, prestigiæ, calumnia, circumscriptio, damnum, scelus, crimen.*
Fraudem creare. Plaut. 516.
Fraudi esse *apud Antiquos id significabat, quod vitio dari, unde aliqua pœna proveniret: Antiqui enim fraudem pœnam vocabant.* Fam. 5. 107.. At. 83. et al.
Fraudem ferre. *Fraudem ferre res nobis dicitur, quæ fraudi est.* At. 117.
In fraudem illicere. Ter. And. 5. 4.
——— deducere. Fam. 157..
——— agere. *idem est, quod conjicere in periculum.* Virg. Æneid. 10.
——— impellere. Or. 1. 28. Or. 3. 79..
——— conjicere. At. 47.
——— deferri, *vel* delabi. Rh. 164.
——— incidere. At. 180.
Fraudem suscipere. Or. 3. 88..
——— concipere. Ph. 1. 163..
——— admittere. Or. 2. 96.
——— facere. At. 61. 83.
Frenum *est instrumentum, quo Equus domatur, et retinetur. Nonnulli per æ scribunt. In plurali dicimus frena, et frenos.*
Frenum alicui adhibere. Rh. 183.
——— injicere. Or. 3. 250.
Frena recipere. Rh. 223..
Frenum mordere. Fam. 178.. *id est repugnare.* Statius l. 1. Silv. 2. *contrario sensu usurpat.*
Dare frenos. Liv. l. 34. c. 2. *id est laxare, ut dixit* Lucanus lib. 7. 124.
Frenos remittere. Ovid. 4. de Pont. El. 2.
Frena capere. *Ib.* ep. 13.
——— accipere. Liv. l. 37. c. 36.
——— moderari. Ovid. 2. de Pont. El. 9.
Frenos inhibere. Liv. l. 1. c. 48. *id est continere.*
Frenis temperare. Hor. l. 1. Od. 8.
——— coercere. Ovid. 5. Metam. 643.
Frequens *ponitur pro crebro, multo, pleno, celebri.*
Frequentes convenire in aliquem locum. Fam. 151.
Frequentem esse in aliquo loco. Or. 1. 21.
——— auditorem alicujus. Rh. 198.
——— in re aliqua. At. 306.
Frequentia *dicitur crebritas, vel multitudo, qualiscunque sit, sive hominum, sive rerum.*
Frequentia epistolarum. At. 93..
Frequentiam magnam rei alicujus esse in aliquo loco. Ph. 1. 241.
Frequentiam præbere. Or. 2. 263.
Frequentia sua celebrare. Or. 3. 86.
——— stipari. Or. 3. 101..
Frigus.
——— impendere. At. 314.
——— arcere. Ovid. 3. Trist. El. 10.
——— magnum esse. At. 313..
Frigore obrigere. Ph. 2. 7.
——— infestari. Cels. l. 2. c. 1.
——— mori. Hor. l. 1. ep. 17.
——— rigere. Id. l. 2. Sat. 6.
Frigoris vim pellere. Ph. 3. 35.
——— depellere.
Frigus vitare. Fam. 259.
——— captare. Virg. Ecl. 1. 53.
Frons *est pars capitis anterior supercilia excedens, pilis vacua, inter utramque aurem sita. Tu præter hæc annotato, frontem animi motibus persæpe inservire, vel ipsorum animi motuum tabulam veluti quandam esse; in qua vel tristitiæ, vel hilaritatis, vel gravitatis, vel levitatis signa notemus, atque observemus. Unde sunt sequentes locutiones.*
Frontem obducere. Quint. lib. 10. cap. 3.
——— perfricare. Sen. Præf. l. 4. quæst. nat.
——— corrugare. Plaut.
——— contrahere. Or. 2. 32..
——— adducere. Sen. l. 1. de Ben. c. 1.
——— caperare. Plaut. Epid. 5. 1. 3.
——— ferire. *Quod est irascentis.* At. 1. et in Brut. c. 80.
——— explicare. Hor. lib. 3. Car. Od. 29.
——— porrigere. Plaut. 288.
——— remittere. Plin. l. 2. ep. 5.
——— exporrigere. Teren. Adelph. 5. 3. 53.
Fructus *nunquam sine utilitatis, aut emolumenti specie est; sive in fruge, fœtu, partu; sive in delectatione voluptateque positus sit.*
Fructum ferre. *Interdum est fructum afferre, vel parere.* Fam. 15.. 127.. 191.. Or. 2. 82.. *Interdum vero fructum capere, aut percipere.* Fam. 165. Or. 2. 233. et al.
——— edere. 2. de Nat. Deor. c. 53.
——— creare. Quintil. l. 5. c. 11.
——— mittere. Plin. l. 12. c. 6.
——— debere. Fam. 10.
——— reddere. Rh. 166.
——— gignere. Plin. l. 16. c. 34.
——— capere. Ph. 3. 35.. 90. 109.. et al.
Fructus comparare. 2. Agr. c. 32.
Fructum serere, percipere, condere. De Sen. c. 7.
——— decerpere. Hor. l. 1. Sat. 2.
Esse alicui magno fructui. Liv. l. 34. c. 36.
Esse in fructu. Plin. l. 16. c. 12.
Fructum percipere. Fam. 25.. Or. 2. 167. et al.
In fructu habere. 1. Fin. c. 4.
Fructum esse, *vel* inesse in aliqua re. Ph. 3. 100. 102.
——— auferre. Ph. 3. 112..
——— perdere. Fam. 51..
Fruges, frugis; *vel* frux, frugis, *generale*

nomen est: et non modo frumenta, leguminaque complectitur, sed quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus.
Fruges serere. Ph. 2. 57.
——— ad spicam pervenire. Ph. 1. 114..
——— fundere. Ph. 2. 83. Ph. 3. 88.
——— percipere. Ph. 3. 12..
Frugum copia. Or. 2. 202. 216.
——— ubertas. Or. 2. 202.
Ad frugem pervenire. Quintil. l. 1. c. 3.
——— bonam se recipere. Or. 3. 43. vel redire. *Recipere se ad frugem bonam dicuntur, qui rejectis vitiis, virtuti se dedunt, et vitam honestam sequuntur.*
——— bonam evadere. Lactant. lib. 6.
Frumentum.
Frumentum providere. Cæs. de B. G. lib. 6.
——— imperare. Or. 1. 59.. 195..
——— importare. Cæs. de B. G. lib. 8. *Pro commeatu ex frumento in his locutionibus est.*
——— supportare. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— mutuum dare. 2. cont. Rull. 83.
——— ex agris comportare. 5. At. ep. 18.
——— intercludere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— comprimere. At. 82.
Fucus. Fuci *variæ sunt significationes. Interdum est enim genus Apis sine aculeo; sed major est Ape mella conficiente. Præterea dicitur* fucus marinus, *herba; quæ et alga marina appellatur. Ad hæc* fucus *unguentum dicitur, sive ornamentum, quo mulieres tinguntur, et colorantur, ut vitia corporis emendent. Per translationem ponitur pro fraude, vel deceptione.*
Fuco illinere. Rh. 161..
Fucum facere. *Id est fraudem comparare. Ter. in Eun.* Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum, per impluvium fucum factum mulieri. 3. 5.
Sine fuco. *Id est simpliciter, et aperte.* Rh. 125.. 179. At. 1.
Fuga *interdum est ipse fugiendi actus: et in ea significatione sæpius ponitur. Interdum est cursus, vel impetus: ut apud Virg.* Ille volat, simul arva fuga, simul æquora vertit. *Ita de hoc nomine Grammatici balbutiunt: sed quare istum fugiendi actum quasi ab alia significatione distinguant, non video, cum perpetuo fuga sit fugiendi actus. Itaque, quando inanes istas, et ridiculas Grammatici vulgi interpretationes, aut, si ita vis, inscitiam meo more rideo potius, quam attendo, et te mecum ridere volo; in his ineptiis diutius non morabor: at alacriter Ciceronis locutiones proferam: in quibus hujus vocis significationem, et usum varium nullo negotio possis cognoscere. Antequam tamen id præstem, hoc te scire velim, fugam cum genitivo nonnunquam jungi: et tunc pro vitatione, vel declinatione poni, ut apud Ciceronem de Finib.* 1. At vero eos et accusamus, et justo odio dignissimos ducimus, qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti, atque corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non provident: similique sunt in culpa qui officia deserunt mollitia animi; id est laborum, et dolorum fuga. Ph. 1. 55..
Fugam parare. At. 117.
——— ornare. Ter. Eun. 4. 4. *vel* adornare.
——— quærere. Or. 3. 202..
——— petere. Cæs. de B. G. l. 2. c. 24.
——— capere. l. 7. c. 26.
In fugam se conferre. Or. 1. 289.
——— conjicere. Or. 3. 51. *vel alios, cum illos fugamus.* Cæs. de B. G. lib. 2.
Fugam facere. *Fugam facimus, cum alios fugamus.* Or. 2. 226.. *Facimus etiam fugam, cum fugimus.* Terent. Eun. 4. 7.
In fugam vertere. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— convertere. l. 1. B. G. c. 52.
——— dare. *Damus alios in fugam: vel nos ipsos. Nos.* Cic. in Verr. Or. 1. 222.. *Alios.* Cæsar de B. G. l. 2. c. 23.
——— movere. Liv. l. 7. c. 34.
Fugæ se dare. At. 116..
——— commendare. Hirt. B. Afr. c. 34.
——— mandare. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— committere. Vellei. l. 2. c. 72.
Fugam intercludere. Fam. 245. At. 115.
——— reprimere. At. 117.
——— inhibere. Ovid. 1. Met. 511.
Exilium et fugam deprecari. 3. de Or. c. 3.
Fugam intendere. Liv. 7. c. 37.
Fuga periculum evitare. Nepos in Dat. c. 2.
——— se ad aliquem recipere. Cæs. l. 1. B. G. c. 11.
Esse in fuga. 7. At. ep. 23. et 24.
Fugam moliri. Virg. l. Æn. 109.
——— agitare. Virg. 2. Æn. 640.
——— rapere. Val. Flacc. l. 5. 272.
Fulmen *est, cum nubium conflictu ardor expressus se emiserit. Translate etiam eleganter accipitur; ut cum Cicero vocet Scipiones* Romani Imperii fulmina. Or. 3. 61.. *vel cum* fulmina orationis *dicit.* Rh. 198.. *aut* fulmina fortunæ. Ph. 1. 189..
——— jacere. Or. 2. 115. Ph. 2. 117.
——— emittere. Ph. 2. 117.
Fulmine icere. Or. 2. 115. Ph. 2. 118. Ph. 3. 71.
——— percutere. Ph. 2. 71. 77. 84.
Fundamentum *proprie est solum, vel sedes. Per translationem pro gradu, vel aditu ponitur. Et majorem habet in propria significatione, quam in translata, elegantiam.*
Fundamentum jacere. *Proprie in ædificiis vel lapide structis, vel materia, fundamenta jaciuntur; super quæ, quod reliquum est operis, extruitur. Quare* fundamenta jacere *translate positum, id Latinis est, quod apparatum quendam facere, vel ea parare, vel ea proferre in medium, quibus ad rem peragendam opus sit: aut ea parare, quæ rem effectura videntur.* Fam. 12.. 161.. Or. 2. 127. 147. 265. et al.

Fundamentum ponere. Or. 3. 81. Ph. 1. 79.. Ph. 2. 108..
———— agere. Or. 3. 116.
Fundamenta locare. Plin. l. 36. c. 14.
———— subdere. Tac. ann. 4. c. 62.
———— substruere. Plaut. Most. 1. 2. 40.
———— quatere. Virg. 2. Æn. 610.
Fundus *dicitur vasis, armarii, et similium.*
Fundum execare. Or. 2. 55..
Fundus *est ager, prædium, possessio, regnum.*
Fundum habere. Ph. 3. 125..
Fundos suos obire. Rh. 106..
Fundum adjungere. Fam. 17.
———— populum fieri. Or. 3. 59.
Funus *est supremi diei celebritas, et pompa exequiarum: quod ponunt aliquando Latini pro morte etiam ipsa. Atque non minus translate, quam proprie, usurpatur. Translate vero usurpatum poni solet pro ruina, vel calamitate.*
———— curare. Fam. 56.
Funeri mergi: *Id est extingui. Quod loquendi genus plane poeticum est, et nusquam Oratoribus usitatum.* Virg. Æn. lib. 6. Funus facere *posuerunt aliquando Latini, pro mortem inferre, ut apud Plaut. in Asinar.* Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est. Funus facere *dixerunt etiam pro funus celebrare.* Fam. 56. Or. 2. 23.
Funeri operam dare. At. 238.
Funere efferri. Rh. 125.. At. 226. Or. 2. 221..
Funus alicui ducere. Rh. 135. Or. 1. 9.
———— procedere. Ter. And. 1. 1.
Funeris pompa privare, orbare, vel spoliare. Or. 3. 108.
———— exequias prosequi. Pro Cluen. c. ult.
Funeri justa solvere. Pro Rosc. Am. c. 8.
In funus venire. 15. At. ep. 1. Prodire. Ter. And. 1. 1. 8.
Funus indicere. Pro Dom. c. 16. Ornare. Suet. in Aug. c. 100. Celebrare. Liv. l. 8. c. 10.
Furia. *Furias antiqui Poetæ appellarunt Deas speculatrices, vindicesque facinorum et scelerum. Vel Deas furoris, ut sunt Megera, Alecto, Tysiphone: alio nomine appellatæ Eumenides. Furias quoque vocant Latini scelestæ mentis tormenta. Et per translationem nonnunquam furia dicitur aliquis, qui furore percitus, et vesanus omnia perturbat, et miscet, vel furiose agit.*
Furiis agitari. Or. 1. 29. Ph. 2. 164.
———— agi. Hor. l. 2. Sat. 3.
———— accendi. Virg. l. 12. Æn. 945.
———— terreri. Or. 3. 89..
———— vexari. Or. 2. 213..
Furias concipere. Virg. 4. Æn. 474.
Furor *est impotens animi ardor, impetus, vel insania.*
Furorem in corde gerere. Catul. carm. 64.
———— aliquem invadere. Fam. 260..
Furorem comprimere, vel reprimere. Or. 1. 209. Or. 3. 23.
Furore cœcus. Liv. l. 28. c. 22.
Furorem considere *dicimus, cum se remittit, et sedatur.* Ph. 1. 22.
Ad furorem redire. Fam. 150.
Impelli furore. Cæs. l. 1. B. G. c. 4.
Furtum *Antiqui dicebant, quicquid clam factum esset. Virg.* Martisque dolos, et dulcia furta. *Furtum aliter definit Paulus Jurisconsultus his verbis:* Furtum est contractatio rei fraudulenta, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei; vel etiam usus ejus possessionisve: quod lege naturali prohibitum est admittere.
Furtum facere. Or. 1. 49.. Or. 2. 55.. Ph. 2. 74..
Furti alligari. Ter. Eun. 4. 7. 39.
—— damnari. Or. 2. 155.
—— arguere. In Fragm. contra C. Ant.
—— deferre. *Ib.*
Fustis *est lignum teres, et acutum: quod et sudes dicitur.*
Fustem alicui impingere. Fam. 118..
Fuste aliquem verberare. Plaut. Mil. 5. 1. 8.
———— percutere. Hirt. B. Hisp. c. 27.
Futilitas *est vanitas, vel inanitas.*
Futilitatis plenum esse. Cicero de Natura Deorum. 2. *Hæc et dicuntur, et creduntur stultissime, et plena sunt futilitatis, summæque levitatis.* Ph. 2. 40.

G

Gallina *avis est nota.*
Gallinæ ova supponere. Ph. 2. 50.
Gallinam ova parere. Ph. 1. 15.
Gaudium. *Cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud* gaudium *dicitur. Cum autem et inaniter et effuse animus exultat, tum illa* lætitia gestiens, *vel* nimia *dici potest: quam definiunt,* Sine ratione animi elationem.
Gaudio afficere. Ph. 1. 141..
———— oblectare. Plaut. Pœn. 5. 4. 88.
———— esse alicui. *Ib.* v. 47.
In gaudiis esse. Ter. Eun. 5. 9. 5.
Gaudium capere. Val. Flac. l. 3. 698.
———— sentire. Plin. l. 16. c. 25.
———— percipere. Sen. ep. 59.
Gaudio compleri. Ph. 1. 141..
———— efferri. Fam. 151.
———— exilire. Fam. 153.
———— exultare. Or. 2. 102.. Or. 3. 173. At. 88..
———— triumphare. Or. 2. 20..
———— pæne desipere. Fam. 22..
Gaudium cumulare. At. 52.
Gaudio cumulari. Rh. 133.
Gaudium duplicare. Fam. 264.
———— erumpere. Ter. Eun. 3. 5.
———— contaminare. Ter. Eun. 3. 5.
Gemitus *idem est quod fletus, vel planctus.*
Gemitum fieri. Or. 1. 22.

In gemitu versari. Fam. 252. .
Gemitum conticescere. At. 2. 208.
GENIUS *ab aliquibus dicitur vis, et Naturæ Deus hospitalis, et ipsa voluptas.*
Genio indulgere: *Id est animo obsequi.* Pers. Saty. 5.
Genium defraudare: *Id est Naturæ negare, quod appetit.* Ter. Phorm. 1. 1.
Cum geniis suis belligerare: *Id est genium defraudare.* Pl. 872.
GENS *idem est, quod natio, vel familia, vel populus aliquam regionem incolens.*
Majorum. Ph. 1. 32. 154. *vel* minorum Gentium esse. Fam. 139. . Ph. 1. 32. *Majorum vero Gentium qui sunt, ascriptitiis opponuntur. Minorum autem Gentium qui sunt, cum ascriptitiis conveniunt: id est non tanta dignitate, vel autoritate sunt, quanta sunt, qui majorum gentium appellantur.*
GENU. *Genua sunt femorum, ac crurum commissuræ.*
——— terram tangere. Ph. 1. 187.
Genibus niti. Ph. 2. 47.
——— alicujus advolvi. Liv. Dec. 3. lib. 8.
——— provolvi. Tac. 12. An. c. 18.
Ad genua alicujus procumbere. Liv. l. 9. *vel* in genua, Curt. l. 9. c. 5.
A genibus repellere. Or. 2. 208.
De genu pugnare. Sen. de Provid. c. 2.
Genua flectere. Plin. l. 11. c. 45.
——— inclinare. Ovid. 11. Met. 355.
——— alicujus prensare. Tac. Ann. 1. c. 21.
——— amplecti. Virg. 3. Æn. 607.
Genibus accidere. Liv. l. 44. c. 31.
GENUS *est natura, ratio, modus, species, familia, stirps, gens.*
——— ducere: *Id est* stirpem. Virg. Æneid. lib. 6.
——— ementiri. Or. 3. 55. .
Id genus similia. At. 207.
——— cetera. Rh. 3. 15. . 82. 83. .
GESTUS, us, ui, *est actio quædam, et quasi pronuntiatio corporis.*
Gestum agere *dicuntur Histriones, fabularum Actores, vel Oratores in pronuntiando, cum certis quibusdam corporis motibus vel ad tristitiam, vel ad lætitiam, vel ad alios quoslibet animi affectus, impetusve designandos utuntur.* Or. 1. 14. 48. . Or. 3. 128.
Gestu alicui gratificari. Pro Corn. 14.
In gestu peccare. 1. de Or. 125.
Gestu uti. Ad Heren. l. 3. 26.
GLADIUS. *De Gladio ita scribit Varro: Gladius c, in g, commutato, a clade dicitur, quod sit ad hostium cladem.*
Gladio plumbeo jugulare: *Id est futili levique argumento devincere quempiam.* At. 10. .
Gladio suo jugulari. *De eo dicitur, qui suis ipsius dictis revincitur, aut qui suopte invento, dolove capitur: denique in quem quocunque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ad ipso profectum sit.* Or. 1. 301.

Gladium nudare. Liv. Dec. 3. lib. 8.
——— stringere. Or. 3. 164.
——— distringere. Or. 111. Ph. 3. 74.
——— educere. Rh. 63. . At. 56.
In gladium incumbere: *Id est mortem sibi consciscere, vel inferre, ut ii faciunt, qui se gladio transfodiunt. Cicero de Invent.* Ille, cujus merces erant, in gladium incubuit. Rh. 81.
Gladio incumbere. 1. ad Her. 18.
Gladium in vaginam recondere. Rh. 63. .
GLORIA *proprie est constans, et confirmata de aliquo opinio et fama, sed cum laude et existimatione singulari: quam ita definit Cicero.Tusc.* 3. Consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute. Ph. 1. 190. .
Gloriæ stimulus. Or. 3. 199.
——— æstus. Rh. 191.
Cursus ad gloriam. Fam. 145.
Iter Gloriæ. Or. 3. 159.
Gloriæ insignia. Fam. 152.
——— umbra. Or. 3. 91. .
——— seges. Or. 3. 108. .
——— materia *Cicero pro Milone.* Quid enim odisset Clodium Milo segetem ac materiam gloriæ suæ? Or. 3. 108. .
Gloriam appetere. Or. 2. 5.
——— expetere. Rh. 124. Ph. 1. 172. Fam. 246. .
Gloriæ avidus. Fam. 133. Or. 3. 135.
Gloria ustus. Fam. 210.
Gloriæ expers. Or. 2. 14.
Gloriam quærere. At. 298.
——— acquirere. Fam. 36.
Gloriæ parere. At. 282. . 298. . Ph. 3. 43. .
Gloriam nasci. Fam. 246.
——— dare. Or. 3. 93.
Gloriæ esse. Fam. 68. .
——— ducere. Or. 3. 273.
In gloria aliquem ponere: *Id est gloriam dare.* Or. 3. 238. .
Gloriam in se transmovere. Teren. Eun. 3. 1.
——— comparare. Ph. 3. 42.
Gloria afficere. Fam. 207.
Gloriæ commendare. Fam. 68.
In gloriam venire. At. 35.
Gloriam adipisci. Or. 3. 132. Ph. 3. 42.
——— consequi. Fam. 5. . 8. 12. 68. . 153. Or. 3. 182.
——— capere. Ph. 3. 101.
Gloria circumfluere. At. 36.
Magna esse gloria. *Pro gloria circumfluere.* At. 36. . Or. 3. 27. .
Gloria florere. Fam. 57. Rh. 85.
——— præstare. Rh. 143. .
Gloriam alere. Rh. 167. .
——— tenere. Or. 2. 14.
——— retinere. Fam. 110.
Gloriæ servire. Fam. 133. . Or. 2. 102.
Gloriam augere. Fam. 186. . Ph. 1. 2. .
——— amplificare. Ph. 2. 2.
——— multiplicare. At. 302. .
——— duplicare. Or. 2. 232.

Gloriam minuere. Ph. 1. 2..
——— imminuere. Ph. 1. 2.
——— infringere. Or. 3. 102..
——— cadere. Or. 3. 108.
A gloria refrenare. Or. 3. 53..
Gloriam abjicere. Fam. 110..
Gradus *in propria significatione duo maxime significat. Sunt enim interdum gradus, quibus in aliquem locum ascendimus. Fam.* 85.. *Interdum pro pedum gradientium vicissitudine ponuntur. Translate vero ad multa convertuntur. Sed translatio hujus vocis a loci significatione magis ducitur, quam ab alia. Gradus enim cum per translationem ponitur, plane pro existimatione, et honoris loco, vel sede, vel via est.*
Gradum jacere. Or. 2. 73..
——— facere. Or. 1. 109..
——— ascendere. Or. 2. 137. vel ad gradum. Ph. 3. 46.
——— assequi. Fam. 146.. Or. 2. 49..
Ad gradum pervenire. Fam. 179..
In gradu locare. Or. 2. 131. Or. 3. 155..
——— collocare. Or. 2. 204. Or. 3. 161. Ph. 1. 2..
——— ponere. Or. 3. 7.
Gradum tenere. Or. 2. 266.. Ph. 3. 72.
——— obtinere. Fam. 8.
De gradu dejicere. At. 261.. Ph. 3. 16..
——— dimovere. Ph. 1. 187..
Gratia *variam habet apud Latinos significationem. Aliquando enim concordiam, amicitiam, conjunctionem consuetudinemque designare videtur. Aliquando pro grati animi fideli memoria est. Aliquando auctoritatem significat, unde* gratiosus, *qui multum potest auctoritate. Aliquando pro causa, vel nomine sumitur.*

Cum amicitiæ et conjunctionis speciem habet.

Gratiam alicujus sequi. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— aucupari. Fam. 68..
——— conciliare. Or. 2. 17.. Rh. 178..
Ponere aliquem apud aliquem in gratiam. Fam. 116. At. 96. vel in gratia. At. 74. 88..
Gratiam consequi. Rh. 94..
——— inire cum aliquo. At. 9. 108. vel apud aliquem. Liv. Dec. 4. lib. 6. vel ab aliquo. Fam. 46.. Or. 1. 131.. 233.
In gratiam recipere. Or. 3. 125..
Gratiam esse alicui cum aliquo. Fam. 15. 123..
Esse in gratia cum aliquo. Fam. 10.. At. 28. Or. 1. 75. 80.
Gratiam tenere alicujus: *Id est esse in gratia.* At. 316..
——— retinere. At. 309.
——— exulcerare. Rh. 178..
——— componere inter aliquos. Ter. Hec.
——— reconciliare. Fam. 45. 59.
In gratiam reducere. Or. 3. 73.. 74. 125..
——— restituere. At. 2. Or. 3. 73..
——— redire. Fam. 15.. 38.. 42. At. 10.

Pro grati animi fideli memoria.

Gratiam debere. Or. 3. 165.. Ph. 1. 89. 105..
——— exigere. Ph. 3. 102.
——— commemorare. Or. 2. 209.
——— habere. Fam. 66.. 74.. 197.. vel gratias. Or. 3. 136. 155.. 188.
——— tribuere. Ph. 1. 109. Ph. 3. 64..
——— facere alicui criminis. *Id est crimen condonare.*. Liv. l. 3. c. 28.
Gratiæ aliquid alicui apponere. Ter. And. 2. 1.
Gratiam reddere. Ph. 3. 4. 7..
——— referre. Ph. 3. 106. Fam. 9.. 21. 39. vel gratias. Fam. 173.. Or. 3. 191.
Gratias agere alicui. Fam. 17. 22.. 31. apud aliquem. Fam. 220. At. 245.
——— amplissimis verbis. Or. 3. 153..
——— singularibus verbis. Or. 2. 119. 183..
Gratiam persolvere. Or. 2. 276..
——— capere, *pro assequi. Cic. Fam.* 2. Cum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus, vel in accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possit. Fam. 20..

Pro auctoritate.

Est *hic gratia idem quod auctoritatis quidam gradus plausu, vel favore confectus: semperque passive ponitur.*
Gratiæ causa: *Id est ut gratia ineatur.* Fam. 68.. Or. 1. 172.
Gratia ineptum. *Id est minus plausibile.* At. 143..
Gratiam aucupari. Fam. 68..
——— quærere. Or. 2. 17..
——— colligere. Fam. 26.. At. 317.
——— acquirere. At. 2.
——— afferre. Or. 2. 134.
——— consequi. Rh. 94..
In gratia esse. At. 79..
Gratia excipere. Fam. 16.
Gratiam extinguere. Fam. 2..
——— effundere. Fam. 26..

Pro causa.

Ea gratia. *Id est ea causa.* Ter. Andr. 2. 6. 1.
Accusandi gratia. Nepos in Conone.
Verbi gratia. 4. Acad. c. 29.
Gratulatio *significationes verbi sui retinet: sed ponitur etiam pro supplicatione.*
Gratulationem alicui donare. Or. 3. 80..
——— decernere. Or. 2. 123.
——— significare. At. 53..
——— habere: *Id est celebrari.* Or. 3. 120..
——— facere. Fam. 176. At. 14. Or. 1. 70.
Gratulatione florere. Or. 3. 26..
Gratulationem effervescere. Fam. 127.
Mutua gratulatione fungi. Curt. l. 7. c. 2.
Gravedo *est morbus, seu humor, qui ex capite distillat, nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet.*
Gravedinem facere. Plin. lib. 23.

Gravedine tentari. Suet. Aug. cap. 81.
Gravedini subvenire. At. 260. .
Gravedinem removere. At. 169.
GRAVITAS *est severitas, vel pondus. Pro severitate, personis tribui solet; pro pondere, rebus. Sic vocamus orationis, vel sententiarum gravitatem. Loci etiam, vel Cæli, vel morbi dicitur aliquando gravitas.*
Gravitatem adhibere. At. 327.
——— habere. Ph. 3. 96. Rh. 595. .
——— tenere. At. 154.
——— servare. Att. 155.
——— tueri. Fam. 72. .
GREX *est minorum animalium congregatio, ut Ovium, Porcorum, Caprarum. Per translationem de hominibus etiam dicitur: ut* grex Oratorum, grex Amicorum: *idque cum contemptu, et sine contemptu.*
In gregem recipere. Ter. Eun. 5. 9.
In grege annumerare. Or. 1. 33.
De grege esse. Or. 3. 274. .
GUBERNACULUM *est navis clavus, quo navis gubernatur et dirigitur. Translate vero ad alia refertur, ut ad Reipublicæ administrationem.*
Ad gubernacula Reip. accedere. De Inv. l. 1. c. 3.
Gubernaculum Reip. prendere. Ad Brut.
Ad gubernaculum Reip. sedere. Or. 1. 26. .
Gubernaculum tractare. Or. 3. 7.
A gubernaculis repellere. Rh. 89.
——— dejicere. Or. 2. 218.
——— recedere. Fam. 267.
Tradere alicui gubernacula. De Or. l. 1. c. 49.
GUBERNATIO *est Curatio, vel administratio.*
Gubernatione distringi. Rh. 154. .
——— regi. de Invent. 2. 164.
Ab alicujus gubernatione auferre aliquid. Or. 3. 36.
In alicujus gubernatione aliquid poni. Pro Dom. 130.
GULA *est meatus ille, per quem ingrediuntur cibi, et potus.*
Gulam oblidere. Pro M. Scaur.
——— frangere. Salust.
——— expleri. Suet. Vitell. c. 7.
Gula obtorta abripi. Ver. 4. 24.
GUSTUS *est sensus ipse, qui ex gustatione percipitur.*
Gustum habere. *Cic. Phil.* 2. Ut quidam morbo aliquo, et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; sic libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent. Or. 3. 182.
Gustu bonitatem cibi explorare. Colum. l. 2. c. 2.

H

HABENA *est retinaculum, et frenum, quo Equus cohibetur. Translate pro facultate, vel potestate accipitur.*
Habenas habere. Ph. 3. 104. .
——— adducere. Ph. 3. 104. .
Habenas remittere. Ph. 3. 104. .
——— laxas dare. Virg. Æn. lib. 1.
HABITATIO *pro domo, et loco, ubi habitamus, ponitur.*
De habitatione alicui accommodare. Fam. 203.
HABITUS, us, ui, *est corporis manens affectio. Vel animi constans et absoluta aliqua in re perfectio: ut virtutis, aut artis possessio alicujus, aut quævis scientia. Est etiam interdum cultus corporis, et vestimentum, vel forma.*
Habitu esse bono, vel malo. Or. 3. 50.
HÆREDITAS *est pecunia, vel bona alia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenerunt jure. Vel est successio in universum jus, quod defunctus habebat. Et idcirco hoc nomine etiam damnosa hæreditas continetur, dividiturque in duodecim uncias; quæ assis appellatione continentur. Eleganter vero aliquando translationem videtur habere: ut cum dicimus hæreditatem gloriæ, vel rei alicujus similis.*
In partem hæreditatis vocare. Or. 1. 287.
Hæreditatem tradere. Ph. 3. 24. .
——— alicui. Rh. 70. Or. 1. 81. vel ad aliquem venire ab aliquo. Or. 2. 163. Ph. 3. 38. . vel obvenire. Or. 1. 112. .
——— capere. Or. 1. 304. .
——— adire. At. 26. Or. 1. 54. Or. 2. 187. . Or. 3. 168. .
——— obire. Or. 2. 67.
——— cernere: *Id est adire.* Fam. 133. . At. 86. 171. et al.
——— tenere. At. 220. .
——— obtinere. Fam. 217. .
——— avertere. Fam. 99. .
——— procurare. Cæs. B. C. l. 2. c. 18.
——— consequi. Nepos in Attico fin.
Hæreditate excludere. Or. 2. 24.
HÆRES. *Tradunt omnes,* hæredem *ab* hærendo *dictum, quod, qui* hæres *est,* hæret: *hoc est proximus est ei, cujus est hæres. Licet quidam* hæredem *dictum putant, quod dominus fiat bonorum, quæ ad eum perveniunt. Apud Veteres enim* hæres *dominus dicebatur, auctore Festo.* Hæredis *vero appellatione omnes significari successores, credendum est: tametsi verbis non sint expressi.*
Hæredem instituere. Rh. 99. . Fam. 226. Or. 2. 22.
——— scribere. Rh. 99. Or. 3. 111. Ph. 3. 66. . 70. .
——— facere. Fam. 199. Or. 1. 99. 288. Or. 3. 168. .
——— factitare. Or. 3. 168. .
——— relinquere. Or. 1. 3.
——— alicui succedere. Or. 3. 172.
——— aliquem alicui esse. Fam. 214. . Or. 2. 25. .
HASTA *secundum Varronem ab* asto *dicitur, quod stans ferri solet. Aspiratur tamen ad differentiam secundæ personæ Verbi* asto. *Ad venditionem etiam aliquando pertinet. Hastæ enim ea, quæ publice venundabant, subjiciebant Veteres.*

Pro spiculo.
Hastam evellere. 2. Fin. 97. Hasta transfixus. Ibid.
——— jactare. Rh. 138. Torquere. Ib. 106.
——— abjicere. *Proverbialis est locutio, significatque debilitata causæ spe a contentione desistere. Ducta translatione a militia. Desperat enim, quisquis in bello arma abjicit; et aut fugam spectat, aut mortem expectat.* Or. 2. 134..
Pro venditione.
Hastam ponere. Or. 2. 76.. Or. 3. 172.. Ph. 3. 38. 50.
Sub hasta subire. Plaut. 433.
Ad hastam locare. Columel. lib. 1.
Ab hasta emere. At. 186..
Hastam refrigescere. Fam. 253. h. e. subastationes cessare.
HERBA.
In herba recumbere. Rh. 135..
HILARITAS *est festivitas, vel jucunditas.*
Hilaritatem multam esse in aliquo. Ph. 3. 22.
Hilaritatis plenum esse. Rh. 106.
Hilaritate tristitiam condire. At. 200.
Hilaritatem eripere. Fam. 131..
——— amittere. At. 200.
HISTORIA *est memoria publica, commemoratio antiquitatis.*
Historiam scribere. Rh. 113.
Historiæ aliquid mandare. Ph. 2. 122..
HONESTAS *est dignitas, decus, vel laus: cui opponitur turpitudo. Est vero tam rerum, quam personarum. Cum rerum est, fere accipitur pro decoro, vel quadam Virtutis norma.*
Honestatem conservare. Ph. 3. 4..
Honestate spoliare. Or. 3. 129..
——— privare. Or. 2. 145.
HONOR. *Pertinet hæc dictio aliquando ad Magistratuum functionem, vel publica officia. Aliquando vero extra publicam functionem est; et significat laudem, gloriam, vel decus, aut ornamentum.*
Ad magistratus pertinens.
Honorum cursus. Fam. 43..
——— gradus. Or. 2. 103. 271.. Or. 3. 106. 225.
Honores affectare. Salust. in Jugurt.
——— petere. Fam. 50. Ph. 2. 213..
——— deferre. Or. 3. 80.
——— mandare. Or. 1. 219. Or. 2. 4. Or. 3. 79..
Ad honores evocare. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— obrepere. Or. 2. 262. Or. 3. 79..
——— ascendere. Rh. 187..
Honores assequi. Or. 2. 199. Or. 3. 117.
——— administrare. Fam. 249. 250.
Honoribus fungi. Liv. Dec. 1. lib. 4. vel perfungi. Fam. 9.
——— uti. Or. 2. 155.. Or. 3. 219..
——— florere. Rh. 85. Or. 3. 26.
Honores missos facere. Or. 3. 26..
Honorem inire, honore abire. Liv. l. 4. c. 3. *Cum privatus est.*
Honoris mei causa. *Frequens est Ciceroni hic loquendi modus: idque significat, quod quoniam meus honor in ea re agitur.* Fam. 104. 231.
Honoris causa. *Crebra etiam erat hæc Latinis loquendi forma, cum honorem a se alicui deferri designabant.* Or. 1. 19. 47.. 69.. Or. 3. 166.
Honorem exquirere. Or. 3. 186. 192.
Honores decernere. At. 82. 282.
——— instituere. Salust. in Jugurt.
——— constituere. At. 296.
Honorem deferre. Fam. 248.
——— tribuere. Ph. 3. 111. Fam. 246..
In honorem adducere. Fam. 107..
Ad honores perducere. Ph. 3. 110.
Honorem habere alicui. Fam. 75. 246.. Or. 1. 41. et al.
In honore habere. At. 10.
Honori habere. Salust. in Jugurth.
Honoribus ornare. Fam. 13. 160..
——— decorare. Rh. 105.
Honorem facere. Or. 3. 222.
Honori esse. Ph. 3. 45.. 109.. Fam. 40. 60.. et al.
Honores adhibere. Ph. 2. 2..
Honorem effundere. At. 283.
Honore afficere. Or. 1. 243. Or. 3. 89.
Honorem in aliquem confluere. Rh. 43.
——— recipere. At. 135..
In honorem ascendere. Rh. 208..
Honorem consequi. Fam. 246.. Or. 2. 17..
Esse in honore. Rh. 105. 167. 176. Or. 1. 31. 38. et al.
Honoribus procedere. Rh. 180..
——— abundare. Fam. 149..
——— augere. At. 101.
Honori favere. At. 100.. Or. 2. 263.
——— inservire. Fam. 45.
——— velificari. *Id est in honorem quærendum totis viribus incumbere.* Or. 2. 65.
Honorem depeculari. Or. 1. 218..
Honore privare. Or. 2. 42.
Honorem præfari. *Honorem præfamur: cum aliquid obscœnum dicturi sumus, vel ex parte aliqua cujusquam auctoritatem oppugnaturi, cujus animum neque a nobis offendi, neque abalienari velimus.* Fam. 140.
HORA. *Horæ sunt diei partes, et distincta spacia. Horas etiam posuit Cicero pro diebus, ut notat Pædianus in Ver. Act. 2.*
Horam consumere. Rh. 144. Fam. 181..
Horarum omnium amicus. Suet. in Tib. c. 42.
Horam abire, Pro consumi. Ter. Eun. 2. 3.
In Horam vivere. Or. 3. 199.
Hora aliquid fieri. *Id est horæ spacio.* Plaut. 636.
HORROR *est pavor, trepidatio, vel tremor.*
Horrore perfundi. At. 122..
HORTUS *est sive in urbibus, sive ruri locus, in quo arbores, et olera oriuntur. In singulari, pluralique pro hortis olitoriis accipitur, id est, olera producentibus. Horti vero in plurali arboribus consiti dicuntur, et voluptatis amœnitatisque causa parati.*
Hortum facere. Varro de re Rust.

Hortum parare. At. 191..
——— fodere. Pallad.
——— conserere. Varro lib. 1.
——— instruere. Ph. 3. 63..
Hortos fontibus rigare. 1. de. N. D. c. 43.
HOSPES *dicitur et is, apud quem alius diversatur; et qui ipse diversatur apud alium.*
Ad hospitem divertere. Ph. 1. 125. Ph. 2. 91.
Hospites admittere. Ph. 3. 23.
——— accipere. Fam. 143. 212.
——— recipere. Or. 1. 89. Ph. 3. 28. 76..
HOSPITIUM *non semper pro loco ponitur, ubi diversamur; sed interdum pro consuetudine hospitali accipitur.*
Hospitium facere cum aliquo. Or. 1. 233.. Or. 3. 63..
Hospitio jungi. At. 293. 151.
——— accipere. At. 32.. vel recipere aliquem. Fam. 136..
Hospitium esse alicui cum aliquo. Fam. 212. Or. 1. 21. 113.
Hospitio renuntiare. Or. 1. 126..
Hospitium renovare. Or. 3. 145.
HOSTIA *idem est, quod victima.*
Hostiam. Or. 2. 85. Ph. 2. 99.. vel hostia immolare. Ph. 2. 175..
Hostiis Deos placare. Or. 1. 280.
HOSTIS *gratiosum fuit aliquando nomen, et sine invidia. Nunc vero inimicitias denuntiat. Nec solum hostis dicitur, qui bellum infert; sed hostis est, quisquis nobiscum inimicitias gerit, aut qui nobis gravius adversatur.*
Cum hoste confligere. Pro leg. Man. c. 10.
Hostis impetum reprimere. *Ib.* c. 5.
Ad hostes transfugere. Plaut. 350.
——— transire. Liv. Dec. 1. lib. 5.
——— se conferre. Ph. 3. 103..
Hostes dissipare. Fam. 23..
Hostem rejicere. Fam. 23..
HUMANITAS *est facilitas, lenitas, mansuetudo, comitas, urbanitas, morum suavitas.*
Ad humanitatem informare. Or. 2. 186.
Humanitate polire. Rh. 122.
Humanitatem habere. Or. 1. 25..
——— obtinere. Fam. 57.
——— tribuere. At. 295.
Humanitate comprehendere. Fam. 210.
Humanitatem alicui deesse. At. 68..
Humanitatis immemorem esse. Or. 3. 232.
Ab humanitate derelictum esse. Rh. 26..
Humanitatem exuere. Or. 3. 139.
——— abjicere. Or. 3. 139..
Humanitatis sensum amittere. Or. 1. 44..
Humanitatem extirpare. Ph. 3. 105.
HUMERI *sub cervice utrinque prominent.*
In humeros efferre. Rh. 104..
Humeris sustinere. Or. 2. 164. Or. 3. 106. Ph. 3. 83.
HUMOR *idem est quod aqua, vel liquor.*
Humorem infundere. Ph. 2. 29..
——— extrinsecus allabi. Ph. 2. 120..
——— habere. Ph. 2. 55.
——— extenuare. Ph. 2. 34.
Humorem comprimere. Ph. 2. 65..
——— collidere. Ph. 2. 65..
HUMUS *est terra.*
Humus levis. } Columella lib. 2.
——— soluta.
——— fatigata.
——— effœta.
Humum marcescere.
——— consenescere.
Humi jacere. Or. 2. 102..
——— stratum esse. Rh. 144..
HYBERNA *sunt loca, in quibus milites hyeme stationem faciunt.*
In hyberna dimittere exercitum. Fam. 245.
— hybernis legiones collocare. Fam. 10. ep. 33.
Hyberna sumere. Nepos in Eum.
HYEMS *est quarta pars anni, quæ excipit Autumnum, et ad Veris adventum desinit. Ponitur etiam pro ipsa vi frigoris.*
Hyemem summam esse. Or. 1. 280.
Hyeme, *pro* in hyeme. *Cicero de Divin.* Arabes campos, et montes hyeme et æstate peragrant. Ph. 2. 99..
Hyemis magnitudo. Or. 2. 280.
In hyemem incidere. Fam. 35.
Hyemem tolerare. Or. 2. 109..
——— præcipitare. Cæs. de B. C. lib. 3.

I

JACTATIO *tam varie usurpari potest, quam jactare. Aliquando enim pro exagitatione ponitur; ut jactatio Equi, jactatio navis. Aliquando pro ostentatione, vel venditatione est.*
Jactatio eruditionis. Quintil. l. 1. c. 5.
Eloquentia forensis jactationem habet in populo. In Orat. c. 3.
Jactatione verborum aliquem terrere. Fam. 177.
JACTURA *damnum est proprie, quod fit in Mari, cum quis merces tempestate coorta in Mare dejicit navis exonerandæ gratia, ne navis scilicet ipsa fluctibus obruatur.*
Jacturam facere. Fam. 50.. At. 23. 196. 251.
JANUA *est ostium, vel aditus.*
Januam claudere. Or. 1. 89.. Ph. 2. 122..
——— patefacere. Rh. 102.
——— aperire. Ph. 2. 122..
Janua ingredi in &c. Pro Planc. 8.
Januam effringere. Or. 2. 132.
——— revellere. Or. 2. 132.
IDONEUS. *Idoneum sic interpretatur Donatus, ut sit aptus ad omnia et bona, et mala. Pleniorem autem ut hujus nominis expositionem habeas, sic accipito, poni a Latinis pro apto, accommodato, convenienti, congruenti.*
Idoneus Rhetori puer. Quintil. l. 2. c. 3.
——— rei alicui. Fam. 92.. At. 132. Or. 1. 156.
——— ad rem aliquam. Rh. 1.. 66.. Al. 26. et al.
——— in re aliqua. Ter. And. 4. 4.

Idoneus, qui aliquid faciat. Or. 2. 14. . Ph. 3. 96.
——— ut. Or. 2. 240.
Ignavia *opponitur fortitudini, ut est in* 2. de Inv. c. 54.
Ignaviam suam tegere. Pro Rabir. c. 7.
Igniculus *diminutivum est ignis. Sed metaphorice pro incitamento, et veluti stimulo quodam a Natura dato ponitur.*
Igniculos dare. Ph. 1. 190. Ph. 2. 162. .
Ignis *est flamma, vel incendium.*
Ignem elicere. Ph. 2. 31.
——— facere. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— jacere. At. 249.
——— injicere. Ph. 2. 84.
——— inferre. Cæs. de B. C. lib. 2.
——— adhibere. Ph. 1. 198.
——— admovere. Rh. 125. .
——— extinguere. Or. 1. 47. .
Ignominia *est infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes.*
Ignominiam habere. *Cic. Philip.* 5. Quod vero ita avocatur a Mutina, ut ab Urbe tanquam pestifera flamma arceatur, quam habet ignominiam? Or. 3. 206. .
Ignominia afficere. Fam. 29. . At. 102. . Or. 1. 37. 203. .
——— notare. Fam. 84. . Or. 1. 18. . Or. 3. 213.
——— appetere. Or. 1. 18.
——— deformare. Or. 2. 145.
Ignominiam inurere. Or. 3. 72.
——— cadere in aliquem. Or. 3. 9.
——— accipere. Or. 1. 120. 256.
——— ferre. Ph. 1. 218. .
Ignorantia, *vel ignoratio, idem est quod inscitia.*
In summa Ignoratione rei alicujus versari. Ph. 2. 2. .
Illecebra. *Illecebræ sunt invitamenta, blandimenta, et incitamenta rei cujuslibet: quæ tamen cum voluptatis lenocinio aliquando juncta sunt. Et tam in bonam, quam in malam partem capiuntur.*
Illecebris excitare. Ph. 3. 85.
——— invitare. Ph. 1. 210. .
——— delinire. Fam. 253.
——— irretire. Or. 3. 100.
——— se dedere. Or. 3. 26. .
Imago *est simulachrum, species, vel exemplar, et alicujus rei repræsentatio sive animatæ, sive inanimatæ. Et ponitur tam translate, quam proprie.*
Gens sine majorum imaginibus. Suet. in Vesp. c. 1.
Imaginem induere. Ph. 1. 168.
——— ferre. Plaut. 211.
——— videre. Fam. 6.
——— fingere, pingere. Fam. 5. ep. 12.
——— alicujus nec animo concipere. Quintil. l. 1. c. 10.
——— effingere, exprimere, repræsentare. Id. var. loc.
Immanitas *est feritas, vel diritas.*
Immanitate omni teterrimus. Or. 3. 30. .
Immanitate efferatus. Ph. 2. 14.
Immortalitas *est æternitas, memoria nominis sempiterna.*
Immortalitatem donare. Or. 3. 80. .
Immortalitati mandare. Or. 2. 228. .
——— commendare. Fam. 151. . Rh. 111. .
——— tradere. Rh. 148. .
Ad immortalitatem consecrare. Or. 3. 117.
Immortalitatem optare. Ph. 3. 97. .
——— consequi. Or. 3. 264. .
Immunitas *est vacatio, vel libertas.*
Immunitatem dare. Fam. 183. Or. 3. 153. Ph. 1. 30.
——— tribuere. Plin. in panegyr.
——— habere. Cæs. de B. G. lib. 6.
Impedimentum *dicitur quicquid ad rei functionem obest; aut causa gravior, quæ moram afferat, obstetque rei agendæ, atque exequendæ. Alia est hujus vocis significatio, cum impedimenta pro sarcinis ponuntur.*
Extra rem bellicam.
Impedimenta superare. 1. de Orat. 206.
Impedimentum alicui inferre. Rh. 44. .
Impedimento esse. Fam. 41.
Ad rem bellicam pertinens.
Impedimenta locare. Sal. in Jugurt.
——— collocare. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— abdere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— conferre. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— recipere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— relinquere. Cæs. de B. G. lib. 3.
——— diripere. Cæs. de B. C. lib. 2.
Impedimentis exuere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— potiri. Cæs. de B. G. lib. 2.
Impeditio *est detentio, vel occupatio.*
Ab impeditione omni liberum esse. Ph. 2. 104.
Impensa *dicitur, quod impenditur.*
Impensam facere. At. 212. . Or. 2. 193. Or. 3. 208.
——— agere. Or. 2. 195.
Cum est militare.
Imperium *generaliter accipitur pro potestate, ditione, publica dignitate, Magistratu, vel provincia. Pro administratione etiam in usu crebro est; maxime ad rem bellicam pertinens.*
Cum est militare.
——— decernere. At. 283.
——— deferre. Or. 3. 137. .
——— mandare. Or. 2. 13.
Imperii summam tradere. Cæs. de B. G. l. 7.
——— committere. Cæs. de B. G. lib. 5.
——— tenere. Cæs. de B. G. lib. 3.
Imperium capere. Fam. 36.
——— gerere. Fam. 36.
——— habere. Fam. 17.
Cum imperio esse. Cum imperio esse dicebatur apud Antiquos, cui nominatim a Pop. Romano dabatur Imperium. Sed cum potestate esse dicebatur, qui a populo alicui negotio præficiebatur. Hæc Festus. Fam. 2. . Or. 2. 150.

Imperium abrogare. Rh. 169. At. 308. et al.
———— alicui dare. 5. At. ep. 45. et al.
Cum pro Dominatione accipitur.
Imperium expetere, accipere, deponere. 1. Off. 68.
———— fundere. Or. 2. 122. . Or. 3. 61.
———— definire. Or. 3. 18.
———— terminare. Fam. 44. .
———— dilatare. Ph. 3. 15. .
———— prorogare. At. 102. 290. . Or. 3. 165.
Ad imperium adjungere. Or. 2. 10. . Ph. 3. 31.
De imperio dimicare. Ph. 3. 8. .
Sub imperio esse. Ter. Heaut. 2. 2.
Cum pro jussu, vel mandato est.
Imperium recusare. De Sen. 51.
———— revereri. At. 33. .
Imperio parere. Cæs. de B. G. lib. 5. Ph.
Imperium exequi. Plaut. 68.
———— persequi. Plaut. 802.
Impetus *est insultus, vel irruptio. Refertur nonnunquam ad animum; et tunc est libido quædam animi non recta, vel subita et acris cupiditas.* Impete *pro* impetu *posuerunt Antiqui ab antiquo nominativo* impes. *Hanc Antiquorum licentiam postea imitati sunt Poetæ, scilicet cogente ratione carminis.*
Impetum facere. Fam. 53. 243. Or. 2. 226. 245.
———— dare. Liv. Dec. 1. lib. 2.
———— perferre. Pro dare, vel facere. Or. 2. 234. .
———— excipere. Cæs. de B. C. lib. 3.
———— ferre. Pro sustinere. Cæs. de B. G. lib. 4.
———— tardare. Cæs. de B. G. lib. 2.
———— retardare. Or. 1. 60.
———— sustinere. Cæs. de B. G. lib. 1.
———— frangere. Fam. 5.
———— cohibere. Or. 3. 184.
———— reflectere. Rh. 137. .
———— propulsare. Or. 2. 124. . 192. .
———— reprimere. Ad Brut.
———— comprimere. Or. 2. 243. .
———— residere. Fam. 112. .
Impressio *est aciei impetus in adversariorum aciem. Ponitur tamen generaliter pro vi acriori et vehementiori.*
Impressionem facere. Cæs. de B. G. lib. 8.
———— dare. Liv. Dec. 1. lib. 4.
Impressiones habere. 3. de Orat. 183.
Impressione aliquem evertere. Fam. 71.
Impudentia *est audacia, confidentia, os.*
Impudentiam suscipere. Rh. 220.
———— habere. *Cic. pro domo sua:* An ego tantam oculorum impudentiam habere possim, ut videam, &c. Or. 2. 233.
———— reprimere. Or. 2. 243. .
Impunitas *est licentia, vel venia.*
Impunitatem proponere. Ph. 3. 60.
———— dare. Or. 2. 220. Ph. 1. 218. .
———— esse. Or. 3. 126. . Ph. 2. 22. .
———— assequi. Fam. 13. Or. 2. 259.
Impunitatem habere. Or. 3. 118.
Impunitate ali furorem alicujus. Or. 3. 21.
Incendium *est ardor. Incendium excitare.* Or. 2. 136. .
———— facere. Ph. 3. 121. .
Incendio conflagrare. Or. 2. 103.
Ab incendio liberare. Or. 2. 193. .
Incendium sumit vires. Hor. l. 1. ep. 18.
Belli incendia. Virg. 1. Æn. 566.
Incendium restinguere. Ph. 3. 135. . Or. 2. 46. 136. .
Incestum *dicitur flagitium (inquit Nonius) in affines admissum. Generale tamen est, ut stuprum.*
———— facere. *Dicitur incestum facere tam mulier quam vir ipse.* Rh. 56. .
Incolumitas *est salutis tuta, atque integra conservatio.*
Incolumitati consulere. Fam. 55. 94.
Incolumitatem habere ab aliquo. At. 225.
———— alicujus deserere. Or. 2. 193.
Incommodum *est damnum, vel difficultas.*
———— invehere. Rh. 42.
———— ferre. Pro invehere. At. 301. .
Incommodis afficere. Or. 1. 56. Or. 3. 64. 145.
Incommodum dare. Ph. 1. 137.
———— aliqui cadere: Pro incidere. Or. 1. 9.
———— ad aliquem pervenire. Rh. 44. .
———— capere. Rh. 236. . Or. 1. 171. .
———— accipere. Cæs. de B. C. lib. 4.
In incommodis esse. Fam. 90. .
Incommodis angi. Ph. 3. 97. .
Incommodum refutare. Or. 2. 195.
Incommodis mederi. At. 296. Or. 2. 8. . At. 296.
Incommodum sarcire. Cæs.
Incommoda lenire. 1. de N. D. 23.
Incommodi expers. Or. 1. 171.
Ab incommodo integer. Fam. 222. .
Incommodo valetudinis commoveri. 7. Att. ep. 7.
———— suo aliquid facere. 12. Att. ep. 46.
Incommoda rejicere, diminuere, devitare. 2. de Inv. 18.
Incrementum *est accessio, vel augmentum.*
———— afferre. Ph. 1. 83.
Incremento augeri. Liv. Dec. 1. lib. 4.
Incunabula *aliquando pro suo simplici ponuntur: unde apud Titum Livium:* Ab incunabulis imbutus odio Tribunorum erat. *Translate vero accipiuntur cum maxima elegantia pro principiis. Vel ponuntur etiam pro loco, unde orti sumus; sive pro natalibus et origine generis.*
Ab incunabulis. *Id est prima ætate.* Rh. 86. .
Incursio *idem est quod impetus, insultus.*
Incursionem facere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
———— sustinere. Cæs. de B. G. lib. 8.
Indicium *ponitur pro signo, argumento, documento, vestigio, nota, specimine; aut pro detectione, delatione alicujus criminis.*
———— ostendere. Or. 2. 249.

Indicium afferre. Or. 2. 240. . vel deferre. Fam. 242. .
———— profiteri, *est ultro sese, consortesque criminis deferre.* Plin. in epist.
———— afferre. Pro Dom. 134.
———— reperire. Pro Syll. 76.
———— facere. Or. 2. 154. . Ph. 2. 117.
———— constituere. Or. 3. 99. .
Indicio esse. Or. 2. 197. 235. .
INDOLES *est indicium animi sive ad virtutem, sive ad vitium inclinantis. Transfertur etiam ad muta et inanimata.*
Indole preditum esse. Ph. 3. 82.
Indolis specimen dare. *Id est probitatis futuræ.* Plin. lib. 2. ep. 7.
INDUCIÆ *sunt belli feriæ.*
Inducias pacisci. Ph. 3. 7. .
———— agitare. Sal. in Jugurt.
———— inire. Plin. in Panegyr.
———— facere. At. 243. Or. 3. 218.
———— exire. *Tit. Livius ab Urb.* condit. 1. Jam induciæ exierant. *Id est tempus induciarum preterierat.*
INDULGENTIAM *Barbari accipiunt pro venia; ut, indulgentiam tuorum peccatorum Deus tibi tribuat.* Indulgentia *vero Latinis est obsequium, et lenitas quædam propensior sive Patrum in Filios, sive quorumvis in alios.*
Indulgentiam tribuere alicui. At. 287.
Indulgentia mira esse aliquem. Fam. 157.
———— depravare aliquem. At. 157. .
———— inter se contineri. Ph. 2. 163.
INDUSTRIA *est animi promptitudo, et sagacitas ad aliquid faciendum. Nonnulli scientiam, et providentiam interpretantur. Accipitur etiam pro ingenii, sive artis exercitatione.*
Industriam in re aliqua ponere. Fam. 39. .
Industria ingenium alere. Pro Cœl. 45.
Industriam languescere. Rh. 197. .
De industria aliquid facere. *Id est scienter, vel prudenter.* Rh. 61. 67. . 146. . 191. et al.
INFAMIA, *ut putant Grammatici, famæ bonæ contraria est: neque id absurde. Sed tu Latinorum infamiam pro omni turpitudinis dedecorisque genere ponere non dubitabis: id modo scias, sæpius ad personam referri.*
In infamia esse. At. 37.
Infamiæ esse. Teren. And. 2. 6. 13.
Infamiam conflare. Or. 2. 34.
———— concipere. Or. 1. 75.
———— inferre. Or. 3. 46. .
Infamia aspergere. Or. 3. 42.
Infamiam habere. Or. 2. 164.
Infamia flagrare. *Id est summa infamia laborare, vel male audire.* At. 67.
Infamiam alicui inurere. Cat. 1. c. 6.
Infamia urgeri. De Prov. Cons. c. 12.
Infamiam potentia opprimere. Curt. l. 10. c. 4.
Infamiæ maculam subire. Justin. lib. 27. c. 1.

Infamiam subire. At. 324. .
———— fugere. Fam. 2.
———— effugere. Or. 2. 84. .
Ab infamia avertere. At. 256. .
Infamia levare. Or. 1. 179.
———— liberare. De Prov. Cons. c. 15.
Infamiam delere. Or. 1. 75.
———— sarcire. Cæs. de B. C. lib. 3.
INFERI *sunt Dii manes, inferorum animæ, subterranei.*
Ab inferis excitare. Rh. 195. 204. .
———— reducere, vel revocare. Or. 3. 118.
———— existere. Or. 1. 258. .
INFIRMITAS *est imbecillitas, vel debilitas: Quæ tam corporis est, quam rerum aliarum.*
Infirmitatem esse in aliquo. Rh. 194.
Infirmitatis convincere. Ph. 3. 108. .
Infirmitatem levare. At. 172.
INGENIUM *proprie natura dicitur cuique ingenita. Vel est vis quædam naturalis nobis insita, suis viribus prævalens ad inveniendum, quod ratione judicari possit. In quo nomine si quid præcipuæ elegantiæ inest, id certe inest, quod ex Adjectivis nascitur, quæ cum eo nonnunquam junguntur tam in bonam, quam in malam partem.*

Cum adjectivis commendationem habentibus.

Ingenium summum. Fam. 25. . 51. .
———— excellens. Rh. 136. . Ph. 3. 14. .
———— bonum. At. 289.
———— acerrimum. Rh. 298.

Cum adjectivis vitio offuscatis.

Ingenium hebes. Or. 3. 228. Ph. 2. 29. .
———— tardum. Rh. 119. Or. 2. 88. .
———— obtusum. Ph. 2. 97.
———— inhumanum. Ter. Eun. 5. 2.

Cum verbis.

Ingenium suppeditare. Fam. 68.
———— acuere. Or. 3. 168. .
———— alere. Quint. lib. 1. cap. 8.
———— esse in aliquo. Or. 2. 585. .
———— habere. Or. 1. 282.
Ingenio abundare. Fam. 53. . Rh. 148.
———— plenum esse. Or. 2. 149.
———— valere. Rh. 169. Fam. 210. .
———— florere. Fam. 25.
Ingenium alicujus in aliqua re elucere. Or. 3. 47.
Ad ingenium redire. Ter. Adelph. 1. 1.
———— se recipere. Plaut. 144.
INGENUITAS *modo est morum probitas; modo pudor; modo germanitas, et nativa, naturalisque quædam simplicitas nobis propria.*
Ingenuitatem præ se ferre. Ph. 1. 45.
———— præstare. Rh. 131.
INIMICITIAS *fere semper dicimus a singulari numero abstinentes. In singulari tamen etiam inimicitia reperitur: et est idem quod simultas, alienatio, disjunctio.*
Inimicitias appetere. Or. 2. 245.
Ad inimicitias vocare. Fam. 169. .
Inimicitias indicere. Or. 3. 73. .
———— denunciare. Or. 3. 198.
———— concipi. Cæs. de B. G. lib. 3.

Inimicitias capere. Ter. Phorm. 2. 3.
——— suscipere. Ph. 3. 110. . Fam. 29. . 41. At. 228. .
——— adire. Or. 3. 27.
——— subire. Or. 1. 273.
Ad inimicitias venire. At. 324.
——— descendere. Or. 2. 137.
Inimicitias esse alicui cum aliquo. Or. 1. 21. Or. 3. 79.
——— esse. Or. 2. 53. . vel existere inter aliquos. Ph. 3. 103.
——— intercedere cum aliquo. Or. 3. 44.
In inimicitias amicitias converti. Ph. 3. 110. .
Inimicitias habere. Or. 1. 280.
——— exercere. Or. 1. 57.
——— gerere. Or. 1. 65. 280. Or. 3. 44. Fam. 29.
——— explere. Rh. 34. .
——— persequi. Rh. 11. Or. 1. 65. Ph. 1. 1.
——— extinguere. Or. 3. 73. .
——— ponere. Fam. 115. .
——— deponere. At. 228. . Or. 2. 46. . Or. 3. 73. 79. 158.
Inimicitiis incendi. De Opt. 22.
Inimicitias donare. Fam. 62.
——— concedere. Or. 3. 78.
INIQUITAS *est injuria.*
Iniquitatem habere *res dicitur, quæ iniqua est, et injusta.* Fam. 35. Or. 2. 119. .
INITIUM *dicitur principium, vel fundamentum.*
Initio *significat idem quod* ab initio, *vel* ad initium. Fam. 7. 98. 159. Or. 1. 38.
Ab initio. At. 278. . Rh. 113. 116. .
Initium dare. At. 51. .
——— proficisci a re aliqua. Fam. 134.
——— oriri. Ter. Hecyr. 3. 2.
——— quærere. Fam. 183. .
——— ducere. At. 143. Or. 2. 69. .
——— suscipere. Fam. 52. .
——— capere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— sumere. Ph. 2. 169.
——— facere. Fam. 184. At. 107. . 146. . et al.
——— ponere. *Cic. ad Att.* Ut male posuimus initia, sic cætera sequentur. At. 170.
INJURIA *dicitur, quicquid non jure fit, sive re, sive verbis. Estque tam activæ, quam passivæ significationis.*
Injuriam facere. Ph. 3. 111. Fam. 37. 40. .
——— conflare. Or. 1. 18. .
——— nasci. At. 290. .
Injuria afficere. Fam. 60. . Or. 1. 122.
Injuriam imponere. Or. 1. 18. 204.
——— jacere in aliquem. Ph. 3. 121.
——— immittere in aliquem. Ph. 3. 121.
——— offerre. Ter. Hecyr. 5. 1.
——— inferre. Or. 3. 26. . Ph. 3. 5.
Injuriis onerare. Ter. And. 5. 1.
Injuria lacerare. Or. 1. 193.
Injuriam accipere. Fam. 53. 60. . 246. .
Injuria affligi. Or. 2. 166. .
Injuriam hærere in aliquo. Fam. 82.
——— ferre. Ph. 3. 109. . Fam 77. .
——— pati. Ph. 3. 111.
——— levare. Cæs. de B. C. lib. 1.
Ab Injuria detrahere, *vel* deterrere. Fam. 60. .
Injuria prohibere. Ph. 3. 41.
Injuriis resistere. Fam. 5. .
De injuria alicui satisfacere. Cæs. B. Gal. l. 1. c. 9.
Injurias revellere. At. 79.
——— propulsare. Or. 1. 42. . Or. 2. 266. Ph. 3. 5. .
Injuriam persequi. Or. 1. 59. . 63. 93. 291.
——— insectari. At. 77. .
——— ulcisci. Fam. 122. .
Injuria abstinere. Ph. 3. 66.
Injurias oblivione conterere. Fam. 15.
INOPIA *est egestas, vel indigentia; cui copiam licet opponere. Rerum autem omnium dicitur inopia, quæ desint, aut non suppetant.*
Ad inopiam redigere. Ter. Heaut. 5. 1.
Magna inopia consilii affici. 4. At. ep. 3.
Inopia levare. Cæs. de B. C. lib. 3.
Inopiæ mederi. Cæs. de B. G. lib. 5.
Inopiam cavere. De Cl. Or. 202.
——— tolerare. Tac. lib. 20.
INOPS *pauperem significat, nudum, vel impotentem. Et pertinet tam ad res, quam ad personas. Dicimus enim inopem linguam, inops ærarium, et similia.*
Inops rei alicujus. Rh. 112.
——— ad rem aliquam. Rh. 189.
——— a re aliqua. At. 1. Or. 2. 224. .
INSANIA *est furor, vel animi impotentia.*
In insaniam incidere. Fam. 45. . Or. 3. 89. .
Ad insaniam adigere. Ter. Adelph. 1. 2.
Insania libidinum. Pro Syll. 70.
INSCITIA *est imprudentia, inscientia, imperitia.*
——— legum. Hor. 2. Sat. 1.
Inscitiam esse in aliquo. Rh. 170. .
——— regere prudentia. Ph. 3. 25.
INSIDIÆ. *Insidias ponunt Latini pro dolosa expectatione ad aliquem aggrediendum.*
Insidiis, *pro, per insidias, in ablativo casu aliquando usurpant Latini. Cic. ad Atticum.* Marcellinus insidiis interfectus est. At. 207.
Ex insidiis. *Idem significat hoc loquendi genus, quod proxima loquendi forma. Cic. in Orat.* Non ex insidiis, sed aperte, ac palam id faciendum est. Rh. 200. Ph. 3. 22. 38. 72.
Insidias habere, *idem est, quod insidias tendere posse.* Ph. 3. 8.
——— moliri. Or. 2. 54.
——— struere. Virg. 1. Georg. 271.
——— parare. Fam. 242. . Or. . 280. . Or. 1. 22. .
——— comparare. Or. 2. 27.
——— tendere. Or. 1. 52. . Ph. 2. 165. .
——— struere. Liv. Dec. 4. lib. 3.

Insidias instruere. Or. 2. 57..
——— facere. Fam. 24. 242. Or. 1. 116.. Or. 3. 106.
——— adhibere. Rh. 213.
——— ponere. Or. 2. 75.. Or. 1. 35.
——— opponere. Or. 1. 301.
In insidias ponere. Or. 3. 147..
——— locare. Or. 3. 52.
Insidias collocare. Or. 3. 106..
In insidiis esse. Ter. Phorm. 1. 4. 52.
In insidias elicere. Cæs. de B. G. lib. 5.
——— intrare. Cæs. de B. C. lib. 3. c. 38.
Per insidias circumveniri. Cæs. 1. B. G. c. 42.
In insidias incidere. Fam. 97.
Insidias antevenire. Salust. in Jugurt.
——— patefacere. Fam. 242..
Ex insidiis interire. 2. Off. c. 7.
INSOLENTIA *insolentis significationem retinet; scilicet ut modo ponatur pro re insolita, modo pro superbia, contumacia, vel arrogantia.*
Insolentia aliquem esse magna. Ad Brut.
——— efferri. Or. 2. 241..
Insolentiam suam continere. Or. 2. 64.
INSPECTIO *est cognitio, vel judicium.*
Inspectionem habere. *Id est præesse inspectioni. Cicero in Philip.* Nos enim nuntiationem solum habemus, Consules etiam inspectionem. Or. 3. 175.
INSTAR *significat ad æquiparationem, vel magnitudinem, vel mensuram.*
Instar esse rei alicujus. Rh. 201. Fam. 129. 245. At. 155. et al.
——— habere. *Cicero Offic.* 3. Omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habent. Ph. 3. 54.
——— obtinere. *Cic. in Tusc.* Terra ad universi Cœli complexum quasi puncti instar obtinet. Ph. 1. 156..
INSTITUTUM *est instituta ratio, mos, consuetudo.*
——— capere. Ph. 1. 112.
Instituto uti. At. 141.
Institutum suum tenere. Or. 1. 210. Fam. 258..
——— servare. Ph. 1. 1..
Institutis erudire. Ph. 3. 98.
Ab instituto abduci. Or. 1. 202..
Ex instituto. Liv. l. 6. c. 10.
Institutis parere. Nepos in Agesil.
INSTRUMENTUM *propria significatione sic a Latinis accipitur, ut ponatur pro omni illo, quo quis ad operandum utitur. Pro apparatu item, quo fundus, taberna, et id genus alia instruuntur. Translate vero non minus eleganter a Latinis usurpatur. Et est, quo ad aliquid vel assequendum, vel comparandum, vel ad alicujus rei usum utimur. Sic pro ope, vel subsidio interpretari licebit. Præterea instrumenti nomine aliquando intelligitur monumentum scripturarum ad res gestas vel testificandas, vel posteritati transmittendas pertinentium.*
Instrumentum quærere. Or. 3. 123.
——— habere. Rh. 161. Ph. 2. 168.
INTEGRUM.
——— esse: *Id est, in arbitrio positum esse, et potestate. Cic.* Ego, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen. Or. 2. 93.. Fam. 18.. 60.. At. 135.. Or. 3. 92. 137.. 158..
In integro esse. Fam. 76. 253. Rh. 144. Or. 1. 128..
— integrum restituere. Or. 1. 238. Or. 3. 171..
Integrum se servare. *Id est neutri parti se ascribere, vel addicere.* At. 117.
De integro. *Genus est loquendi, quo utimur, cum nobis non satis ex animo in re aliqua satisfecimus: scilicet cum, velut res adhuc nobis esset integra, et non cœpta, in eam studiosius incumbimus, ut vel nobis, vel aliis abunde satisfactum sit: quod tamen simpliciter aliquando pro iterum ponitur, et tam in malam, quam in bonam partem capi potest. Possumus enim aliquem a nobis vexatum,* de integro *vexare; aut a nobis sustentatum,* de integro *sustentare.* At. 213. 221..
INTEGUMENTUM *est, quo aliquid tegitur, sive accipiatur proprie, sive translate.*
Integumentis involvi. Or. 3. 82.
——— evolvi. Rh. 141.
INTELLECTUS *est idem quod cognitio, scientia; vel significatio interdum, ut cum dicimus vocem, et dictionem aliquam plures intellectus habere, id est varie intelligi posse.*
Intellectum inesse alicui. Plin. lib. 10. cap. 36.
Intellectu aliquid consequi, vel apprehendere. Quint. lib. 2. cap. 5.
——— carere. Id. l. 1. c. 1.
Intellectum duplicem habere. Quint. lib. 2. cap. 14. *id est significationem.*
INTELLIGENTIA *est, per quam animus perspicit. Sic pro prudentia, cognitione, scientia, vel notione ponitur; idque tam passive, quam active.*
Intelligentiam animo, vel mente concipere. Ph. 2. 168.
——— rei alicujus capere. Ph. 2. 11..
Intelligentia comprehendere. Ph. 2. 193..
In intelligentiam cadere. Ph. 3. 55..
Intelligentiam inchoari. Ph. 2. 161..
Intelligentia aliquid teneri. Ph. 3. 65..
Intelligentiam rei alicujus habere. Or. 3. 223.
Intelligentiæ participem esse. Ph. 2. 95.
Intelligentiam inesse alicui. Ph. 2. 34.
——— esse in aliquo. Or. 1. 210.
Intelligentia esse aliquem mira in re aliqua. Or. 1. 26.
Intelligentiam suam intendere in aliquid. Ph. 2. 11..
——— infigere in aliquid. Ph. 2. 11..
Intelligentia præstare. Rh. 173..
——— anteire. Rh. 185..

INTEMPERANTIA *est a tota mente, et recta ratione defectio.*
Intemperantiam alicujus explere. Or. 2. 253.
——— fugere. Ph. 1. 59.
——— alicujus a se propulsare. Or. 2. 206.
INTERCAPEDO *est tempus interjectum, inquit Festus, cum scilicet mora est ad capiendum. Generaliter vero pro intervallo accipi solet.*
Intercapedinem scribendi facere. Fam. 164.
——— molestiæ nullam esse. 1. Fin. c. 18.
INTERITUS *aliquando est corporis, et pro obitu ponitur. Aliquando vero rerum est aliarum; et tunc ponitur pro occasu, vel exitio.*
Interitum afferre. Fam. 93. Ph. 1. 70.
Rerum interitum conficere. Ph. 2. 116.
Interitum fieri. Ph. 1. 167.
——— appropinquare. Or. 2. 115.
——— ad aliquem venire. *Cic. de Nat. Deo.* Ad quem dolor venit, ad eundem interitum venire necesse est. Ph. 2. 66.
INTERMISSIO *est intercapedo, vel relaxatio.*
Intermissionem facere. Ph. 2. 5. 97.
INTERNECIO *ducitur a verbo antiquo* interneco, *quod significat interficio: sed multitudinem totum ferme complectitur.*
Internecionem fieri. Ver. 3. 125.
Ab internecione liberare. Or. 2. 173.
INTERREGNUM *appellatur id tempus, quo regnum Rege vacat; id est antequam in demortui locum novus Rex præficiatur.*
——— inire. Liv. Dec. 1. lib. 5.
INTERREX *eum significat, qui Regis demortui locum tenet, donec alius substituatur. Apud Romanos Comitiorum habendorum causa interdum creabatur; et ejus imperii quinque dies tantum erant.*
Interregem creare. Ascon. Ped.
——— prodere. Or. 2. 221.
INTERVALLUM *est spatium, divisio, vel discrimen. Proprie vero spatium est, quod est inter palos vallum castrense constituentes; a quo omne spatium intervallum est appellatum. Huc adde, nonnunquam poni pro tempore, maxime in ablativo: ut cum dicimus aliquid longo intervallo in usum relatum, vel renovatum; vel cum dicimus nos longo intervallo ad aliquid redire.*
Ex intervallo. *Cic. ad Atti.* 4. Ille Latinus Atticismus ex intervallo regustandus est. At. 66.
Per intervalla. *Id est alternatim.* Plin. lib. 8. cap. 42.
Intervalla dare. Ph. 1. 84.
Intervallum facere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— interjicere. Or. 2. 83. 93.
——— esse. Cic. Famil. 5. Cum intervallum jam satis longum fuisset. Fam. 72. 104.
——— habere. Ph. 1. 59.
INTROITUS *et loci, et actionis est. Transfertur quoque aliquando. LOCI. Cic. pro Cæcin.* Iste ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos homines opposuit. *Or.* 1. 288. *ACTIONIS. Cic. pro Domo sua:* Adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? *Or.* 2. 228. *TRANSLATE. Cic. ad Atti.* 1. Etenim post tuam profectionem primus introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ. At. 16.
Introitum habere. Ph. 2. 56.
Introitu prohibere. Or. 1. 292.
INVESTIGATIO *est inquisitio, conquisitio, vel indagatio.* In investigatione rei alicujus versari. Ph. 3. 4.
INVIDIA. *Active, et passive a Latinis ponitur hoc nomen. Cum autem active ponitur, est actus ipse invidendi, vel est dolor ob alienam felicitatem susceptus. Cum vero passive accipitur, est vel dicto, vel facto in alterum malevolentiæ concitatio: ut si quis calamitates suas damnaque referat, ostendatve injuriam sibi factam, ut injuriæ calamitatisque auctori concitet odium. In qua significatione odium publicum, aut fama calamitosa dici potest. Ita enim appellat Cic. pro Cluentio; ubi hac voce sæpe utitur.*
Active.
Invidia æstuare, *Salust. in Catil.* Antea pleraque Nobilitas invidia æstuabat, et quasi pollui Consulatum credebat, si eum quamvis egregius novus homo adeptus foret.
Invidiam prosternere. Fam. 65.
——— obterere. *Vatinius apud Cicer. Famil.* 5. Is pro honore meo pusillorum et malevolorum obtrectationes et invidias non prosternat, atque obterat? Fam. 65.
——— deponere. Or. 2. 80.
Passive.
——— quærere in aliquem. Or. 2. 78. Or. 3. 130.
——— concitare. Or. 1. 239. Or. 3. 166.
——— commovere. Or. 1. 106. Or. 3. 187.
——— conflare. Or. 2. 34. 102. Or. 3. 43.
——— facere. Fam. 168.
——— alicujus facti ad alium rejicere. Liv. 1. 2. c. 15.
Invidia laudem virtutis obterere. Nepos in Timol.
Invidiam parare. Or. 3. 273.
In invidiam vocare. Fam. 73.
——— adducere. Fam. 3. Or. 2. 39.
——— rapere. Or. 2. 88.
Invidiam transferre in aliquem. Or. 3. 20.
——— conferre in aliquem. Or. 2. 154.
In invidiam venire. Or. 2. 44.
Invidiam assumere. At. 34.
——— subire. Fam. 246. Or. 1. 62. Ph. 2. 60.
——— habere. *Id est esse in invidia.* Rh. 135. 213. et al.
In invidia esse. At. 28.
Invidia esse: Pro in invidia esse. At. 323.
Invidiam sustinere. Or. 1. 124.
Ex invidia laborare. Or. 1. 43. Or. 2. 60.
Invidia premi. Rh. 104.

Invidia flagrare. Or. 1. 67. . Or. 2. 46. *vel* conflagrare. Or. 1. 84. . 108.
——— ardere. At. 316. .
——— redundare. Or. 2. 103. 227.
Invidiam augere. Or. 1. 66. .
——— inflammare. Or. 2. 66. .
——— lenire. Salust. in Catil.
——— sedare. Or. 2. 66. .
——— comprimere. Rh. 128.
——— restinguere. Or. 3. 21.
——— extinguere. Or. 1. 143. Or. 3. 58.
De invidia deonerare. Or. 1. 61. .
Invidiæ sanguinem mitti. *Mitti invidiæ sanguinem dicit Cicero, Pro, invidiam decedere.* At. 12. .
Invidiam poni. *Id est deponi.* Or. 2. 19. .
——— decedere. Or. 2. 34.
Invidia levare. At. 238. . Invidia liberare. Ph. 3. 45. .
Invitamentum *est incitamentum.*
——— habere. *Id est invitari. Cic. pro Syl.* Qui cum multa haberet invitamenta Urbis, et fori, tamen &c. Or. 2. 181.
Jocus. *Jocum appellant Latini ludum, risum, facetias, leporem, salem, hilaritatem, festivitatem, cavillationem, jucunditatem.*
Joco. *Id est jocose, vel festive; cui opponitur* serio. Ter. Heaut. 3. 2.
Per jocum. *Id est joco, vel jocose.* Fam. 48. . At. 300. .
Extra jocum. *Contrarium est hoc loquendi genus superiori proximo.* Fam. 102. .
Joco remoto. *Id est extra jocum.* Fam. 101.
Ira *est libido puniendi ejus, qui videatur læsisse injuria.*
Iram concire. Ter. Hec. 3. 1.
—— oriri. Ter. Hec. 3. 2.
—— esse inter aliquos. Teren. And. 3. 3.
—— inter aliquos intercedere. Ter. Hec. 3. 1.
Ira incendi. At. 90.
— ardere. At. 34.
— cumulari. Or. 3. 45.
Iras gerere. Ter. Hec. 3. 1. 30. et Pl. Pœn. 3. 6. 17.
Iram evomere. Ter. Adelph. 3. 2. 14.
—— defervescere. Ph. 1. 226. .
—— sedare. Ph. 2. 93. .
—— ponere. Hor. ad Pison. 159.
—— missam facere. } Ter. Hec. 5. 2. 15.
—— abscedere ab aliquo. } Ter. Hec. 5. 2. 15.
Secunda iræ verba. Liv. l. 2. c. 20.
Iræ indulgere. Liv. l. 23. c. 3.
Iras deflagrare. Id. l. 40. c. 8.
Iræ moderari. Hor. l. 1. ep. 2.
Iram procul abesse. 1. Off. c. 38.
—— decedere. Teren. Hec. 3. 5.
Iracundia. *Inter* iracundiam, *et* iram *hæc fere differentia poni solet, ut* iracundia *sit ejus, qui ex parva, vel nulla causa irascitur; vel qui suapte natura ad iram proclivis est.* Iracundia *igitur vitium est hominis iracundi.* Ira *vero motus est ipse animi, injuria vel indignatione aliqua concitati. Ex hac definitione colliges, quid inter* iracundum, *et* iratum *interesse possit. Est enim* iracundus, *quem proxime expressimus.* Iratus *autem, qui vel verbis, vel re offensionis acceptæ signum dat. Differentia tamen inter* iram, *et* iracundiam *a Grammaticis constituta non perpetuo observatur; et* iracundiam *pro* ira *a Latinis sæpe poni videas;* iram *contra nunquam pro* iracundia.
Ad iracundiam adducere. Rh. 20. .
Iracundiam habere. Fam. 157. .
Iracundia effervescere. Rh. 186.
——— efferri. Rh. 137. Or. 2. 244.
——— inflammari. Ph. 1. 219. .
——— ardere. Or. 2. 162. *vel* exardescere. Fam. 15. Or. 1. 118.
——— furere. Or. 1. 127.
Iracundiam exercere. At. 274.
Iracundiæ servire. Or. 3. 69.
Iracundiam reprimere. Ter. Adel. 5. 3.
——— remittere. Or. 3. 217. .
——— omittere. Ter. Adel. 4. 7.
——— dimittere. Cæs. de B. C. lib. 1.
Iracundiæ resistere. At. 297. .
Iracundiam continere. Fam. 169.
——— sedare. Rh. 168.
——— cohibere. Pro Marc. c. 3.
Irruptio *est impetus, vel incursio.*
Irruptionem facere. Or. 2. 6. .
Iter. *Vulgaris itineris significatio nota est. Præter vulgarem,* iter *apud Juris peritos jus est interdum eundi hominis; ut* actus *jus est jumentum agendi; et* via *jus est vehiculum ducendi: quæ servitutes sunt prædiorum. De quibus in Pandectis copiose. Id etiam habe,* iter *tam in Mari, quam in Terra dici.*
Itineris ratio. *Cic. Famil.* 3. Faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum, atque itinerum meorum. Fam. 33.
——— summa. *Cicer.* Scire aveo, qualis ei totius itineris summa fuerit.
——— tempus. *Cic. ad Atti.* 6. Tuorum itinerum tempora scire sane velim. At. 92.
Iter patefacere. Or. 2. 9. .
—— aperire. Salust.
—— munire. Cæs. de B. G. lib. 7.
—— gubernare. Fam. 28.
—— componere. At. 249.
—— instare. At. 211. . Ph. 2. 93.
—— esse. At. 41.
—— suscipere. At. 62. Or. 3. 19.
—— petere. Or. 2. 279. .
Itineri se committere. Or. 3. 244.
Iter inire. Ph. 1. 169.
—— ingredi. Ph. 3. 83. . Or. 3. 243. .
In itinere esse. Fam. 177.
Iter conferre. Fam. 174. At. 40. .
—— convertere. At. 40. .
—— dirigere. Fam. 150.
—— habere. Fam. 24. . At. 12. . 310.
—— facere. Fam. 33. . 35. 37. . 62. 241. . et al.

Iter conficere. Rh. 135.. At. 73.. Or. 3. 31..
Itinere. At. 324. *vel* iter ire. Cæs. de B. C. lib. 5.
Iter maturare. Cæs. de B. C. lib. 1.
—— procedere. Cæs. de B. G. lib. 6.
—— reprimere. At. 162..
—— supprimere. Cæs. de B. C. lib. 1. c. 46.
—— impedire. Ph. 3. 110. At. 323.
—— intercludere. At. 127.
Itinere desistere. Cæs. de B. G. lib. 5.
JUCUNDITAS *est festivitas, lepor, vel hilaritas.*
Jucunditati se dare. Ph. 3. 25.
———— esse. Or. 2. 228.
Ad jucunditatem conducere aliquid alicui. Ph. 3. 2..
Jucunditatem percipere. Ph. 1. 67.
JUCUNDUS. *Jucundum ponunt Latini pro amœno, grato, vel dulci.*
Jucundum aliquid alicui accidere. At. 3.. 110..
JUDEX, *rei cujuslibet controversæ dicitur arbiter, disceptator, æstimator; Et tam ad res privatas, quam ad forenses pertinet.*
Judicem sortiri. At. 306.. Or. 1. 115. 116..
——— legere. Fam. 96.. Or. 3. 197..
——— constituere. Or. 2. 220.
——— dare. Or. 1. 114.. 153..
Judices cogere. Or. 2. 134.
——— supponere, *vel* ponere. Or. 2. 176..
Judicem obvenire. Or. 2. 48..
——— sumere. At. 277. Or. 1. 5..
——— sedere. *Cum dicitur* nobis, *vel* in nos Judex sedere, *idem est, quod dari, vel constitui.* Or. 2. 39. 185. Or. 3. 124.
JUDICATUM *est res assensione, aut auctoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum comprobata. Vel est, de quo jam ante sententia lata est, aut decretum interpositum.*
Judicatum facere. Or. 2. 156..
——— solvere. Or. 1. 5. 7..
Judicato stare. Or. 2. 156..
Judicatum negare. Or. 2. 156..
——— rescindere. Or. 2. 179.
——— infirmare. Or. 2. 68..
——— irritum facere. Or. 3. 233.
JUDICIUM *duplex est. Judicium enim est forense, et privatum.*

Privatum.

In *privato judicio inest nescio quid latentis, et quasi præcipuæ elegantiæ, cum aliquid judicio fieri dicimus: id est, certa prudentia, vel tanquam de industria, ac præcipua quadam animi inductione, non casu.*
Judicium politulum. Fam. 111.
——— limatulum. Fam. 111.
——— prudens. Rh. 199.
——— sincerum. Rh. 199. Fam. 248.
——— superbum. Rh. 210.
——— tuum; *vel* judicii tui est. *His loquendi modis utebantur Latini, cum integram aut agendi, aut de re aliqua deliberandi facultatem potestatemque datam significabant. Cic. ad Brutum.* Nihil honorificentius potuit facere Senatus, quam ut tuum esset judicium, quid tibi maxime conducere Reipublicæ videretur. *At.* 276. *idem:* Tu quid de hac re sentias, tui est judicii. *At.* 275. *ALIUS EST ALIQUANDO hujus loquendi modi usus. Cic. Tusc.* 1. Meum judicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius, quam Græcos; aut accepta ab illis, fecisse meliora, quæ quidem digna statuissent, in quibus elaborent. Ph. 1. 148.
Judicium exquirere alicujus. At. 121.
——— habere *non uno modo a Latinis dicitur. Habemus enim judicia, quæ ab aliis vel de nobis, vel de aliquo feruntur: ut apud Cic. Phil.* 1. Populi quidem Romani judicia multa ambo habetis; quibus vos non satis moveri, permoleste tuli. *Or.* 3. 159.. *PRÆTEREA habemus judicium, cum judicio aliquo sumus. Cic. Famil.* 9. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium. 135.. Fam. 92. Rh. 62.. Or. 2. 279.
Judicium suum interponere. At. 121.
——— facere. Fam. 7. 182. Rh. 66.·.165. 210. *Facimus judicium rei alicujus, et de re aliqua: diciturque fieri judicium tam privatim, quam in foro.*
——— adhibere. Rh. 201. Ph. 2. 4.
——— subire. Rh. 95.
Judicio stare. At. 121. 193. Ph. 3. 74.
Judicium flectere. At. 287.
——— mutare. Salust.

Forense.

Judicium conflare. Or. 1. 19. 132.
Judicio circumvenire. Or. 2. 23.. 25..
——— perfundere. Or. 1. 31..
———. Or. 2. 149. *vel* in judicium arcessere. Ph. 3. 43..
Judicium intendere. Or. 2. 243..
In judicium vocare. Rh. 174.. 176.. et al. *vel* ad judicium. Or. 3. 109..
——— adducere, *vel* deducere. Rh. 344..
——— venire. Or. 1. 51.. 179. Or. 2. 28.
Judicio conflictari. Fam. 142.. Or. 1. 7..
——— certare. Rh. 99.
Judicium exercere. At. 317. Or. 2. 186. 192. Or. 3. 37..
——— constituere. Or. 1. 36. 50..
——— dare. *Prætoris erat, qui judicium alii faciendum, et exercendum tradebat.* Or. 1. 63.. 104. 114.. 181.. Or. 2. 162.
——— facere *extra forum est enuntiare vel declarare, quod sentias. Hic vero aliud designat, et est idem, quod judicium exercere.* Rh. 344.. Or. 1. 2. 7. 122. 231.
——— committi inter aliquos. *Id est fieri.* Or. 1. 20.
——— pronuntiare. Or. 3. 100..
Judicia calere. At. 65..
——— frigere. Or. 1. 121.
——— silere. Or. 3. 86.
——— conticere. Or. 3. 85.

Judicia dissolvere. Or. 1. 177.
——— disturbare. Or. 2. 169.. 180..
——— extrahere. C. ad exhib. l. si optione.
——— tollere. Fam. 137..
Judicium corrumpere. Or. 1. 66. Or. 2. 30..
——— contaminare. Or. 1. 66.
——— constuprare. At. 16..
——— rescindere. Or. 2. 261.
Judicio opprimere. Or. 1. 1..
——— jugulare. Or. 2. 31..
——— liberare. Or. 2. 164..
——— evadere. Or. 1. 78..
Judicium de re eadem iterum reddere. Ter. Phorm. 2. 3. 57.
JUGULUM *cum gutturis significatione convenit; pars scilicet anterior colli, unde vox, habitusque procedit: dictum, ut volunt Grammatici, a jungo, quod per id pectori caput jungatur. Plinius duo esse vult; dextrum scilicet, et sinistrum.*
——— alicujus petere ferro. Or. 3. 107.
——— inimico dare. Or. 3. 107.
A jugulo gladium rejicere. Or. 2. 111.
——— crudelitatem hostis avertere. Or. 3. 262..
JUGUM *dictum est, quod jungatur, et in arcum arctetur. Est proprie montis cacumen. Virg. Ecl.* 5. Dum juga montis Aper, fluvios dum Piscis amabit. *Cæsar de bell. Gall.* 7. *c.* 67. Tandem Germani a dextro latere summum jugum nacti, hostes loco depellunt. Jugum *præterea est ligneum instrumentum, quo Boves junguntur. Pro pari etiam ponitur; ut jugum hominum, id est par; vel jugum Boum. Est item aliquando lignum, quo telam Textores convolvunt.* Jugum *in vinea dicitur, cum duabus, aut pluribus perticis fixis, aliæ super eas alligantur, in quibus vites conjunguntur, et quasi* jugum *in summitatem quandam faciunt. A quo vites ipsæ, seu vineæ jugatæ dicuntur. Ad hæc* jugum *erat, sub quo ignominiæ gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis, super eas ligabatur tertia; et tunc victi hostes sub illa transire cogebantur inermes. Inde* subjugare *pro debellare ac subjicere.*
Jugum imponere. Ph. 2. 36..
Jugo jungere. Rh. 48.
——— subdere. Plin. lib. 8. cap. 16.
Sub jugum mittere. Ph. 3. 94.
Jugum accipere. *id est onus et laborem subire.* Liv. Dec. 4. lib. 7.
——— subire. Sen. Troad. 3. 3.
Collum jugo subducere. Ovid. Rem. Am. v. 90.
Jugum excutere. Curt. l. 4. c. 15.
——— exuere. Tac. in Agric. c. 31.
——— dejicere. Or. 3. 154.
JUMENTUM. *Jumenti appellatione continentur animalia, quæ vel sarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt, ut Equi, Muli, Asini, Cameli, Boves.*
——— agere. *Cicero pro Cæcinna:* Si via sit immunita, lex jubet, qua velis, jumentum agere. Or. 1. 295.
JURGIUM *est contentio.*
——— gignere. Ph. 3. 110..
——— existere ex re aliqua. Ph. 1. 226.
Jurgio contendere. Rh. 187.
——— abstinere. Ph. 2. 101.
JURISDICTIO *est facultas, et potestas juris dicendi.*
Jurisdictionem conficere. Fam. 25.
——— absolvere. Fam. 55..
——— intermittere. Or. 2. 157.
JUS *aliquando pro communi æquitate ponitur. Aliquando vero pro eo est, quod vel civile, vel legitimum appellatur. In qua tamen significatione ita cum communi æquitate conjunctum est, ut nihil plane interdum differat. Jus enim sive civile, sive legitimum, sive publicum dicatur, æquitatis semper definitione nititur.*
Privatum.
Jus servare. Cæs. de B. C. lib. 1.
A jure discedere. Fam. 135..
——— abire. Or. 1. 99.
Jus violare. Or. 1. 36..
— deserere. Ph. 3. 103.
— imminuere. Or. 1. 36.. 93..
— pervertere. Ph. 3. 6.
— delere. At. 11..
Forense, vel publicum.
Jure summo agere. *Summum jus Latinis Scriptoribus est, quod Leguleiis* strictum jus. *Inde* jure summo *quis* agere *dicitur, pro eo, quod est, non ex æquo, et bono, sed iniquiore quodam jure, et præfracto.* Or. 1. 236. 287.
Ad extrema jura decurrere. Or. 1. 8..
Jure æquo agere, vel disceptare. Or. 1. 116.
De Jure suo concedere. Ph. 3. 46.. *vel* decedere. Fam. 169. At. 251.. Or. 1. 30.. 251.. Ph. 3. 47..
Meo jure. At. 40. 229. Or. 1. 41. Ph. 3. 202. Tuo jure; Suo jure. Or. 2. 185.. Or. 3. 132. Ph. 1. 125. Meo jure *idem est ac mea facultate, vel auctoritate, vel concessa mihi omnium consensu libertate et potestate.*
Pro meo jure. Fam. 222.. Or. 1. 235.. Or. 2. 164. Ph. 1. 142.. Pro tuo jure. Pro suo jure. Or. 301.
Jure. Ph. 1. 173. Jure optimo. Or. 3. 131.. Ph. 3. 22.. Jure ac merito aliquid agere. Or. 2. 192.. 213.
Jus postulare. Or. 3. 174.
— statuere. Fam. 101. Or. 1. 291. Or. 2. 234.. Rh. 17.
— constituere. Or. 3. 58.
— dicere. Dicit jus, *qui judicia exercet, vel qui jurisdictioni præest; ut apud Romanos Prætores, et nostra ætate Judices.* At. 83. 293.. Or. 1. 7. Or. 3. 70.. 71.
— respondere. Rh. 174.. Ph. 2. 158.
De jure respondere. Rh. 121.. 174..
Jus dare. Or. 2. 246.. Ph. 2. 176. 186.
— tribuere. Ph. 3. 98.

Jus habere. At. 92. Or. 2. 234.. Or. 3. 237.
Jure esse. *Id est jus habere.* Or. 1. 195.. Or. 2. 88.
In jus vocare. Or. 1. 2.. 146.. Rh. 9..
——— adducere. Or. 1. 5..
——— educere. Or. 1. 171..
——— adire. At. 184..
Jus suum persequi. Or. 1. 58. 286..
——— exequi. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— tenere. Rh. 104. Or. 1. 291.
——— obtinere. Or. 1. 5.. 89. 169. 286.
——— retinere. Or. 1. 155. Or. 3. 61.
Jusjurandum *est affirmatio religiosa, sacramentum, fides.*
Ad jusjurandum adigere. Liv. Dec. 5. lib. 3.
Jusjurandum jurare. Fam. 60..
Jurejurando firmare. Ph. 2. 172..
——— devincire. Or. 3. 49.
Jusjurandum dare. Ph. 3. 74..
——— conservare. Ph. 3. 72.
——— servare. Nepos in Ages.
——— negligere. Rh. 52. Or. 2. 251..
——— violare. Ph. 3. 73.
——— deferre. Quintil. l. 5. c. 6.
——— interponere. Liv. l. 34. c. 25.
Justa, orum, *dicuntur sacrificia, vel exequiæ, quæ mortuis impenduntur: dicta, quod jure fierent iis, qui de nobis viventes bene meriti fuerant.*
——— facere. Or. 2. 164. Ph. 2. 181..
——— solvere. Or. 1. 22.
——— peragere. Plin. lib. 2. cap. 119.
Justis carere. *Justis carent, quibus non fiunt justa.* Ph. 2. 178.
Justitium *est jurisdictionis intermissio vel inhibitio.*
——— indicere. Or. 2. 300.. 206.
——— edicere. Or. 2. 257. 266.
——— remittere. Liv. Dec. 1. lib. 10.

L

Labes *est violenta quædam vel aquæ illuvies, vel tempestatis, grandinisve ruina: aut cum terra in altissimum hiatum, vel barathrum aperitur. Cic. de Divinat.* 1. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset. *Dicitur quoque labes macula in vestimento: et deinde metaphorice transfertur in homines vituperatione dignos.*
Labem fieri. Ph. 3. 104.
——— inferre. Or. 3. 46..
——— aspergere. Or. 3. 33.
——— eluere. Ph. 2. 174..
Labor, oris, *est opera, defatigatio, sudor, assiduitas, animi contentio, vigiliæ.*
Laborem afferre. At. 183..
——— imponere. Or. 2. 133.
——— delegare. Fam. 111..
——— suscipere. Fam. 248.. Rh. 244.
——— excipere. Rh. 187. Fam. 233..
——— capere. Or. 1. 53.
Labori se dare. Or. 1. 241.
Laborem subire. At. 47. Or. 3. 26..
Laborem sustinere. At. 15.
——— sustentare. Salust.
——— ferre, perferre, tolerare. Nepos, Quintil. et al.
Labore fungi, vel perfungi. Fam. 9. Or. 2. 240.
Laborem impertiri. Or. 2. 125..
Labore se exercere. Or. 2. 191.
——— frangere. Or. 2. 191.
Laborem impendere. Or. 1. 199.
——— insumere. Rh. 76..
——— consumere. Fam. 90. Rh. 105.
Labores exantlare. Ph. 1. 27. 174..
Laborem detrahere. Fam. 34..
——— levare. Rh. 110. 207..
——— sublevare. Cæs. de B. G. lib. 5.
Labore supersedere. Fam. 47.
Labori parcere. At. 30..
Labore carere. Fam. 103..
Labores compensare. Rh. 144.
Labrum *pro margine, et extrema ora fluminis, lacus, fontis, et hujusmodi, quæ levi aquæ motu perluuntur, ponunt aliquando Latini:* Labrum *quoque dicitur genus vasis ad lavandum aptum.* Labrum *item vinarium, lupinarium, vel olearium dicitur, in quo lupinus conditur; vel in quod vinum a lacu, oleum e cortina transfertur. Pars etiam faciei est.*
Labris primoribus gustare. Or. 3. 43. Ph. 2. 6.
——— vel extremis gustare, vel attingere, *est leviter aliquid attingere. Ductum ab iis, qui cibum, aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes.* Rh. 92.
Lacryma *est humor ex oculis manans. Lacrymæ etiam arborum dicuntur Theophrasto humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt; vel qui in ipsis interioribus partibus continetur.*
Lacrymas movere. Quint. lib. 6. cap. 2.
——— excire. Plaut. 317.
——— excutere. Terent. Heaut. 1. 1.
——— cadere. Terent. Adelph. 4. 1.
Lacrymis se tradere. Fam. 70.
——— dedere. Ph. 1. 185..
Lacrymas effundere. Or. 2. 281.
Lacrymis confici. Fam. 14. ep. 4.
Lacrymas profundere. Or. 1. 284.
——— tenere. Or. 1. 291.
——— continere. Plaut. Most. 3. 2. 135.
——— exarescere. At. 167.. *vel arescere.* Rh. 62. 234..
——— consumi. Or. 3. 172..
Lætitia *est exultatio animi, quæ gaudio efferv,entiore fieri solet propter eventum rerum expetitarum.*
Lætitiam facere. Ph 1. 54.
——— afferre. Fam. 146. At. 290. Ph. 1. 219..
——— dare. At. 227. Or. 2. 281.
Lætitiæ esse. Fam. 242.
Lætitiam objicere. Ter. Heaut. 1. 2.
In lætitiam conjicere. Ter. Heaut. 2. 3.

Lætitia afficere. Fam. 39.. 248. Or. 3. 116..
——— efferre. Fam. 23.
Lætitiam capere. Fam. 39.. 132.. At. 230..
——— percipere. Rh. 101.
Lætitiis omnibus incedere. *Id est exilire.* Fam. 22..
Lætitia exultare. Fam. 224..
——— perfrui. Or. 2. 102..
LAMENTATIO *est ægritudo cum ejulatu.*
Lamentationem fieri. Or. 1. 110.. Or. 2. 120..
Lamentatione locum complere. Rh. 209.
LANGUOR *proprie est defectus virium, et succi naturalis.*
Languorem afferre. Or. 4. 202.. Ph. 3. 52..
Languori se dare, *vel* dedere. Ph. 3. 25.
LAPIDATIO. *Lapidare est lapidibus cædere, vel obruere.*
Unde lapidatio *verbale ducitur.*
Lapidationem facere. *Cic. in Verr.* Fit magna lapidatio. Or. 1. 222. *Idem pro Domo sua:* Inde saxis facta lapidatio est. Or. 2. 215..
LAPIS *est silex, vel saxum.*
Lapidibus aliquem ejicere. Pro Corn. 1.
Lapidem jacere. Or. 3. 109..
Lapide aliquem appetere. Or. 2. 215..
——— percutere. Rh. 126.. Or. 2. 215..
Lapidibus obruere. Ph. 3. 61..
De lapide emptus. *Cicero homines vilissimos de lapide emptos vocat. Nam prisco more Præcones ex lapide facete præconium solebant; ubi Mancipia venalia solebant pronuntiare.* Or. 3. 87.
Ad tertium, ad quartum lapidem, *et similia. Lapidibus apud Veteres milliaria signabantur: idcirco* lapis *quandoque pro milliario ponitur.* Liv. l. 3. c. 69.
LAQUEUS *est vinculum: vel pro quacunque re ponitur, qua irretiri, et capi possimus.*
Collum laqueo obstringere. Plaut. Aul. 1. 1. 39.
Laqueo irretire. Rh. 88..
In laqueum collum inserere. Or. 1. 208.
Laqueo vitam finire. *Id est suspendio.* Sen. Hippol. 259.
Laqueum declinare. Or. 3. 109..
Gulam laqueo frangere. Salust. Catil. c. 55.
LARGITIO *est liberalitas, vel expensa, quæ fit ad aucupandum favorem in petitione Magistratuum.*
Largitionem fieri. Fam. 43.. Or. 2. 68. 125. Ph. 3. 43..
——— intermittere. Or. 3. 61.
LASSITUDO *est molestia, quam ex labore suscipimus.*
Lassitudinem abigere. Plaut. 561.
——— sedare. Nepos in Eum.
——— eximere. Plaut. 562.
A lassitudine acquiescere. Nepos in Datam.
LATEBRA *locus est, in quo aliquid delitescere, et occultari potest. Per translationem varie usurpatur; ponitur que pro excusatione, vel declinatione rei alicujus objectæ.*
Latebram quærere. Ph. 3. 73..
——— dare. Ph. 2. 191.
Latebram habere. Ph. 1. 87..
In latebram se conjicere. Ph. 2. 117..
——— impelli. Pro Rabir. c. 8.
E latebris erumpere. Or. 3. 4..
LATIBULUM *dicitur, ubi feræ se occultant. Dicitur etiam de hominibus.*
——— quærere. Ph. 3. 3.
Latibulis se tegere. Or. 3. 129..
Tanquam serpentem e latibulis se inferre. Or. 3. 29..
LATROCINIUM *est latrocinandi actus.*
Per latrocinium aliquid auferre. Or. 1. 87.
Latrocinio opprimere. Cæs. de B. G. l. 8.
Latrocinia ab aliquo loco depellere. At. 294..
LATUS, eris. *Dicitur, quod est infra axillam. Ponitur etiam pro viribus, et spiritu. Dicuntur et* latera insulæ. 1. de Leg. 6. *pro extremis utrinque partibus.*
Per latus alterius sauciari. In Vat. 13.
Ad latus alicujus sedere. Or. 1. 257..
A lateribus alicujus nunquam discedere. Ph. 3. 95..
——— teneri. 3. At. ep. 32.
Latus offendere. Or. 2. 54.
Lateris dolore consumi. 3. de Or. 6.
Latus alicui condolere. Rh. 145.
LAUDATIO *est laudantis oratio, commendatio, vel oratio funebris.*
Laudatione spoliatus. *Id est funebri oratione.* Pro. Mil. 34.
Laudationem dare. Pro Flacc. 36.
LAUS *est præconium, commendatio, vel gloria.*
Laudem quærere. Fam. 20.. Or. 2. 151..
——— petere. Ph. 1. 75. 188..
——— asciscere. Or. 2. 232.
——— venari. Rh. 24..
——— libare. *Ibid.*
Ad laudem incumbere. Fam. 149..
Laudem haurire. Fam. 84.
——— comparare. Fam. 19..
——— sibi parere. Ph. 3. 42..
——— colligere. At. 298.
——— adipisci. Fam. 51.
——— capere. Ph. 3. 38.
——— excipere. At. 8..
——— nasci. Fam. 7..
——— consequi. Fam. 24.. 149. *vel* assequi. Or. 2. 163.
——— habere. *Habet aliquis laudem de nobis, qui laudes nostras effert, celebrat: id quod eo modo dicitur, quo orationem haberi. Habet etiam res laudem, quæ laudabilis est.* PRIORIS USUS EXEMPLUM. *Cic. ad Att.* 13. Bruti nostri quotidianis assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiarunt, commotum istum esse aliquando scripsisti. *At.* 217.. *POSTERIORIS. Cic. in Bruto:* Brevitas in universa eloquentia laudem non habet. Rh. 169. 174.. 243..
In laude esse. *Idem est, quod laudem habere.* Or. 1. 75. 80.
Laudibus procedere. Rh. 176.
——— florere. Fam. 133. Rh. 142.

Liberos amittere. Fam. 4. ep. 5.

Libertas, *ut volunt Grammatici, in loquendo accipitur, cum quis non timide (quod servile est) sed ingenue, et libere, hoc est, ut liberum hominem decet, loquitur. Licentia vero, quando hac libertate abutitur usque ad temeritatem, et procacitatem : unde Quintil.* Quæ in aliis libertas est, *inquit,* in aliis licentia vocatur. *Uno verbo* Libertas *a vitio remotior est;* licentia *vitio magis affinis: ut vix libertatem in malam partem poni videas sine adjectivi, aut alius nominis adjunctione, quod vitium designet.*

Libertatem dare. At. 230. Or. 2. 97.. 262.
———— largiri. Ph. 1. 8.. Ph. 2. 191..
———— concedere. Or. 2. 266.
———— accipere. At. 285.
———— recipere. At. 286.
———— habere. Or. 3. 18..
———— tenere. Rh. 104.
———— retinere. At. 144. Ph. 3. 37.
———— præcidere. Or. 1. 146..
———— adimere. Or. 2. 217..

Libertate se abdicare. Or. 3. 185..

Libertatem amittere. Fam. 135.. Or. 2. 228..
———— perdere. Or. 3. 126.
———— recuperare. Tac. lib. 2.

In libertatem vindicare. Fam. 20. Rh. 121.. Ph. 2. 12..

Libido *generali significato ponitur pro cupiditate effrenata, et impetu quodam animi non recto; vel pro qualibet voluntate temere suscepta. Voluntas enim est, quæ aliquid cum ratione desiderat. Quæ autem adversus rationem incitata est vehementius, ea* libido *est. Aliquando vero pro luxuria, et mulierositate accipitur.*

Libidinem exoriri. Or. 2. 20.
———— habere. Rh. 101. Ph. 3. 11..

Libidini suæ parere. Ph. 1. 77.

Ab libidinem suam aliquid facere. Or. 1. 42. 72. Ph. 1. 52.

Libidinem cohibere. Or. 3. 116.
———— constringere. Ph. 1. 58..
———— frangere. Ph. 2. 190..

Licentia *est libertas immoderata, venia, vel impunitas quædam rerum dissoluta.*

Licentiam dare. Rh. 211.. Or. 1. 197. et al.
———— permittere. Or. 1. 153..
———— concedere. Or. 2. 128..
———— largiri. Ph. 1. 8..
———— obtinere. At. 156..
———— assequi. Ph. 3. 30.
———— habere. Or. 1. 282. Or. 3. 118.
———— possidere. Or. 1. 122.
———— patere. Ph. 3. 111..
———— præcidere. Or. 1. 148..

Licitatio *est auctio, vel hasta.*

Licitationem facere. Or. 1. 135.

Licitator *appellatur, qui pretium auget.*

Licitatorem apponere. Fam. 96.

Limen *dicitur, quod ex transverso in janua est. Etiam superiorem ostii partem significat.*

Limine pedem efferre. Or. 3. 44.
———— prohibere. Or. 1. 291..

Linea. *Filum omne dicitur ex lino, et quicunque tenuis funiculus. Sic lineam vocamus filum illud, quo Fabri materiarii utuntur ad signandam materiam. Et quoniam ab hoc, si rubrica, vel alio colore intincta fuerit, figura designatur longa sine latitudine, atque altitudine, ea quoque figura linea vocatur.*

Lineam tenere in re aliqua. At. 60.
———— transire. Ph. 3. 119..

Lingua. *Dictam volunt Grammatici a lingendo, vel ligando; quod* ligat *cibum : nam cibos vi sua conglobat, ac deprimit, in ventremque transmittit. Seu quod ipsa dentium septo, quasi muro vallata, et* ligata *sit. Pro sermone etiam, vel sermonis varietate ponitur : ut cum dicimus linguam Græcam, linguam Italicam, linguam Gallicam.*

Lingua consistere. At. 308.
———— celeri, volubili, et exercitata esse. Rh. 91..
———— hæsitare. Rh. 94..

Linguam titubare. Or. 2. 241..

Linguis favere. *Id est silere.* Ph. 2. 101.. 125..

Linguam comprimere. Plaut. 72.
———— astringere. Or. 3. 86.

Linguas hominum vitare. *Id est sermones dispútes, vel maledicta.* Fam. 126..

Lippitudo. *Lippus dicitur, qui oculos habet lacrymantes, cum putredo ab iis defluit. Lippitudo est ipse morbus.*

Lippitudinem depellere. Ph. 1. 227.

Lis *ut plurimum quidem in foro versatur : interdum tamen extra forum est, et pro rixa, vel qualibet concertatione ponitur.*

Litem creare. Plaut. 660.
———— serere. Plaut. 660.
———— intendere. Rh. 88..
———— inferre. Or. 2. 41.. Or. 3. 124.
———— contestari. At. 261. Or. 1. 54.
———— perorare. *Id est causam dicere.* Ph. 3. 60.
———— dare. *Id est judicare. Cic. pro Rosc. Comœdo :* Paulo ante M. Perpennæ P. Saturii tabulas poscebamus; nunc tuas C. Fanni Chereæ solius flagitamus, et, quominus secundum eas lis detur, non recusamus. Or. 1. 45..

Litem æstimare. *Lis æstimata vocabatur, pecuniæ mulctatitia, et nummaria sententia : ut hodie, cum Judices certa summa actorum dispendia et incommoda æstimantes, certæ pecuniæ Reos damnant. Sic in judicio repetundarum fiebat. Nam repetundarum causa ita se habet, ut, si Reus convictus sit, atque damnatus, is pecuniam reddat lite æstimata : hoc est, in pretium redactis omnium furtis : quam summam pecuniæ proscriptis damnati bonis Sectores curabant.* Litis autem æstimatio *ita appendix erat damnationis.* Fam. 117. Or. 1. 73. 96.. 190. et al.
———— capitis æstimare. *Id est actione rei prosequutoris non uti; sed criminaliter inten-*

dere, et, ut vulgo loquimur, conclusiones capitales concipere. Or. 2. 41. .
Litem suam facere. Rh. 137.
——— in rem suam vertere. Liv. Dec. 1. l. 3.
——— perdere. Rh. 98. .
——— amittere. Or. 1. 46. .
Littera *tam in singulari, quam in plurali numero varie accipitur. In singulari numero elementum aliquando significat, ut,* a, b, c, d, *&c. Aliquando scribentis manum denotat.*

Pro elemento.

Cicero Fam. 2. Ille cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram nullam misit. Fam. 28. *Id.* Herodi mandaram, ut mihi scriberet: a quo adhuc nulla littera est. At. 23. . 231. . *Idem de Orat.* Cujus ingenium, variosque sermones immortalitati suis scriptis Plato tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam reliquisset. Rh. 148. .

Pro scribentis manu.

Cicero ad Att. Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. At. 100.

Litteræ in plurali numero, quemadmodum in singulari, duplicem significationem habent. Etenim pro epistola nonnunquam ponuntur. Nonnunquam etiam pro studiis.

Pro Epistola.

Cum pro Epistola usurpatur hæc dictio, variam elegantiam habet, aut cum Adjectivis, aut cum Substantivis, aut cum Verbis.

Cum Adjectivis.

Litteræ uno. Fam. 21. . At. 232. . 289. .
——— antemeridianæ. At. 211. .
——— pomeridianæ. At. 203. .
——— recentes. At. 84.
——— proximæ. *Pro recentibus.* At. 66.
——— veteres. At. 208. .
——— antiquæ. At. 115. .
——— humanæ. Fam. 39.
——— humanitatis sale sparsæ. At. 7.
——— suaves. Fam. 24. .
——— facetæ. Fam. 111.
——— amabiles. At. 321. .
——— commendatitiæ. Fam. 62.
——— officio refertæ. At. 315. .
——— officii, et amoris plenæ. Fam. 30. .
——— aculeatæ. At. 234.
——— stomachosæ. Fam. 44.
——— atroces. Fam. 142. .
——— odiosæ. At. 161. .
——— ardentes. At. 226. .
——— minaces. Fam. 260.
——— acerbæ. *Ib.*
——— disertæ. Fam. 44.
——— rerum plenæ. Fam. 153.
——— inanes. Fam. 94.
——— somnum afferentes. At. 140.

Cum Substantivis.

Litterarum sermo. Fam. 110. .
——— prudentia. Fam. 43. .
——— diligentia. At. 101. .
——— multitudo. Fam. 61. .
Litterarum crebritas. At. 208. .
——— brevitas. Fam. 187.
——— intermissio. Fam. 101. .
——— intervallum. Fam. 104.
——— exemplum. *Dicitur* litterarum exemplum, *sicut cæterarum rerum, quod Barbari dicunt copiam:* Litteræ scriptæ eodem exemplo. *Id est eadem forma.* Fam. 48. Att. 116. . 122. 138. &c.

Cum Verbis.

Litteras scribere. Fam. 29. 34.
——— exarare, *scribere significat. Nimirum qui stylo scribunt, et lineas in codicillis ducunt, ii quasi sulcos, aratorum exemplo, ducere videntur.* Fam. 142. .
Litteris appellare. Fam. 255.
——— alicui obstrepere. Fam. 62.
Litteras elicere. At. 109. .
——— mittere. Fam. 6. . 23. . 29. 34.
——— dare. *Litteras illi damus, qui laturus est.* Fam. 6. 18. 21. . 30. *et ad illum, qui accepturus est.* Fam. 22. . 23. 48. *Adde huc,* dare, *et* mittere *absolute poni eleganter, pro litteras dare, vel mittere. Cic. Fam.* 7. Quo mitterem, aut cui darem, nesciebam. *Fam.* 99. . 127. . 253. *Idem ad Att.* 1. Ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem; nec satis sciebam, quid darem.
——— committere. Fam. 6.
Litteris committere. Fam. 19. . *vel* mandare. Fam. 69. *Cic. ad Q. Fratrem.* Etiam illud te moneo, ne quid ullis litteris committas, quod, si prolatum sit, moleste feramus. *Idem ad Attic.* 4. Præterea sunt quædam domestica, quæ litteris non committo.
Litteras perferre. Fam. 20. 23. 24. . 34.
——— afferre. Fam. 9. . 30. 135.
——— reddere. Fam. 28. 30. . 34. .
——— dare. *Id est reddere.* Fam. 98.
——— accipere. Fam. 17. . 18. 24. . 29. 30.
——— venire alicui ab aliquo. Fam. 120.
——— volare. *Id est celeriter afferri.* At. 34.
——— commeare. At. 124.
——— conquiescere. At. 199.
——— oblanguere. Fam. 262.
——— expectare. Fam. 19. 55. 129. .
——— requirere. At. 281. .
——— desiderare. Fam. 18.
A litteris tempus mutum. At. 132.
Litteras in alienum. At. 35. . *vel* in alicujus manus incidere. At. 321. .
——— intercipere. Fam. 157. At. 7. .
——— resignare. At. 176.
——— recitare. Fam. 32.
——— aliquid loqui. *Cic. Fam.* 3. Tamen eadem illa lætiora fecerunt litteræ tuæ, non solum quia planius loquebantur, et uberius, quam vulgi sermo &c. Fam. 43.
Litteris rescribere. At. 211.
——— respondere. Fam. 36. .

Pro studiis, et disciplinis.

Litteris se dare. Ph. 1. 41.
Litteris se dedere. Fam. 8. .
Ad litteras se referre. At. 65.

In litteras se abdere. Fam. 111.
Litteris se involvere. Fam. 139.
Litteras attingere. Rh. 91..
——— discere. Fam. 131. Ph. 1. 53.
——— vorare. At. 60..
——— esse in aliquo. Rh. 189.
——— scire. Rh. 183..
Litteris tinctus. Rh. 116..
——— politus. Or. 3. 64..
——— doctus. Rh. 179..
——— eruditus. Ph. 2. 128..
Litteras nescire. Rh. 188..
Locus *dicitur, quicquid aliquid continet; sive ubi quicquam consistit. Et dicimus* locos, *vel* loca *in plurali numero. Per translationem ad multa convertitur, ut in locutionibus videbis. Præterea* loci, *vel* loca *in plurali numero sæpe a Latinis usurpantur pro utero fœminæ; matricem etiam vocant. Sunt igitur* loci, *in quibus nascendi initia consistunt. Suos etium* locos, *vel* loca *habent Volucres, in quibus scilicet ova formantur. Interdum quoque sunt* loci *sedes argumentorum: quæ quidem sedes intra se continent argumenta, et ex quibus ipsa argumenta petenda sunt. Ponitur item* locus *pro genere; ut summo loco natus. Insuper capitur crebro* locus *pro occasione, opportunitate, facultate, statu, numero, vel parte. Sic sæpe ad rerum rationem, et personarum dignitatem refertur.*
Ex loco superiore. *Fam.* 36. æquo. *Fam.* 36.. *vel* inferiore agere. Rh. 144..
Ex, *vel* de loco superiore agere *dicitur Orator, qui pro Rostris agit.* Ex æquo, *qui in Senatu.* Ex inferiore, *qui ad Judices.*
Loco summo natus. Liv. Decad. 1. l. 1.
—— infimo. Or. 2. 151. obscuro, vel ignobili natus. Or. 2. 40..
—— *Idest opportune.* Fam. 175. Rh. 230.
In loco. *Pro opportune, vel digne.* Or. 1. 243. Or. 2. 192..
Locum esse. *Pro decere.* Fam. 28..
Loco secundo. *Pro præterea.* Fam. 5..
—— priore, vel posteriore causam dicere. Or. 1. 5.
Si eo, *vel* isto loco essem, *dicunt Latini, pro, si meum esset negotium, si mea res ageretur.* Fam. 49. Plaut. 411.
Nullo loco alicui deesse. *Pro nusquam deesse.* Fam. 258..
Locum nullum prætermittere juvandi, aut nocendi. Fam. 197.
Loco rei alicujus putare. *Cic. Fam.* 7. Criminis loco putant, quod vivam. Fam. 97..
—— rei alicujus ponere. *Cic. Fam.* 7. Reliquum est, ut te idipsum, quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciet.
In loco ponere. *Cic. Fam.* 3. Ne id, quod petat, exigere magis, quam rogare, et in beneficii loco ponere videatur. Fam. 20.
——— rei alicujus reponere. *Cic. de Orat.* 2. Si placebit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis. Rh. 126..

In loco ducere. *Cic. in Verr.* Ipsi in hostium numero locoque ducemini. Or. 1. 261. Fam. 61..
——— objicere. Or. 2. 30..
Loco numerare. Ph. 1. 83..
In loco numerare. Fam. 20.
Loco habere. *Cic.* Cur eum habes loco patrui? Orat. 3. 179. Fam. 163.
In loco habere. Rh. 81.
——— fratris diligere. Ter. And. 1. 5.
Loco. Or. 3. 179. *vel* in loco parentis colere. Rh. 165.
—— præmii petere. Rh. 80..
In loco beneficii deferre. At. 292.
Locum relinquere. Fam. 2.
——— dare. Fam. 35. 37. 56.
In locum substituere. Col. l. 11. cap. 1. *vel* restituere. At. 37..
——— deduci. *Cic. Fa.* 4. Quantum nos fefellerit, et quem in locum res deducta sit, vides. Fam. 46.. 260..
——— redire. Plaut. 398.
——— succedere. At. 280.. Or. 3. 172.
——— ascendere. Or. 2. 49.
——— venire. *Cic.* Res in eum locum venerat, ut, nisi id factum esset, in potestatem hostium veniendum fuisset. Ad Brut.
——— pervenire. Or. 1. 44.
Locum nancisci. At. 16..
——— capere. Or. 3. 244..
——— habere. Ph. 3. 76. Rh. 129. 210. Or. 2. 240..
——— tenere. Fam. 33..
——— obtinere. Fam. 39..
Loco esse. *Pro statu esse.* At. 8. 274.
——— aliquo apud aliquem. Fam. 213..
Locum esse alicui, *vel* personæ. Fam. 13. 27.. *vel* rei. Fa. 48. 72.
Loco, *vel* in loco fratris. Fam. 61.. parentis. Or. 2. 212. præmii. Rh. 80.. et rerum similium esse. Rh. 127.
—— stare. *Pro statu esse.* Or. 3. 273.
—— moveri. At. 308.
—— dejici. Or. 1. 300..
—— excludi. Ph. 3. 100.
—— cedere. Rh. 192.
In locum restituere. At. 37..
Longus.
Ne longus sim. Or. 2. 112..
Ne longum faciam. Ph. 1. 128. Ph. 2. 160.
Longum nimis esset, narrare. Rh. 119. Or. 1. 108. 232. et al.
Lucrum *est quæstus, compendium, fœneratio.*
Lucrum ligurire. Or. 1. 128.
——— facere. Or. 1. 67. Fam. 177.
In lucro ponere *se dicebant Antiqui, quod præter spem eveniebat.* Fam. 106.. Or. 2. 154.
Lucro. Or. 1. 255.. *vel* lucrum esse. Ter. Phorm. 1. 2.
Luctatio *est actus luctandi. Per translationem eleganter pro contentione accipitur.*
Luctationem esse alicui cum aliquo. Ph. 1. 73.. Ph. 2. 142..
Luctus. *Luctum ita Cicer. Lib.* 4. *Tusc.*

interpretatur. Luctus, inquit, est ægritudo ex ejus, qui charus fuerit, interitu acerbo. Luctum *tamen et ipse, et Latini omnes etiam extra lethalem casum usurpant: neque fere est, in quo* mœror, luctus, tristitiaque *differunt; nisi forte* tristitiam *reliqua præcedere dicas, et* mœrorem, luctumque *communem tristitiæ formam esse arbitreris: idque non inepte. Nam* luctum, mœrorem, *squalorem ita posita videas, ut num temere absque communi calamitate, et casu in orationem veniant. A quibus non plane abest* gemitus; *qui tamen non ita animum profligat, sed tantum ægritudinis signum est. Verbis aliis* luctum *exponit Valla, sed eodem plane sensu.* Luctus, *inquit*, est dolor, qui exterius proditur vultu ipso atque aspectu. Sæpe ipse habitus, vultus, atque vestis luctus est. *Unde 2. de Bel. Punico:* Post cladem illam Cannensem censuerunt P. C. ne fœminæ ultra triginta dies in luctu essent: *non videlicet, ne in dolore (non enim imperare dolori possumus) sed ne in illo lugubri habitu.*

Luctum habere. *Habere luctum res dicitur, quæ in luctum nos vocat. Cicero de Leg.* Habet luctum concursus hominum. Ph. 2. 183.

In luctum vocare. At. 41..

Luctum haurire. Or. 3. 17..

In luctum incidere. Ph. 3. 7.

Luctum percipere. Fam. 232..

In luctu esse. Fam. 59. Or. 3. 9.. Ph. 3. 71.

Luctu præditum esse. Or. 1. 22.

In luctu jacere. Or. 3. 98..

Luctu confici. At. 42..

Luctum augere. Or. 2. 166.

——— levare. Fam. 51.

——— tollere. Fam. 72..

——— deponere. Or. 3. 264..

Ludibrium *dicitur res vana, et deridenda. Cicero pro Domo sua:* Libertatis signum posuisti ad ludibrium impudicitiæ magis, quam &c. *Idem in Paradox.* Ille hæc ludibria Fortunæ ne sua quidem putavit, quæ nos appellamus etiam bona. Ludibrio esse *idem est, quod falli, vel irrideri ab aliquo.* At. 273.. Rh. 36. Or. 1. 256. et al.

Ludibrio haberi. *Significato conveniunt hæc, et proxima locutio. Idem est enim* ludibrio haberi, *quod* ludibrio esse, *id est despectui et contemptui. Ter. Hec.* 4. 1.

Ludus. Ludum, *et* jocum *ita distinguunt Grammatici, ut* ludum *in facto esse velint;* jocum *vero in verbo. Est vero* ludus, *munus, spectaculum, vel scena. Videtur etiam poni pro loco, in quo quis exercetur, docetur ve. Sic dicimus* ludum palæstræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum musicum, ludum litterarium, *pro schola, in qua pueri dant operam. Plin.* l. 9. c. 8. *Suet. in Cæs.* c. 31. *Quint.* l. 1. c. 4. *Hinc etiam manat locutio, quæ est,* ludum aperire, *pro Ludimagistrum agere.* Fam. 9. ep. 18.

Ludus est, *Pro facile est. Cicero de Orat.* 2. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. Rh. 115. *Idem de Fin.* 1. Illa discere, ludus est. Ph. 1. 54.

Ludos facere. *Id est deridere.* Ter. Phorm. 5. 7. 52.

Ludo, *vel* per ludum. Or. 1. 107.. 273. *Vice Adverbii funguntur hæ duæ locutiones.* Ludo *autem, vel* per ludum facere *dicimur, quod ludibundi facimus, vel in speciem, et modum ludi.*

Ludum dare ætati. Pro Cæl. c. 12. et 18. *Pro spectaculis publicis.*

Ludos apparare. At. 327..

Ludis, *idest tempore ludorum.* Liv. l. 2. c. 36.

Ludos instituere. Quintil. l. 3. c. 8.

——- facere. At. 241. Or. 2. 135.. 259. Or. 3. 25.

——- edere. Tacit. lib. 1.

——- committere, *est ludos celebrare, facere, vel edere.* At. 325. Ph. 1. 91..

——- intermittere. Ph. 2. 92.

——- instaurare. Ph. 2. 92.

——- spectare. Fam. 95.

Lumen *per translationem varie a Latinis usurpatur. Ponitur nempe pro præstantia, aut præstabili nota, et judicio, vel celebritate. Interdum etiam ad opem, vel subsidium, vel ornamentum refertur, et hoc maxime in obscuris. Ut,* lumen memoriæ afferre; lumen rebus adhibere. *Alii sunt per hanc vocem loquendi modi. Ut,* lumina civitatis. Lumen *autem* civitatis *dicitur, qui civitati præ cæteris ornamento est; aut cujus virtute, et nomine clara est civitas; vel in quo divina quædam virtus elucet.*

Lumen afferre. Rh. 141.

——— adhibere. Rh. 144.

——— præferre *per metaphoram ponit Cicero, pro consilium dare, vel mentem injicere, vel moderari, aut in re aliqua gubernare, et ducem esse. Quod dictum ab iis, qui nobis in tenebris prælucent; id est, qui ante nos lucem, vel lumen ferunt, quorum quasi ductu ambulamus et progredimur.* Or. 2. 74.. 193..

——— prospicere. Ph. 3. 101.

Luminibus obstruere. Rh. 170.. Or. 2. 236.

————— officere. Or. 3. 129..

Lumen extinguere. Fam. 47.. Or. 2. 116. Or. 3. 170.

Luna.

Lunam crescere. Ph. 2. 45. 115.

——— laborare. Ph. 1. 168.

——— senescere. Ph. 2. 45.

——— deficere. Ph. 2. 105.

——— decrescere. Ph. 2. 115.

Lutum *idem est quod cœnum.*

In luto volutari. Or. 1. 212.

Luto oblini. Or. 3. 118..

Lux *pro lumine ponitur. Translate modo pro vita; modo pro auxilio, vel ope; modo pro ornamento; modo pro celebritate accipitur.*

Ante lucem. Rh. 133. Fam. 3.. 56. Ph. 2. 120.

Prima luce. Fam. 56.. At. 56..
Ad lucem. Suet. in Cæs. c. 1.
Luci. Or. 3. 244.. *per modum adverbii.*
Luce. Rh. 35.. Or. 1. 27. Or. 3. 21.. 84.. Ph. 3. 70..
Lucis usuram dare. Or. 1. 251.
In luce versari. Pro leg. Man. c. 3.
Lucem aspicere. Or. 1. 28.. Ph. 2. 119.
——— accipere. Or. 2. 24.
Lucis usuram eripere. Or. 2. 184. Or. 3. 130..
Edi in lucem. Sen. Oedip. v. 939.
In lucem aliquid proferre: *Id est evulgare.* Rh. 97. Ph. 1. 16..
Luxuria *interdum superfluitas, et nimia profusio est, vel sumptuosior cibi, vestitus, et aliarum rerum cura. Interdum vero intemperantiam vitæ morumque significat.*
Luxuriam reprimere. Nepos in Catonis Vita fin.
——— creare. Or. 1. 30..
Luxuria diffluere. Ph. 3. 21.
Per luxuriam bona sua profundere. Or. 1. 19..
Luxuriam tollere. Rh. 124.

M

Machina *est inventio, machinatio, consilium, dolus, quo decipere, vel commovere aliquem conamur. Est quoque instrumentum, quo moles aliqua facile, quocunque volueris, impelli potest.*
Machinam comparare. Or. 2. 75..
——— commoliri in quempiam. Ph. 2. 74..
——— adhibere. At. 289.
Macula *proprie est sordes, et turpitudo, qua pannus inficitur. Sed quoniam maculis infectus pannus turpior esse solet, fit, ut macula a Latinis pro turpitudine, et infamia ponatur.* Maculam concipere. *Cicero pro Rosc. Amer.* Magnam possidet religionem paternus, maternusque sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modo lavi non potest; verum usque eo permanat ad animum, ut summus furor, atque amentia consequatur. Or. 1. 29.
Maculæ esse. Rh. 35.
Maculam inurere. Ph. 3. 274..
Maculis aspergere. Or. 2. 265.
Macula afficere. Or. 1. 37.
Maculam suscipere. Or. 2. 5.
——— eluere. Or. 3. 17. 274..
——— delere. Or. 2. 5.
——— tollere. Plin. l. 20. c. 2.
——— emendare. *Ib.* c. 13.
——— effugere. Ter. Adelph. 5. 8. 30.
Magister.
Magistrum habere aliquem ad aliquid faciendum. Fam. 136..
Magistro aliquo uti. Or. 1. 291.
Magistratus *significat eum, qui in potestate aliqua est constitutus; ut est Consul, Proconsul, Prætor, Proprætor, et alii, qui civitatibus, et provinciis præsunt. Animadvertas etiam,* magistratum vitiosum *apud Romanos dici solitum, qui aut non satis enucleatis suffragiis, aut contra Augurum, qui de Cœlo servassent, obnunciationem, neque salvis auspiciis designaretur. Quod si plane intelligere voles, secundam Ciceronis Philippicam tibi legendam censeo.*
Magistratum petere. Fam. 108. Or. 2. 125.. Or. 3. 204..
——— creare. Ph. 2. 124.
——— constituere. Or. 1. 11..
——— mandare. Or. 2. 141.. 142.. 262.
——— committere. Or. 2. 272.
——— dare. Or. 2. 71.
——— adipisci. Ph. 3. 15.
——— assequi. Or. 3. 79..
——— accipere. Or. 3. 274..
——— inire. Or. 1. 71.. Or. 3. 191.
In magistratum venire. Fam. 190..
Magistratum ingredi. Sal. in Jugurt.
——— gerere. Or. 2. 260.. Or. 3. 204.
——— habere. Or. 1. 231.. Ph. 3. 30.
In magistratu esse. Fam. 190..
Magistratum peragere. Fam. 191.
——— abrogare. Or. 1. 136.. Or. 3. 115.
——— deponere. Cæs. de B. G. lib. 7.
Magistratu se abdicare. Ph. 1. 176.
——— abire. Fam. 60.. Ph. 2. 193..
Magistratum imminuere. *Dicebant Antiqui* magistratum imminuere, *id quod dicimus derogare juribus, et prærogativis officii.* Liv. Dec. 1. lib. 4.
Magnificentia *est rerum magnarum, et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio, et administratio.*
Magnificentiam adhibere. Ph. 3. 15.
Magnitudo *est amplitudo, granditas, moles, ubertas.*
Magnitudinem animi inflectere. Fam. 8.
Magnus *refertur tam ad res, quam ad personas. Cum vero ad personam pertinet, ponitur pro præstanti, vel excellenti, aut potenti; vel pro eo, qui præcipua quadam auctoritate est et celebritate. Ac dicitur aliquis magnus in re aliqua vel magnus re aliqua.*
Magnum est. *Cicero pro Plancio:* Decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos ego florentes atque integros sine ferro viceram? Or. 2. 277.. *Idem Tusc.* 1. Nostros non norunt, quos enumerare magnum est: ita sunt multi. Ph. 1. 176.
——— facere *est augere, vel efferre: quod loquendi genus tam ad personas, quam ad res pertinet.* Et facimus magnum *verbis, laude, fama, bonis, copiis, et rebus aliis istiusmodi.* Rh. 72.. 206. At. 300..
Majestas *proprie, apud Romanos, Populi erat. Populus enim sciscere solebat, et jubere: quod tangit Cic. 3. de Leg. Senatus autem* auctoritas *dicebatur: nam Senatus censebat, et auctor erat. Hanc tamen diffi-*

rentiam perpetuo observari ne tibi persuadeas. Majestas autem vulgo est omnis amplitudo, et dignitas vel Principis, vel Imperatoris, vel Populi, vel Senatus: transferturque nonnunquam ad alia. Nempe et in oratione majestatem pro gravi quodam gestu et oris constantia dicimus; ut apud Cic. de Amic. Quanta, *inquit,* illi, Dii immortales, fuit gravitas? quanta in oratione majestas?

Damnatus majestatis. Cicero pro Clu. c. 35.
Afferre orationi majestatem quandam. Quintil. l. 1. c. 6.
Majestatem detrahere. Sen. ep. 9.
——— conservare. Or. 2. 94. Or. 3. 62.
——— retinere. Rh. 206.
——— minuere. Rh. 69. 127. Or. 1. 245..
——— imminuere. Rh. 118..
——— solvere, Pro minuere. Liv. Dec. 3. lib. 2.
——— lædere. Suet. in Claud.

MALEDICTUM *est convicium, probrum, vel contumelia.*
——— arripere. Or. 2. 126..
Maledicta in aliquem dicere. At. 380. Or. 2. 266.
Maledicti loco ponere. Or. 3. 86.
In maledicti loco objicere. Or. 2. 30..
Maledictis lacessere. Or. 3. 160. .
Maledictum in aliquem conjicere. Or. 2. 265..
Maledicta in aliquem conferre. At. 175..
——— congerere. Or. 3. 186.
Maledictorum notis inurere. Or. 3. 256.
Maledictis figere. Ph. 2. 20.
——— vexare. Or. 2. 156.
Maledictum extinguere. Or. 2. 232.
——— effugere. Or. 2. 147..

MALEFICIUM *et pro animi vitio ponitur; et pro damno, quod ab homine malefico infertur.*
Maleficium suscipere. Rh. 2..
——— facere. Rh. 7.. 61.
——— committere, vel admittere. Or. 1. 28..
Maleficio se contaminare. Or. 1. 27..
A maleficio temperare. Rh. 11..
——— prohibere. Cæs.
Maleficium persequi. Salust. in Catil.

MALEVOLENTIA *est mala gratia; vel voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.*
——— suffusus. Fam. 16.
——— infuscatus. 2. 263..
Malevolentiam deprecari. Or. 3. 58.
Malevolentiæ occurrere. Fam. 173.
Malevolentia liberare. At. 298..

MALITIA *est fraus, vel calliditas: vel est versuta, et fallax nocendi ratio.*
Malitiam exercere. Salust. Or. 2. de Rep.
A malitia discedere. Fam. 138.

MALUM *est damnum, incommodum, vel detrimentum.*
Malum. *Hac particula utebantur Antiqui illi Romanæ eloquentiæ parentes, cum aliquem severius atque asperius increpabant. Et id maxime cum interrogatione.* Or. 1. 54. 117.
Malum nasci. Or. 3. 200..
——— impendere. Rh. 87. Fam. 81.. At. 125. Or. 1. 8.
——— erumpere. Or. 2. 244.
——— manare. Or. 2. 119.. Or. 3. 153..
——— serpere. Or. 3. 153..
——— crescere. Or. 3. 192.
——— ingravescere. At. 278..
——— dare. Ascon. Pæd.
——— afferre. Rh. 42.
——— excitare. At. 133..
——— facere. At. 83..
——— contrahere. Ph. 1. 201..
——— inurere. Or. 3. 182..
Malis onerare. 138..
——— urgere. Ph. 1. 123.
——— opprimere. Or. 2. 266.
Malum sustinere. At. 177.
In malis esse. Ph. 1. 164..
Mala subire. At. 107..
Malum habere. At. 100.. Ph. 1. 79.. 152. 166. Ph. 2. 164.
——— cavere. Rh. 196..
——— sanare. Or. 2. 215..
——— sedare. Or. 3. 169.
——— depellere. Ph. 1. 73.
E malis emergere. Ter. And. 3. 3.

MALUS *prima longa, et genere masculo dicitur arbor navis.*
Malum erigere. Or. 1. 253..
——— scandere. Ph. 3. 80..

MANCIPIUM *est homo in bello captus, et servituti subjectus: dictum, quod manu capiatur. Est etiam dominium, et mancipatio.*
Mancipi res. Mancipi (*pro* mancipii) res *dicuntur omnes, quæ abalienari possunt: id est, quæ a nostro dominio ad alterius transire possunt. Cic. pro Mur.* Quod si in rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum præstare debet, qui se nexu obligavit. Or. 2. 124..
Mancipii sui esse. *Id est nullius dominio subjectum esse.* At. 285.
Mancipio dare, *est rem ita dare, ut evictionem præstaturos nos spondeamus.* At. 221. 249..
——— accipere, *est ea lege emere, qua modo dicebamus,* mancipio dare. At. 1. . *Ita* mancipio poscere. *Plaut. Most.* 5. 1. 43. Mancipio promittere. *Id. Pers.* 4. 3. 55.

MANDATUM *est res mandata.*
Mandata exposcere. At. 69.
——— dare alicui ad aliquem. Fam. 31. 44. 119.
Cum mandatis mittere. Fam. 11..
Mandata accipere ab aliquo. Or. 1. 111.. Or. 3. 118..
——— recipere. At. 10. Or. 1. 34.
——— habere ab aliquo ad aliquem. Fam. 46. Or. 2. 112..
——— afferre. At. 115.
——— perferre. At. 321.
——— deferre. Or. 2. 177.

Mandata exponere. Ph. 1. 77.
——— curare. Fam. 96.
——— agere. At. 152.
——— persequi. At. 315.
——— digerere. At. 315.
——— explicare. At. 212.
——— conficere. At. 135.
——— efficere. At. 10.
——— exhaurire. At. 68.. 71.
Mandatis satisfacere. At. 84..
MANE *est primo diluculo, prima luce.*
Multo mane. At. 60.
Bene mane. At. 226.. 233..
Cras mane. At. 214..
Postridie mane. Or. 1. 90.
MANES *sunt animæ inferorum, vel Dii manes.*
——— mortuorum expiare. Or. 3. 82..
——— mactare. Or. 3. 31..
A diis manibus venire. *Id est ab inferis.* Or. 1. 259.
MANUS *aliquando est corporis membrum notum. Aliquando pro potestate per translationem ponitur. Aliquando multitudinem hominum significat: et tunc belli, vel pugnæ est. Ergo sic locutiones distinguemus, ut in primo membro locutiones sint nihil ad hominum multitudinem, vel pugnam ineundam pertinentes. In altero totæ ad hominum multitudinem, et pugnam ineundam pertineant.*

Primi membri locutiones.

——— *pro littera scribentis. Cic. ad Q. Fratr.* Hæc inter cœnam Tironi dictavi: ne mirere alia manu esse. *At.* 321. *Ibidem:* Occupationum mearum signum tibi sit Librarii manus. 323. *Idem ad At.* 2. Nunquam arbitror, te epistolam meam legisse, nisi mea manu scriptam. *Idem:* Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem litteræ tuæ: manum nón amabam, quia indicabat, te non valere. *At.* 100. *Idem:* Sum admiratus, quod nihilominus ad me tua manu scripsisses. *Idem:* Quæ quidem epistolæ omnes erant tua manu.
Plena manu. *Id est abundanter, et affluenter. Cic. ad Att.* At hercle alter tuus familiaris quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit! At. 39..
Manibus pedibusque. *Extremum conatum significantes dicimus,* manibus pedibusque. Ter. And. 1. 1. et 4. 2.
Manum de tabula. *Cic.* Heus tu, manum de tabula. *Videtur hac proverbiali figura Cicero admonuisse, ut desisteret a scribendis dicteriis.* Fam. 107.
Manum habere sub pallio *dicuntur, qui languent otio.* Quint. lib. 12. cap. 10.
——— ferulæ subducere, *Est litteras non amplius discere, et Præceptorum opera uti.* Juven. Sat. 1.
In manum incidere. Rh. 176..
——— venire. At. 316. Ph. 3. 58. *vel* pervenire. Rh. 92..
Ad manum accedere. At. 22..
In manum sumere. Rh. 144. Or. 1. 214. et al.
In manu tenere. Rh. 209. Or. 3. 51. 241. Ph. 1. 163..
Ad manum habere. Rh. 164. *vel* esse. Sen. ep. 4. Ad manum haberi, *vel esse dicitur, quod in promptu est, ut quasi manu teneatur.*
Histrioni ad manum cantare. Liv. l. 7. c. 2. *id est gesticulationi ejus cantando respondere.*
In manu esse *dicitur, quod in potestate est.* Fam. 115.. 233. Ph. 1. 224.
Manus tollere. 4. Ac. c. 19. *Id fit, cum vehementer miramur. Aliquando significat, se victum fateri. Cic. apud Lactant. l.* 3. *c.* 8. Cedo, et tollo manum. *Nep. in Ham. dixit* manum dare.
In manibus habere. *Id est defendere.* Fam. 12.
De manibus ponere. At. 294.
——— deponere. Ph. 1. 39..
E manibus dimittere. Rh. 206.
Manumittere. *Manumittimus servos, cum eis libertatem damus.* At. 33.. 299.. Or. 3. 52. 112. Fam. 231..
De manu tradere in manum. Fam. 98..
——— jaçere. Or. 1. 204..
Ne manum quidem vertere. *Id est ne tantillum quidem facere.* Ph. 1. 149..
Manus tendere. Manus tendimus *aliquid deprecantes; ut solent ii, qui deditionem significant.* Or. 1. 284. Or. 2. 122.. Ph. 2. 69.
In manum convenire. Rh. 222..
Inter manus, *idem est quod collatis simul manibus aliquem sublimem ferre.* Or. 1. 241.. *Aliquando vero per translationem significat in potestate esse, vel in usu.* Fam. 113..
Sub manum, *vel* sub manu. Sub manum *esse idem est, quod expeditum esse, vel in promptum usum.* Fam. 157.
Sub manu *vero succedere, et aliquid feliciter, et ex sententia contingere.* Plaut. Mil. 3. 2.
Per manus tradere, *est quod inepte dicunt, de manu in manum; vel de manu unius in manum alterius.* At. 7.
——— tradita disciplina. *Liv. Dec.* 1. *lib.* 5. vel historia. *Quint. lib.* 1. Per manus tradita disciplina, *vel* historia *dicitur, quæ non monumentis litterarum, sed verbo tantum traditur, et a Majoribus ad Posteros sine litteris transmittitur.*
Præ manibus. *Id est in manibus.* Plaut. 398.
Præ manu dare pecuniam, *est mutuam dare.* Ter. Adelph. 5. 9.
Manu factus, Manu factum *vocant Latini, quod non natura factum est, sed hominum opere; ut portus manu factus; mons manu factus; et similia, quæ nobis manu et opere construimus atque erigimus sine naturæ adminiculis, vel beneficio.* Or. 2. 172. Ph. 1. 105.. Ph. 3. 35..
Manus *pro proboscide Elephanti. Vocatur au-*

tem manus a Latinis proboscis Elephanti, quod ea in decerpendo pabulo pro manu utatur. Resolvunt Elephanti manu Draconum nodos. Plin. lib. 8. cap. 10.

Secundi membri locutiones.

Secundi membri locutiones sunt, cum hoc nomen ad rem bellicam, vel controversiam asperiorem, pugnamque ineundam, et vim inferendam pertinet.

Manum cogere. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— facere. Or. 1. 291.
——— habere. Fam. 172. .
——— distinere. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— confirmare. Or. 2. 8. .
Ad manus venire. *Id est ad dimicandum, vel ad arma venire.* Or. 1. 241.
Manum afferre. *Id est vim facere:* At. 41. . 46. Or. 1. 85. . Ph. 3. 5. .
——— inferre. Rh. 33. Or. 2. 101. .
Manus injicere. Or. 1. 53.
——— conserere. At. 115. Or. 2. 128. 195. . Ph. 1. 219. .
——— conferre. At. 115. Or. 1. 276. .
——— abstinere. At. 41. . vel continere. Or. 2. 101. .

MARE.

Mare claudere. At. 312.
——— circunfundi. Ph. 3. 129. .
——— componi. Ovid. lib. 8. Metamorph.
——— cœlo miscere, *vel* confundere. Liv. et Juv. Sat. 6. Mare cœlo miscere, *vel* confundere, *proverbialis est hyperbole, pro eo, quod est, omnia perturbare, nihilque non facere.*
Terra marique conquirere. *Hoc loquendi genere utuntur Latini, cum summam maximamque diligentiam in re aliqua quærenda et investiganda adhiberi denotant.* Fam. 65.

MARS *apud antiquos Deus belli est creditus: sed eum modo pro Deo, modo pro stella, modo pro bello poni videas.*

Meo Marte, tuo Marte, suo Marte. Or. 3. 178. . *Translatum est hoc loquendi genus ab Imperatoribus, qui suis copiis bellum gerunt, et sustinent. Atque hac locutione utimur, cum nullis aliunde auxiliis adjuti nostro ipso ingenio, propriisque viribus rem peragimus; aut etiam cum periculo nostro negotium conficitur.*

MATERIA. *Significato proprio positum hoc nomen denotat sylvam (in quo ligna omnia comprehenduntur) vel pro ligno sumitur, quod est inter corticem. Poni etiam videas pro palmite, qui de novello nascitur, et in tenero alligatus dependet. Per translationem accipitur pro facultate, argumento.*

Materiam dare. At. 299. . Or. 3. 253. Rh. 140.
——— præbere. Rh. 168.
——— nancisci. Fam. 34. .
——— habere. Or. 3. 273.
——— crescere. At. 29. .
——— subtrahere. Or. 2. 215.
——— sumere. Hor. ep. ad Pisones.
Materiam superabat opus. Ovid. 2. Met. v. 5.

MATRIMONIUM *est maris et fœminæ conjugatio.*

In matrimonio collocare. Or. 3. 169. Ph. 2. 101. .
In matrimonium dare. Cæs. de B. G. lib. 1.
Jungere secum aliquem matrimonio. Curt. l. 6. c. 9.
In matrimonium ducere. Or. 2. 22. .
In matrimonio habere. At. 276. . Or. 1. 126. . 185. et al.
Matrimonium tenere. *Pro in matrimonio habere.* Or. 3. 44.

MATURITAS *non solum frugum est; sed ad alia etiam transfertur, ponitur que pro tempestivitate, pro absolutiori quadam perfectione, processu, gravitate, accessione, commoda et idonea occasione.*

Maturitatem dare. Fam. 134.
——— afferre. Ph. 2. 49. .
——— venire. At. 327.
——— assequi. Rh. 116. .
——— habere. Rh. 195.
——— esse. *Cicero ad Atticum.* Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est. At. 20. .
——— abesse. Fam. 92.
——— nondum venisse. At. 327.

MEDICAMENTUM *est remedium, vel medicina. Quod in translatione est perelegans.*

Medicamentum dare. Ph. 3. 70. .
Medicamentis partum abigere. Or. 2. 24.

MEDICINA. *Non solum vulneribus medicinam facimus; sed etiam molestiis, et afflictorum difficultatibus.*

Medicinam exercere. Or. 2. 55. .
——— afferre. Or. 2. 108.
——— adhibere. Rh. 125. At. 261. .
——— facere. Fam. 236. . Or. 1. 2.

MEDIOCRITAS *est idem ac modus.*

Mediocritatem tenere. Ph. 1. 195.

MEDITATIO *est commentatio, vel exercitatio.*

In meditatione rei alicujus versari. Or. 2. 35. .

MEDIUS. Medium *est, quod mensuratum æqualiter distat ab extremis.* Medium *etiam dicitur quicquid inter duo extrema est, tametsi non æqualiter distet: vel generaliter accipitur pro interjecto: vel sumitur pro dubio, vel ambiguo: ut,* medium responsum; medius sermo; media vocabula, *quæ et in bonam, et in malam partem accipi possunt. Qualia sunt, tempestas, valetudo, facinus, dolus, gratia, industria, periculum, nobilis, insignis, et nonnulla alia. Dicitur et* medius, *qui neutrius partem sequitur. Et sic refertur etiam ad personas.*

De medio sumere. *Cicero pro Domo sua:* Hæc non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam per Magistratus actis. *Or.* 2. 241. *Idem in Orat.* Verba hæc sunt sumpta de medio. Rh. 212.
In medium vocare. Or. 2. 34.

In medium afferre. Ph. 3. 5..
———— proferre. Fam. 242.. Rh. 118. Or. 1. 71..
———— ponere. Rh. 86. Or. 1. 60. 268.. Ph. 2. 4..
In medio proponere. Or. 1. 82.
In medium consulere. Virgil. Æneid. 11. Consulite in medium, et rebus succurrite fessis. *Id est in commune.*
———— venire. Ph. 1. 51..
In medio esse. Or. 1. 129.. Ph. 1. 246..
———— relinquere. Or. 3. 47..
Medium tenere. Rh. 159.. Or. 3. 32.
E mediis alicujus partibus esse. Or. 3. 200..
De medio recedere. Or. 1. 37.
E medio pellere. Ph. 3.. 59.
E *vel* de medio tollere. Rh. 11. Or. 1. 21..
E medio removere. Or. 1. 144.
MEDULLA *dicta est, ut tradunt Grammatici, quod in ossibus media sit. In translatione multam habet elegantiam.*
In medullis alicujus hærere. *Id est, valde charum esse, ut nusquam ex illius animo memoriaque excidas.* Or. 159..
In medullis alicujus aliquem, *vel* aliquid inclusum esse. At. 240. *Ut proxima locutio, item etiam hæc ad amorem, vel ad memoriam refertur.*
In medullis insidere. Ph. 1. 214.
MEMORIA *privata est, vel publica. Cum privata est, significat recordationem; cum publica est, monumentum designat. Præterea est activæ, vel passivæ significationis. Sic dicimus aliquid in memoria nostra insidere; et aliquem teneri nostri memoria. Sæpe accipitur pro ætate, vel tempore. Cicero in Vatinium:* Quod in hac Republica non modo factum ante nunquam est, sed in omni memoria est omnino inauditum. Or. 3. 35..
Post hominum memoriam, *adverte Latinos dicere, cum vel maxime laudant, vel maxime vituperant.* Post homines natos, *idem etiam significat.* Fam. 170. Or. 1. 156.. 235.. Or. 2. 100..
In memoriam incurrere rei alicujus. Rh. 187..
———— incidere. Rh. 165..
Memoriam repræsentare. Or. 3. 8.
———— relinquere. Rh. 168. Or. 1. 55.
———— afferre. Ph. 1. 124..
———— excitare. Rh. 200. *vel* ad memoriam. Rh. 221.. Or. 3. 129..
Memoria repetere. Rh. 85. 221. Fam. 72. 181. *vel* memoriam. Or. 3. 147. Or. 1. 225.
Memoriam recordari. Or. 2. 185..
———— colligere. Rh. 184..
———— accipere. Ph. 3. 102..
———— excipere. Ph. 3. 80..
Memoria complecti. Or. 1. 61. Ph. 3. 38..
———— comprehendere. Fam. 94. Rh. 97.. Or. 2. 47.
Memoriam prosequi. Or. 3. 225..
Memoriæ tradere. Ph. 3. 103.. Rh. 23..
———— prodere. Fam. 72. 89..
Memoriæ consecrare. Or. 1. 215.. Ph. 1. 230.
Ad memoriam propagare. Or. 2. 116..
Memoriæ mandare. Ph. 3. 95.. 96. Fam. 90. et al.
Memoriam habere, *activæ est, et passivæ significationis. Cum activæ est significationis, ponitur pro recordari. Cicero in Acad.* Habuit divinam quandam memoriam rerum; verborum majorem Hortensius. Ph. 1. 1.. Rh. 17. 21.. *Cum passivæ est intelligentiæ, dicitur res memoriam habere, qua excitetur nobis memoria. Cicero ad Atticum* 4. Habet Ædilitas ejus memoriam non ingratam. At. 66.
In memoria habere. Ter. And. 1. 1.
Memoriam esse, *vel* memoria. Memoriam esse, *idem est, quod recordari: quod tamen passivæ etiam significationis esse potest, ut sit, memoriam haberi. Cicero ad Atticum* 13. Is C C. jugera de Marco Pylio emit, ut mea memoria est: *id est ut recordor, vel memoria teneo.* At. 215. Memoria *vero* esse, *idem est, quod memoriam habere: idque sensu activo.* Cicero de Orat. 2. Non tam acri memoria fere quisquam est, ut non dispositis rebus ordinem verborum, aut sententiarum complectatur; neque vero tam hebeti, ut nihil hac consuetudine adjuvetur. Rh. 141.. 193. Ph. 1. 160..
In memoria esse aliquid alicui. Or. 2. 174.
Memoria tenere. *Varius est hic loquendi modus: tenet enim nos rei alicujus memoria, vel memoriam rei tenemus. Utrumque tamen idem significat, nisi quod alterum per nominativum est; alterum per accusativum. Per Nominativum. Cic.* Ut aliquando vos, Italiamque universam memoria mei, misericordia, desideriumque teneret. Or. 2. 198. 199.. *Per Accusativum. Cic. Fam.* 6. Velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum benevolentia tenere. Fam. 79..
Memoria tenere. Fam. 12.. 48. 63.
Memoriam retinere. Rh. 113. Ph. 1. 91..
Memoria retinere. Or. 1. 23.. Or. 2. 7.
Memoriam usurpare. Ph. 3. 101.. Or. 2. 212..
———— servare. Ph. 3. 94.
———— conservare. Fam. 57..
Memoria sepire. Rh. 96..
———— custodire. Rh. 95.
In memoria insidere. Rh. 119..
———— hærere. Or. 3. 195.. Ph. 1. 1..
Memoria vacillare. At. 186.
Memoriam obscurare. Rh. 117..
———— delere. Fam. 18.. Or. 3. 153.
———— extinguere. Or. 3. 115..
E memoria evellere. Fam. 64. Or. 3.. 10.
Memoriam adimere. Plin. lib. 37. cap. 12.
———— expellere. Cæs. de B. C. lib. 1.
———— tollere. Rh. 169. Or. 1. 12..
————. Or. 3. 49.. *vel* ex memoria deponere. Or. 2. 170.
Memoriam abjicere. Or. 3. 158.. 220.

Memoria dilabi. *Cicero Philip.* 13. Sunt alii plures fortasse; sed mea memoria dilabuntur. Or. 3. 248.
A memoria elabi. Rh. 23.
Memoriam ab, *vel* ex aliquo discedere. *Cicero de Somn. Scip.* Nunquam ex animo discedit illius optimi atque invictissimi viri memoria. Ph. 3. 126..
———— mori. Or. 2. 204.. Or. 3. 99.
———— referre. Or. 2. 174.
———— refricare. Or. 3. 187. *vel* memoria. Or. 2. 170..
———— replicare. *Cicero pro Sylla:* Si quæris, qui sint Romæ Regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus cognosces. Or. 2. 172.
———— renovare. Rh. 60.. Or. 2. 127.. 199..
———— redintegrare. Rh. 60.
Ad memoriam revocare. Or. 2. 158..
In memoriam reducere. Rh. 60.
———— redigere. Fam. 11. Or. 3. 163..
MENDACIUM *est orationis vanitas.* Mendacium dicere, *et* mentiri, *quemadmodum distent, P. Nigidius (inquit Nonius) manifestissime ostendit.* Qui mentitur, *ipse non falsus, alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur, quantum in se est. Vir bonus præstare debet ut non mentiatur; prudens, ne mendacium dicat.*
Ex mendacio totum compositum esse. Or. 2. 32..
Mendacio aliquem fallere. Or. 2. 139.
Mendaciis aspergere aliquid. Rh. 131.
A mendacio contra verum stare. Rh. 48..
———— sibi temperare. Rh. 29..
MENDICITAS *est inopia, vel paupertas.*
Mendicitatem perpeti. Ph. 1. 132.
In mendicitate esse. Or. 1. 32..
Ex mendicitate emergere. Or. 3. 33..
MENDUM *est erratum, vel vitium.*
———— corrigere. At. 27. Or. 1. 129..
———— tollere. Fam. 85. At. 212.
MENS. *Interdum pro consilio, cogitatione, voluntateque ponitur; tumque maxime variis loquendi modis abundat.*
Mentem dare. Or. 3. 119.
———— injicere. Or. 3. 118.
In mentem impellere. Fam. 12.. Or. 3. 119.
Mente esse. *Fam.* 10.. *Cicero Fam.* 6. Simus igitur ea mente, quam veritas, et ratio præscribit. *Fam.* 78.. *Id.* Cæsar est ea mente, quam optare debemus.
Mentem ad aliquid appellere. Rh. 99.. 122..
———— in re aliqua locare. Fam. 20..
———— figere. Fam. 20..
A mente deducere. Or. 1. 77..
Mentem flectere. Or. 3. 63.
———— mutare. Or. 2. 98.. Or. 3. 74.
A mente desistere. Fam. 60..
Mentis error. At. 45. *vel* imbecillitas. Or. 2. 234.
A mente discedere. *Pro, de potestate exire, et insanire.* Ph. 2. 132.

Mente captum esse. Or. 3. 89.. Ph. 3. 19..
De mente deturbari. Or. 3. 89..
A mente deseri. At. 45..
Mentis suæ esse. Or. 3. 90.
———— compotem esse. At. 138.. Or. 3. 89.. 178..
Mente constare. Ph. 1. 217.
———— consistere. At. 308. Or. 3. 173.. Ph. 2. 139.
In mentem venire alicui rei alicujus. Pro recordari. Familiar. 29.. 31.. 37..
MENSA *est, super quam edere solemus.* Mensa *etiam pro prandio, vel cœna quandoque ponitur. Dicuntur et* primæ, *vel* secundæ mensæ *pro primis, vel secundis cibis et epulis.* Mensa *quoque tabula est, qua Argentarii utuntur. Unde* mensarii *dicti Collybistæ, et nummularii.*
Mensam extruere. Ph. 1. 249. Or. 3. 94. Ph. 3. 86.
———— apponere. At. 224..
Mensæ discumbere. Stat. 4. Syl. 2.
De mensa mittere: *Id est, de iis, quæ mensæ apposita sunt.* At. 68..
Mensam removere. Virg. lib. 1. Æn.
———— tollere. Or. 3. 94.
MENSIS. *Quid mensis sit, ita designat Cicero de Nat. Deor.* 2. Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnunquam, aut plerunque novem Lunæ cursibus; qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. *Idem de Universitate:* Mensis est, quando Luna lustrato suo cursu Solem consequuta est.
Mensem inire. Mensis, *vel* annus inire *dicitur, cum incipit.* At. 2..
———— ponere, Pro consumere. At. 91.
———— consumere. At. 82. 91.
———— agi. Ter. Hec. 3. 3.
———— abire. Ter. Adelph. 4. 5.
MENTIO *est sermo, vel commemoratio.*
In mentionem incidere. Ph. 3. 95.. Or. 1. 62..
Mentionem facere. *Mentionem facimus rei alicujus.* Ph. 3. 98.. Rh. 175. 176. Or. 1. 19. *vel de re aliqua.* Fam. 37. 114. At. 313. et al. Mentionem intermittere. At. 92..
MERCATURA *est nundinatio, mercandi scilicet actus.*
Mercaturam facere. Or. 1. 250. Ph. 3. 124..
MERCATUS, us, ui. *Mercatum ponunt Latini pro nundinis, vel emporio.*
Mercatum instituere. Or. 3. 189..
———— indicere. Or. 1. 155.
MERCES *est pensio, pretium, vel fructus, vel præmium, quod datur pro labore, sive stipendio.*
Mercedem proponere. At. 319. 324.
———— constituere. Or. 1. 263.
———— promittere. Fam. 262..
———— exigere. Ph. 3. 111.
———— tribuere. Fam. 40.
———— dare. Or. 2. 219. Or. 3. 168..

Mercedem solvere. Juven. vel persolvere. Or. 2. 217..
——— accipere. Or. 1. 31.. 258.
In loco mercedis numerare. Fam. 20.
Meritum *est beneficium, vel promeritum: et sic in bonam partem capitur. Capitur etiàm in malam, et ponitur pro culpa. Cic. pro Sext.* Nullo meo merito a me alienus esse debebat. Or. 3. 11.
Merito. Rh. 105. Or. 1. 271. et al.
——— meo. Fam. Merito tuo. At. 74. *Merito quandoque adverbium est absolutum; nonnunquam vim adverbii habet, et adjectivo jungitur: et ita loquimur, ut sequitur.*
——— tuo te amo. Ter. Eun. 3, 2. *vel* odi.
Merita dare. Ph. 2. 101.
——— summa alicujus in aliquem constare. Fam. 12.
——— magna alicujus in aliquem extare. Or. 2. 159.
——— alicujus habere. Fam. 159.
——— exsolvere. Liv. l. 7. c. 15.
——— assequi. Fam. 82.
——— recipere. Ph. 3. 101.
——— ad nihilum venire. *Cic. Famil.* 6. Non dubito pro tua singulari prudentia, quin prospicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in Remp. merita ad nihilum esse ventura. Fam. 173..
Messis *proprio nomine dicitur in iis, quæ metuntur, maxime in frumento.*
Messem facere. Col. lib. 2. cap. 11.
——— nullam esse. At. 82.
Metus *est expectatio mali. Vel est futuræ ægritudinis sollicita recordatio.*
Metum afferre. Or. 1. 135..
——— offerre. Fam. 241.
——— injicere. At. 306.. Or. 1. 122.. 240.. Or. 2. 8.
——— objicere. Ph. 1. 177.
——— incutere. Fam. 113..
In metum adducere. Or. 2. 133..
Metum habere. Fam. 120..
In metu habere, *Pro metuere. Cic. ad Atti.* 6. Habeo Junium, et Quintilem, in metu. *Id est metuo.* At. 87.
In metu esse, *duplici significato a Latinis dicitur: activo scilicet, et passivo. Activo significato dicimur esse in metu, cum metum habemus. Passivo vero res in metu esse dicitur, quæ metuitur, et timetur. Cic. in Catil.* Me totum esse in metu propter te unum, non est ferendum. *Or.* 2. 101. *Idem:* Mihi unum de malis in metu est. At. 43.
Metu frangi. Rh. 95.
——— debilitari. Rh. 95.
——— exanimari. Or. 3. 114.
A metu respirare. Or. 2. 60. 255.
Metum levare. Ph. 1. 187..
Metu levare. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— amovere. Ter. And. 1. 2.
——— demere. Tac. lib. 18.
——— adimere. Teren. And. 2. 2.
Ex metu eximere. Plaut. 697.
Metu exonerare civitatem. Lu. l. 2. c. 1.
Metum dejicere. Or. 1. 262.
——— abstergere. Fam. 136..
Metu liberare. Fam. 134. 242..
——— vacuus. Or. 3. 157..
Miles.
Milites imperare. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— facere. Orat. 1. 304. Or. 3. 213.. 215.
——— scribere. Salust. in Jugurt.
——— eligere. Id.
——— subitarii. Liv. l. 3. c. 2.
——— dimittere. Fam. 32.
——— legere. 8. Att. ep. 12.
Militia *rem militarem significat, vel bellum ipsum.*
Militiæ. *Id est in militia.* Cic. de Orat. 3. *Iidem et in Senatu, et apud populum, et in causis amicorum, et domi et militiæ consilium suum fidemque præstabant.* Rh. 155. Ph. 1. 239.
Militiam subterfugere. Ph. 3. 71..
Minæ. *Minas vocant Latini terrorem verborum; quibus opponuntur blanditiæ.*
Minas jactare. Or. 1. 8.
Minis aliquem consequi. Or. 2. 22..
Minister *est præbitor, administrator, satelles, comes, famulus, servus.*
Ministrum se præbere alicui. Rh. 101..
——— esse consiliorum alicujus. Fam. 21..
——— ad aliquid. Ph. 3. 103.
Miratio *est actio mirantis.*
Mirationem facere. *Id est movere, vel excitare. Cic. de Divin.* 2. Causarum ignoratio in re nova mirationem facit. Ph. 2. 118..
Miseratio *est significatio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur.*
Miserationem commovere. Quint. lib. 3. cap. 1.
Miseratione aliquem permovere. Rh. 209.
Miserationem nasci. Ph. 3. 234.
——— aliquem subire. *Plin. in Epist.* Me recordantem fragilitatis humanæ miseratio subit.
Miseria *est calamitas, vel ærumna.*
In miseriam incidere. Or. 3. 165.
In miseriis versari. Fam. 96..
——— esse. Ph. 1. 100.
Miseriis cooperiri. Salust. in Jugurt.
——— levare. Fam. 37..
Miseriam lenire. Teren. Heaut. 1. 1.
A *vel* ex miseria eripere. Fam. 132.
A miseriis vindicare. Rh. 196.
A miseria aberrare. At. 202.
Misericordia *est miseratio, vel clementia, vel ægritudo cordis ex miseria alicujus injuste laborantis suscepta.*
Misericordiam exposcere. Or. 3. 119..
——— requirere. Or. 3. 119..
——— captare. Rh. 68. Or. 3. 176..
Ad misericordiam allicere. Or. 2. 8..
——— vocare. Or. 2. 125. *vel* revocare. Rh. 89..
Misericordiam movere. Rh. 134..

Misericordiam commovere. Rh. 126. . Or. 3. 151.
Ad misericordiam adducere. Rh. 125. .
Misericordiam concitare. Rh. 194.
——— habere. *Passivæ est significationis hæc locutio. Et dicitur res misericordiam habere, in qua facilis sit causa misericordiæ concitandæ.* Or. 2. 145.
——— capere *dicitur, cui concitatur misericordia.* Or. 1. 18.
Misericordia capi. Rh. 126. .
——— moveri. At. 301. . Or. 2. 100. . *vel* commoveri. Fam. 29. Or. 2. 22. . 139. . Ph. 1. 213.
Misericordiam aliquem tenere. Or. 2. 198.
——— adhibere. Or. 2. 91. .
——— impertiri. At. 280.
——— tribuere. Or. 2. 259. . Or. 3. 119. .
Moderatio *est temperantia, mediocritas, vel modus.*
Moderationem adhibere. Fam. 35. . Or. 2. 66. Rh. 130. .
——— tenere. Or. 3. 46. .
——— tollere. Ph. 2. 44. .
Modus. *Modus est ratio, vel via. Dicitur etiam* modus agri, *certa scilicet definitio, vel mensura agri, qua, quot jugera sint, intelligi possit. Ponitur quoque pro compositione, modulamine, vel versu.*
Ad hunc modum. Rh. 43. . 51. 57. . Ph. 1. 176. .
In incredibilem modum. At 76. .
Mirum in modum. Fam. 249. 257.
Mirandum in modum. At. 2. . 27. . Or. 1. 231.
Miserandum in modum. De Prov. c. 3.
Hostilem in modum. Liv. l. 1. c. 5.
Majorem in modum. Fam. 178. At. 264. 315.
Intra modum. Fam. 49.
Extra modum. Rh. 146. . Ph. 3. 28. .
Præter modum. Ph. 2. 100. .
Supra modum. Liv. Dec. 3. lib. 1.
Modum metiri. *Id est censere, vel æstimare.* Ph. 3. 124. .
——— statuere. Rh. 17. Or. 2. 9. 176. Ph. 1. 49. .
——— constituere. Or. 2. 175. . Ph. 1. 49. .
——— finire. *Pro constituere.* Ph. 2. . 183. .
——— definire. Or. 3. 135.
——— terminare. Ph. 1. 149. 184. . Ph. 3. 125. .
——— temperare. Rh. 202. . Ph. 2. 35. .
——— adhibere. Ph. 3. 4. .
——— habere *res dicitur, vel persona. Res, cum certos quosdam modi et rationis velut cancellos circunscriptos habet, quos temere inconsulteque prætergredi non licet; aut cum modum quendam servari postulat.* Fam. 52. . Or. 1. 137. . Or. 2. 38. . *Persona vero, cum modum in re aliqua tenet.* Ph. 1. 70. .
——— exequi. Or. 1. 157.

Modum facere. Fam. 72. . Or. 1. 132. .
——— tenere. Ph. 3. 21. . 120. .
——— retinere. Ph. 3. 21.
——— servare. Luc. lib. 2.
——— transire. Ph. 3. 20. .
Mœnia *sunt muri urbis.*
Mœnibus circundare. Ph. 2. 168. .
——— sepire. Or. 3. 22. .
——— cingere. Ph. 2. 79.
Mœror *pro gravi luctu, et tristitia a Latinis poni solet: eoque maxime utimur, cum perditum, et afflictum rerum statum expressius designare volumus.*
Mœrorem ad aliquem venire. *Id est, mœrore affici.* Or. 1. 3.
——— suscipere. Or. 3. 67. .
Mœrori se dare. At. 42. .
Mœrore lacerari. At. 42.
——— urgeri. At. 171.
——— affligi. Or. 2. 104. .
——— confici. Fam. 234.
In mœrore versari. Fam. 59. . 71. .
——— jacere. At. 157. 189. .
Mœrorem minuere. At. 195. .
——— diminuere. Fam. 72.
——— deponere. Or. 3. 264. .
Mœstitia *idem est, quod mœror, tristitia, luctus, squalor: cui opponitur hilaritas.*
Mœstitiam inferre. Ph. 1. 171.
——— pellere. 1. Fin. c. 13.
In mœstitia esse. Or. 3. 167. .
A mœstitia vocare. At. 198. .
Mœstitiæ resistere. 210.
Moles *pro magnitudine fere poni solet sive proprie, sive translate. Sic dicimus* molem in mari, *vel portu, pro immensa structura objecta ad arcendos fluctus. Sic ponimus molem pro difficultate, quoniam quæ magna sunt, difficilia esse consueverunt. Sic dicimus molem mali, et similia.*
Molem comparare. Or. 2. 84.
——— extruere. Or. 3. 264.
——— opponere. Ph. 3. 35. .
Mole munire. At. 66. .
Molibus opprimere. Or. 3. 118.
Molem injuriæ vix sustinere. Or. 2. 102.
——— mali a cervicibus Reip. depellere. Or. 2. 114. .
Molestia *est cura, solicitudo, angor, negotium, ægritudo permanens.*
Molestiam afferre. Ph. 3. 105. . Fam. 101. . At. 14.
——— exhibere. Fam. 111. At. 21. .
——— aspergere. At. 312. .
Molestia afficere. Fam. 15. . 49. . At. 14.
Molestiam trahere. Fam. 47. *vel* contrahere. Fam. 27. .
——— capere. Ph. 3. 113. Or. 2. 167.
——— anticipare. At. 132.
——— suscipere. Ph. 3. 105.
——— habere. Habemus molestiam, *cum molestia afficimur.* Fam. 261. Habet *etiam* res molestiam, *quæ molestiæ plena, molestiam nobis exhibet.* Fam. 68. At. 120. .

Molestiis conflictari. Fam. 90.
Molestia fungi, *vel* perfungi. Fam. 68.
In molestia esse. Fam. 57.
Molestiam levare. Fam. 47.
Molestia levare. Fam. 34. . 49.
Molestias mitigare. Or. 2. 50. .
Molestiam minuere. At. 177.
——— diluere. Ph. 1. 198.
——— extenuare. Ph. 1. 198.
Molestia laxare. Fam. 70. .
Molestiam dimovere. Or. 1. 55. .
——— delere. At. 327.
——— depellere. Fam. 26. .
——— demere. Ter. Adel. 5. 3.
A molestia abducere. Fam. 57. 70. At. 137.
——— vindicare. At. 305.
Molestia liberare. Fam. 57. . 142. . At. 103.
——— expedire. At. 39. .
Molestiam vorare. Or. 3. 208. .
——— deponere. Fam. 136. .
A molestiis abesse. Fam. 47. .
Molestiis. Fam. 48. , *vel* a molestiis vacuus. Or. 1. 204. .
A molestiis aberratio. Fam. 254.
——— vacuitas. Ph. 1. 55. .
Molestiam renovare. Rh. 142. .
——— augere. Or. 2. 152.
MOLLITIA *vel mollities est temeritas, vel lenitudo, ignavia, languor animi.*
Ad mollitiem labi. Ph. 2. 177. .
Mollitie animi esse magna. Or. 2. 170.
MOMENTUM *proprie appellatur, quodcunque minimum est, ut momentum temporis; id est, exiguum temporis spatium: quod etiam absolute usurpatur, ut apud T. Livium:* Momento fusi, et momento arx occupata. *Translate vero momentum idem sonat, quod pondus, vel auctoritas; diciturque res magni, vel parvi, vel nullius omnino momenti.* A momento *etiam* fit momentaneus; *id est fluxus, caducus, imbecillis, inanis.* Momentum habere. *Cicero pro Mur.* Quem ego vobis, si quid habet aut momenti, aut auctoritatis commendatio mea, Consul Consulem ita commendo, ut &c. Or. 2. 145. .
Magni momenti esse. Or. 3. 30. . *vel* momento. Rh. 72.
Momentum esse in re aliqua. *Cicero ad Atticum* 1. In quibus putabat nihil omnino esse momenti.
MONUMENTUM *vel* monimentum *(recte enim utrovis modo dicitur) est, quod nos alicujus rei præteritæ moneat; ut sepulchra, statuæ, inscriptiones, libri, carmina, historia, trophæum, moles; denique quicquid sit illud, quod nos in alicujus rei memoriam revocat, Latine* monumentum *appellatur. Quam* monumenti *interpretationem confirmat Cicero his verbis:* Ego *(inquit)* quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis debet spectare posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. *Varro* 5. *de L. L. cap.* 6. Monumenta a monendo, quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundum viam, quo prætereuntes admoneant, et se fuisse, et illos esse mortales.
Monumentum præbere. Or. 2. 233.
Monumenta relinquere. Rh. 114. Or. 1. 102. . Or. 3. 223.
——— prodere. Ph. 2. 72. .
Monumentis mandare. Rh. 167. Or. 3. 24. Ph. 1. 1. . 39. . Ph. 2. 87. *vel* commendare. Fam. 67. Or. 3. 222. .
——— celebrare. Or. 3. 129. .
——— consecrare. At. 298. .
Monumenta extare. Rh. 51. At. 283. . Or. 2. 241.
MONITUM *est monitio, vel præceptum.*
Monitis aures patere. Or. 3. 262.
——— parere. Ovid. Fast. lib. 3.
——— alicujus niti. Fam. 64. .
——— duci. Fam. 145.
MONSTRUM *pro ostento, prodigio, vel portento ponitur.* Monstrum *item sæpe appellant Latini hominem sceleribus et vitiis coopertum.*
——— nuntiare. At. 59.
Monstra dicere. Ph. 1. 220. .
Monstrum alere. Ter. And. 1. 5.
MORA *est cunctatio, prolatio, procrastinatio vel tarditas.*
Moram quærere. Or. 1. 269. .
——— acquirere. Or. 1. 286.
——— afferre. At. 183. . Or. 1. 270. Or. 3. 199. .
——— inferre. Rh. 44. .
——— injicere. Or. 1. 285.
——— interponere. Ph. 1. 39. Or. 3. 205. . 217. . 224. .
——— adjungere. Fam. 252. .
——— injungere. Cæs. de B. C. lib. 4.
——— facere. At. 31. . Or. 2. 178.
——— assequi. Or. 1. 270.
——— habere. Rh. 80. . At. 215.
——— esse. At. 81. Or. 1. 286. et al.
——— alicui. *Pro tardare.* Teren. in Adelph. 4. 5. Cesso ire intro, ne mora meis nuptiis egomet siem.
——— in aliquo. Ter. And. 2. 5. *vel* moram esse per aliquem. Ter. And. 3. 4.
Moram nullam esse quin. Ter. Adel. 2. 1.
Sine mora. Fam. 117. . At. 177. 228. . 307. et al.
MORBUS *est habitus corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem. Alias in toto corpore; alias in parte accidere solet. Totius corporis* morbus *est, veluti phthisis, et febris. Partis autem, veluti cæcitas, aut pedis debilitas. Et apud Jurisconsultos scriptum est,* morbum, *et* vitium *differre, quod* morbus *temporalis sit imbecillitas, et sanari queat;* vitium *vero perpetuum impedimentum. Nonnulli* morbum *esse scribunt totius corporis corruptionem, veluti febris est;* vitium, *cum partes corporis inter se dissident. Ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas.* Morbi *autem in animo dicuntur vitia inveterata; ut est avaritia, vel ambitio.*
Morbum nasci. Ph. 1. 113. .
——— adesse. Ph. 1. 85.

In morbum cadere. Ph. 1. 165.
——— incidere. Fam. 156.. Or. 2. 54.
——— delabi. At. 104.
In morbo esse. Or. 1. 95. Ph. 1. 191.. 192.
Morbo implicari. Liv. Dec. 1. lib. 3.
In morbum implicitus. Nepos in Cim.
Morbo impediri. Fam. 17. Or. 2. 94.
——— affici. Or. 2. 24. Or. 3. 216. Ph. 2. 94.
——— laborare. Ph. 1. 61.
——— affligi. Or. 3. 98.
——— urgeri. Ph. 2. 143..
——— confici. Or. 2. 144..
——— intabescere. Ph. 2. 77.
——— opprimi. Or. 2. 22.
Morbum crescere. Ph. 2. 137..
Morbos vulgare. Liv. l. 3. c. 3.
Morbum ingravescere. Or. 2. 103..
Morbo corripi. Cels. l. 6. c. 18.
Morbum senescere. Fam. 107..
Morbo levari. Fam. 201.
E morbo recreari. Or. 3. 227..
Morbum removere. At. 169..
——— depellere. Fam. 107..
Morbo defungi. Liv. l. 3. c. 3.
Ex morbo evadere. Ph. 2. 111..
Mors *est interitus, occasus, fatum, letum, supremus vitæ dies, vel discessus e vita.*
Mortem minitari. Rh. 163.. Or. 3. 207.
——— definire. *Pro constituere.* Or. 3. 13..
——— imminere. Ph. 1. 168.
——— impendere. Ph. 1. 161.
——— afferre. Fam. 56.
——— inferre. Plin. lib. 27. cap. 2.
——— offerre. Or. 1. 24.. Or. 3. 13..
——— objicere. Or. 3. 59.
Ad mortem mittere. Ph. 1. 170. *vel* deducere. Ph. 1. 169.
Morte afficere. Fam. 56. Or. 2. 53..
——— mulctare. Rh. 101. Or. 2. 23. 103. 211.. et al.
Mortem sibi consciscere. Ph. 3. 104.. Fam. 97. Or. 1. 179.
——— petere. Virg. Georg. lib. 4.
——— oppetere. Fam. 53. At. 41.. Or. 3. 245.. 265.
——— obire. Rh. 171.. Or. 2. 27. Or. 3. 203. 221.
——— cum vita commutare. Fam. 50.
Morte deleri. Ph. 3. 98..
Mortem deprecari. Ovid. 2. Fast.
——— depellere. Ovid. ep. heroid. 14.
——— alicujus ferre. Ph. 3. 96.. 97.
Mortuus *est morte deletus, sensu ac vita carens. Quod nomen non minus translate usurpatur, quam proprie; quemadmodum verbum, a quo manat: ut, cum dicimus* mortuum plausum.
A mortuis excitare. *Id est in vitam reducere.* Rh. 106.. Or. 3. 119..
Mortuo verba facere. Ter. Phorm. 5. 9.
Mos *est vitæ institutum consuetudine firmatum. Aliquando pro consuetudine et modo.*
More suo aliquid facere. Rh. 93.. Ph. 1. 67.
Morem inducere. Or. 3. 124.
In morem perducere. Rh. 82. inducere. Rh. 116.
Alios formare in suos mores. Liv. l. 3. c. 16.
In alterius mores abire. Liv. l. 1. c. 13.
Morem esse. Rh. 91.. 271. Fam. 194.. Or. 1. 241. 249.
Moris esse. Or. 1. 89..
In more esse. Ph. 2. 174. 178. Ph. 3. 47.
——— positum esse. Or. 2. 66.
More comparatum esse. Or. 1. 35..
Morem tenere. Ph. 1. 230. Ph. 3. 60..
——— servare. Or. 2. 37..
——— manere. Fam. 75.
De more decedere. Or. 1. 140.
Morem revocare. Ph. 1. 64.
——— referre. Suet. in Jul. cap. 20.
Motus *est agitatio, pulsus, impulsus, cursus, lapsus. Aliquando refertur ad animum: et tunc ponitur pro perturbatione, vel concitato impetu, et conflata calamitate: ut cum dicimus,* motum alicujus in Rempublicam comprimi, vel coerceri.
Motum dare. Ph. 2. 198.
——— efficere. Ph. 2. 133.. *vel* facere. Fam. 11.
——— habere. Ph. 2. 95.. 110.
——— moliri. Ph.. 30.
Motu cieri et agitari. 2. de N. D. c. 9.
Motum afferre Reipublicæ. Or. 2. 105.
——— miscere populo. Rh. 103..
——— fieri populi. Rh. 127.
——— prohibere. Or. 2. 110.
——— comprimere. Virg. Georg. lib. 4.
Mucro *proprie est cuspis, et acumen ensis, ac telorum. Et improprie ponitur pro ense ipso, ut tectum pro domo. Nec solum de ense mucro dicitur, sed etiam de aliis rebus; et ponitur pro summo acumine. Unde apud Plinium herbarum mucrones dicuntur. Ponitur præterea pro vi, et impetu. Cicero pro Cæcina.* Peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ. *Id est vis et impetus, vel fiducia: quia in mucrone gladii præcipua est fiducia defensionis atque invasionis.* Or. 1. 301.
Mucronem in gutture figere. Or. 3. 259..
——— in aliquem exacuere. Ph. 2. 288.
——— retundere. Or. 2. 43.
——— a jugulo rejicere. Or. 2. 111.
Mulcta *apud Antiquos solutionis pœna dicebatur.*
Mulctam dicere. Or. 3. 234.
——— irrogare. Or. 3. 108..
——— petere. Rh. 176. 244.. Or. 1. 107.
——— indicere. Plin. l. 18. c. 3.
——— remittere. 11. Phil. 18.
——— sufferre. Pro Cæc. 98.
Mulctæ aliquid detrahere. Nepos in Timoth.
Mulctam committere. *Id est committere culpam, ob quam mulcta exigatur.* Pro Clu. c. 37.
Mulctam alicui depellere. Fam. 75..
Multitudo *est frequentia, celebritas, vel conventus. Ac tam personarum est, quam rerum.*

Multitudinem congregare. Or. 2. 231.
——— cogere. Or. 1. 291.
——— fugere. Ph. 1. 175.
Multus *est grandis, multiplex, creber, nimius.*
Multum esse in re aliqua. *Id est lascivire, et copiosum esse.* Ph. 2. 157. Rh. 110. 141.. Ph. 3. 44.. Ph. 1. 5..
Munia *sunt obsequia lege debita, et officia, quæ publice præstantur.*
——— sustinere. Or. 3. 26..
——— obire. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Munitio *est proprie castrorum, rerumque cæterarum, quæ contra adventum hostium muniuntur sive vallo, sive fossa, sive alio quovis modo.*
Munitionibus sepire. Or. 3. 250.
Munus *multiplicis est significationis. Est enim aliquando donum. Aliquando officium significat. Aliquando etiam spectacula, seu ludos, qui a Principe, vel ab eo, qui Magistratu abit, populo quasi* muneris *loco exhibentur. Nam id genus oblectamenti Antiqui* munera *nominarunt, quod populus tali spectaculo, perinde ac* munere *quodam, capiebatur. Et sic* muneris *appellatione plerunque apud Auctores Latinos Gladiatores significantur.*
Pro dono.
Munus dare. Fam. 232.. At. 327.. Rh. 200. Ph. 1. 40.
——— præbere. Or. 2. 177..
——— largiri. Rh. 6.
——— mittere. Fam. 131.
Muneri mittere. Or. 1. 248..
Munere afficere. Fam. 19..
Munus collocare. Or. 1. 247.
——— afferre. Ph. 2. 109..
——— concinnare. Fam. 194..
——— verbis ornare. Terent. Eun. 2. 1.
Munere lenire. Or. 3. 182..
——— corrumpere. Horat. 1. Serm. Sat. 9.
Pro officio.
Munus officii. *Duo hæc nomina copulant aliquando Latini non sine quadam elegantia; ut scilicet sit* officium, *quod a nobis officiose præstatur,* munus *autem sit officii functio, et executio.* Ph. 3. 82.. 84. Fam. 90..
——— tuum est. Fam. 170.
Ad munus revocare. Rh. 153..
Munus deferre. Fam. 116..
Muneris loco deferre. *Pro munus deferre.* At. 292.
Muneri præponere. Fam. 114..
Munus assignare. Ph. 3. 128.
Ad munus instruere. Ph. 3. 82..
Munus alicui obvenire. Ph. 3. 48,.
Muneri succedere. Or. 1. 219.
Munus suscipere. Fam. 94. Or. 3. 76.
——— sustinere. Fam. 65.. Rh. 174.. Or. 1. 193..
Muneri præesse. Or. 1. 279.. Ph. 2. 158..
Munus habere. Ph. 2. 170..
——— colere. Ph. 2. 159..
——— tenere. Ph. 1. 235..
Munus obire. Ph. 3. 96.. Or. 3. 221.
——— tueri, *Pro obire.* Fam. 65.. 150.
Munere fungi. Ph. 3. 35. 100. Rh. 170. et al. *vel* perfungi. Ph. 3. 93. Rh. 101.
Munus exequi. Ph. 3. 83.. 84.
——— efficere. Ph. 2. 159..
——— conficere. Fam. 24.. Rh. 242.
——— traducere. At. 72.
——— præstare. Fam. 94.
——— explere. Ph. 3. 109. Or. 3. 76.
——— defugere. At. 120. Ph. 3. 128.
Muneris immunitatem dare. Ph. 1. 80..
Munus eripere. Or. 2. 23.
Munere orbare. Ph. 2. 109..
Murus. *Murum pro propugnaculo, vel mœnibus ponunt Latini. Transfertur aliquando pereleganter: ut apud Cic. in Pison.* Lex Ælia, et Fusia propugnacula murique tranquillitatis et otii. Or. 3. 81.
Muro sepire. Or. 2. 123..
——— cingere. Virg. Eclog. 4.
——— circundare. Virg. Æn. lib. 6.
Musa. *Musas finxerunt Deas esse, Jovis et Mnemosynæ filias, quæ Poetis, et Musicæ præessent.*
Cum Musis commercium habere. Ph. 1. 241.
Ad mansuetiores Musas se referre. Fam. 16..
Cum Musis se delectare. At. 25.
A Musis aversus. Or. 2. 189..
Mutatio *est conversio, motus, vel inclinatio.*
Mutationem habere *ea dicuntur, quæ mutari possunt.* Fam. 8.. Ph. 2. 46..
——— moliri. Ph. 1. 30.
——— facere. Or. 1. 2.. Ph. 2. 105.. Ph. 3. 24..
Mutuus *est pariter atque æqualiter respondens.*
Mutuum aliquid dare: *Ut pecuniam, frumentum, et similia.* At. 165. 171.. Or. 2. 82..
——— sumere. Or. 2. 156. Fam. 200.
Mysterium *arcanum Latine dicitur, vel sub quo arcani aliquid latet, quodque non perficitur, nisi occulta aliqua sacrorum ratione, quam nefas est vulgo efferre. Erant enim* mysteria *sacra arcana, quæ Latini* seclusa *vocant. Hæc autem duorum generum erant apud Eleusinem terræ Atticæ;* Magna, *quæ Cereri sacra erant; et* Parva, *quæ Proserpinæ. In quibus quæ agebantur, summo silentio Sacerdotes occultabant.*
Erant etiam mysteria *quædam festa apud Romanos, ut conjicere licet ex Cicerone ad Atticum.* Velim ad me scribas, quo die mysteria futura sunt. *At.* 83.. *Idem ad Att.* 89. Facies me, in quem diem mysteria incidunt, certiorem.
Mysterium aperire. Ph. 1. 221.
——— enuntiare. Or. 2. 129..
Tacitum aliquid tenere, tanquam mysterium. Rh. 148..
Mysterium habere. *Cic. ad Attic.* Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. At. 67

N

Nares *sunt nasi foramina; vel latiores nasi partes. Quas sic appellari putant, quod per ea nasi foramina odoris cujusque gnari simus.*

Ad Nares aliquid admovere. Ph. 1. 199..

Narratio *est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio. Vel est rerum explicatio, et quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei.*

Narrationem explicare. Rh. 208.

——— exponere. Rh. 217..

Nasus *dicitur ea pars faciei, quæ a superciliorum confinio oriens, et quasi æquali porrectâ jugo utramque aciem simul et discernit, et munit. Pro acrimonia etiam, et dicacitate aliquando accipitur.*

Naso suspendere. *Id est vafre, ac subdole irridere.* Pers. Satyr. 1.

Natales *significant conditionem sanguinis, ac familiæ;* ut natalibus clarus. Plin. l. 8. ep. 18.

Natalium dedecus. Tac. ann. 11. c. 21.

Natales celebrare. Hor. 2. Sat. 2.

Natalis, Natale, natalitius. Natalis, *vel* natale *sumitur pro die, quo quis natus est. Natali meo.* 7. Att. ep. 5. *Idem significat* Natalitius. Natalitia dare *dicunt Latini, idest convivia ad celebrandum diem natalem instituta.* Phil. 2. c. 6.

Natura *non uno tantum significato usurpatur: quanquam propris* natura *nihil aliud est, quam quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Ponitur etiam pro hominum, et rerum Parente. Ad animata separatim aliquando pertinet, sive ea rationis participia sint, sive expertia; et tunc ponitur pro ingenio et habitu quodam corporis, vel animi, quo vegeti sumus, vel male affecti. Vel quo aliquid sequimur, amamus, repudiamus; seu id in vitio positum sit; seu laudem commendationemque referat. Ita natura ipsa homines, animaliaque bruta vel bene valent, vel ægra valetudine premuntur.* Natura *item ipsa libidinosi, iracundi, luxuriosi, gulosive sumus, aut in aliud quodvis vitium propendemus, atque delabimur. Eodem sensu, et significato dicitur etiam aliquando* natura *de inanimatis. Etenim ut in animatis pro habitu vel corporis, vel animi est; ita cum de inanimatis dicitur, eum persæpe sensum retinet. Præter id tamen ponitur etiam pro vi: ut, cum dicimus* naturam ignis, naturam sulfuris, naturam veneni, *et similium.*

Natura, *Pro per se, vel sua sponte. Cicer. pro Marcel.* Victoria natura insolens est. Or. 3. 132. Rh. 190.. 212. Or. 3. 26.

——— comparatum. Ph. 2. 133. . *vel* insitum. *Id est aptitudine naturæ innatum.* Or. 2. 183.

Naturam ferre, *vel* se habere. Natura se ita habet, *vel fert, idem significat, quod, sic est natura, vel sic est vita, vel naturale est, ut et cet. Cicer.* Natura fert, ut eis faveamus, qui &c. Or. 2. 124.. Or. 3. 22.. Ph. 3. 129. *Idem in Tusc.* Natura sic se habet, ut, quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat; sic exitum mors. Ph. 1. 168.

Naturæ satisfacere. Or. 2. 23.

——— cedere. *Id est mori.* Salust.

——— concedere. Salust. in Jugurt.

In naturam alicujus aliquid cadere. Quint. lib. 2. cap. 17.

——— convertere. Ph. 2. 65..

Natus *idem est, quod editus, procreatus, factus.*

——— ex aliquo. Ph. 2. 69. *vel* ab aliquo. Or. 2. 198.

——— rei alicui. Rh. 191. Or. 2. 143.. Or. 3. 50. 71. 88.

——— ad rem aliquam. Rh. 93. 105. 186.. Fam. 57.

——— viginti annos. Rh. 149.. 185.. Fam.

——— ad quinquaginta annos. Or. 2. 40..

Naufragium *vulgo est navis fractio. Ponitur etiam pro periculo navigandi, vel navigationis damno, et infortunio; idque proprie. Translate vero sumitur pro calamitate, damno, jactura, vel exitio.*

Naufragium facere. Rh. 42.. Fam. 259..

——— colligere. Or. 3. 5..

——— reficere. Or. 3. 5..

Navicularia. *In hoc nomine subintelligi solet ars: sic erit* ars navicularia.

Naviculariam facere: *Id est artem naviculariam exercere, vel profiteri, vel ex navicularia arte victum sibi quærere.* Ut argentariam facere: aruspicinam facere: piraticam facere. Or. 1. 245.

Navigatio *est cursus maritimus. Quod nomen exempla habet, in quibus, ut in navigare, commoditatem, et incommoditatem inesse videas. Etenim ut dicimus, commode, belle, recte, feliciter navigare; ita commodam, bellam, felicemque navigationem dicere possumus; atque iis contrariam opponere.*

Navigationi se committere. Fam. 258.

Navigationem subire. Cæs. de B. G. lib. 4.

——— impedire. Cæs. de B. G. lib. 5.

——— præcludere. Cæs. de B. C. lib. 4.

——— omittere. At. 310.

Navigium *dicitur omne genus navis, quo navigamus.*

——— facere. Ph. 2. 56..

Navis *dicitur tam in fluminibus, quam in mari ipso: navibus enim usus est Cæsar in Ligeri, et in Mari Britannico.*

Navem comparare. Cæs. de B. C. lib. 2.

——— ædificare. Or. 1. 244..

——— instruere. Or. 1. 263.

——— sumere *dicitur gubernator navis, vel vectores etiam ipsi.* Ph. 3. 70.

——— conscendere. Fam. 40.. Ph. 2. 92.

Ad navem ascendere. Ph. 1. 37.

Navem gubernare. Or. 3. 83..

Navem tenere, *Pro gubernare.* Fam. 199.
——— ex portu educere. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— deducere. Cæs. de B. C. lib. 2.
——— subducere. Cæs. de B. G. lib. 5.
——— ad terram detrahere. Cæs. de B. C. lib. 4.
——— constituere. Cæs. de B. G. lib. 4.
E navi egredi. At. 235. Or. 3. 81.
——— desilire. Cæs. de B. G. lib. 4.
——— se projicere. Cæs. de B. G. lib. 4.
Navem evertere. Rh. 99. Ph. 1. 123.
——— deprimere. *Nâves deprimi dicuntur, cum tormentis bellicis dissolutæ submerguntur.* Or. 2. 7. 190.
Naves interire. Cæs. de B. C. lib. 1.
Navem reficere. Cæs. de B. G. lib. 5.
Nausea *est stomachi ad vomitum ex gravi odore perturbatio. Per translationem pro fastidio sæpe a Latinis ponitur.*
Nauseam facere. Or. 3. 176..
——— inhibere. Plin. lib. 30. cap. 14.
——— discutere. Col. lib. 6. cap. 4.
——— abire. At. 226.
Necessarius. *Necessarios vocant eos, qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferantur præter cæteros. Quæ mihi interpretatio ut non displiceat, veraque parte ex aliqua videatur, certum est tamen,* necessarium *etiam a Latinis dici, qui nulla nos neque affinitate, neque necessitudine attingat, sed qui ex nostris familiarissimis atque intimis sit.*
Necessarium alicujus esse. Or. 2. 141. 167.
——— aliquem alicui esse. Fam. 209. At. 142..
——— habere. Ph. 3. 110.
Necesse, *vel* necessum *dicitur, quod, vi aliqua cogente, fieri opus est.* A cesso *verbo; quia non sit in eo* cessandum. *Est autem adjectivum, quod plus vehementiæ habet, quam opus.*
Necesse esse. Rh. 112.. Fam. 6. 17.
——— habere. Rh. 234. 244. At. 152. 155.. Or. 1. 2..
Necessitas *est vis quædam, quæ nos cogit ad aliquid moliendum, vel faciendum.*
Necessitatem habere ea dicuntur, quæ necessaria sunt. Or. 3. 245.. Ph. 2. 112.
——— afferre. Or. 3. 225.
——— imponere. At. 57.. Or. 2. 173..
——— obvenire. Ph. 3. 48..
Necessitate cogi. Fam. 54.. Or. 1. 9. Or. 2. 21..
——— premi. Fam. 86.. Or. 1. 34..
——— astringi. Ph. 2. 5..
Necessitatem effugere. Ph. 2. 65.
Necessitati parere. Fam. 54. Rh. 216.. Ph. 3. 25.. 48..
——— servire. Rh. 219.
Necessitudo *aliquando pro necessitate accipitur. Sed aliter sæpius usurpatur; differtque nonnihil a consuetudine. Nam* necessitudine *constituta intercedit consuetudo; id est familiarior quidam amicitiæ usus. Ponitur etiam pro affinitate, et sanguinis conjunctione.*
Necessitudinem constituere. Fam. 144..178. Or. 2. 40..
——— facere, vel efficere. Or. 3. 151.
——— adjungere. Fam. 203..
Ad necessitudinem adjungere. Fam. 208.. 217..
Necessitudinem conjungere. Or. 1. 233.
Necessitudine circunvenire. Sal. in Catil.
In necessitudinem recipere. Fam. 211..
Necessitudinem intercedere alicui cum aliquo. Fam. 89. 220. Or. 1. 8.. 9..
——— habere cum aliquo. Rh. 215. Or. 2. 267.
——— attingere. Fam. 206. At. 290..
——— colere. Fam. 212.
——— conservare. At. 297.
Nefas *accipitur pro impio, vel execrabili. Et tunc adjectivum est; ut* nefas dictu.
——— habere. *Cicero de Natura Deorum.* 3. Quartus Mercurius Nilo patre natus est; quem Ægyptii nefas habent nominare. Ph. 2. 70..
——— esse. Ph. 4.. 103..
Negligentia *est indiligentia, pigritia, incuria.*
——— causam amittere. 2. de Or. 100.
Rei alicujus negligentia contemnere aliquid. De Arusp. 21.
Negligentia plecti. Ph. 3. 112.
Negligentiam fugere. Ph. 3. 26..
Negotium *interdum pro molestia ponitur, vel periculo.*
Pro molestia.
Negotium alicui facessere. Fam. 40. Or. 1. 233. Or. 2. 51..
——— exhibere. Ph. 2. 18. Ph. 3. 72..
——— efficere. Fam. 190.
Pro occupatione, munere, vel opere.
Negotio nullo aliquid facere. *Id est facile, et nullo pene labore.* Fam. 163. At. 169.
Negotium magnum est. At. 74. *vel* magni est negotii id facere. At. 290.
——— impendere. Fam. 195.. At. 34.
——— contrahere. Or. 2. 120.
——— dare. Fam. 75.. 129. At. 219. 248.
——— deferre. At. 13..
——— mandare. Fam. 214..
In negotium mittere. Or. 3. 123.
Negotium imponere. Fam. 118..
Negotio præponere. Fam. 114.. 245..
——— præficere. Fam. 167. At. 262..
Negotium suscipere. Fam. 25.. 142.. 208..
——— attingere. Fam. 217.
——— esse alicui cum aliquo. Fam. 118.. 161..
——— habere. Fam. 23. 63. 250.
Negotiis impediri. Rh. 1. At. 21..
——— implicari. Or. 3. 137.

Negotiis detineri. Rh. 23.. *vel* distineri. Or. 1. 22.
In negotio versari. At. 72..
Negotiis obrui. At. 290.
Negotium sustinere. Fam. 86.
Negotio præesse. Fam. 5.. At. 109.
Negotium tueri. At. 126.
Negotia videre. *Pro curare.* Fam. 105.
——— curare. Rh. 226.. *vel* procurare. Fam. 198. At. 141. Or. 1. 181.
Negotium agere. Fam. 96. Rh. 110.. 134. Or. 2. 162. Ph. 3. 25..
——— gerere. Ph. 3. 112. Fam. 34.. Or. 1. 50.. Or. 2. 178.
——— administrare. Fam. 208..
——— obire. Or. 2. 10..
——— expedire. Fam. 3.. 214.. At. 215..
——— explicare. Fam. 214.. At. 74..
——— transigere. Rh. 7.. Fam. 209.. Or. 1. 13..
——— conficere. Fam. 44.. 115.. 209..
De negotio conficere. Fam. 17. At. 3..
E negotiis emergere. At. 72..
Negotium deponere. At. 104.
A negotiis se removere. Or. 2. 26.
Negotia tumere. At. 223..
——— habere se. *Cicero.* Negotia nostra sic se habent. Fam. 19..
Negotium invertere. *Cicero ad Quintum fratrem.* Quid quæris? probe premitur, nisi noster Pompeius, Diis hominibusque invitis, negotium invertit. At. 322..
NEPOS *pro eo est, qui ex filio, filiave est natus. Ponitur etiam pro eo, qui bona sua profundit, et disperdit.*
Nepotem esse in suo patrimonio. Or. 2. 61.
NEQUITIA *est flagitium, malitia.*
——— singulari præditum esse. Ph. 1. 138.
——— perdita aliquem esse. Or. 2. 24..
NERVUS. Nervi *appellantur instrumenta, quæ sensum, et motum, qui per voluntatem fit, in omnia animantis membra traducunt.* Nervi *pro chordis et fidibus etiam accipiuntur.* Nervum *item appellamus vinculum ferreum, quo pedes impediuntur, et nonnunquam cervix. Per translationem persæpe pro robore et viribus ponitur* nervus: *in nervis enim robur maxime consistit. Unde dicimus,* rem esse sine nervis, *quæ debilis est.*
Nervos intendere. Ter. Eun. 2. 3.
——— contendere. Fam. 251.. Or. 1. 72.. Ph. 2. 144..
——— adhibere. At. 269.
——— incidere. At. 240.. Ph. 1. 45.. Or. 2. 75..
NEX *est mors, quæ ferro fit, aut alia vi.* Neci *tamen* datus *(auctore Festo) proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno, aut fame.*
Necem afferre. Or. 3. 103.
——— consciscere. Ph. 2. 27..
NEXUS, *vel* nexum *est ligatio, vel nodus. Elegantius tamen accipitur pro quodam genere obligationis civilis, qua corpus etiam, ut pignus, afficitur. Ob hoc* nexi, *et* addicti *vocati sunt homines obærati, qui lege duodecim Tabularum ob æs alienum creditoribus in temporariam servitutem addicebantur.*
Nexu obligari. Or. 2. 124..
Nexum inire. *Id est se et corpore et bonis obligare, devincirique creditoribus.* Liv. Dec. 1. lib. 7.
Nexu et mancipio proprium aliquem alicujus esse. Fam. 109..
Nexum est, quod per æs et libram geritur. Festus.
Nexa tollere. Pro Cæc. 102.
Tradere alicui rem nexu. Top. 28.
Mancipium alicujus fieri nexu. Parad. 5.
Nexu solutus *dicitur, qui cum addictus esset creditoribus, postea ære alieno dissoluto, ipse necti desiit.* Liv. l. 2. c. 23.
NIHILUM *compositum est ex* non, *et* hilum. *Est autem* hilum, *quod grano fabæ adhæret.*
Nihilo magis. Rh. 65. At. 129.. Ph. 1. 100. Ph. 2. 130.
——— minus. Rh. 181. Fam. 144. At. 127. 151..
Ex nihilo oriri. Ph. 2. 116.
Ex *vel* de nihilo fieri quidpiam. Ph. 2. 144.
Ad nihilum venire. Ph. 1. 176.
——— recidere. Rh. 220. Fam. 173.. Or. 3. 214.
In nihilum occidere. Ph. 2. 116.
Pro nihilo putare. Or. 1. 58.. 295..
——— ducere. Or. 1. 116..
——— pendere *vel* nihili pendere. Terent. Eun. 1. 2.
——— habere. Or. 2. 221.
——— videri aliquid. Ph. 1. 73..
Nihili facere. Ph. 1. 83.
Pro nihilo esse. At. 225..
NIMIUS *pro immoderato, vel intemperato ponitur.*
Nimium esse in re aliqua. At. 282.
NOBILITAS. *Vehementer quidam errant, qui nobilitatem tantum poni putant pro generis claritate, antiquitate, vel dignitate. In ea quidem significatione ponitur, sed generaliter sumitur pro cujuscunque rei celebritate: quemadmodum* nobilis *non solum dicitur, qui nobili genere natus est, sed qui quocunque virtutis, aut ingenii documento nomen sibi conciliat.*
Nobilitate præstans. 1. de Divin. 91.
——— discipulorum florere. Rh. 155..
Nobilitati favere. Pro Sext. 21.
Nobilitatem despicere. Pro Arch.
——— suam illustrare. In Brut. 62.
NODUS *est ligatura, quæ non facile solvitur. Translate ponitur pro quacunque difficultate; etiam aliquando pro dubitatione, vel scrupulo.*
In nodum incidere. Fam. 121.
Nodum solvere. Hor. 3. Carm. od. 21.
——— expedire. At. 81.
——— tollere. Ph. 3. 106.
NOMEN *modo pro vocabulo, et appellatione a Latinis ponitur. Modo pro causa. Modo pro*

ipso debito, vel debitoribus. Modo pro fama, et existimatione.

Pro appellatione.

Nomen est, quod unicuique personæ datur, quo suo quæque res proprio et certo vocabulo appellatur.

Nomen ponere. Ph. 2. 11. Ph. 1. 192. 208.
——— imponere. Rh. 110. Or. 1. 173. Ph. 1. 90. . 93.
——— dare. Rh. 50.
Nomine signare. Rh. 202. .
——— appellare. Rh. 105. . 129. Or. 1. 34. 261. .
——— notare. Ph. 3. 113.
Nomen a re aliqua ducere. Ph. 2. 72.
——— inducere. Fam. 4.
——— trahere. Or. 3. 192.
——— invenire a re aliqua. Rh. 202. . Ph. 2. 86. . 123.
——— adipisci. Rh. 191.
——— subire. Or. 2. 227.
——— habere. Ph. 3. 99. Or. 2. 127. Rh. 187. 198.
Nomine esse. Or. 1. 25. .
Nomen esse alicui. Rh. 185. Or. 1. 227. . 290.

Pro causa.

Nomine alicujus aliquid facere. At. 307.
Nominibus multis reprehendere. 6. At. 2.
——— honestis aliquid suscipere. Pro Cæc. 71.
Nomine Reip. aliquid petere. 12. Fam. 12.
——— alicujus interfici. Pro Mur. 82.
In alicujus nomine librum apparere. Parad. 1.
Nomine negligentiæ suspectum esse. 1. Fam. 9.

Pro debita pecunia.

Nomina *aliquando pro debitoribus; aliquando etiam pro ipso debito, et syngraphis debitarum pecuniarum ponuntur: unde* facere nomina. *Quod ipsum pluribus modis apud Antiquos fiebat, ut pactis usuris, pactis menstruis, aut annuis fructibus. Etenim pecunia aut numerata servabatur in arca, aut emptis agris, vel mercibus in* nominibus *collocabatur.* Nomina *quoque vocantur capita rationum, vel breviarii, id est rationis argentariæ.*

Nomina idonea *(nisi fallor) dicuntur, quæ legitima obligatione debentur, et facile expediri possunt: id est prima creditoris appellatione.* ff. ad. S. C. Vell. L. Tut.
——— facere. *Latinis idem est, quod debitores comparare, vel pecuniam multis dare, quos obligatos habeas.* Fam. 105. . Ph. 3. 65. .
In nominibus habere. At. 124. .
——— esse. Or. 1. 238.
Nomina conficere. Fam. 264. *vel* de nomine conficere. At. 71.
——— exigere. *Id est debitorem ad dissolutionem cogere.* Or. 1. 81. .
De nomine appellare. *Id est nomen exigere.* At. 78. .
Nomina expedire. *Id est exolvere.* At. 255. .
Nomina explicare. *Id est dissolvere, quod debetur.* At. 214. .
——— solvere. At. 91.
——— expungere. Plaut. 319.
Nomen tollere de tabula. Or. 3. 19.
——— transferre. *Id est versuram facere.* Fam. 75. .

Pro fama, et existimatione.

——— multum. *Cic. Fam.* 2. Nomen nostrum multum est in his locis. Fam. 23.
——— amplum. *Cic.* Apud illos Fabiorum nomen amplissimum est. Or. 1. 281. .
——— clarum. Or. 2. 12.
——— celebratum. Rh. 194. .
Nomine dignus. Rh. 62.
Nominis gloria. Or. 3. 58. 115.
Nomen captare. Fam. 169.
——— adipisci. Fam. 63. .
——— habere. Rh. 198. .
——— profiteri. Teren. Prol. Eun.
——— usurpare. Or. 1. 269.
——— interponere. Or. 1. 177.
——— augere. Or. 3. 86. .
——— vigere. Ph. 1. 156.
——— florere. Or. 1. 65.
——— invictum. Or. 2. 14.
Nomini officere. Liv. in princ.
Nomen fractum. Or. 2. 159.
——— debilitatum. *Ib.*
——— delere. At. 159.
——— extinguere. Or. 2. 120.

Ad rem bellicam pertinens.

Nomina dare, vel edere. Or. 1. 122. Or. 2. 216. *Dant nomina milites, cum militiæ sacramento se addicunt, et in delectum recipiuntur. Cic. in Phil.* Milites nulla recusatione, summoque etiam cum studio nomina dant. Or. 3. 211. . At. 115. 323. Or. 2. 236. .
Ad nomina respondere. *Tit. Livius l.* 2. Dimisso Senatu Consules in Tribunal ascendunt: citant nominatim juniores. Cum ad nomen nemo responderet, circumfusa multitudo in concionis modum, negavit, ultra decipi plebem posse.
Nomen accipere. *Liv. l. 7. secundi Bel. Pu.* Itaque si suum nomen Dictator acciperet, se comitiis intercessuros Tribuni dixerunt: si aliorum, præterquam ipsius, ratio haberetur, comitiis se moram non facere.

Nota *proprie signum est, quo aliquid notatur et designatur. Sed quoniam turpitudine aliqua affecti, noti plerunque esse solent, apud Latinos vulgare est, ut nota in malam partem capiatur, et labem turpitudinemque significet.*

Notam apponere. Fam. 205. Or. 3. 75.
——— inurere. Or. 2. 44. 100. Or. 3. 159.
——— subire. Or. 3. 88. .

Notio *est cognitio, intelligentia, notitia; vel est insita, et ante percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens.*

Notionem informare. Ph. 2. 28. .
——— imprimere. Ph. 2. 10. .
——— fieri. Ph. 1. 97.

Notionem habere. Ph. 1. 9. .
———— complicatam evolvere. Ph. 3. 67.
Notitia *idem significat quod notio, cognitio, vel prudentia.*
Notitiam rei alicujus aperire. Rh. 207. .
———— fieri. Ph. 1. 97.
———— habere. Ph. 2. 160. *Refertur ad rem obscœnam hæc aliquando locutio. Cæs. Lib. 6. de Bell. Gall.* Intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis ducunt rebus.
Nox. *Per translationem appellat eleganter Cicero noctem Reip. pro occasu et calamitate Reipub.*
Nocte. Or. 3. 111.
Nocte, et interdiu. Cæs. de B. C. lib. 1.
De nocte. *Pro nocte.* At. 36. . 104. 122. Or. 2. 140. .
In multam noctem. Ph. 3. 126. .
Noctes, diesque. *Id est assiduè, vel semper.* Rh. 108. Or. 1. 19. . Ph. 1. 59. .
Nox intempesta. Or. 1. 222. 254. . Or. 3. 99. . 154. *vel* concubia. Ph. 2. 92. . *Id est noctis tempus, vel pars, qua nihil agitur, qua somno sepulti sunt omnes, ut fit media nocte.*
Noctem intercedere. Or. 2. 226. . Or. 2. 98.
In noctem se conjicere. Cæs. de B. C. lib. 3.
Noctem offundere. *Hic nox per metaphoram accipitur pro rerum confusione, caligine, vel obscuritate.* Ph. 2. 3. *aut pro imminutione dignitatis, et status; cum, quod antea splendebat et elucebat, nocte quasi offusa in tenebris jaceat.* Or. 1. 33.
Noxa, *vel* Noxia *culpam, damnum, vel vitium significat.*
Noxam nocere. *Idest culpam crimenque admittere. Liv. Dec. 1. lib. 9.* Noxam admittere. *Leg. 41. §. 3. de Furt.*
In noxa esse. Ter. Phorm. 2. 1. Noxæ esse. Liv. l. 10. c. 19.
Noxæ dedere. *Idest pœnæ dare, sive tradere ob noxam.* Liv.
——— eximere. *Idest gratiam criminis facere, vel remissionem dare.* Liv. Dec. 1. lib. 8.
Nubes *est vapor humidus in sublime elatus e terra per æstum: sive aer in liquorem coactus, cujus densitas Solem obumbrat.*
In nubem cogi aerem. Ph. 2. 46.
———— se induere. *Cic. de Div.* Cum illi anhelitus se in nubem induerint. Ph. 2. 117.
Nugæ *sunt sermones levium rerum, ac nullius ponderis, et plerunque scurriles joculatoriique.*
Nugas dicere. Plaut. 306.
Nugæ meræ. 6. At. 3.
Nugas garrire. Plaut. 267.
Nugis delectari. 2. de Div. 30.
Nugas agere. Plaut. 136. 323.
Numen *est vis, vel potestas.*
————, et vim Deorum apud aliquem tenere. Or. 3. 205. .
Numini parere. Ph. 2. 6. 105.
Numen placare. Or. 2. 241. .
——— divinum horrere. 1. Fin. 41.
Numine Deorum regi. 3. Fin. 64.
Proxime ad Deorum numen accedere. Pro Rabir. 5.
Numerus *aliquando refertur ad ea, quæ mensura metimur. Unde magnum numerum frumenti, olei, vini, Antiqui dicebant. Præter hanc significationem ponitur pro societate, grege, sive parte. Unde dicimus aliquem ex eorum numero esse, qui est eorum particeps. Refertur etiam interdum ad honorem, vel existimationem. Extra hæc omnia pro ratione harmonica a Latinis ponitur, quam Græca voce* rithmum *appellamus, quod omnis harmonia, et omnis concentus numeris constet. Hinc oratio, quæ numeris minus præscriptis componitur, dicitur* soluta; *quæ vero numeris certioribus constat,* numerosa.
Numero. *Eleganter in ablativo casu sine cujusquam verbi assumptione, a quo regatur, ponitur hoc nomen. Cic. in Ver.* Mille numero navium classis. Or. 1. 85. . *Idem de Orat.* Hæc sunt tria numero. Rh. 119. .
Nullo numero. *Dicitur res, vel persona* nullo numero, *quæ nihili est. Cic. Phil.* 3. Homo nullo numero; nihil illo contemptius. Or. 3. 186. .
Ad numerum. *Cælius Cic. Fam. l.* 8. Si ex eo numero, quos Senatusconsulto in Provincias ire oporteret, ad numerum non essent. Fam. 118.
Ex numero. *Cic. de Or.* Homo ex numero disertorum. Rh. 98. .
In. Or. 3. 167. *vel* ad Numerum ascribere. At. 292. .
In numerum referre. Rh. 176. . Ph. 2. 109.
In numeros distribuere. Plin. cap. 246.
In numero ponere. Ph. 2. 109.
———— existimare. Or. 1. 68. .
———— putare. Or. 2. 11. Or. 3. 87.
———— ducere. Or. 3. 251.
Numero habere. Or. 1. 135. . Fam. 226.
In numero habere. Ph. 3. 96. . Fam. 119.
———— colere, *vel* venerari. Or. 2. 81.
In numerum venire. Rh. 94. . *vel* pervenire. Rh. 187.
Numero esse. Fam. 17. . Or. 1. 64. .
In numero esse. Rh. 162. . 173. 174. 217.
De numero esse. Fam. 205.
Numerum obtinere. Rh. 180. Ph. 2. 69. . Ph. 3. 41. .
———— habere. *Pro perfectum esse. Cic. in Offic.* Quod perfectum et absolutum est, ut Stoici dicant, omnes numeros habet. Ph. 3. 55.
Numerum continere. *Pro numerum habere.* Ph. 1. 95.
———— efficere. Fam. 118. .
———— conficere. Rh. 147. Or. 2. 33.
———— explere. Or. 1. 247. 253. .
———— obire. Plin. in Panegyr.
Ex numero sejungere. Or. 1. 34.

E numero ejicere. Or. 3. 246.
Numero eximere. Quint. l. 1. c. 4.
Ex numero tollere. Or. 2. 148.
NUMMUS *est denarius, pecunia.*
——— adulterinus. *Nummi adulterini sunt, quos vulgus falsam monetam appellat.* Ph. 3. 70.
——— jactatur. *h. e. incerti valoris est.* 3. Off. 80.
Nummos elfacere. Or. 2. 63.
Ad nummos pervenire. Fam. 209..
In nummis habere. At. 124..
Ad nummum subducere. At. 83.
Nummos commedere. At. 89.
——— sibi habere. 14. At. 20.
——— dare. Or. 3. 243.
——— accipere. 3. Off. 91.
——— spargere. Or. 3. 186..
——— numerare. 14. At. 20.
NUNTIUS *et res ipsa, et persona dicitur: scilicet ut ponitur pro eo, qui nuntiat; et pro eo, quod nuntiatur.*
Nuntios dimittere. Cæs. de B. G. lib. 4.
Nuntium expectare. Fam. 112..
——— venire. Rh. 99. At. 45. 47.. 79.
——— afferre. Fam. 55.. 240.. 241..
——— deferre. Or. 3. 68.
——— perferre. At. 289.. Or. 3. 138.
——— audire. Or. 1. 40.. Or. 2. 82..
——— accipere. Fam. 29.. 113.
——— remittere. *Id fiebat propriè in divortio, cum vir nuntium ab uxore repudiata missum remittebat cum mandato, ut uxor res suas sibi haberet.* Rh. 100. 105.. 222. *Cum translatione elegans est hæc locutio. Cic. Fam.* 15. Jam biennium, aut triennium est cum virtuti nuntium remisisti delinitus voluptatis illecebris. Fam. 253.
NUPTIÆ. *Nuptias vocant Latini conjunctionem maris, et fœminæ.*
Innuptæ nuptiæ. 3. de Orat. 217.
Nuptias conjungere. Pro Clu. 35.
——— apparare. Teren. And. 4. 1.
——— exornare. Plaut. Aul. 4. 10. 54.
——— adornare. Plaut. 182. 292.
——— conciliare. Nepos in Att. Vit.
——— facere. Teren. And. 3. 2.
——— conficere. Teren. Phorm. 2. 1.
Constituere nuptias in diem aliquem. Ter. And. 4. 1. 32.
Nuptias fugere, *vel* effugere. Ter. And. 4. 4.
NUTUS *signum est, quod fit oculis, capite, vel manibus. Vel est voluntas, quæ hujusmodi signo declaratur sive aiendo, sive negando.*
Nutu aliquid ab aliquo consequi. Fam. 203.
——— alicujus aliquid regi. Or. 1. 40. fieri. Or. 2. 115. gubernari. Or. 1. 242..
Ad nutum alicujus se convertere. Fam. 42..
Nutus alicujus observare. Ph. 2. 123..
Nutum alicujus intueri. Fam. 183. At. 294.
NUX *generale nomen est omnibus, quæ duro operimento teguntur, ut sunt Amygdalæ, Avellanæ, et hujusmodi.*
Nuces legere. Rh. 133..
Nuces frangere. *Ibid.*
——— relinquere. *Est omissis studiis ac nugis puerilibus ad graviora, magisque seria converti.* Pers. Sat. 1.

O

OBITUS, us, ui, *est occasus, vel interitus. Ac non solum de personis intelligitur, sed de rebus etiam aliis.*
——— conficere. *Cic. de Divin.* Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. Ph. 2. 116.
OBJURGATIO *est post turpe factum castigatio.*
Objurgationem suscipere. At. 64.
——— reprimere. Ibid.
OBLECTATIO *est delectatio.*
Oblectationem quærere. Rh. 94.. Ph. 3. 33..
——— afferre. In Hortens.
Oblectationis plenum esse. Ph. 2. 115..
Oblectationem esse alicui. Ph. 3. 6..
OBLECTAMENTUM *idem est, quod oblectatio.*
Oblectamentum habere. Or. 1. 231.
Senectutis oblectamenta. De Sen. 55.
OBLIVIO *est memoriæ intermissio, vel reticentia, aut taciturnitas.*
In oblivionem adducere. Or. 1. 75..
Oblivione conterere. Fam. 15.
——— obruere. Rh. 169.. Ph. 1. 60..
——— tegere. Or. 1. 264.
Oblivionem aliquem capere. Or. 3. 121. 184.. Ph. 3. 6.
In oblivionem venire. *Activæ, vel passivæ significationis est. Cum activæ significationis est, ponitur pro oblivisci.* Or. 1. 218. *Cum passivæ, oblivione obrui, tegique designat.* Or. 3. 272..
Ab oblivionis injuria nomen suum vindicare. Rh. 109.
OBSCŒNITAS *est turpitudo vel deformitas.*
Obscœnitatem adhibere. Ph. 3. 21.
——— vitare. Rh. 131.
Obscœnitate vacare. Ph. 3. 26.
OBSCURITAS. *Obscuritatem ponunt Latini pro tenebris, caligine, vel ænigmate.*
Obscuritatem afferre. Rh. 147.
——— adhibere. Ph. 2. 131..
Obscuritate involvi. Ph. 2. 87..
Obscuritatem habere. Fam. 83..
OBSECRATIO *significat preces, deprecationem, vel obtestationem.*
Obsecratione uti. Rh. 47.
Obsecrationem repudiare. Or. 1. 284.
OBSEQUIUM *est indulgentia, vel patientia, vel adulatio.*
Obsequio suo aliquem mitigare. Or. 3. 80.
——— alicujus abuti ad omnes res. Fam. 152..
——— amicitiam tueri. Or. 3. 40.
OBSES *dicitur a Latinis, qui traditur imperio alicujus, ea conditione atque lege, ut, si dator obsidis a fide recedat, recipienti sit potestas in corpus, et vitam ejus sæviendi, qui datus est obses. Hic vero quoniam ob-*

sidionis causa dari consuevit, inde nomen assumpsit: quamvis Festus ex ob, et fide compositum velit, per mutationem litteræ, quod sit ob fidem datus. Tu generaliter pro pignore accipi existimato. Usurpatur autem tam proprie, quam translate. Et translate tunc accipi solet, cum ad res inanimatas refertur.

Obsides imperare. Or. 2. 10.. Retinere. Nep. 2. 7.
——— poscere. Cæs. B. G. l. 1. c. 31.
——— dare. Or. 1. 175. Or. 2. 35.
——— accipere. Fam. 245.. Or. 2. 57..

Obsidio. *Obsidere est septum tenere. Sic dicimus oppidum, urbes, Senatum, Capitolium, Mare, obsideri. Obsidio vero est ipse actus obsidendi.*

In obsidione habere. *Pro obsidere.* Cæs. de B. C. lib. 3.
Obsidionem continuare. Liv.
In obsidione esse. *Pro obsideri.* Liv.
Obsidionem relinquere. Cæs. de B. G. lib. 5.
——— solvere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
Obsidione, *vel* ex obsidione eximere. Fam. 63.
Obsidionis periculis liberare. At. 129. Or. 2. 7..
Obsidione liberare. Or. 1. 283..
——— urbem claudere. Nep. 15. 8.
——— urbes capere. Pro Mur. 20.
Obsidionis metum sustinere. 11. At. 26.

Obtrectatio *est ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupieris.*

Obtrectationem habere *id dicitur, in quod cadere potest obtrectatio; scilicet in quo obtrectationis causa inesse videatur, vel quod obtrectationis argumentum præbeat.* Fam. 154.

Obviam *ab* obvio *est. Obvium autem dicitur, quod nobis occurrit.*
——— mittere. Fam. 35.. At. 42. 187.
——— egredi. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— exire. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— proficisci. Fam. 197.
——— properare. Fam. 239.
——— ire. Att. 22. Or. 2. 140.
——— prodire. At. 22. Or. 2. 140. Fam. 35..
——— procedere. Or. 1. 122. Or. 3. 18.. 175.:
——— venire. At. 21. Fam. 27. Or. 2. 140.
——— se ferre. Or. 2. 279.. *vel* offerre. Ter. And. 3. 2.
——— fieri. Or. 3. 106..

Obvius. *Id est occurrens.*

Obvium aliquem alicui fieri. Or. 1. 296.. Or. 3. 110.

Occasio. *Occasionem pro copia, vel facultate aliquando poni, certum est. Colum. lib.* 8. *cap.* 16. Id autem stagnum vel exciditur in petra, cujus rarissima est occasio; vel in littore construitur. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. *Rarior est ea occasionis significatio. Vulgarius vero ponitur* occasio *pro opportunitate temporis, pro causa, vel ansa. Vel alia definitione dici potest* occasio *pars temporis, habens in se alicujus rei faciendæ, aut non faciendæ idoneam opportunitatem: quæ quidem occasio nascitur per actus humanos non impedientes.*

Occasionem captare. Or. 2. 256..
——— offerre. Or. 2. 4.. Or. 3. 190.
——— parere. Plaut. 400.
——— dare. Fam. 198. At. 114. Or.. 3. 212..
——— nancisci. Fam. 163. 195. Or. 1. 121.
——— habere. Fam. 147.. At. 275..
——— tenere. Ph. 2. 156.. *vel* amplecti. Plin. in ep.
——— urgere. Fam. 99..
Occasione privare. Or. 3. 141.
Occasionem amittere. At. 242.. Or. 1. 287..
Si occasio tulerit. Fam. 156..

Occisio, *vel* occidio *indifferenter in exemplaribus legitur. Plerique tamen* occisionem *dicere malunt, quam* occidionem. *Est autem* occisio *idem, quod cædes.*

Occisioni dare. Tac. 13. Ann. c. 57.
Occisionem facere. Or. 1. 295.
Occisione occidere. Or. 3. 265.

Occupatio *et loci, et animi est, ut verbum, a quo proficiscitur. Sed cum animi est, translate ponitur. Figura est etiam aliquando rhetorica, cum dicimus nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus.*

Ad occupationem rei alicujus descendere. Rh. 207.
Occupationibus impediri. Fam. 161.
——— implicari. Ph. 2. 12.
——— distineri. Fam. 201. At. 37..
——— temporis aliquid eripere. At. 8..
——— relaxare. Fam. 95.. At. 262.
Ab occupatione expedire. At. 49.

Oculus.

Oculis usurpare aliquid. Lucr. l. 1. v. 300.
Oculos in aliquem conjicere. Ph. 3. 96.. At. 278.
——— alicui rei. Or. 1. 116. *vel* ad aliquam rem adjicere. Or. 2. 71.
——— de aliqua re. Or. 1. 207. *vel* a re aliqua dejicere. Or. 3. 153. In terram dejicere. Ter. Eun. 3. 5. 132.
Ante oculos, *vel* ob oculos ponere. Rh. 101. Or. 1. 35.. Or. 2. 76.. proponere. Fam. 50.. Or. 2. 180.. 215. Ph. 2. 23.. statuere. Rh. 106.. constituere. Ph. 3. 103.. Or. 1. 249.
In oculis constituere. Rh. 112.
Ante, *vel* ob oculos versari. Or. 1. 22. 35. 254..
In oculis gerere. Or. 1. 125. Gestare. Ter. Eun. 3. 1. 11.
Oculos pascere. Or. 1. 249.
In oculis ferre. Fam. 237. At. 319.. Or. 2. 255.. Or. 3. 207..

In oculis habitare. Or. 2. 273.
——— esse. At. 90.. Or. 2. 273.. Ph. 1. 188..
Oculos eruere. Plin. l. 11. c. 37.
——— effodere. Ph. 2. 78..
——— eripere. Ter. Adel. 3. 2.
Oculis captus. Virg. Georg. lib. 1.
——— subjicere. Quintil. l. 6. c. 3.
Odium, *ut invidia, et active, et passive ponitur. Dicimus enim, magnum est odium in te patris; vel magno es in odio apud patrem.*
Odium excitare. Rh. 128.
——— concitare. Rh. 60.
——— struere. Rh. 127..
——— conciliare. Cæs. de B. C. l. 2.
——— creari. Rh. 128.
——— gigni. Ph. 3. 103.
——— inuri. Or. 2. 231..
——— inserere. Or. 2. 68..
In odium vocare. Or. 2. 61.. Or. 3. 43.
——— venire. At. 161. Ph. 1. 81.
——— incurrere. *Pro venire.* Ph. 3. 38.
Odium subire. At. 181..
——— in se convertere. Or. 3. 147.
——— suscipere *et active, et passive capitur: dicitur enim et odium aliquis suscipere, qui odium in se creat; et qui concipit in aliquem odium. Tunc enim aut in alium, et hoc active; aut ab alio in se, et hoc passive.* Rh. 75.. At. 89.
Odium in aliquem ardere. Or. 3. 109.
——— premere. Fam. 113.
Odio esse alicui. Fam. 115. 187.. Or. 2. 145.
In odio esse alicui. At. 35.. 166. Or. 2. 40..
——— apud aliquem. Or. 2. 16.
Odium concipere. Or. 1. 198.
Nunc ad nonnullas activæ significationis formas transimus, quas idcirco postposuimus, quod rariores esse videantur.
Odium suscipere. *Active hic plane sonat.* Or. 3. 67..
——— capere. Or. 3. 177..
Odio esse in aliquem. *Id est odium habere.* Or. 2. 20.
Odium habere. Rh. 26. Or. 2. 50. Or. 3. 202.
——— aliquem tenere. Or. 1. 80..
——— esse alicui cum aliquo. Or. 3. 73..
Odio dissidere ab aliquo. Ph. 3. 95..
Odium profiteri. Or. 3. 240..
——— indicare. Fam. 41..
——— expromere. At. 29..
——— saturare. Or. 2. 164. Or. 3. 30.
——— explere. Or. 3. 113..
——— lenire. Or. 3. 136.
——— sublevare. Fam. 113.
——— mitigare. At. 18.. Or. 2. 203.
——— sedare. Or. 2. 203.
——— placare. Or. 2. 222.
——— restinguere. Or. 3. 125.
——— sorbere. At. 328..
——— concoquere. *Ib.*
——— profundere. Or. 3. 82.. 99..
——— effundere. Fam. 15.
——— deponere. Or. 2. 209..

Odium depellere. Fam. 183.
——— propulsare. Or. 3. 43..
——— renovare. Rh. 127.
Ad odium revocare. *Ib.*
Odium incendere. At. 135.
Odor *est activæ, et passivæ significationis; sed sæpius passivæ: ut sit odor, qui percipitur odoratu, ut qui afflatur e floribus, vel ex re alia bonus, aut teter.*
Odorem afflari. Ph. 3. 89..
Odores incendere. Or. 1. 218. Ph. 1. 199..
Odoribus capi. Or. 3. 46.
Odores ferre non posse. Or. 1. 152..
Offensa. *Inter* offensam, *et* offensionem *id tantum differentiæ a Latinis constituitur, ut* offensa *sit ejus, qui offendit;* offensio *vero ejus, qui offenditur.*
In offensa esse. *Cic. ad Att.* Negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium. At. 135.
Offensam subire. Fam. 124..
Offensio. *Non animo tantum tribuitur hæc dictio, sed corpori etiam convenit, cum vel læditur, vel concutitur, Sic generaliter ponitur pro incommodo, detrimento, quasi quadam calamitate.*
Offensionem concitare. Rh. 60.. 128.
——— facere. Fam. 202..
——— afferre. At. 14.
Offensioni esse. At. 212.
Offensionem nasci. At. 262.
——— exoriri. Ph. 3. 112.
——— accipere. At. 14. Or. 2. 269..
——— excipere. Rh. 49.
——— sumere. At. 68.
In offensionem cadere. Ph. 2. 18.
——— incurrere, vel irruere. Or. 1. 72..
Offensionem habere. Habet *et Persona, et Res* offensionem. *Persona, quæ offensionem sumit.* Fam. 86.. *Res, quæ affert offensionem.* Or. 3. 75. Ph. 1. 213.. Ph. 3. 73..
Offensionem sublevare. Ph. 3. 112..
——— lenire. Rh. 49. At. 174.
——— omittere. Fam. 166..
——— deponere. Fam. 214. At. 14.
——— obliterare. Or. 2. 208..
——— effugere. Fam. 49. 135.. Or. 1. 97.
——— vitare. Or. 1. 97.
Officina *est locus sellæ, atque operis, et quæstus quotidiani.*
Officinam instituere. Or. 1. 212.
——— instruere. Ph. 2. 163.
Ex eadem officina exire. Paradox. procem.
Officinas promercalium vestium exercere. Suet. de Gramm. c. 32.
Officium *est virtutis actio: vel (ut latius explicem) pro loco, pro tempore, pro rerum dignitate, similibusque est decens aliquod factum. Inde illud est, quod dicitur a multis, in familia bene instituta omnes in officio sunt; id est, omnes agunt, quod debent. Et, missi sunt Legatis obviam cives officii gratia:*

et circunstabant Senatores Cæsarem sedentem in aurea sella officii gratia; id est honoris gratia, quem Legatis, Cæsarive exhibere debebant. Nihil enim tam nos decet, quam merenti vel honorem exhibere vel opem ferre. Quo factum est etiam, ut officia significent beneficia. Cunctæ autem artes, modo honestæ sint, suam rationem et functionem, officium vocant: ut, officium Grammatici est, officium Medici, officium Architecti.

Pro privata, vel publica muneris functione.

Officium mandare. Plin. lib. 6. epist.
——— suscipere. Fam. 40..
——— esse alicujus. Fam. 153.
Officio præesse. Or. 1. 279.
——— fungi. Ph. 3. 48.
Officium exequi. Ph. 3. 83..
Cessare in officio. Liv. l. 45. c. 23.
De officio decedere. *Idest officii gravitatem, et dignitatem prætermittere.* Or. 1. 71.. vel, *quod ab officii functione alienum sit facere.* Ph. 3. 7..

Pro beneficiis, vel promeritis.

Officium polliceri. Fam. 84.. *vel* deferre. Fam. 84..
Officia intercedere alicui cum aliquo. Fam. 227.
Officio esse. *Id est officium præstare.* Fam. 62.. 94.
Officium esse in aliquo. Fam. 216.
——— residere in aliquo. Fam. 63..
——— adhibere. Fam. 205.
In officio esse. Fam. 255. At. 80.. 307.
Officio fungi. Fam. 37. 72.. 92..
Officium usurpare. Ph. 3. 97.
Officia exequi. At. 46.
Officiis devincire. Fam. 14.. 203..
——— comprehendere. Or. 2. 268..
——— amplecti. Fam. 64.. *vel* complecti. Fam. 214.
——— prosequi. Fam. 91. 249..
Officium tribuere. Fam. 51. 55.. Ph. 3. 12..
Officia præstare. Fam. 29. 49.. 55..
——— conferre in aliquem. Ph. 3. 109.. Or. 2. 157. Fam. 144.
——— proficisci ab aliquo in aliquem. Fam. 62..
——— constare in aliquem. Fam. 32.. 33.. At. 177..
——— extare. Ph. 3. 100..
Officium explere. Fam. 266..
In officio manere. At. 2.. Rh. 26..
Officia servare. Fam. 73. Ph. 1. 109.. *vel* conservare. Rh. 70..
Officium retinere. Or. 2. 45. Ph. 3. 73.
Officia tueri. *Pro servare.* Fam. 39.
In officio continere. Rh. 35. vel retinere. Or. 1. 30.
Officium dirigi. Ph. 3. 70.
——— agi. Fam. 205.. At. 192.
Officiis certare. Fam. 109..
——— vincere. Fam. 40.. 109.. 201.
Officia ponderare. Fam. 20.
Officia perpendere. Or. 2. 124..
——— reddere. Fam. 64.
Officium solvere, *vel* persolvere. Or. 2. 208..
Officiis respondere. Fam. 63.. 149..
——— satisfacere. At. 307.. Or. 1. 62.
Officia vincere. Fam. 258..
Officium negligere. Fam. 125..
Officio deesse. Fam. 96..
Officia deesse. Fam. 25. 82.. 181..
Ab officiis deseri. Fam. 61.
Ab officio recedere. Rh. 17. Ph. 3. 56.
——— desciscere. Fam. 180.
——— abduci. Ph. 3. 97.
Officium interrumpere. Fam. 64.
——— intermittere. Ph. 3. 97.
——— prætermittere. Fam. 8.. 73. 204.
——— præterire. Fam. 145. Or. 1. 12.
——— intermori. Fam. 91.
——— desiderare. Fam. 62. 82..
——— requirere. Fam. 18. 82..

Oleum *dicitur, quod ex olea expressum est. Eleganter posuit Cicero pro simulacro pugnæ, et pro exercitatione. De Orat.* Nitidum quoddam genus verborum est et lætum; sed palæstræ magis et olei, quam hujus civilis turbæ et fori. *Id est accommodatum concionibus et judiciis.*

——— et operam perdere. Fam. 95.
——— alicui perire. *Id est frustra aliquid conari, vel conatum esse.* At. 32..

Omen. *Non alia interpretatione indiget hæc dictio, quam qua a Cicerone explicatur de Divin.* 1. Neque solum Deorum voces Pythagorei observaverunt; sed etiam hominum, quæ vocant omina. Quæ Majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur.

Ominibus bonis. Fa. 44.. *vel* malis aliquid prosequi. Or. 3. 86.
Omen capere. Ph. 2. 101..
Quod Dii omen avertant. At. 279..
——— obruant. Or. 2. 253..

Onus *est pondus, et moles gravans: quod ponitur proprie, vel translate. At vero huic nomini sive proprie, sive translate posito eædem conveniunt locutiones.*

Onus imponere. Fam. 33.. 67.. 86. At. 207. 306.
——— addere. At. 77..
——— recipere. Rh. 200.
——— suscipere. Or. 1. 37. 55.. 148.. 149..
——— tollere. Or. 1. 20. 148.
——— habere. Or. 1. 148..
——— sustinere. Fam. 24. 65.. 251..
Onere premi. Fam. 67. 206.
——— opprimi. Or. 1. 20.
——— levare. Fam. 44..
Onus allevare. Or. 1. 20.
——— deponere. Or. 2. 179..

Opera *actio est et labor operantis.*

Operæ succisivæ *eo modo dicuntur, quo horæ, vel tempus succisivum. Est autem tempus succisivum, quod subtrahitur a rebus neces-*

sariis, et quasi secundo loco ad rei alicujus usum accommodatur. Sunt igitur operæ succisivæ, quas in rebus minus necessariis, minusque instantibus atque urgentibus velut furtim collocamus. Rh. 142. Or. 3. 164..

Operam profiteri. Or. 1. 126.
——— exigere. Ph. 3. 9.
——— suscipere. Or. 3. 58.
——— sumere. Or. 1. 225..
——— præbere. Rh. 180.
——— tribuere. Rh. 150. At. 246.. Ph. 2. 109..
——— ponere. At. 191.. 213.. 296. 325.
——— dare, ut. Fam. 29. 33.. *vel* ne. Ph. 3. 110.. Fam. 63. 138. 250..
——— dare alicui. *Id est aliquo Præceptore uti: vel aliquem ut Præceptorem audire.* Fam. 95. Rh. 193..
——— alicui. *Id est ejus commodis inservire, vel obsequium præstare.* Fam. 107. At. 69..
——— auspiciis. *Id est auspicia observare, vel colere.* Fam. 151.
——— rebus divinis. Ph. 2. 175. *h. e. sacrificare.*
——— liberis. *Id est liberorum generandorum causa coire.* Fam. 140.. Ph. 3. 26.
——— memoriæ alicujus. *Idest recordari, vel memoriam servare, aut celebrare.* Fam. 111..
——— in aliquam rem. Ph. 1. 149..
——— navare rei alicui. Fam. 127. 250. At. 277. Rh. 191.
———. *Absolute positum, pro consequi quod velis.* Fam. 250.. Rh. 111.
——— conferre in aliquid, *vel* ad aliquid. Fam. 48. Ph. 3. 4..
——— locare. Fam. 20..
——— figere. *Ib.*
——— dicare. Teren. Phorm. 1. 2.

Operas mutuas tradere. *Id est mutuum officium præstare.* Ter. Phorm. 2. 1.

Operam consumere. Fam. 90.. Rh. 63. 105.. Or. 1. 26.. 72..

Opera uti alicujus. Fam. 25.. 65. 107. 127.

Operæ parcere. Fam. 215.

De opera detrahere. Ph. 1. 2..

Operam removere a re aliqua. *Ib.*
——— perdere. *Id est nihil agere.* Fam. 95. Rh. 95.
——— ludere. Teren. Phorm. 2. 2.
——— perire. At. 32..

Operæ. Operas *etiam personas ipsas dicimus, quæ aliquid faciunt: ut sectatores, asseclæ, clientes.*

Operas cogere. Or. 1. 111.
——— conducere. Pro Sest. 38.

In operis alicujus esse. *Id est res alicujus agere.* Fam. 207..

Operæ pretium est *significat idem, quod non alienum est; vel tanti est. Ponitur etiam pro fructuoso, utili, glorioso, jucundo, magni æstimando. Dicunt Latini interdum, separatis vocibus,* pretium operæ, *ut simile veri. Quam loquendi figuram vocant Grammatici Tmesim. Id præterea a me habe,* operæpretium *ab* opera *componi, et ideo media voce per diphthongum scribi oportere.*

Operæ pretium esse aliquid facere, audire. Ter. And. 1. 3. cognoscere. Or. 1. 105. 135. recordari. Or. 2. 80..
——— facere. Or. 1. 36.

Opes *sunt divitiæ, fortunæ, vel potentia.*
——— habere. Fam. 83.. At. 187. Ph. 3. 14.. 41.

Opibus præditum esse. Or. 2. 50.
——— affluere. Or. 2. 82..

Opes augere. Ph. 3. 109..
——— prostare. Nep. in Milt.

Opibus alicujus defendi. Nep. in Iphicr.

Opes frangere. Fam. 83. 90..
——— evertere. Or. 2. 75..

Opinatio *est opinionis agitatio; vel assensio, quam vocat Cicero imbecillam et temerariam.*

Aliquid in opinatione consistere. Ph. 2. 195..

Opinationem hærere. Ph. 1. 214..
——— penitus insitam esse. Ph. 1. 214..
——— tollere. Ph. 1. 20.

Opinio *tam activæ, quam passivæ significationis est.* Opinionem *enim de aliquo habemus; vel habetur de nobis* opinio. *Estque aliquando dissipata quædam fama, sed paulo confirmatior. Aliquando etiam pro suspicione ponitur. Interdum pro spe, vel opinatione sumitur: sed sæpius pro judicio, et existimatione poni videas.*

Opinionem esse. *Cic. Famil.* 1. Hæc opinio est Pop. Romani, a tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. Fam. 4. 131.. *Idem ad Att.* 1. Prorsus summa hominum opinio est, tuos familiares nobiles homines adversarios nostro honori fore. *At.* 2.. *Idem ad Att.* 4. Nonnulla Comitiorum opinio est. At. 61.. 140.. Or. 1. 225.

Ut fert opinio. *Vulgaris est hic loquendi modus, et nulli vel triviali Grammatico ignotus: estque,* ut mea fert opinio, *idem quod puto.* Fam. 16. Or. 2. 26..

Opinionem aucupari. Rh. 111..

In opinionem irrepere. Or. 2. 256.

Opinione inflari. Ph. 3. 18..

Opinionem facere. Rh. 136.

In opinione relinquere. Or. 1. 57.

Opinionem afferre. Ph. 3. 42..
——— præbere. Cæs. de B. G. lib. 3.
——— tradere. Rh. 92..
——— inserere. Rh. 105..

Opinione imbuere. At. 229.. Ph. 1. 154..

Ad opinionem dirigere. At. 228..

In opinionem adducere. Fam. 2..

Opinionem pervadere. Or. 2. 8..
——— imbibere. Or. 1. 74..
——— accipere. Fam. 13..
——— comprehendere. Or. 2. 18..

In opinionem incidere. Fam. 130.. Rh. 25..
——— discedere. Fam. 91.
——— venire. Fam. 120.

Opinionem habere. Ph. 3. 41. 102. At. 65. 206..
In opinione esse. *Pro opinionem habere.* At. 127. Or. 2. 47.. *Item pro in opinione positum esse.* Or. 2. 215.
Opinionem tenere. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— confirmare. Fam. 81.
——— duplicare. Fam. 262..
Opinioni respondere. Fam. 19..
Opinionem vincere. Fam. 67. Ph. 1. 1.
——— superare. At. 76..
——— fallere. Fam. 6.
——— inveterascere. Or. 1. 66..
Ex opinione movere. Ph. 2. 60..
Opinione levare. Ph. 3. 109..
Opinionem excutere. Ph. 1. 173.
——— evellere. Or. 2. 18..
——— convellere. *Ib.*
——— deponere. Or. 2. 47..
——— amittere. At. 51..
Opis, opem, ope, *pro auxilio ponitur.*
Opis indigere. Ph. 3. 10..
Opem petere. Ph. 1. 229. At. 233..
——— implorare. Ovid. Met. lib. 8.
——— ab aliquo expectare. At. 152. Or. 3. 83.
——— porrigere. Rh. 100.
——— tendere. *Ib.*
——— ferre. Fam. 45.. 62. 252..
——— afferre. Fam. 150.
Opportunitas *idem est quod facultas, occasio, vel tempus actionis opportunum, vel utilitas. Estque loci (et tunc proprie accipitur) temporis, et personarum.*
Opportunitatem habere *ea dicunt Latini, quæ opportuna videntur. Id est quæ commoda et utilia sunt. Sic passivæ magis, quam activæ significationis est hæc locutio.* Ph. 3. 99.. Rh. 50. At. 126.
Oppugnatio, *ut* oppugno, *vel dignitatis, famæque, aut personæ; vel oppidorum, urbium, castrorumve est.*
Oppugnationem sustinere. Cæs. de B. G. lib. 5.
Optatum *dicitur, quod in votis est.*
In optatis esse *res nobis dicitur, quam magnopere expetimus.* Fam. 25.
Optatis respondere. Fam. 18.
Præter optatum *est, non optando, vel expetendo.* Or. 3. 89..
Optio. *Non est unde* optio *proficisci videatur, nisi ab* optare, *maxime si significationem spectes. Est autem* optio *libera rei alicujus potestas, vel facultas nihil omnino de voluntate detrahens.*
Optionem deferre. At. 67..
——— dare. Rh. 181.. Or. 1. 5.. 297.
——— facere. Or. 1. 61..
Opus, *cum nomen est, ponitur pro artificio, vel generaliter pro re omni, quæ nostra opera fit, sive in litteris versemur, sive in re alia qualibet. Cum vox est indeclinabilis, sic loquimur :* opus est aliquid nobis, *vel* re aliqua : opus est, *idest convenit, tempus fert, res fert :* si opus est, *si ita commodum vestrum fert, si necesse est. Cum nomen est.*
Opus facere. Fam. 35.. *vel* efficere. Fam. 108.. At. 147.
——— esse. Ph. 3. 98..
Opere Corinthio cælatæ galeæ. Or. 1. 223.
——— magnifico aliquid extructum. Or. 3. 264.
——— præclaro aliquid factum. Or. 1. 206..
——— antiquo, et summo artificio aliquid perfectum. Or. 1. 210..
Cum est vox indeclinabilis.
Aliquid opus esse : *ut, dux nobis opus est.* Fa. 20.. 109.. 137..
Re aliqua opus esse. Fam. 40. 58.. 111.
Rei alicujus opus esse. Fam. 147. *Sed raro cum gen.*
Ora. *Oræ significationem ita distingue, ut generaliter sit pro extremitate cujuscunque rei. Spectatim vero sit pro regione, vel parte qualibet terrarum, vel pro regione littorali.*
Oram solvere. Oram *pro fune nautico accipito ; quam significationem hujus nominis esse, luce clarius probabunt exempla sequentia. Titus Liv. l. 22. c.* 19. Vix dum omnes conscenderant, cum alii resolvunt oras, aut anchoram vellunt; alii, ut ne quid teneat, anchoralia præcidunt. *Id. l. 28. c.* 36. In ipsis quoque navibus trepidatum... trahunt scalas, orasque et anchoras præcidunt. *Quintil. ep. ad Tryph.* Permittamus vela ventis, et oram solventibus bene precemur.
Oraculum *est sors, vel vaticinatio.*
Oraculum petere. Ph. 2. 96. 100.
——— ducere. Ph. 2. 87..
——— edere. Ph. 1. 68.. Ph. 2. 132..
——— fundere. Ph. 2. 14.. 87.. 104.
Oratio. *Orationem ponunt Latini pro omni locutione ; etiam pro privato sermone, et colloquio.*
Oratio longa, et alte repetita. Rh. 151.
——— mollis. Fam. 91.
——— liberalis. *Ib.*
——— honorifica. Fam. 60.
——— dulcis. Ph. 3. 83.
——— aspera. Rh. 198..
——— contumeliosa. Fam. 60.
Orationis summa. Att. 168..
——— divitiæ. Fam. 48..
——— paupertas. *Ib.*
Orationem esse alicui cum aliquo. Or. 3. 26..
——— in re aliqua versari. Rh. 106.
——— longius fluere. Fam. 129.
Oratio scripta elegantissime sententiis, et verbis. At. 238.
——— perelegans et persubtilis. Or. 2. 271.
——— longa, et bonis valde verbis. Or. 2. 68..
——— copiosissima et ornatissima. Or. 2. 169.
——— bonis artibus instituta, cura et vigiliis elaborata. Or. 3. 47.
——— diu, et multis lucubrationibus commentata. Ph. 266..

Oratio puris et electis verbis composita. Rh. 27. .
——— sapientissimis sententiis et gravibus verbis ornata atque perpolita. Rh. 87. .
——— composita, et ornata, et artificio quodam et expolitione distincta. Rh. 89.
——— fortis. Rh. 125.
——— lenis, placida, summissa. *Ib.*
——— plena, teres. Rh. 161. .
——— gravis. Rh. 151. .
——— suavis. *Ib.*
——— docta, erudita, admirabilis, polita. *Ib.*
——— consperss verborum et sententiarum floribus. *Ib.*
——— juncta, cohærens, æquabiliter fluens. Rh. 158. .
——— luminibus verborum et sententiarum frequentata. Rh. 161. .
Orationis genus peracutum et plenum artis. Rh. 174.
Oratio altius exaggerata. Rh. 170. .
——— incitata et volubilis. Rh. 183.
Orationis opimum et tanquam adipale genus. Rh. 199.
——— genus solutum, effluens, sententiis argutum, verbis sonans. Rh. 201.
Oratio incitata, vibrans, accurata. Rh. 195. .
——— tracta et fluens. Rh. 202. .
——— contorta et acris. *Ib.*
——— plena litteratæ senectutis. Rh. 189.
——— volubilis et paulo fervidior. Rh. 174. .
——— pugnax. Rh. 175. .
——— pacata. Rh. 175. .
——— sedata, lenis. Rh. 198.
Orationis genus diffluens et dissolutum. Rh. 220.
Oratio turgens, *vel* inflata. Rh. 27.
——— priscis, novis, et duriter translatis verbis composita. Rh. 27.
Orationis genus aridum et exangue. Rh. 27. .
Oratio spinosa et exilis. Rh. 91.
Orationis genus exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum. Rh. 149.
Oratio astricta, contracta. Rh. 175. .
——— carens numeris, dissipata, inculta, diffluens, dissoluta, angusta. Rh. 218. .
——— obscura, rapida, et celeritate cæcata. Rh. 189.
——— aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque conclusa. Rh. 198. .
Orationis facultas. Or. 3. 47.
——— copia. Rh. 191.
——— flos. Ph. 3. 116.
——— lumen. Rh. 214.
——— jejunitas. Rh. 182. .
——— duritas. Rh. 201. .
——— severitas, et quædam velut tristitia. Rh. 201. .
——— exilitas. Rh. 191.
Orationem aucupari. Or. 3. 25.
——— habere. Fam. 62. Or. 2. 46. . Ph. 3. 43.
——— dicere. Or. 2. 275.
——— instituere. Ph. 1. 145.
Orationem exaggerare. Rh. 152. .
——— cohærere. Or. 3. 40. .
——— consistere. At. 308.
——— crescere. Or. 2. 188.
——— efflorescere. Rh. 86. .
——— delabi. Ph. 3. 110. .
——— canescere. Rh. 165. .
Orationis facultatem exarescere. Fam. 138.
Orbis *est circus, circulus, ambitus.*
Orbem circunscribere. Ph. 1. 29. .
——— contorquere. Ph. 2. 199.
——— versare. Or. 2. 279. Or. 3. 84.
——— conficere. Rh. 210. . Ph. 3. 128.
——— terrarum peragrare. Or. 1. 225.
Orbita *est rota, vel currus. Vel est vestigium decurrentis in viis rotæ.*
Orbitam imprimi. At. 35. .
Ordo *aliquando hominum est; aliquando vero rerum.*
Cum hominum est, ponitur pro eo, quod vulgus statum vocat; ut, ordo Senatorius, ordo Equestris. *Vel refertur ad genus vitæ, et hominis fortunas : vel etiam pro ipsis hominibus interdum intelligi potest. Adde, si in quibusdam exemplis* ordinem amplissimum *a Cicerone dici videas, de ordine Senatorio Ciceronem intelligere. Erant autem apud Romanos tres ordines, scilicet* Senatorius, Equester, *et* Plebeius.
Ordines ducere. *Aliquando ordo ad rem bellicam refertur : unde manat perpulchra ista locutio. Cicero Phil.* 1. Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res et judicant, et judicaverunt. Or. 3. 156. . *De Centurionibus, et Equitibus loquitur Cic. id est qui militibus præfuerunt. Nam sequitur.* Non quæro (inquit) istos : quicunque ordinem duxit, judicet. At, si feratis : quicunque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis. *Tit. Livius l.* 2. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse aiebant, aliaque militiæ decora, vulgo miserantes eum, jactabant.
——— assignare. Or. 3. 98. .
Ordinem adipisci. Or. 2. 155.
In ordinem redigere. Plin. lib. 2. epist.
——— cogere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
Cum rerum est.
Ordinem adhibere. Ph. 3. 4. .
In ordinem adducere. Ph. 1. 29. .
——— conficere. Or. 1. 46.
——— redigere. *Id est digerere, vel disponere.* Rh. 19.
Ad ordinem se referre. Ph. 1. 17. .
Ordinem explicare. Rh. 166.
——— habere *ea dicuntur, quæ bene ordinata sunt, vel quæ ordinem demonstrant, vel ad ordinem nos dirigunt.* Rh. 189.
——— tenere. Or. 3. 201.
——— sequi. Rh. 187.
——— servare. Or. 3. 201.
——— conservare. At. 84. Ph. 3. 28. .
——— immutare. Rh. 218. .
——— perturbare. Rh. 185.
Ordine. Rh. 229. . At. 161.

Ordine, et recte. Or. 1. 4. . 192. Or. 3. 191. 225.
In ordine. Rh. 21. .
Ex ordine. Rh. 22. 25. . Or. 1. 233. Or. 2. 75. .
Extra ordinem. Or. 2. 35. . 216. . Or. 3. 73.
ORIGO *est principium, causa, ortus, stirps, semen, fons. Et sæpius de rebus, quam de personis ipsis dicitur.*
Originem rei alicujus quærere. Ph. 2. 196.
——— persequi. Ph. 1. 110.
——— reperire. Ph. 2. 195. .
——— ducere. Quintil. l. 1. c. 6.
Origo verborum. Id. *Ib.*
ORNAMENTUM *est honor, dignitas, decus, insigne lumen. Atque cum maxima elegantia vocamus aliquem lumen patriæ, et civitatis, ita eundem ornamentum patriæ, civitatisve appellare possumus.*
Ornamento esse. Fam. 42. 252. Or. 1. 283.
Ornamentis afficere. Or. 3. 63. .
Ornamenta ab aliquo proficisci. Fam. 30.
——— congerere. Or. 3. 145. .
Ornamentis redundare. Fam. 41.
Ornamenta obtinere, vel retinere. Or. 1. 17. .
——— minuere. Or. 3. 74. .
——— tollere. Ph. 3. 111. .
Ornamentis spoliare. Fam. 71.
Ornamenta occidere. Or. 2. 184.
——— amittere. Fam. 51. .
——— recuperare. Fam. 183. .
ORNATUS, us, ui, *dicitur cultus ipse, quo quis ornatur: ut, cum dicimus aliquem* Tragico, *vel* Comico ornatu *prodire. Propria ea videtur esse ornatus significatio; extra quam tamen persæpe egreditur, refferturque ad alia: ut, cum appellamus* ornatum orationis, *sive intelligamus pro verborum splendore, sive accipiatur pro sententiarum gravitate et luminibus.* Ornatum habere. *Habent ornatum, quæ apprime ornata sunt. Sic passivæ significationis potius, quam activæ, esse videtur locutio.* Rh. 167. 204.
Ornatum removere. Rh. 204.
——— afferre orationi. In Or. c. 39.
——— sumere. Nepos in Eum. Fin.
ORTUS, us, ui, *et occasus inter se contrarii sunt: pertinentque tam ad res inanimatas, quam ad animatas.*
Ortum habere: *Id est gigni.* Ph. 2. 195.
——— fieri. Ph. 2. 127. .
OS, ORIS, *proprie concavum illud dicitur, in quo sunt lingua, et dentes. Ponitur etiam pro conspectu, vel aspectu; et id tam passive, quam active. Nimirum pro conspectu, passive; pro aspectu, active. Præterea ponitur pro impudentia, audacia, vel temeritate. Porro accipitur eleganter pro recta pronuntiatione. Cicero de Orat.* 2. Sed tamen quoniam hoc totum, quicquid est, sive artificium, sive studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse; docebo vos, quid de omni genere dicendi sentiam. Rhet. 3. *Accipitur etiam venuste os per translationem pro introitu. Cicero in Verr. Act.* 6. Alterum signum in Ponti ore et angustiis. *Or.* 1. 230. *Idem in Verr. Act.* 7. In ipso aditu atque ore portus tabernacula collocabat. Or. 1. 241. .
Os perfricare *dicimus, ut frontem perfricare.* Ph. 1. 199.
— sublinere *pro eo, quod est verba dare, et arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud Auctores.* Plaut. 198.
In ore versari. Or. 1. 101. *Ad rumorem pervagatum pertinent eæ locutiones.*
——— habere. Fam. 92.
——— esse. Ph. 3. 95. . Ph. 1. 80. . At. 93. .
Ex ore alicujus aliquem admirari. Ph. 1. 156.
Ore uno: *Id est uno consensu.* Ter. And. 1. 1.
Ex ore exire. Rh. 189. 209. Or. 3. 29. . *vel* excidere. Or. 2. 180. .
Os præbere. At. 17.
Ore pleno laudare. Ph. 3. 13.
In os laudare. *Id est coram.* Ter. Adel. 2. 4.
OSCULUM *diminutivum est ab* ore. *Vel pro basio ponitur.*
Osculum dare. Plaut. 367.
Osculo aliquem excipere. Suet. in Oth. c. 6.
Oscula alicui eripere. Tibull. l. 2. El. 5.
OSTENTUM, *id est portentum, quod statim futurum aliquid ostendat, ut Cometæ, tonitrua die sereno.*
——— facere. Fam. 123. .
OSTIUM *est janua. Dicuntur etiam ostia, Fluviorum patentes aditus.*
——— aperire. Or. 1. 29.
——— patere. Ph. 2. 211. .
OTIUM *proprie dicitur vacatio a labore, vel laboris laxamentum atque remissio, vel vitæ tranquillitas. Et quia ii, qui studiis operam dant, necesse est, ut non negotiosi sint, sed otiosi, factum est, ut* otium *pro litterario studio nonnulli accipiant. Ita vero* otium *absolute positum sine adjectivo pro studii labore apud Ciceronem legere me non memini. Sic autem vocat Cicero,* otium litterarium, *vel* litteratum.
——— facere. Or. 2. 87.
——— dare. Rh. 1. 110. .
——— præstare. Fam. 9.
——— tribuere. Rh. 85.
In otium ire. Fam. 195. . *vel* venire. At. 4. .
In, *vel* ad otium se convertere. At. 326. conferre. Rh. 121. . referre. Fam. 130. . *vel* deflectere. At. 145.
Otium nancisci. Fam. 22. . 35.
——— complecti. At. 26.
——— sequi: *Id est otii causam quærere, vel otii studio duci, vel otio inhærere.* Rh. 148. Or. 2. 137.
——— habere. Rh. 98. Fam. 161. . 201.
——— esse. Fam. 28. . At. 188. Rh. 114. 229. .
In otio esse. Or. 1. 237.
Otio abundare. Rh. 86. . 154. . Fam. 95. .
——— affluere. Rh. 148.
——— diffluere. Rh. 154. .
——— tabescere. At. 30. .

Otio languere. Ph. 2. 3.. *vel* languere, *aut* hebescere in otio. Ph. 1. 2..
Otium oblectare. Fam. 113. Ph. 1. 41.
——— conterere. Ph. 3. 115..
——— consumere. Rh. 89.. 113..
——— tenere. Or. 2. 87.
Otio frui. Fam. 77.. *vel* perfrui. Fam. 94.. 111.
Otium confirmare. Rh. 86.
——— perturbare. Or. 3. 177. Ph. 1. 5.
Otio privare. Fam. 49.
Otium pecunia redimere. At. 296..
OVUM.
Ova gallinis supponere. Ph. 2. 50.
Ovis. Col. lib. 8. ca. 5. *vel* ova incubare. Plin. lib. 9. ca. 10.
Ova gignere. Ph. 2. 52.
Ex ovis pullos excludere. Ph. 2. 52.

P

PABULUM *proprie est pecudum, vel quorumvis brutorum. Translate tamen etiam ad animum pertinet.*
——— quaerere, vel petere. Plin. lib. 10.
——— animi habere. Ph. 1. 32. Ph. 3. 82.
PABULATIO *est actus pabulandi, vel pastus.*
Pabulatione prohibere. Cæs. de B. G. lib. 7.
PACATUS *idem est quod sedatus, mitigatus, vel tranquillus.*
Pacatis bellis. Vellei. l. 2. c. 59.
Pacatum aliquem alicui esse. Or. 3. 213..
PACIFICATIO *est compositio, vel ab armis discessio.*
Pacificationis nullam spem esse. At. 106..
In pacificationem se interponere. Fam. 160..
PACTIO *est conditio, fœdus, promissio.*
Ad pactionem venire. Rh. 71. At. 145..
Pactionem conflare. Or. 2. 253..
——— facere. At. 67. 296.. Or. 1. 51.. Or. 2. 163.
In pactione manere. Nepos in Agesil.
Pactionem conficere. Fam. 227.. At. 75.
Pactione obstringere, *vel* obligare. Or. 2. 211.
Pactionem perturbare. Ph. 3. 73..
PACTUM *dicitur, quod inter aliquos convenit. Ponitur etiam pro conditione, vel modo: ut, cum dicimus nullo pacto, aut aliquo pacto aliquid fieri.*
Pacto manere. Or. 1. 69.
Pactum servare. At. 28. Ph. 3. 70..
Pacto stare. Liv. l. 9. c. 11.
Ex pacto. Id. l. 1. c. 11.
PAGINA *est utraque pars folii.*
Paginam complere. At. 216.
Paginæ primæ respondere. At. 89.. 90.
Pagina prima perturbari. Fam. 258.
Paginam contrahere. At. 76..
PALLIUM *est amiculum.*
——— injicere. Ph. 2. 76..
Pallio tegere. Ph. 2. 138.
Pallium detrahere. Ph. 2. 76..
PALMA *aliquando dicitur planum illud et concavum manus, quod in digitos desinens, decore patet.* Palma *quoque arbor est; dicta, quod comam in cacumine habeat circum extensam, et ramos in digitorum modum protensos.* Palma *item pro victoria persæpe ponitur: et ideo victoribus traditur præmio, quod, ut* Palma *non cedit ponderi, sed surgit adversum pondus, ita ipsi non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Itaque in certaminibus* palmam *signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenii ejusmodi lignum est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat.*
Palmam dare. Rh. 156. Or. 2. 159..
——— deferre. Rh. 129..
——— ferre. At. 62..
——— accipere. Rh. 180.
——— possidere. Plaut. 423.
Palmarum plurimarum aliquem esse: *Id est qui multas consequutus sit victorias. Cic. pro Rosc. Amerino:* Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis Gladiator habetur. Or. 1. 21.
PALPEBRÆ *sunt, quæ oculos tegunt; scilicet capilli, quos homines in genis utrinque habent.*
Palpebras resecare. Or. 3. 88..
PAR *vel substantivum, vel adjectivum est. Cum substantivum est, poni solet pro numero duorum; ut* paria amicorum. *Cum adjectivum est, fere accipi videas pro simili, æque potenti, decenti, æquo, convenienti.*
—— ac. Ph. 2. 60. *vel* atque. Cæs.
—— est, id facere. Rh. 197. Fam. 179.. At. 143. 246..
—— pari referre. Fam. 15.
Infima summis paria facere. De Leg. 3. c. 9.
Paria paribus respondere. At. l. 6. ep. 1.
Par est. *h. e. conveniens.* Nepos in Att. vita.
PARATUS *idem est, quod instructus, armatus, promptus, expeditus.*
Paratus aliquid facere. Or. 1. 2.
——— rei alicui. Fam. 57.. 82.. Ph. 2. 208.
——— ad aliquid. Rh. 177.. 198.. At. 138. Or. 2. 82.
——— re aliqua. Rh. 26.. Fam. 124. At. 249.
——— bene. Fam. 148. 174. *vel* male a re aliqua. Fam. 120.
PARRICIDIUM *est cognati, vel civis, vel aliorum occisio: vel contra Patriam machinatio.*
Parricidio se inquinare. Ph. 1. 120. 229..
——— obstringere. Or. 3. 137.
PARIES *de privatis dicitur, ut domorum paries: estque id, quod interjicitur, et interjacet inter unam, et alteram domum.*
Parietem ducere. Or. 1. 116.
——— vestire. Or. 1. 228..
——— dealbare. Fam. 109.
——— perfodere. Or. 1. 31.
——— disturbare. Ph. 3. 121.
Intra parietes disceptare, vel experiri. *Cic. pro Quintio:* Si quid in controversiam veni-

ret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur &c. *Id est, aut inter amicos disceptandam rem permitteret citra judicium, et extra cancellos forenses; aut apud Judicem concesso sibi legibus ac moribus jure uteretur.* Or. 1. 6. .

PARS *vel loci, vel muneris, vel membri est. Ponitur etiam pro secta, vel factione: unde dicimus* partium contentionem, *et aliquem alicujus partibus studere.*

Cum loci est.

Cicero Fam. 12. Opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. *Fam.* 185. . *Ib.*: Sic statuebam, omnes, quæ in istis partibus essent, opes copiasque tuas esse. Famil. 186. .

Cum muneris est, et officii.

Partes deposcere. Or. 1. 34. .
——— imponere. At. 162. Or. 1. 38. .
——— dare. Fam. 130. Ph. 3. 20.
——— suscipere. Fam. 40. . 44. At. 103. . Or. 1. 218. .
——— sumere. Fam. 130. Or. 3. 224. .
——— obtinere. Or. 1. 1. .
——— agere. Fam. 41. . Or. 2. 125.
——— transigi. Partes transactæ *dicuntur, cum suscepto negotio functi sumus.* Rh. 110.
——— eripere. Fam. 56. .

Cum membri est.

Membri partem cum esse dicimus, rei cujuslibet divisionem intelligi volumus; et refertur tam ad corporea, quam ad incorporea.

In partem vocare. Or. 1. 287.
Partem facere. Rh. 142. . At. 197. .
——— dare. Or. 1. 253. Or. 3. 38. .
——— legare. Or. 1. 287.
——— habere. Or. 1. 54.
——— suam exigere. Or. 1. 54.
——— condonare. Or. 1. 54.
Bona pars, *Pro magna parte.* Rh. 110.
Magna. Or. 3. 59. Major. At. 255. Or. 2. 70. . 81. Or. 3. 212. Maxima pars.
Multo maxima pars. Or. 2. 14. 245. .
Multis partibus malle aliquid. Ph. 1. 98.
Prope pars: *Id est bona, vel major pars.* Or. 3. 134.

Magnam partem. *Ex hoc nomine venustus est loquendi modus, qui per accusativum effertur ita, ut exempla sequentia indicabunt. Cic. Fam.* 4. Etsi abfui magnam partem Consulatus tui, tamen absens cognoscebam, quæ &c. *Fam.* 47. *Idem in Ver. Act.* 6. In hac officina majorem partem diei sedere solebat. *Or.* 1. 212. *Idem.* Nullam partem noctis requiescebat. *Or.* 1. 35. *Idem.* Lacrymæ magnam partem tectis ac tenebris continebantur. *Or.* 2. 199. . *Idem in Bruto*: Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. *Rh.* 215. . *Idem Offic.* Maximam partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiscantur ea, quæ concupierunt. *Ph.* 3. 5. . *Idem Tusc.* 4. Chrysippus, et Stoici, cum de animi perturbatione disputant, magnam partem in his partiendis, et definiendis occupati sunt: *Id est maxime, vel potissimum.* Ph. 1. 211.

In omnem partem valere. Fam. 55.
In eam partem hæc scripsi, ne &c. At. 251.
——— ——— disputo, ut &c. Or. 1. 237.
In partem beneficii numerare. Or. 3. 231.
In neutram partem aliquid effici posse. Ph. 3. 36. .
Ex aliqua parte gaudere. At. 319. .
— magna parte alicui assentiri. At. 102.
— omni parte aliquid considerare. Ph. 2. 115.
Pro mea parte. Fam. 61. *Id est quantum in me fuit; vel quantum tulit mea facultas; vel quantum viribus, et facultate mea præstare potui: vel quoad per me licuit, et fieri potuit.*
Ab sua parte. Liv. l. 1.

Cum sectæ est, vel factionis.

Partibus infici. At. 281. .
Partium alicujus esse. Or. 1. 12. .
Partibus studere. Rh. 14.
In partes alicujus trahere aliquem. Tac. 4. Ann. c. 60.
Partes fovere. Tac. lib. 17.
Nullius partis esse. Fam. 163.
Partibus alicujus se miscere. Vellei. 2. c.86.

PARTICEPS *dicitur socius: cui opponitur* expers.
Participem facere aliquem rei alicujus. Rh. 73. . Fam. 151.

PARTITIO *est divisio, vel distributio.*
Partitionem facere. Rh. 86. . Or. 2. 169.

PARTUS, us, ui. *Idem est quod fœtus; vel ipse pariendi actus.*
Partum afferre. Ph. 2. 49. .
——— facere. Ph. 2. 119.
——— maturescere. Ph. 2. 39. .
——— appropinquare. Or. 2. 23. .
——— instare. Teren. Adel. 3. 2.
——— herbis abigere. Or. 2. 24.
Partu levari. Ovid. Metam. lib. 9.

PASTUS, us, ui. *Est locus pascuus, vel cibus tam hominum, quam brutorum.*

Pastum inquirere. Ph. 3. 3.
——— parare. Ph. 3. 3.
——— comparare. Ph. 2. 50.
} Omnia, quæ sint ad vivendum necessaria, inquirunt, parant, ut pastum, ut latibula.

——— capessere. Ph. 2. 50.
——— conficere. Ph. 2. 50.

PATIENTIA *est honestatis, aut utilitatis causa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.*
Patientiam suam ostentare. Or. 2. 102. .
Patientia uti. Or. 3. 226.
——— et obsequio aliquem mitigare. Or. 3. 80.
In patientia obdurescere. Or. 1. 242. .
Patientiam alicujus obdurescere usu. Or. 3. 116.

Patientiam percellere. Or. 3. 116.
——— alicujus tentare. Or. 2. 69..
Patientia alicujus abuti. Or. 2. 97..
PATRIMONIUM *ponunt Latini pro bonis paternis, hoc est, hæreditate a patre relicta. Ponitur etiam aliquando translate non sine magno ornatu.*
——— relinquere. *scilicet hæreditatis nomine.* Fam. 27.. Or. 2. 243.
——— constituere. Fam. 17.
——— obtinere. Or. 1. 19..
——— retinere. Or. 2. 299.
——— comedere. Or. 3. 24..
——— effundere. Or. 3. 46.. Ph. 3. 44.
——— conficere. Or. 2. 163..
——— dissipare. Or. 2. 163..
——— eripere. Or. 3. 24..
Patrimonio spoliare. Or. 2. 178.
E patrimonio expellere. Or. 1. 43.
PATROCINIUM *est defensio, vel advocatio.*
——— suscipere. Rh. 107.. Or. 3. 210. Ph. 2. 3.
——— arripere. Rh. 106.
——— tueri. Fam. 65.
——— repudiare. Ph. 1. 77.
PATRONUS *non semper in causis est; sed is dicitur, qui tam verbo, quam facto imbecilliorem, vel afflictum sustentat. Et qui apud Romanos civitates, aut nationes in fidem recepissent, earum patroni erant.*
Patronum adoptare. Or. 3. 4.. 207..
——— asciscere. Or. 3. 85.
——— adhibere. Fam. 266..
——— dare. Rh. 134..
——— constituere. Or. 2. 124..
——— alicui existere. Or. 1. 19. vel esse. Ph. 3. 100..
PAUCITAS *est raritas, vel inopia.*
Paucitatem magnam esse rei alicujus. Rh. 85.. Fam. 24.
PAUCUS *idem est quod rarus, modicus, exiguus.*
Paucis aliquem velle. Ter. And. 1. 1. *h. e. paucis verbis.*
——— respondere. Virg. Æn. lib. 6.
——— absolvere. Salust.
Ad pauca redigere. Or. 3. 132..
PAX *præter vulgarem significationem interdum ponitur pro venia. Alias vero accipitur pro concordia, otio, quiete, compositione, tranquillitate.*
Pace tua dixerim: *id est tua venia, te non irascente, te non læso, te non offenso. Cicero pro Mil.* Pace tua, Patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie. *Or.* 3. 121.. *Idem de Orat.* 1. Tu vix ullam cæteris Oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. *Rh.* 91. *Idem in Offic.* Peccavit igitur (pace vel Quirini, vel Romuli dixerim). *Ph.* 3. 60.. *Idem in Tusc.* Cujus ego judicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. Ph. 1. 230..
Cum pace. Cum pace *ponunt aliquando Latini pro non iracunde, aut non cum ira. Cicero Tusc.* 5. Non illud quidem cum pace agemus. Ph. 1. 244.. Or. 2. 131..
Pacem petere. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— orare. Salust. in Jugurt.
——— exposcere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— tentare. Liv.
De pace agere. Liv.
Pacem impetrare. Liv.
——— redimere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— recuperare. Sal. in Jugurt.
——— conciliare. Fam. 160..
——— parere. Fam. 146.
Ad conditionem pacis adducere. Cæs. de B. G. lib. 8.
Ad pacem animum alicujus verti. Liv.
——— intentus. Cæs. de B. C. lib. 3.
Pacem nuntiare. Salust. in Jugurt.
——— pacisci. Liv.
——— evenire. Sal. in Catil.
——— convenire. Sal. in Jugurt.
——— facere. Or. 3. 177.. 241.. 242. Ph. 3. 74.
——— conficere. Or. 2. 153.
——— dare. At. 290..
——— jungere. Liv.
——— accipere. Fam. 77.
——— habere. At. 111. Or. 3. 213.
——— esse. Or. 3. 62. 210..
In pace esse. Or. 2. 117..
Pace uti. *Pro habere pacem.* Or. 3. 69..
Pacem gerere. Sal. in Jugurt.
——— agitare. Sal. in Jugurt.
——— confirmare. Or. 3. 152.
——— servare. Or. 3. 213.
——— abnuere. Sal. in Jugurt.
——— turbare. Liv.
——— imminuere. Sal. in Jugurt.
——— irritam facere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
Pax infecta. Liv.
Pacem eripere. Or. 3. 69..
——— mutare. Tac. lib. 3.
PECCATUM *fere nihil a* culpa *differt, nisi Donati differentiam inter* culpam, *et* delictum *sequi velis. Nam si* culpa *perpetuo est inscientis, est certe, in quo* peccatum *a* culpa *discrepet. Etenim* peccatum *ejus etiam esse potest, qui animum diligenter advertat: sed vel consilii inops, vel rerum rudis rem prudenter sapienterque non gerat.* Peccatum *quoque in re quavis consistit; sive in negotiorum procuratione; sive in artium, aut litterarum recte et scienter appellandarum ignoratione. Quam significationis varietatem confirmat verbum, a quo ducitur. Peccare enim in re qualibet dicimur, cum id, quod ex rei dignitate, vel natura est, prætermittimus, vel omittimus.*
Peccati licentiam patere. Ph. 3. 111.
Peccatum oriri. Ter. Adel. 4. 3.
——— portare. *Id est habere.* Ter. Heaut. 4. 1.
——— est, id facere. Ph. 1. 97. Ph. 3. 71.
——— tuum est. Fam. 76.. At. 103.
——— transferre. Ter. Adelph. 2. 3.

Peccato indulgere. Ph. 3. 113.
Peccatum corrigere. At. 181.
——— sedare. Ter. Adelph. 5. 1.
Peccato carere. Fam. 77..
Pectus *est pars anterior thoracis a gula usque ad ventrem. Non tamen solum pro superficie thoracis ponunt Latini, sed etiam pro iis, quæ sub pectore sunt; scilicet pro corde, pro animo, cogitatione, et similibus.*
Toto pectore amare. Ph. 2. 166.
——— de re aliqua cogitare. At. 207..
——— in aliquid incumbere. Fam. 149..
Pectus onerare, *vel* complere copia rerum plurimarum. Rh. 154.
Peculatus *est crimen ejus, qui publicam pecuniam avertit.*
——— accusari. Rh. 4..
——— damnari. Or. 2. 155.
Pecunia. *Pecuniæ significatio late apud Jurisconsultos patet, laxæque ditionis est; quam etiam generatim Latini pro fortunis, divitiis, vel nummis ponunt. Unde vero appellata sit, indicant sequentes Columellæ, et Plinii loci. Columella Lib.* 6. Itaque sicut veteres Romani præceperunt, ipse quoque censeo tam pecorum, quam agrorum cultum pernoscere: nam in rusticatione vel antiquissima ratio est pascendi, eademque quæstuosissima. Propter quod nomina quoque et pecuniæ et peculii tracta videntur a pecore, quoniam id solum veteres possederunt, et adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus. *Plinius Lib.* 33. *Cap.* 3. Servius Rex primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ Remæus tradit. Signatum est nota pecudum: unde et pecunia appellata.
Pecuniam imperare. Or. 3. 87.. 178. Or. 2. 151.. Or. 1. 275..
——— corrogare. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— conciliare. Or. 1. 136. 137.
——— parere. Ph. 1. 76.
——— curare. Fam. 75.
——— conflare. Or. 3. 18.
——— facere. Or. 1. 112. 135. Ph. 2. 103.
——— conficere. *Id est facere, quærere.* Or. 1. 104. Or. 2. 72.. 150. et al.
——— exhaurire. Or. 2. 163..
——— redigere. Or. 1. 63.. Or. 2. 86. Or. 3. 128..
——— exigere. Fam. 76. At. 271. Or. 3. 87..
——— commutare. Fam. 29. 269. Or. 2. 24..
——— solvere. At. 262.
——— dissolvere. Or. 1. 187.. 246.
——— numerare. At. 70.. 262..
——— dare. Fam. 75. At. 28. Or. 1. 260. Or. 3. 205.
——— credere. Fam. 7..
——— legare. Rh. 222.
——— erogare. At. 295. Or. 1. 185. 245..
——— pendere. Or. 2. 86. Or. 3. 70.
——— decernere. Fam. 179. At. 295. 312.

Pecuniam attribuere. *Fam.* 28.. Attributa pecunia est, *quæ in stipendium militum de ærario a Tribunis Quæstori adnumerari solet. Cicero in Pisonem:* Nonne sestertium centies et octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? *Or.* 3. 98. *Erat igitur proprie* attributa pecunia ea, *quæ Imperatoribus ad provincias euntibus assignabatur. Sed in quodcunque negotium assignetur,* attributum *hodie vocari potest. Tribuni igitur ærarii secundum Asconium Pædianum ea munera obibant, quæ nunc generales Receptores obeunt,* attributam pecuniam *Quæstoribus provincialibus adnumerantes ex ærario promptam. Secundum Varronem ii erant, qui militibus ipsis protinus adnumerabant: qui nunc Thesaurarii sunt bellici. Hæc igitur diversis temporibus varie constituta fuerunt.*
——— ascribere, *vel* perscribere. Or. 2, 155..
Ad pecuniam venire. Rh. 134.
Pecuniam alicui venire. Or. 1. 115..
——— ad aliquem pervenire. Fam. 76.. Or. 3. 123.. 124.
——— cogere. Or. 1. 68.. 96. 132.. 186.. 187. 278. et al.
——— construere. Or. 2. 63.
——— congerere. Or. 3. 196..
——— coacervare. Or. 2. 63. 80.. Or. 3. 196..
——— parare. Ph. 3. 106..
——— crescere. Juven. Saty. 14.
Pecunia abundare. Or. 1. 7.
In pecuniam invadere. Or. 1. 19..
Pecuniam corripere. Or. 1. 67. 114..
——— avertere. Or. 1. 78. 83. 137.. 185.
——— auferre. Fam. 76.
——— effundere. At. 32.. Or. 3. 206.
——— dissipare. Or. 3. 206. At. 304..
——— dilapidare. At. 329.
Pecunia adesa. Or. 1. 7.
Pecuniam devorare. Or. 1. 188. Or. 3. 99.
——— exhaurire. Or. 2. 86.
Penna *Avium est.*
Pennas incidere. At. 55..
——— renasci. At. 55..
Pensio *est id, quod pro re aliqua solvitur: id est quod datur pro rei alicujus usu, aut agri, aut domus.*
Pensionem debere. Or. 3. 181..
——— exigere. Fam. 92.
——— solvere. At. 251. Or. 1. 53..
Pensum *proprie est manipulus lanæ, vel lini, qui pendet ex colo, et fuso trahitur. Unde pensa trahere dicimus pro eo, quod nere. Ovidius Fast.* 2. Lumen ad exiguum Famulæ data pensa trahebant. *Per translationem vero pensum est, quasi dicas cogitatum, sive meditatum. Ponitur etiam velut pro munere, vel officio, vel susceptis in re aliqua persequenda partibus. Ducta translatione ab Ancillis pensa deducenda a Matronis capientibus. Ex qua metaphora locutiones deri-*

vatæ vel ad officium pertinent, vel ad cogitationem referuntur.
Pensum exigere. Or. 1. 171.
——— conficere. Plaut. 571. 750.
——— absolvere. Var. de re Rust. lib. 2. cap. 2.
Pensi nihil esse. Liv. Dec. 5. lib. 4.
——— habere. Salust.
PENURIA *dicitur inopia rei cujuslibet: quam tamen proprie nonnulli dici volunt earum rerum, quæ in penu recondi solent.*
Penuriam magnam esse rei alicujus. Rh. 165. Ph. 3. 108.
PEREGRINITAS *a peregrinatione longe differt. Peregrinatio enim in actione itineris, vel viæ est, et in loci mutatione. Peregrinitas vero vel in verbis, vel in rebus esse potest: et vocamus peregrinitatem novam quandam formam et inusitatam.*
Peregrinitatem infundere. Fam. 134. .
PEREGRINUS *idem est quod advena, hospes, incola, alienus, externus.*
Peregrinum olere. Rh. 146. .
——— sonare. Rh. 146.
PERFIDIA *est fidei minime observatæ vitium, iniquitas, perversitas.*
——— decipi. Or. 1. 36. .
Perfidiam alicujus increpare. At. 308. .
PERFUGIUM *est portus, arx, vel præsidium.*
——— præbere. Or. 2. 188. .
——— esse alicui. Or. 2. 19.
——— habere. Fam. 105. Ph. 3. 12.
Perfugio uti. Or. 1. 129.
Perfugium obstruere. Or. 2. 182.
Perfugio excludere. Fam. 71. .
PERICULUM *est discrimen salutis, vel dimicatio. Ponitur etiam pro experimento.*
——— facere: *Id est experiri, vel tentare.* Or. 1. 59. 72. . Or. 3. 76. 93. . 197.
Periculo alicujus aliquid fieri. *Ex hoc nomine elegans manat loquendi genus: ut, cum dicimus aliquid alicujus periculo fieri; vel cum asciscuntur pronomina,* meus, tuus, suus, noster, vester. *Rem autem alicujus esse, vel fieri periculo dicimus, aut nostro etiam periculo, cujus periculum, et damnum in illum, vel in nos impendet, et redundat, si quod accidat.* At. 59. 85. . 212. . Or. 1. 148. 246. et al.
Periculum esse, ne. Rh. 102. . At. 15. . Ph. 1. 163. 251.
——— denuntiare. At. 35.
In periculum vocare. Or. 2. 6.
——— adducere. Or. 3. 209. .
——— arcessere. Or. 2. 96.
Periculum alicui curare. Or. 2. 146.
——— comparare. Or. 2. 164. .
——— moliri. Or. 3. 3.
——— struere. Fam. 85. .
——— conflare. Or. 2. 169.
——— intendere. At. 33. . Or. 1. 8. 19. . Or. 2. 243. .
——— creare. Or. 1. 64. . 127.
——— procreare. At. 37.
Periculum facessere. Or. 1. 61. .
——— injicere. Or. 1. 301.
——— afferre. Fam. 120. Ph. 3. 31.
——— inferre. Or. 3. 3. Ph. 3. 43.
In periculum includere. Or. 2. 50.
Periculis cingere. Or. 2. 9. .
Periculum esse a. Fam. 267. Or. 1. 259. . *vel* ex re aliqua. Ter. Heaut. 3. 1.
——— esse alicui. Teren. Heaut. 5. 2.
——— instare. Fam. 176. . 191. .
——— impendere. Fam. 112. Or. 1. 23. .
——— magnum alicujus agi: *Id est aliquem in magno esse periculo; vel magnum ei periculum instare.* Or. 1. 2. 60.
Periculo se offerre. Or. 2. 117.
In periculum se mittere. Rh. 17. .
——— committere. Rh. 65.
——— inferre. Or. 3. 59. .
In periculum venire. Or. 2. 137.
Periculum suscipere. Ph. 1. 53. Rh. 37. .
——— adire. Ph. 3. 100. . Rh. 205. . Or. 1. 36. .
In periculo esse. Fam. 59. At. 102. .
Periculum subire. Fam. 246. Rh. 235.
——— negligere. Fam. 235.
Periculo defungi. Or. 1. 21. . *vel* perfungi. Or. 2. 124. .
Periculi declinatio. At. 34. . Or. 2. 48. .
Periculum communicare. Ph. 3. 100. .
——— refugere. Fam. 163.
——— deprecari. *Ib.*
——— subterfugere. Fam. 241.
——— depellere. Or. 2. 21. 105.
——— propulsare. Or. 1. 19. . 275. . Or. 2. 203.
A periculo prohibere. Or. 2. 7.
Ex periculo eripere. Or. 2. 32.
— periculis extrahere. Or. 3. 5.
Periculis liberare. Fam. 134.
Extra periculum esse. At. 184. .
A periculo abesse. At. 229.
Periculo vacuus. At. 169. 304. Or. 2. 118. et al.
Periculi expers. Fam. 58. .
PERJURIUM *est fidei, vel jurisjurandi violatio.*
——— meditari. Or. 1. 204.
Perjurio latebram quærere. Ph. 3. 73. .
Perjurium confirmare. Or. 1. 204.
PERNICIES *est calamitas, vel exitium.*
In perniciem incumbere. Or. 2. 138.
Perniciem moliri. Or. 2. 98.
——— comparare. Or. 2. 104. .
In perniciem incurrere. Ph. 2. 73. .
Perniciem depellere. Or. 2. 230. .
PERPENDICULUM *instrumentum est Fabri materiarii, seu cæmentarii; quo plumbo e filo, et gnomone pendente rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, id est examinatur. Vel est linea laterum æqualitatem a summo ad imum latitudine probans.*
Ad perpendiculum aliquid facere. *Id est exacte, ut nihil supra.* Plin. lib. 35. cap. 14.
PERSEVERANTIA *est constantia.*

Perseverantiam retinere. Or. 2. 278. Or. 3. 211..

Persona *varie a Latinis ponitur. Modo enim pro homine, vel hominis statu accipitur. Modo pro onere, vel quibusdam quasi agendi partibus, munere, officio. Modo pro fabularum actore. Modo pro conficta facie.*

Personam imponere. Or. 1. 287.. Or. 2. 75. 125. 168.. et al.

———— suscipere. Rh. 98. Or. 1. 8.

———— sustinere. Rh. 118. Or. 2. 125. Or. 3. 95. 205..

———— gerere. Ph. 3. 23.. 25.

———— tenere. Rh. 147..

———— tueri. Rh. 171.. 179.. Or. 3. 219..

———— deponere. Fam. 111.

Persuasum *est nobis, quod probamus, vel ad quod credendum ducimur.*

———— aliquid habere. Or. 1. 248..

———— esse aliquid alicui. Fam. 168. 172. Or. 1. 202.

Perturbatio *est aversa a recta ratione contra naturam animi commotio.*

Perturbationem afferre. Fam. 172. Ph. 2. 93..

In perturbationem incidere. Ph. 3. 26..

Perturbatione commoveri. At. 87.

———— incitari. Ph. 3. 5..

———— exanimari. Fam. 124..

In perturbatione versari. Or. 2. 164..

Perturbationi succumbere. Ph. 3. 13..

Perturbatione vacare. Ph. 3. 14.

Pes *incipit a malleolis, finit ad ungues. Præter hanc vulgarem significationem ponitur usitate pro pedali spatio. Ponitur item pro fune nautico, quo in navi tenditur velum. Ponitur quoque pro mensura metrica.*

A pedibus servus. *Id est quo in itinere faciendo utimur.* At. 122.

Ex pedibus laborare. Fam. 141.

Pedibus proficisci. Liv.

———— iter facere. At. 72. *vel* conficere. Or. 3. 31..

———— ire. Or. 2. 205.. venire. At. 41. *vel* reverti. Or. 1. 94.

———— ingredi. Ph. 3. 83..

———— transire. Cæs. vel transmittere. At. 255.

Pedem ponere. At. 204.. Or. 3. 141. 169.. 189. Ph. 1. 121.

———— conferre. Or. 2. 269.

———— referre. Fam. 162. Or. 3. 241.

Pedibus trahi. *Designatur per hoc loquendi genus pessimus quidam rerum status, vel quædam velut desperatio; vel exprimitur ad calamitatem assensus. Cic. Fam.* 7. Trahantur per me pedibus omnes Rei; non laboro. *Fam.* 210. *Idem ad Att.* 4. Per me ista pedibus trahantur. At. 65.

Nec pedes, nec caput habere. *Dicitur res nec pedes, nec caput habere, cujus exitus difficilis est, et ita implicatus, ut desperari potius debeat, quam in spe ulla esse.* Fam. 109..

Ad pedes alicujus se abjicere. Fam. 49. At. 55. *vel* sternere. At. 156.. *vel* projicere. Or. 3. 8..

———— jacere. At. 312. Or. 1. 262. 200.. *vel* volutari. Or. 3. 28.

Pedibus stipendia facere. Liv. Dec. 1.

Ad pedes se dare. Plaut. 213.

———— desilire. Cæs. de B. G. lib. 4.

Pedem tollere. At. 22.

Pestilentia *loci est; et opponitur salubritati.*

Pestilentiam esse in aliquo loco. Fam. 232..

———— abire de aliquo loco. Fam. 232..

Pestis *est pernicies, vel calamitas.*

Pestem machinari. Or. 2. 97.. Ph. 2. 73.

———— afferre. Or. 2. 95..

———— importare. Or. 3. 151..

———— depellere. At. 282..

———— avertere. Ph. 2. 21..

———— comprimere. Or. 2. 103.. 244.

———— reprimere. Or. 2. 103..

———— delere. *Ib.* 244..

———— extinguere. Or. 103.. 244..

Petitio *accipitur aliquando pro honorum ambitione, et ambitiosorum studio. Aliquando vero pro actione sumitur. Præterea aliquando invadentis, vel adorientis est; ut sunt petitiones captantium hostem ad plagam inferendam: quibus vitationes et declinationes opponuntur.*

Ad honorum ambitionem pertinens.

Petitionem adornare. Or. 2. 135.

Petitioni se dare. Fam. 208.

Petitionem oppugnare. Fam. 14..

Cum est adorientis.

Petitiones effugere. Or. 2. 100..

———— declinare. Or. 2. 100..

———— vitare. Or. 2. 100..

Petulantia *modestiæ opponitur.*

In petulantiam incidere. Fam. 85.

Petulantia uti. Or. 3. 270..

Petulantiam frangere. Or. 3. 86.

Pietas *est, per quam sanguine conjunctis patriæque benevolis officium, et diligens cultus tribuitur. Vel est justitia, aut grata voluntas in parentes. Vel est justitia adversum Deos. Et sæpe pietas, charitas, et bonitas quasi idem valere videntur.*

Pietatem colere. Ph. 3. 128.

Pietate summa esse. Or. 2. 202.

Pietatem præstare alicui. Rh. 175..

Pigmentum. *Pigmenta dicuntur colores Pictorum. Sunt etiam unguenta, quibus utuntur puellæ ad venustandam faciem. Per translationem vocamus pigmenta colores rhetoricos; vel mendacia et fraudes.*

Pigmenta aspergere. Ph. 2. 85. *vel* respergere. Ph. 2. 118.

Pignus *est, quod datur, ut creditor sit securus rei creditæ: sic pro fiducia, vel securitate accipietur. Græci* hypothecam *vocant, quasi ob fidem debiti suppositum. Tam de immobili, quam de re mobili dicitur. Porro* pignus *sæpe dicimus, cum aut munus nos-*

trum, aut aliquid simile, pignus *esse amoris et benevolentiæ volumus; id est indicium, sive documentum et argumentum idoneum, vel etiam signum certum. Adde,* pignora *aliquando pro filiis accipi: quoniam filii videntur tanquam* pignora *inter virum et uxorem esse, tum vinculi, ne alioqui divortium fiat; tum charitatis. Adde item,* pignus *appellari id a Latinis aliquando, quod deponitur ab iis, qui simul decertant. In quibus omnibus significationibus tam translate, quam proprie, usurpatur.*
Pignus dare. At. 124. Or. 3. 153.. 274..
Pignori dare. Plaut. 452.
Pro pignore tradere. Or. 3. 79.
Pignoribus ablatis coercere. *Id est quod vulgo dicimus, per bonorum captionem cogere.* Rh. 143.
Pigritia *est negligentia, ignavia, vel inertia, metus consequentis laboris.*
——— facio, quod non &c. 16. Att. ep. 15.
Pigritiam incutere. Liv. Dec. 4. lib. 1.
Pilus. *Extra vulgarem vero significationem utuntur hoc nomine aliquando Latini; idque pene proverbialiter.*
Ne pilo quidem minus amare. At. 317..
— pilum quidem viri boni habere. Or. 1. 48.
— pili quidem facere. Catull. Epigr. 17.
Piratica *est ars ipsa piratæ.*
Piraticam facere. *Piraticam faciunt Piratæ, et prædones, dum artem suam exercent.* Or. 2. 206.
Pistrinum *locus est, in quo panis pinsitur, et fit. In pistrinum autem antiquitus a dominis trudebantur servi ob noxam.*
In pistrinum contrudere. Rh. 89.
——— compingere. Ibid.
——— dare, *vel* dedere. Teren. And. 1. 2.
——— tradere. At. 302..
In eodem pistrino eundem vivere. *Id est in eadem servitute et calamitate.* Rh. 121..
Plaga *variis significationibus est apud Latinos. Interdum enim* plagæ *dicuntur rariora retia ad capiendas feras. Alia est* plagæ *significatio; cum ponitur pro Cæli, vel Terræ spatio amplissimo; quod etiam clima, et tractus dicitur. Ponuntur quoque* plagæ *pro tapetibus, vel stragulis. Ponitur præterea* plaga *pro vulnere, vel percussione. Ex hac significatione transfertur nonnunquam; et tunc idem est, quod calamitas, damnum, exitium, vel offensio.*
Plagam facere. Rh. 219..
——— injicere. Or. 2. 135.
——— infligere. Or. 3. 33.
——— imponere. Or. 3. 12..
——— accipere. Fam. 261. Or. 3. 12. 212. Ph. 1. 183.. Ph. 2. 15.
Plausus *est secunda admurmuratio, et vox populi studium suum indicantis.*
Plausum quærere. At. 124. Or. 2. 45. Ph. 1. 229..
Plausum captare. Ph. 1. 188..
——— excitare. Or. 3. 25..
——— dare. At. 53.. 320. Ph. 3. 90..
——— impertiri. At. 33.
——— tribuere. Or. 3. 160.
——— mori. At. 34.
——— ingeminare. Virg. Æn. 1. 747.
Ploratus, us, ui, *est actus plorandi.*
Ploratum edere. Ph. 1. 179..
Ploratibus omnia passim sonare. Liv. l. 29. c. 17.
Poculum *est scyphus, in quo bibitur.*
——— dare. Or. 2. 23..
——— exhaurire. Or. 2. 24.
Poculis majoribus poscere. Or. 1. 89..
Podagra *est dolor artuum, vel pedum.*
Podagræ doloribus cruciari. Ph. 1. 184..
——— ardere. Ph. 1. 127.
Poema *est Poetarum opus.*
——— facere. Rh. 103.. Or. 3. 94.. Ph. 1. 40..
——— componere. At. 320.
——— condere. At. 15..
Pœna *est supplicium, quo quis ob delictum afficitur.*
Pœnam constituere. At. 306. Or. 1. 293. et al.
——— statuere. Ph. 3. 104.
——— comparare. Rh. 35.
Pœnas persequi. Fam. 13.
Pœnam petere ab aliquo. Rh. 46. At. 12.
Pœnas expetere ab aliquo. Or. 2. 164. 254. Or. 3. 83..
——— repetere. *Pro expetere.* Or. 1. 29. 209..
Pœna afficere. Fam 60.. 242.. Ph. 3. 36..
Pœnas converti in aliquem. Or. 2. 234.. 278..
Pœnam appropinquare. Or. 3. 193.
——— pervenire ad aliquem. At. 284.
——— subire. Or. 2. 233.. Or. 3. 71.. 99. Ph. 3. 64..
——— suscipere. Or. 2. 6. 198.
——— sustinere. Or. 2. 198. 233.. 240..
——— ferre. Or. 2. 84.. 164. 240. Or. 3. 28.
——— capere. Sal. in Jugurt.
Pœnas pendere. At. 175. 224.. Or. 3. 90.
——— dependere. Or. 2. 120. Or. 3. 27.
——— dare. Fam. 85. Rh. 187. et al.
——— dedere. At. 144..
——— solvere. Or. 3. 118. *vel* persolvere. Ph. 3. 103..
——— luere. At. 43. 280.. Or. 2. 181..
——— reddere. *Id est luere.* Sal.
Pœna teneri. At. 309.
In pœna esse. Or. 3. 139.
— pœnis hærere. Or. 3. 112.
Pœnam effugere. Fam. 266..
Pœna liberari. Rh. 102.
Pompa *dicitur omne spectaculum, et apparatus solemnis cum ostentatione, et specie quadam triumphi. Sic dicitur pompa nuptiarum, sacrorum, funerum.*
Petitio plena pompæ. De Pet. c. 40.

Pompa lictorum. 2. Fam. ep. 16.
Pompam adhibere in dicendo. Rh. 136.
PONDUS *proprie est, quod librando ad staterem ponderatur. Sed quoniam, quod proprie ponderosum est, hoc grave esse videmus, fit, ut pondus translate a Latinis pro gravitate dicatur; et res etiam, vel homo nullius* ponderis *vocetur, qui nullo numero est, et pro nihilo ducitur.*
——— afferre. At. 143.
——— accedere. Fam. 182. .
——— habere. Fam. 12. . 31. Rh. 177.
Ponderis. Fam. 30. 259. . *vel* pondere esse. h. e. pondus habere. At. 154. .
PONS *generaliter significat omne, per quod super aquas transimus. Unde et pro scala navium quandoque ponitur.*
Pontem facere. Fam. 157. . Or. 3. 33.
——— efficere. Cæs. de B. G. lib. 7.
——— interrumpere. Fam. 157. .
——— interscindere. Ph. 2. 171. .
——— disturbare. Rh. 4. . *Id est suffragia.* rescindere. Id. 1, 1.
——— reficere. Cæs. de B. G. lib. 7.
De ponte dejici. Pro Sex. Rosc. 99.
POPINA *est ganea, vel culina.*
Popinam inhalare. Or. 3. 82.
Ex popina extractus. Or. 3. 83.
PORTICUS *est ambulatio, exhedra, xystus.*
Porticu ædes cingere. At. 66.
PORTIO *idem est quod pars.*
Pro rata portione. *Id est pro rata parte.* Ph. 3. 128. .
PORTORIUM *dicitur vectigal portus, vel fluminum, vel lacuum, vel stagnorum. Nam et* portitor *ille dicitur, qui traducit homines, ac vehit navigio vel de navi ad littus, vel ad ulteriorem fluminis, lacus, stagnive ripam.*
Portorium imponere. Or. 3. 98.
——— locare et conducere. Rh. 52.
Portorii nomine aliquid exigere. Or. 1. 278.
Portorium dare. Or. 1. 144. .
——— tollere. *Id est abolere.* At. 31. .
PORTUS *est locus conclusus, in quem importantur merces, et unde exportantur. Vel ad quem applicant naves, et in quo persæpe hiemant. Translate pro perfugio usurpatur; ducta translatione a nautis, qui adversa tempestate jactati, sese in portum, si portum nancisci possunt, recipiunt.*
Ex portu prodire. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— progredi. Cæs. de B. C. lib. 3.
In portum cogere. Rh. 74. .
——— compellere. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— conjicere. Rh. 74. .
——— invehi. Or. 2. 124. .
——— deferri. Rh. 4.
——— se recipere. Cæs. de B. C. lib. 2.
——— venire. Ph. 3. 92. *vel* pervenire. Cæs. de B. G. lib. 4.
Portum capere. Cæs. de B. C. lib. 4.
——— tenere. Fam 15. .
In portu navigare. *Hoc proverbio significamus, nos jam a periculis abesse. Propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus navigant, hi ventorum et æstus arbitrio navigant. Contra, qui jam intra portum sunt, nihil habent negotii cum undis ac ventis.* Ter. And. 3. 1. 22. *Unde vulgatissima metaphora hominem, in cujus præsidio conquiescimus, portum appellamus.* At. 276. Or. 1. 267. Ph. 3. 38. *Et qui sese ad tranquillam tutamque aliquam vitæ rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur.*
In portu esse. *Id est in tuto.* Plaut. Merc. 4. 7. 49.
——— impingere. *In portu impingere per proverbium dicuntur, qui statim principio peccant. Ducta metaphora a nautis, qui vix dum anchoris solutis, et nave vento commissa, in saxum incidunt, vel naufragium faciunt.* Quint.
POSSESSIO. *Possessionem ita interpretamur, ut aliquando proprietatem et usum, sive actum possidendi agri, aut ædificii, non agrum, aut ipsum fundum significet. Aliquando vero bona ipsa designet. Sic igitur erit pro jure possidendi, vel pro re possessa.* Possessio *quoque, ut* possidere, *non solum bonorum est, sed rerum etiam aliarum.*
In possessionem mittere dicitur Judex ex edicto, qui rem alterutri litigantium adjudicat. Or. 1. 14. . 63. .
Possessionem dare. Fam. 105. 107. . Rh. 224. . Or. 3. 172.
In possessionem irruere. Rh. 88. .
——— proficisci. Or. 1. 16. *vel* venire. Or. 1. 15. Or. 2. 89. Ph. 3. 27.
——— pedem ponere. Or. 3. 189.
Possessionem usurpare. Rh. 153.
——— occupare. Fam. 104. . 147.
——— habere. Fam. 204. . Or. 2. 108.
——— esse alicui. Ph. 3. 124.
In possessione esse. Or. 1. 288. . *vel* consistere. Rh. 127.
Possessionem tenere. Fam. 104. .
In possessione retinere. At. 18. Ph. 3. 47.
——— manere. Fam. 156. .
Possessione pellere. Or. 3. 115. .
——— depellere. Rh. 152. .
——— deturbare. Fam. 198. .
——— exturbare. Or. 2. 180. .
——— movere. Or. 1. 100. *vel* dimovere. Or. 2. 82.
——— dejicere. 2. contra Rull. 80.
——— cedere. Or. 3. 116.
De possessione decedere. Or. 2. 79. .
Possessionem recuperare. Rh. 153.
——— restituere. Fam. 170. .
POSTERITAS. *Posteritatem ponunt Latini pro sæculis futuris.*
Posteritati servire. *Posteritati servimus, cum rebus gestis nostris memoriam posteritatis aucupamur.* Ph. 1. 155. .
POSTERUS *idem est quod consequens.*
In posterum. At. 145. . 284. Or. 1. 157.
——— prospicere. Fam. 22. Or. 2. 138.

In posterum providere. Or. 2. 84. . Or. 3. 190. .
——— differre. Fam. 151. At. 167. . Or. 3. 147. .
POSTLIMINIUM *est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ, inter nos, ac liberos populos Regesque, legibus ac moribus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere. Id quod naturali æquitate introductum est, ut, qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines suos rediisset, pristinum jus suum reciperet.*
Postliminium esse alicui. *Id est jus postliminii.* Rh. 100.
Postliminio redire. Rh. 100. 223. .
POSTRIDIE. *Id est postero die.*
Postridie, *absolute positum.* Fam. 170. . At. 211. . Or. 3. 172. .
——— ejus diei. Fam. 38. . 112. . At. 153.
——— quam. At. 137. 310. .
POSTULATIO *modo pro supplicatione ponitur; modo pro accusatione. Cum pro supplicatione ponitur, fere intelligitur de sacra. Si vero pro querela, vel quasi justa interpositione querelarum usurpetur, tunc inter* postulationem, *et* expostulationem *id differentiæ constituunt, ut* expostulatio *sit apud illum ipsum, qui peccaverit.* Postulatio *de illo apud alterum.*
Postulationem deberi. Or. 2. 251.
——— decernere. Or. 2. 248. .
Postulationibus vacare. *Id est querelas expedire.* Plin. epist. lib. 7.
Postulationi resistere. At. 313.
Postulatione profiteri aliquid. Ph. 3. 103.
Postulationes ingerere. Suet. Ner. c. 7.
POSTULATUM *postulationis significationes retinet.*
Postulata edere. Or. 1. 110. . 140.
——— deferre. Fam. 185. Or. 2. 62. .
——— accipere. Or. 3. 245.
——— remittere. Or. 3. 245.
——— facere. Nep. 7. c. 8.
POTENS *dicitur, qui in magna potentia est: vel magnis opibus, et copiis diffluit.*
Potens re aliqua. Or. 3. 61.
——— rei alicujus. Ph. 2. 117.
POTENTIA *est ad sua conservanda, et alterius obtinenda idonearum rerum facultas.*
Dimicare de potentia. 7. Att. ep. 3.
Potentiam consequi. Fam. 12. Ph. 3. 68.
In potentia esse. Or. 2. 129. .
POTESTAS *Latinis est facultas, optio, ditio, imperium, jus, vis, potentia. Cujus nominis multas significationes tradit Paulus Jurisconsultus, de Verborum significatione, Leg. Potestatis.* Potestatis, *inquit,* verbo plura significantur. *In persona Magistratuum imperium; in persona Liberorum, patria potestas; in persona Servi, dominium. Preterea dicuntur* potestates *Principes (quos Græci* Dynastas *vocant) et ii, qui magistratus gerunt, et judiciis præsunt.*
Potestatem obsidere. Or. 3. 153.
In potestatem redigere. Fam. 192. Or. 1. 115. Or. 2. 50. et al.
——— cadere. At. 119.
——— venire. At. 121. Or. 1. 106. . *vel* pervenire. Fam. 245. . Or. 2. 10. *Passivæ significationis est hæc locutio. Etenim* in potestatem venire, *vel* pervenire, *non est potestatem assequi, aut adipisci; sed in potestatem cadere, vel sub potestatem alicujus subjici.*
Sub potestatem se subjicere. Rh. 16.
In potestate esse. *Non active, sed passive sonat hæc locutio. Nam ea dicuntur esse in potestate nostra, quæ in potestatem nostram venerunt: sed nos dicimur* in potestate esse *ejus, qui potestatem auctoritatemque in nos habet, vel sub cujus potestatem subjecti sumus aut sponte, aut dominationis jure, aut emptionis nexu, aut accepti beneficii obligatione.* Fam. 53. 62. At. 50. 115. .
In potestate habere. Fam. 137. At. 257. et al.
——— contineri. Or. 2. 110.
——— tenere. At. 297. . Or. 2. 96. *vel* retinere. Fam. 197. Or. 2. 151.
Potestatem dare. Rh. 62. . 69. 72. . Fam. 151.
——— concedere. Or. 3. 242. .
——— permittere. At. 291. . Or. 1. 31. 63. 187. .
——— tradere. Or. 2. 146. .
——— deferre. Or. 3. 62. .
——— facere. Fam. 28. 60. . At. 302. . Or. 1. 30. .
In potestate alicujus aliquid ponere. Ph. 1. 82. .
In potestatem suscipere. Or. 1. 304.
Potestatem esse alicui alicujus rei. Fam. 6. 16. . Rh. 181. . At. 55. .
——— situm in aliquo. Or. 2. 144.
——— penes aliquem esse. Fam. 52. . 135. .
Potestate præditum esse. Or. 235.
Potestatem habere. Rh. 72. Fam. 74. At. 264. 295. .
——— gerere. Rh. 88. . Or. 1. 281. . Ph. 2. 186.
——— adimere. Rh. 81. Or. 1. 2. 58. Ph. 2. 187. .
——— præcidere. At. 282. .
——— eripere. Ph. 3. 112. . Or. 1. 80. . Or. 3. 36.
——— abrogare. Ph. 2. 188. .
Potestate privare. Fam. 60. .
De potestate exire. *Pro insanire.* Ph. 1. 192. 226.
In potestatem redire. *Pro ad sanam mentem reverti.* Gell. lib. 7. cap. 3.
PRÆCEPTA. *Præceptum idem est quod monitum, admonitio, institutum, jussum, via, ratio.*

Præcepta dare. Ph. 3. 98. . Rh. 115. . 188. . 189.
——— tradere. Rh. 91. . 207. 210.
Præceptis erudire. Ph. 3. 98.
Præcepta accipere. Rh. 156.
——— tenere. *Pro servare.* Ph. 3. 43.
PRÆCEPTOR *est doctor, qui nos erudit, vel cujus consilio utimur.*
Præceptorem habere. Or. 3. 163. Rh. 50. .
——— amoris esse. Ovid. de Art. l. 1. 17.
PRÆCEPS *interdum ad locum pertinet; et dicitur* præceps locus, *unde quis se præcipitem dare facile possit; vel* via præceps *est, in qua vix licet sine aliqua prolapsione consistere. Ad alia etiam quadrat: dicitur enim* homo præceps, *qui nullo capto consilio ad omnia projectus est, vel omnia inconsulte et temere aggreditur, nulla utens prudentia, nulla deliberatione. Ponitur vero interdum pro vehementer celeri et subito: id quod tam ad res, quam ad personas refertur. Etenim appellamus* præcipitem profectionem, præcipitem discessum, præcipitem reditum, *et similia, quorum susceptio plena temeritatis et inconsulti animi est.*
Præcipitem agere, *est exturbare: sed certo quodam loquendi modo dicunt Latini aliquem a furore, vel furiis, vel amentia* agi præcipitem, *qui furoris, vel amentiæ plenus videatur, et quasi per furorem, vel amentiam a mente et ratione dejectus.* Or. 1. 77. . 294. . 296. . Or. 2. 54.
Præcipitem ferri *dicimus, qui præceps agitur. Unde* præcipitem amentia ferri. Præcipites *etiam* ferri *dicimur, cum nimia celeritate utimur, et non satis considerate, aut consulto aliquid agimus.* Or. 1. 270. Or. 2. 260. Ph. 3. 113.
Præcipitem perturbare. 26. . *vel* exturbare. Or. 1. 215. .
PRÆCO *est buccinator, vel predicator; dictus, a* præcinendo, *quod ante canat, et annunciat, quod est faciendum. Erant enim* præcones, *qui jussu Magistratus publice aliquid ore denunciabant; qui auctionem faciebant; qui audientiam in theatris indicebant. Erant quoque* præcones *in judiciis, qui Senatusconsulta prædicabant, et recensebant, posteaquam erant decreta: qui judices, et candidatos suis nominibus appellabant; quales sunt, quos* Hostiarios *vulgo vocamus: qui etiam litteras in Senatu publice legebant: qui item bona, quæ proscribebantur, publice auctioni proponebant ac proclamabant, et pretia conficiebant.*
Præconem suæ virtutis invenire. Or. 2. 190.
——— adhibere. Fam. 69.
Præconi subjicere bona alicujus. Or. 3. 16.
Præconis voci subjicere. Ph. 3. 50. .
Sub præcone subjicere. Tres hæ locutiones ad auctionem et hastam pertinent. Or. 1. 9. Or. 2. 223. .
PRÆCONIUM *est laus, vel ars præconis.*
Præconium facere. *Id est artem præconis exercere. Ut piraticam, argentariam facere, et similia.* Fam. 91. .
Præconio contendere. Suet. in Ner. c. 24.
Præconium tribuere. Fam. 69.
Præconio nobilitare. Plin. l. 16. c. 13.
PRÆDA. *Prædam proprie dici volunt corpora ipsa rerum, quæ capta sunt.*
Prædæ esse. Sal. in Jugurt.
Prædam facere. Or. 1. 174.
——— agitare. Sal. in Jugurt. *vel* agere. Cæs. de B. G. lib. 6.
——— parere. Or. 3. 74. .
Prædæ dare. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Prædam capere. Or. 2. 243.
——— dividere. Sal. in Jugurt.
——— condonare. Cæs. de B. C. lib. 4.
A præda cohibere. Cæs. de B. C. lib. 5.
PRÆFECTURA. *Præfecturæ ea appellabantur in Italia, in quibus et jus dicebatur, et nundinæ agebantur: et erat quædam earum Respublica: neque tamen magistratus suos habebant. In has legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent.*
Præfecturam petere. At. 82. .
——— deferre. At. 85.
——— dare. At. 85.
PRÆJUDICIUM. *Judicium a* præjudicio *ita differt, ut* præjudicium *antecesse,* judicium *sequi videatur. Nam* judicium *est, quod ex causa ipsa fit;* præjudicium *autem, quod Judicibus exemplum præbet ad judicandum postea in eadem causa, vel paribus causis: quod ex oratione Ciceronis pro A. Cluentio colligitur.*
Præjudicium facere. Rh. 69. . Or. 1. 56. . 181. . Or. 2. 19. . 29. .
Pro præjudicio accipere. Tac. de Germ. c. 10.
PRÆLIUM *est ipsum armorum certamen, vel pugna, conflictusque, qui in bello committitur.*
Prælium pronuntiare. Liv. Dec. 3. lib. 4.
Prælio lacessere. Cæs. de B. G. lib. 1.
Ad prælium elicere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
Prælium ciere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— inire. Ph. 3. 8. .
——— incipere. Sal. in Jugurt.
In prælium ruere. Liv. Dec. 1. lib. 6.
Prælium inferre. Liv. Dec. 1. lib. 4.
——— conserere. Liv. Dec. 1. lib. 5.
Prælio uno debellatum est. Liv. l. 2.
Prælium edere. Liv. Dec. 4. lib. 1.
——— facere. Fam. 252. . Rh. 134. Or. 3. 263. .
——— committere. At. 131. Or. 1. 43. . Or. 3. 118. 215. .
Prælio contendere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— decertare. Or. 3. 75. .
——— confligere. Cæs. de B. G. lib. 5.
Prælium pugnare. Salust. in Jugurt.
——— sustinere. Fam. 131. .
Prælio defungi. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Prælium conficere. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— dirimere. Sal. in Jugurt.
——— intermittere. Cæs. de B. G. lib. 3.

Prælio abstinere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— supersedere. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— excedere. Cæs. de B. G. lib. 3.
Ex prælio elabi. Cæs. de B. G. lib. 5.
Prælium renovare. Cæs. de B. G. lib. 2.
——— redintegrare. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— restituere. Cæs. de B. G. lib. 1.

Præmium *vocant Latini mercedem, fructum, vel beneficium: vel id, quod in ludis proponitur iis, qui se strenue gesserint, et victores evaserint.*

Præmium proponere. Rh. 86. 106. Ph. 1. 232.
Præmiis invitare. Or. 3. 139.
Præmium deferre. Or. 2. 146.
——— tribuere. Or. 1. 84. Or. 2. 199..
——— dare. Or. 2. 97. 119. Ph. 1. 173.
Præmio donare. Or. 1. 36. Or. 2. 186..
——— afficere. Or. 3. 59. 99. 112..
Præmium solvere. Or. 3. 263..
——— persolvere. Or. 3. 52. 246..

Præparatio *est apparatus.*

Præparationem adhibere. Ph. 3. 15.

Prærogativa *significat specimen, vel tanquam præjudicium. De prærogativa autem ita scribit Asconius Pædianus:* Prærogativa significat aliquid dictum, aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus est, ante ipsum beneficium nobis præstitum.

Prærogativam dare suæ voluntatis. Or. 1. 71.

Præs. *Prædis significationem hanc tradit Varro.* Præs est (*inquit*) qui a Magistratu interrogatur, in publicum ut præstet: a quo, cum responderit, dicitur præs. *Festus quoque sic prædem definit, ut sit præs, qui populo se obligat, interrogatus a Magistratu. Idem alibi mancipem etiam* prædem *dici ait,* quia tam debet (*inquit*) populo præstare, quod promisit, quam is, qui pro eo præs factus est. *Hodie vero* prædes *vocare possumus, qui sponsores Reipublicæ, vel Principi facti pro iis pecuniam publicam dispensant: quos Receptores vulgo vocant. Ii etiam, qui publicanos in locationibus vectigalium, aut eorum fidejussores locupletes esse affirmant,* prædes *dici possunt; quod locupletes eos esse ipsi præstare debeant.*

Prædibus, et prædiis cavere. Or. 1, 105.
Prædes dare. At. 44. Or. 3. 124. 128.,
——— accipere. Fam. 28. Or. 1. 106..
Prædem pro aliquo esse. At. 203..

Præscriptum *est formula, norma, regula, certa quædam et definita lex, vel religio. A* præscripti *significatione nihil differt* præscriptio. *Nonnulli pro exceptione, et translatione interpretantur: et ita sane, ut* præscriptionem, *exceptionem, et translationem unum et idem in re forensi significare velint: nempe* præscribere, perscribere, subscribere, *verba sunt propria fori, et judiciaria: unde hoc verbum utraque lingua tractum est. Atque adeo Jurisconsulti in Pandectis promiscue* excipiendi *verbo, et* præscribendi *usi sunt: licet* præscriptionis *vocabulum apud recentiores legum interpretes, et apud Juris Pontificii conditores ad* præscriptionis exceptionisque *temporis significationem coarctatum sit, et præfinitum.*

Præscriptum dare. Rh. 84.
Ex præscripto aliquid agere. Rh. 79.
Præscriptum servare. Rh. 3. 19.

Præsens. Præsens animus *dicitur, dum in id, quod propositum, vel susceptum est, totus incumbit, nec ulla alia cogitatione avocatur.* Rh. 116. At. 16.. Ph. 3. 16..

Præsentia animi. *Pro fortitudine.* Or. 3. 113.

Præsens, *pro subito, vel potenti, vel imprimis efficaci ponitur. Quæ significatio tam in malam, quam in bonam partem inclinat,* ut præsentissimum periculum, præsentissima medicina, præsentissimum remedium, præsentissimum venenum, præsens pestis, præsens auxilium. *In bonam partem captum hoc nomen, pro propitio interpretari potes. In malam vero sumptum, recte pro vehementer pernicioso interpretabere. Cur autem in utramvis partem pro efficaci ponatur, in promptu ratio est. Et primum de bona significatione; quia quod salutare est, facilius, si adest, quam si abest, opem ferre, vel auxilio esse potest.* Or. 1. 225.. Or. 2. 115.. Ph. 1. 154. *De mala significatione; quia quæ exitiosa sunt; si præsentia hæreant, graviorem vim pestis immittunt, quam si remotiora sint, et a nobis longius abducta.* At. 241. Or. 3. 221..

Præsens, *pro parato, vel in promptu.* Cic. ad Att. 2. Pro eo tibi præsentem pecuniam solvi imperavi. Or. 2. 24.. Or. 3. 231. Ph. 2. 134.

In rem præsentem venire, *non tempus, sed locum significat; et idem est, quod ad locum venire, de quo controversia sit.* Rh. 107. Or. 1. 288. Ph. 3. 7.

In re præsenti disceptare. *Cum in rem præsentem ventum est, in re præsenti disceptatur.* Liv.

In præsenti. Fam. 23..
In præsens. At. 284.
In præsentia. At. 111.. 130.. Or. 1. 123. Or. 2. 215. Ph. 1. 247...

In præsentiarum *adhibent Cato, Tacitus, et Ulpianus Jurisconsultus: sed apud alios vix, aut raro reperias. Fortasse ubique legendum,* In præsentia rerum.

Præsidium *interdum adjumentum, sive auxilium significat. Aliquando vero denotat numerum, et stationem militum ad urbis, vel arcis custodiam destinatorum.*

Pro auxilio.

Præsidium ferre. At. 289. *vel* afferre. Fam. 150..
Præsidio esse. Fam. 40.. 42. 242.
Præsidiis abundare, *vel* redundare. Fam. 41.

Pro numero militum.

Præsidia parare. Fam. 28. *vel* comparare. Or. 3. 22. Ph. 1. 175..
——— habere. At. 237. Or. 2. 10.
——— deducere. Fam. 28. At. 130.,

In præsidium mittere. Liv.
Præsidium relinquere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— constituere. Cæs. de B. G. lib. 7.
Præsidia ponere. Cæs. de B. G. lib. 2. *vel* disponere. Cæs. de B. G. lib. 1.
Præsidium imponere. Sal. in Jugurt.
——— collocare. Cæs. de B. G. lib. 1.
In præsidiis collocare. Rh. 184. . Or. 3. 157. .
Præsidiis obsidere. Or. 2. 81.
——— intercludere. Or. 2. 81.
——— tenere. At. 136. .
——— munire. Or. 2. 10. . 98. . 99. Or. 3. 20.
——— sepire. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— firmare. Fam. 7.
——— confirmare. Or. 2. 63. .
Præsidia munire. Or. 2. 91. *vel* confirmare. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— dimittere. Fam. 28.
Præsidiis nudare. Sal. in Jugurt.
De præsidio dejicere. Or. 2. 143.
——— decedere. Ph. 3. 92.
PRÆSTANTIA *est excellentia.*
Præstantiam rei alicujus consequi. Ph. 3. 109. .
——— habere. Ph. 1. 132. .
Præstantia excellere. Ph. 2. 135.
PRÆSTO. Præsto esse *dicunt Latini, cum et aliquis nobis fit obvius.* At. 61. Or. 1. 122. *et cum opem fert in tempore.* Fam. 53. . 58. . *Ponitur etiam* præsto *pro parato.* Rh. 74. . Or. 3. 91.
Præsto esse ad; *ut ad nutum alicujus.* Or. 3. 148.
——— esse, *pro advenire.* Ad Heren. Hirundines æstivo tempore præsto sunt. Rh. 39.
PRÆVARICATOR *est accusator a reo pecunia corruptus.*
Prævaricatorem apponere. Or. 3. 165. .
PRANDIUM.
Ad prandium vocare. Or. 2. 141. *vel* invitare. Or. 2. 141. .
Prandium parare. Plaut. 129.
——— dare. Or. 2. 140.
——— præbere. At. 68. .
Prandio accipere. Plaut. 314.
PRATUM *dictum volunt, quod semper paratum sit. Prati enim facillima Agricolis cura est, ac minimi impendii.*
——— cratire. Cratire *est inducta crate coæquare: quod fit in pratis, dum grumos dissipamus, ita ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere.* Plinius lib. 18. cap. 28.
Pratum cædere. Plin. lib. 18. cap. 28.
——— secare. Varro lib. 1.
——— sicilire. Sicilire *est, quæ male secta sunt, iterum secare; ut fit, cum fœniseces prætereunt herbas in pratis.* Varro lib. 1. cap. 49.
——— renovare. Col. lib. 2. cap. 18.
——— restituere. Plin. lib. 18. cap. 28.
PRAVITAS *proprie est deformitas; ut pravitas membrorum, pravitas oris. Translate vero pro vitio, perversitate, vel iniquitate usurpari a Latinis solet.*
Pravitatis errore imbui. Ph. 1. 243.
Pravitate aliquem teneri. Or. 3. 31. .
In pravitate perstare. Ph. 1. 7. .
De pravitate deducere. Ph. 2. 211.
PRECES. *Per nominativum pluralem hoc nomen annotamus, quod nominativum singularem usitatum non habeat; vix enim dicitur* prex. *Reliqui casus singulares satis in usu positi sunt: maxime ablativus. Ponuntur autem* preces *pro precatione, rogatione, obtestatione.*
Precibus agere cum aliquo. At. 298.
Preces audire. At. 305. Or. 2. 280. Or. 3. 88. .
——— repudiare. Or. 2. 60. 218. . Or. 3. 8. .
PRETIUM *significat præmium, vel mercedem, vel id, quod datur pro re empta.*
Pretium statuere. Ter. in prol. Hecyr.
——— constituere. At. 197. .
——— facere. *Id est pretium statuere, vel apponere.* Plin. lib. 9. cap. 35.
——— pacisci. Ph. 3. 73. .
——— habere *res dicitur, quæ in summo pretio est.* Or. 1. 199.
Pretii esse, *idem est, quod pretium habere: et dicitur tam de personis,* At. 302. . *quam de rebus,* Rh. 53. Or. 1. 201. . *Atque cum de personis dicitur, accipi solet pro existimatione, vel auctoritate.*
Pretium dare. Or. 1. 30. . 277.
——— enumerare. Or. 1. 40. .
——— pendere. At. 228.
——— persolvere. Or. 2. 217. .
——— jacere. *Pretium rei alicujus jacere dicitur, quod admodum parvum est.* Or. 1. 50. .
PRIDIE *est quasi* priori die. *Est autem temporis aut præteriti, aut futuri. Præteriti sic: pridie, quam intrarem navem, lux serena effulsit. Futuri sic: pridie, quam intres patriam, sacrificium facito: id est die præcedenti, quo aut mare intrarem, aut patriam intrabis.*
PRIDIE *sine casu.* At. 75. . Or. 3. 211.
——— calendas. Fam. 32. At. 24. .
——— calendarum. Fam. 14. At. 183. .
——— calendis. At. 149.
Ad pridie Kal. Fam. 152. .
Usque ad pridie Kal. At. 47. .
Pridie quam. At. 12. 42. 74. 250. .
——— ejus diei. 11. Att. 20.
——— compitalia. 2. Att. 3. .
——— quinquatriis. 9. Att. 15.
PRIMÆ. Primas ferre, primas deferre, primas dare, primas tenere *Veteres dicebant: subintelliguntur tamen partes. Sed hoc quoque observandum est; cum* primas deferri *dicimus, significamus primas partes alicui concedi. Cum vero* ferre primas *aliquis dicitur, id significatur, illum primas auferre, et tenere.*
Primas deferre. At. 14. Rh. 172. 199. Ph. 2. 5.

Primas dare. Or. 3. 216. .
——— concedere. Rh. 122.
——— ferre. Rh. 181.
——— tenere. Rh. 210.
——— agere. Rh. 193. .

Primordium *idem est quod principium.*
——— capere. *Cicero de Leg.* A Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. Ph. 2. 170. .
——— ducere. Ovid. Metam. lib. 15.

Princeps *est, non qui rerum, aut regni alicujus potitur; sed qui primas in re aliqua tenet, vel qui primaria est auctoritate, vel qui alacrius studium in re aliqua suscipienda profitetur, et operam paratissimam defert: adjectivumque semper est, non substantivum. Cum enim principem aliquem vocamus, virum subintelligimus.*

Principem esse rei alicujus. *Id est auctorem, ducem, vel quo res tota nititur.* Rh. 89. 103. 148. . . Or. 2. 257. . Ph. 1. 77. .
——— in re aliqua. At. 15. . Rh. 178. Or. 1. 62.
Principem locum tenere. Or. 2. 243.
In principibus esse. *Cicero in Brut.* In principibus patronis aliquot annos fuit. Rh. 186. Fam. 7. .

Principatus. Principatum *vocant Latini primas partes, vel dominatum.*
Principatum concupiscere. Rh. 229. .
——— petere. Rh. 202. *vel* appetere. Ph. 3. 3. .
——— deferre. Or. 3. 161. .
——— dare. Or. 3. 238. Ph. 3. 47.
——— tribuere. Ph. 2. 9.
——— ferre. Or. 3. 256. .
——— tenere . Or. 3. 241. Ph. 1. 152.
——— obtinere. Ph. 2. 35. .
——— delere. Fam. 15. .

Principium *est initium, primordium, exordium, vel procemium. Quod nomen modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur. Extra vero vulgarem significationem ponunt Latini* principia *pro loco in castris a Principibus militibus sic appellato. Inde* post principia esse; *id est in tuto, citraque periculum. Sumptum a bellis, in quibus tutissimus locus est post principia: siquidem in prima acie stabant Hastati; in secunda Principes. Hos sequebantur Scutati omnes, maxime insignes armis. Post hos Triarii; quemadmodum indicat Tit. Livius Decad. prima Lib.* 8. *Itaque nullus in acie locus tutior erat, quam post principia. Terent.* Tu hosce instrue; hic ego ero post principia; inde omnibus signum dabo. *Erat autem hic locus timido nebuloni conveniens. Id quod ridens Gnato:* Istud, *inquit,* est sapere: ut hosce instruxit, ipse sibi cavit loco. Idem hoc Pyrrhus factitavit. *Titus Livius lib.* 2. Quia a tergo erant clivi, in eos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit.

Principio. *Id est initio.* Rh. 102. . 138. . Ph. 1. 52. Ph. 2. 124.
A principio. Rh. 216. . Fam. 67. . Or. 2. 241.
In principio. Rh. 102. . Ph. 3. 7. 11. .
Principium dare. Ph. 1. 110. Ph. 2. 149.
——— ducere. Or. 3. 31. .
——— habere. Ph. 3. 93. .
——— ponere. Ph. 2. 163.

Privilegium *est lex privato homini irrogata.*
——— ferre. Or. 2. 218. . Rh. 121. Ph. 2. 103.
——— irrogare. Or. 2. 222. 235. . Or. 3. 17. . Ph. 2. 186.

Probrum *est dedecus, convitium, maledictum, flagitium, stuprum, adulterium.*
——— objicere. Rh. 135. Ph. 1. 148. . *vel* objectare. Or. 2. 228. . *vel* dicere. Ovid. de Art. 3. 49.
——— inferre. Or. 3. 46. .
——— ingerere. Liv.
Probro esse. Or. 1. 26. Or. 3. 30.
Esse in probro. Ter. Phorm. 5. 4. 6.
Probro respergere. Tac. 1. Hist. 48.
Probris vexare. Or. 2. 156. .
Probri insimulare. Or. 3. 179.

Processus *idem est quod progressus, et id translate.*
Processum efficere. Rh. 190.
——— habere. Suet. de clar. Gram.

Procinctus, us, ui, *est apparatus, vel expeditio bellica.*
In procinctu facere. *Id est expedite, et celeriter.* Rh. 104. .
——— stare. *Id est accinctum esse.* Quint. lib. 12. cap. 9.
——— habere. *Id est in promptu.* Col. lib. 1. cap. 11.

Procuratio *verbi sui significationis varietatem retinet. Ponitur enim interdum pro administratione. Interdum pro expiatione.*

Pro administratione.

Ad procurationem vocare. At. 53. .
Procurationem committere. Or. 1. 245.
Procurationi præficere. Ph. 2. 183. .
Procurationem habere. Ph. 2. 1. .
A procuratione amovere. Or. 2. 254.
Procuratione privare. Ph. 2. 34. .

Pro expiatione.

Procurationem constituere. Or. 2. 258.
——— facere. Ph. 2. 101.

Profectus, us, ui, *dicitur utilitas, quæ ex alicujus rei tractatione nobis provenit.*
Profectum facere *idem est, quod progressum facere: scilicet in re aliqua procedere, proficere, vel progredi.* Plin. epist.
Profectus experimentum capere. Sen. ep. 20.

Progressus, us, ui, *idem est, quod processus.*
Progressum facere. Ph. 1. 118. .
——— habere. Ph. 2. 5.
A progressu arcere. Or. 3. 231.

Promissum *est fides, vel receptum.*
——— facere. Or. 3. 156. Ph. 3. 7. . 71.

Promisso teneri *dicitur, qui promissum facit.* At. 190..
——— tenere. *Promisso aliquem tenemus, quem promisso facto prolectamus.* Or. 3. 10..
Promissis alicujus pendere. At. 325..
Promissum expetere. Fam. 91.. repetere. Or. 2. 280.. *vel.* exigere. Ph. 3. 71. *vel* flagitare. Fam. 43..
Promissis stare. Ph. 3. 7..
——— oneratus. Liv. l. 32. c. 11.
Promissum servare. Ph. 3. 70.. 71.
Promisso satisfacere. Or. 1. 264.
Promissum solvere. Fam. 201.. *vel* exsolvere. Ph. 3. 53.. *vel* persolvere. Fam. 39..
——— efficere. Ph. 3. 71.
——— consequi. Ph. 1. 169.
Propensus *idem est, quod proclivis, vel deditus.*
——— ad aliquid. Rh. 75.. Fam. 57. At. 117. 211.
——— in aliquid. At. 120. 317. Ph. 1. 181.. Ph. 3. 46. 47..
Promptus, us, ui. *Non est in usu nisi sextus casus.*
In prompto ponere. Ph. 3. 25..
——— habere. Ph. 1. 12.. Ph. 3. 21.
——— esse. Ph. 1. 39.. Ph. 2. 134.
Proportio *est pars, vel comparatio.*
Proportionem habere. *Cicero de Univers.* Habebat numerus ad numerum eandem proportionem. Ph. 2. 199.
Propositum *est mens, vel consilium, aut ratio alicujus proposita, vel institutum.*
In proposito manere. Ph. 3. 23.
A proposito declinare. Rh. 162. 209. *vel* egredi. Rh. 171..
——— aberrare. Ph. 1. 115. 165.. Or. 1. 295.
Ad propositum redire. Rh. 162. Ph. 1. 153.
——— reverti. Ph. 1. 192. . Ph. 3. 60.
Propugnaculum *est locus munitus. Per translationem pro præsidio est.*
——— habere. Fam. 239.
——— opponere. Or. 1. 276..
——— objicere. *Ib.*
Propugnaculo esse. Or. 1. 234.
Propugnaculum dejicere. Or. 1. 156.
Propugnatio *est defensio.*
Propugnationem suscipere. Fam. 64.
Prorogatio *est dilatio, vel prolatio.*
Prorogationem efflagitare. Or. 2. 135..
Prorogatione uti. At. 218..
Proscriptio *est damnatio, vel publica venditio, aut venditionis significatio.*
Proscriptionem ferre. Or. 3. 17..
——— instaurare. Or. 1. 44.
——— facere. Or. 1. 39.. 44. Or. 2. 161..
Prosperitas. Prosperitatem *vocant Latini res secundas, vel commoditatem.*
Prosperitatem vitæ ab aliquo habere. Ph. 2. 77..
Proverbium *dicitur quasi commune omnium verbum: est enim sententia, quæ in ore omnium versatur.*
Proverbium sermone tritum. Ph. 3. 7.. Ph. 1. 65.. Ph. 3. 67..
Proverbii locum aliquid obtinere. Ph. 1. 216..
Aliquid in proverbii consuetudinem venire. Ph. 3. 44..
In proverbium cedere. Plin. lib. 23. cap. 1.
Proverbii loco aliquid dici. Or. 3. 252.
In proverbio communi aliquid versari. Or. 1. 105.
——— aliquid esse hominibus. Or. 1. 86..
Provincia *aliquando est terra: ut, provincia Sicilia, provincia Asia, provincia Gallia, provincia Consularis, provincia Prætoria. Aliquando accipitur pro onere, negotio, munere, partibus, penso, labore, officio. In qua significatione quare ponatur provincia, rationem, quæ sequitur, afferre solent. Quoniam Præfecti ad provincias gubernandas cum officio mitti solebant, factum est etiam, ut ipsi magistratus, et omne onus nobis impositum, provincia appelletur. Ad utranque vero significationem eædem pertinent loquendi formæ.*
Provinciam deponere. Or. 2. 177.
——— sortiri. Fam. 17. At. 8. Or. 1. 82.. 198..
——— decernere. Or. 2. 217.. Or. 3. 76..
——— dare. Or. 1. 212.. Ph. 1. 52..
——— tradere. Fam. 31.. 60. 121..
Provinciæ præficere. Fam. 26. Præponere. *Ibid.*
Provinciam obtingere. At. 10. Or. 1. 82..
——— obvenire. Or. 1. 112.
——— capere. Teren. Phorm. 1. 2.
——— accipere. Fam. 31.
——— habere. Fam. 17. 31..
——— sustinere. Or. 3. 51. Suscipere. *Ibid.*
——— obtinere. Fam. 10. 119. Or. 2. 162. Or. 3. 156..
Provinciæ præesse. Fam. 17. 26. 33.. 40. 59. Or. 1. 276.
In provincia versari. Or. 1. 175.. At. 296.
Provinciam administrare. Fam. 243..
——— obire. Or. 2. 73.
——— conservare. Fam. 24.. 247..
——— prorogare. At. 69. 73.
——— deponere. Fam. 60. Or. 3. 90.
——— finire. At. 120.
Provinciæ succedere. Fam. 185. 217.
Provocatio. *Proprie ad majores potentioresque, quorum ope atque gratia indigemus, pertinet provocatio: et nescio quid majus habet, quam appellatio.*
Provocationem dare. Rh. 126.. Or. 3. 157.
——— esse alicui ab aliquo ad aliquem. Ph. 2. 185.
Prudentia *est calliditas, quæ ratione quadam potest delectum habere bonorum, et malorum.*
Prudentiam adhibere. 12. Att. ep. 4.

Prudentiam habere. Ph. 3. 23.

Publicus. Publicum *idem est, quod commune, vel quod non est privatum alicujus. Hinc* Respublica *dicta est, res populi. Et* publica vectigalia, *ex quibus vectigal Fiscus capit; quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, et metallorum, et piscariarum. Hinc dictum etiam* publicum consilium *pro Senatu. Hinc etiam appellata* publica fides. *Hinc* publica verba. *Hinc* publica pecunia. *In neutro genere aliquando significat vectigal: unde et* Publicani *dicti sunt. Præterea non vulgaris est elegantiæ locutio apud Latinos, cum ponunt* publicum *in neutro genere pro conspectu publico.*

In publicum prodire. At. 125.. Or. 1. 92..

Publico frui. Or. 3. 71..

——— carere. Or. 2. 255.. Or. 3. 105.

In publicum. Or. 2. 68.. *vel* in publico proponere. At. 123.

Pudicitia *pro pudore accipi solet; sed maxime corporis est: cui opponitur libido, vel luxuria.*

Pudicitiam expugnare. Or. 3. 47..

——— eripere. Or. 3. 103.

Pudicitiæ parcere. Or. 2. 92. Or. 3. 46..

Pudor *pro verecundia, ingenuitate, vel modestia ponitur.*

Pudorem esse in aliquo. Rh. 95.

Pudori esse. Liv. l. 34. c. 58.

Pudorem dimittere.. Fam. 74.. Tueri. Plin. l. 5. ep. 1.

Puer. *Pueri appellatio tres significationes habet. Unam, cum omnes servos pueros appellamus. Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus. Tertiam, cum ætatem puerilem demonstramus.*

Ex pueris excedere. Or. 2. 186.

A puero. *Id est ab ineunte ætate.* Rh. 85. 175. Fam. 210..

Pueritia *est primum tempus ætatis, primus actus vitæ.*

A pueritia. Fam. 8.. 52. 65. Ph. 3. 130.. vel *a* prima pueritia. *Id est a parvis, vel a teneris.*

Pugna *aliquando verborum est, et controversiæ, ut pugnare. Aliquando vero tota ad bellum pertinet; et significat prælium, vel conflictum.*

Pugnæ diem constituere. Cæs. de B. G. lib. 3.

——— locum quærere. Sal. in Jugurt.

Ad pugnam evocare. Cæs. de B. G.

——— elicere. Liv. Dec. 3.

Pugnæ potestatem. Liv. Dec. 3. *vel* copiam facere. Salust. in Jugurt. Pugnam inire. Quintil. l. 5. c 12.

Pugnam ciere. Liv. Dec. 1. lib. 1.

——— capessere. Liv. Dec. 1. lib. 2.

Ad pugnam procedere. Liv. Dec. 1. lib. 5.

In pugnam procurrere. Liv. Dec. 3.

Pugnam conserere. Liv. Dec. 4. lib. 2.

——— facere. Salust. in Jugurt.

——— committere. Or. 2. 112. 132.

Pugnam pugnare. Or. 2. 132.

Pugna decertare. Cæs. de B. G. lib. 3.

Pugnam extendere. Liv. Dec. 3. lib. 7.

——— laxare. Liv. Dec. 3.

——— remittere. Salust. in Jug.

——— inclinari. Liv. Dec. 3.

——— senescere. Liv. Dec. 1. lib. 5.

——— dirimere. Liv. Dec. 3.

——— detrectare. *Ib.*

——— extrahere. *Ib.*

A pugna prohibere. Cæs de B. G. lib. 4.

——— continere. Liv. Dec. 3.

Pugnam restituere. Liv. Dec. 1. lib. 2.

——— iterare. Liv. Dec. 1. lib. 6.

Pugnus.

Pugnum facere. *Id est digitos comprimere.* Rh. 207. Ph. 1. 36..

Pugnis contendere. Ph. 2. 120.

——— certare. Ph. 1. 243..

——— conscindere. Or. 1. 159..

Pulchritudo *est apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate. Non tamen humano corpori solum convenit; sed rerum etiam aliarum est.*

Pulchritudinem habere. Rh. 159..

Pulchritudine eximia esse. Ph. 2. 91.

Pullus *est tener volucris. Præterea* pullos *vocamus parvos fœtus quorumcunque animalium; ut* pullos Asini, pullos Ranarum. *Ac* pullos arborum *quoque Latini non absurde dicunt.*

Pullos ex ovis excludere. Ph. 2. 50.. 52.

——— oriri. Ph. 2. 50.

——— cavea liberare. Ph. 2. 27..

Punctum *est quid individuum, quod neque longitudinem, neque latitudinem, neque altitudinem habet.* Temporis punctum *dicimus, pro horæ momento. Ponunt etiam Latini* punctum *pro suffragio, et favore; quoniam Veteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant.*

Puncta ferre. *Id est suffragia habere.* Or. 2. 270..

——— detrahere. *Cic. pro Muræn.* Recordor, quantum hæ quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. Or. 2. 141.

Puncto temporis aliquid fieri. Or. 2. 119. Ph. 2. 182.

Ad punctum temporis item aliquid fieri. Ph. 1. 165.. Or. 3. 166.

Puppis *est posterior pars navis..*

Puppim, et proram esse. *Cic.* Mihi prora, et puppis fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. *Prora itaque et puppi summam consilii nostri significamus: propterea quod a prora et puppi, tanquam a capite et calce, pendeat tota navis.* Fam. 266.

Sedere in puppi, et clavum tenere. 9. Fam. ep. 15.

Q

Quadrum *est, quod rectas atque æquales lineas quatuor, et quatuor rectos angulos habet.*

In quadrum redigere. *Id est æqualiter fundere, et suo numero servato æqualiter disponere: forma enim quadrata nulla est ex parte neque longior, neque brevior.* Cic. in *Orat.* Quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Rh. 217. 220.

Quæsitor *dicitur, qui quæstioni præest, qui judicium exercet rerum capitalium, vel de repetundis. Hic quæsitor sedebat pro tribunali, Judices autem in subselliis; omniaque ferme in potestate habebat.*

Quæsitorem edere. Or. 2. 267..

Quæstio. Quærere *quemadmodum et extra forum, et in foro est, ita etiam* quæstio *vel forensis est, vel extra forum.*

Cum forensis est.

A Forensi *quærendi significatione* quæstio *pro judicio publico accipitur: inde* judex quæstionis *dicebatur, idem qui et* quæsitor, *qui judiciis publicis præerat. Id vero diligenter observandum est,* quæstionem *etiam in judiciali materia dupliciter accipi; altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere controversiam; quo etiam minores omnes complectimur: altero, quo significamus summam illam, in qua causa vertitur. Ex qua nascitur status, an factum sit; an recte factum sit.*

Quæstionem postulare. *Liv. Dec.* 1. *lib.* 2. Postulare quæstionem *ejus est, qui injuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat.*

In quæstionem postulare. Or. 1. 31. Or. 2. 56.

Quæstionem ferre *est ad Senatum referre, ut de vindicando scelere extra ordinem S. C. fiat, et in judicium res deducatur.* Or. 3. 107..

——— decernere. Or. 3. 105. Ph. 1. 75.. *vel* constituere. Rh. 174. Or. 2. 56. *Duæ hæ loquendi formæ nihil inter se plane differunt. Estque decernere, vel constituere quæstionem, statuere, ut quæratur de crimine, ut in reos animadvertatur.*

——— habere. Haberi quæstio *dicitur, cum res quæritur, et crimen vindicatur.* Rh. 124. Or. 1. 31.. Or. 2. 54.. 56.

——— exercere. Ph. 1. 75..

Quæstioni præesse. Or. 1. 20. Or. 2. 36.

Quæstione perterreri. Ph. 3. 103..

Extra forum.

Quæstio *extra forum ponitur pro dubitatione, disputatione, vel disceptatione.*

In quæstionem vocare. Rh. 154..

Quæstionem afferre. Rh. 203.

——— ponere. Rh. 93..

——— habere *ad rem etiam forensem pertinet, ut ante exposuimus: sed ibi active solum ponitur, et totum ad personas conversum est. Hic autem et active, et passive sonat. Nam dicitur res* quæstionem habere, *quæ dubia est, et de qua quæritur.* Rh. 203. Habemus *etiam* quæstionem *de eo, quod est controversum.* Ph. 1. 128.

Quæstionem tractare. Ph. 1. 3.

In quæstionem venire. Quint. lib. . cap. 3.

In quæstione esse. Plin. lib. 10. cap. 22.

Quæstionem dissolvere. At. 193. .

Quæstus, us, ui, *est lucrum, vel merces, vel compendium.*

Quæstum comparare. Or. 1. 274.

Quæstui habere. Ph. 3. 49. .

Quæstum facere. Fam. 251. Or. 1. 114.. 171.. 171. 264..

In quæstu aliquid esse. Or. 3. 98.

Quartana *dicitur febris, quæ quarto quoque die novam accessionem habet, et ingravescit, ac sævit.*

Quartanam excutere. Plin. lib. 20. cap. 7.

——— leviorem accedere. At. 160.

——— ab aliquo decedere. *Ib.*

Querela *est querimonia, vel conquestio.*

Querelam habere res *dicitur, et persona. Res cum ex ea querela nasci potest.* Fam. 161. *Persona, cum queritur de injuria, vel molestia aliqua.* At. 299..

A querelis abducere. At. 136..

Quies *est curæ laxamentum, cessatio, animi tranquillitas, vel remissio. Ponitur etiam pro somno. Tu vero ne cura, quam Grammatici differentiam inter* quietem, *et* tranquillitatem *ponunt, scilicet ut* quies *sit corporis,* tranquillitas *vero animi: ea enim falsa est, et ridicula, neque ullo modo a Latinis observatur; et indifferenter* quies *tam animi est, quam corporis, ac pro omni cessatione accipitur.*

Quietem dare. At. 35.

Ad quietem revocare. Or. 2. 11..

Quietem capere. At. 147.

Quiete uti. Ph. 3. 21.

Pro somno.

Ad quietem ire. Ph. 2. 93.

Quieti se tradere. *Ib.*

Secundum quietem. Ph. 2. 89.. *vel* in quiete aliquid alicui videri. Ph. 2. 91.. *vel* per quietem offerri. Tac. 4. Hist. c. 83.

In quiete aliquid audire. Ph. 3. 98.

Quietem studiis impetrare. Quintil. l. 1. proœm.

R

Radix *tam in arbore, quam in alia quavis planta, est id, quo alimentum a terra attrahitur: dicta, ut quibusdam placet, quod sæpe effossa terra parumper radatur, ut arbor fruticescat. Cujus partes circumquaque adhærentes, quibus, veluti lacertis, nititur, et terram undique comprehendit, vocantur* capillamenta. *Hoc nomine crebro translate utuntur Latini tum Oratores, tum Historiographi. Apud Historiographos persæpe legas fontem, vel amnem ab alicujus montis* radicibus *oriri; vel castra ad* radices *alicujus montis posita: id est, ad pedem montis, ut vulgus loquitur. Apud Oratores vero dici videas radicem mali, seditionis, et rerum similium.*

Radicem capere. Plin. l. 17. cap. 17.
——— agere. Ph. 3. 41.
——— mittere. Col. l. 5. cap. 10.
——— altam habere. At. 287. .
——— circumfodere. Plin. lib. 17. cap. 24.
——— subarare. *Ib.*
——— luxare. *Ib.*

RAMUS. Rami *sunt veluti quædam arborum brachia.*
Ramum defringere. Or. 1. 296. .

RAPINA *ad rem refertur; et est ablatio rei.*
Rapinam fieri. Fam. 138.
Rapinas cogitare. 12. Fam. ep. 12.

RATIO. *Ponitur ratio pro communi prudentia, et eo sensu, quo a beluis distamus. Ponitur etiam pro modo, instituto, argumento, causa. Interdum quoque pro eo est, quod Linguæ Latinæ ignari vocant* computum.

Ratio pro communi prudentia.

Rationis participem esse. Ph. 3. 3.
Rationem habere. *Id est rationis participem esse.* Ph. 2. 172. .
Ratione uti. Rh. 226. .
Rationi locum dare. Or. 1. 9. .
Rationi obedire. Ph. 3. 16.
Ad rationem revocare. Or. 2. 216.
——— redire. Quint. lib. 6. cap. 1.

Ratio pro commodo.

Rationibus providere. Fam. 31. .
——— prospicere. *Ib.*
——— consulere. *Ib.*
——— conducere. Fam. 16.

Ratio pro respectu, ut ita dicam.

Rationem habere, ut. Fam. 33.
——— habere rei alicujus, *idem est, quod consulere, et prospicere.* Fam. 4. . 7. . 8. . 13. . 15. . *Refertur etiam ad personam; quod sæpe in Magistratuum et honorum ordinatione versatur. Et dicebatur apud Romanos* ratio alicujus haberi, *cum absens secundum præsentem tractabatur: id est, cum in Comitiis perinde absentium ratio habebatur, ac si præsentes in honorum petitione fuissent.* Fam. 83. . 118. . At. 276. *Si vero absolute, id est sine genitivo, ponatur hæc locutio, idem tunc est, quod considerare, videre, cogitare, constituere.* Phil. 3. 113. Fam. 35.
Rationem habere cum. *Id est agere. Cic. ad Att.* 2. Nunc vero quoniam, quæ putavi præclara esse, expertus sum, quam essent inania, cum omnibus musis rationem habere cogito. *Att.* 25. . *Or.* 3. 242. . *Idem de Senect.* Habent rationem cum terra. *Ph.* 3. 87. .
——— ducere. *Pro habere.* Fam. 96. . 103. 114. .
——— inire. *Id est consilio inito, modum viamque rei alicujus faciendæ reperire.* Fam. 75. 216. At. 191. 225. . Or. 1. 171. .

Ratio pro causa, probatione, vel argumentationis summa.

Nihil nisi summa ratione facere. Fam. 28. At. 127. . Or. 2. 259.
Rationem habere. *Cic. Famil.* 4. Nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem. Ph. 2. 83. . Or. 1. 131. .
——— colligere. Fam. 70.
——— concludere. Ph. 1. 53. Ph. 2. 113. .
——— adhibere. Rh. 188. .
——— exponere. Fam. 68. Or. 3. 44. . *vel* explicare. Fam. 19.
——— afferre. Fam. 57. 86. .
——— reddere. Rh. 90. 214. . Fam. 147. Or. 1. 3. 114.
——— ostendere. Or. 2. 31. .
——— probare alicui. Or. 2. 124. .

Ratio pro eo, quod vulgo dicunt computum.

Rationes putare. At. 60. . *Putantur rationes, cum summa colligitur. Inde* perputatæ rationes, *id est exacte discussæ.*
——— conferre. Fam. 75. At. 83.
Rationem subducere. *Id est computum facere.* Fam. 12. Ph. 2. 74.
Rationum summa quadrans. Or. 1. 95. *dicitur, in qua nihil excurrit, et in qua nulla sunt reliqua; id est cum æqualis est summa accepti ac expensi. Illi contraria est* summa excurrens.
Rationes tractare. At. 99. .
——— conficere. Fam. 28. 75. At. 96. .
——— referre *ad Ærarium Quæstores, et reliqui Magistratus dicebantur, pro eo, quod nunc* computum reddere *dicunt. Imperatores quoque exercituum ex provinciis, quas obtinuerant, decedentes, rationes suas ad Ærarium referebant.* Fam. 28. 74. . Rh. 244. . Or. 1. 83. 96.
——— edere. *Id est referre.* At. 75. 102. .
——— deponere. Fam. 28. 75. At. 96. .

Ratio pro commercio, vel societate.

Rationem esse alicui cum aliquo. Or. 1. 13. . Or. 3. 194.
——— intercedere alicui cum aliquo. Or. 1. 51. .
——— habere cum aliquo. Or. 1. 146. . Or. 3. 48.
——— contrahere cum aliquo. Or. 2. 177. .

RATUS. Ratum *nobis est, quod probamus;* irritum, *quod improbamus. Utrunque rei omni generaliter convenit, et pro firmo ponitur; sed separatim ad nonnulla eleganter quadrat, ut ad testamentorum et contractuum approbationem, vel improbationem.*
Rato tempore aliquid fieri. *Id est stato, vel certo.* 2. de Div. c. 7.
Ratum habere. 14. At. ep. 21.
——— facere. Divin. c. 39.
——— esse aliquid alicui. Ter. Hecyr. 4. 1. 30.

REBELLIO. Rebellare *dicuntur, qui movent bellum in eum, cujus dictioni subjecti sunt: vel qui in fide non permanent, et jussis Magistratuum repugnant. Unde* rebellio *pro repugnantia, et defectione a fide, quæ præstanda erat.*

Rebellionem facere. Cæs. de B. G. lib. 3.
Receptaculum *est perfugium.*
——— aliquod alicui patere. Or. 1. 109..
——— esse. Or. 1. 247.. Or. 3. 81..
Receptus, us, ui, *est ipse recipiendi actus; vel est locus, in quem se tuto recipit exercitus, et ubi sine periculo hostem expectare potest.*
Receptui canere. *Id est tuba e prælio exercitum revocare. Translate miram habet elegantiam hæc locutio.* Or. 3. 241. Ph. 1. 141.
——— signum dare. Liv. Dec. 1. lib. 2.
Receptum habere. Fam. 150.
Reconciliatio *est reditus in gratiam: quæ post alienationem fieri solet.*
Reconciliationem gratiæ fieri. Or. 2. 256.
Recordatio *est memoria.*
Recordationem dare. Fam. 70.
——— repetere. Rh. 85.
——— habere. At. 88..
Recordatione frui. Ph. 3. 98..
Recusatio *est declinatio.*
Sine aliqua recusatione aliquid suscipere. Or. 2. 111.. *vel* facere. Or. 3.. 211.
Recusationem habere. *Habet res recusationem, quæ nobis causam recusandi dare potest. Cic. de Leg.* Pœna violatæ religionis justam recusationem non habet. Ph. 2. 178.
Reditus *est reversio.*
Reditum aperire. Fam. 89..
——— conficere. Fam. 132.. At. 52..
——— patere. Ph. 3. 98.
——— intercedere. Fam. 14..
——— confirmare. Fam. 7..
Reditu prohibere. Or. 3. 220.
Reditum impedire. Fam. 7..
Redux *dicitur, qui a periculis in tutum; vel ab exilio, sive captivitate reducitur in patriam. Ponitur etiam simpliciter pro redeunte.*
Reducem facere in lucem. Ter. Hec. 5. 4.
——— patriam. Ter. Heaut. 2. 4.
Refugium *est perfugium, portus, præsidium, arx.*
Aliquid esse refugium alicujus. *Cic. in Offic.* Nationum portus erat, et refugium Senatus. Ph. 3. 38.
Regio *est ora, vel plaga. Dicuntur etiam* regiones *majores urbis partes. Accipiuntur quoque* regiones *pro finibus, et terminis.*
Regionibus officii se continere. 2. Agr. c. 35.
Spatium regionibus circumscribi. Pro Arch. c. 11.
E regione *tanquam adverbium ponitur, pro, in conspectu, vel quasi rectis lineis.* Rh. 224.. At. 318. Or. 2. 255..
Regnum *est Regis dominatus, vel dominatio. Ponitur etiam pro celebritate singulari.*

Regnum appetere. Ph. 3. 103. Or. 2. 233. Or. 3. 115. 182.
——— deferre. Or. 3. 177.
——— dare. Or. 3. 115.
——— occupare. Ph. 3. 89. 104. Or. 2. 172. Or. 3. 197..
Regni potiri. Fam. 7.
Regnum possidere. Sen. Her. fur.
——— obtinere. Fam. 244..
In. Rh. 88.. Or. 1. 213.. *vel* sub regno alicujus esse. At. 106.
Regno pellere. Liv. Dec. 1. lib. 1. *vel* expellere. Cæs. de B. C. lib. 3.
Regnum adimere. Or. 3. 115.
Regno spoliare. Ph. 2. 86.
In Regnum restituere. Fam. 7.
——— redire. Fam. 7.
Regula, *cum proprie accipitur, significat normam, qua lineæ diriguntur. Cum translate, usurpatur pro lege, vel exemplo.*
Ad regulam virtutis dirigere. Rh. 160.. 245. Ph. 1. 22.
Regulam habere, *qua aliquid metiaris.* Rh. 178. Ph. 1. 15.
Rejectio *est ipse rejiciendi actus, ut* rejectio Judicum.
Rejectionem facere. Or. 1. 69..
——— interponere. Or. 2. 185.
Religio *est, quæ superioris cujusdam naturæ, quam divinam vocant, curam cerimoniamque affert. Est etiam Latine loquentibus id, quod vulgo debitum officii, hoc est, justam muneris functionem appellant. Vel pro eo ponitur, quod vulgo dicitur conscientiæ scrupulus, aut conscientia recta, vel fides. Accipitur præterea pro metu, vel solicitudine anxia.*
Religionem offerre. *Id est scrupulum.* Fam. 151. Or. 2. 82.
——— afferre. Or. 1. 218.
——— inferre. Or. 1. 234.
——— inducere. Or. 3. 155.
——— interponere. Fam. 7. Or. 3. 90..
——— adhibere. Rh. 192.
——— injicere. Or. 1. 303..
In religionem vertere. Liv. Dec. 3. lib. 6.
——— trahere. Liv. Dec. 1. lib. 5.
Religione implicare. Or. 2. 234.
——— obstringere. At. 201.. Or. 1. 227. 242..
——— obligare. Or. 2. 234.
——— religare. Or. 2. 238.
——— impedire. Fam. 56. Or. 1. 228..
In religionem venire *res dicitur, cum religiosa esse putatur, et sancta: hoc est quæ religiose tractanda est.* Ph. 2. 28.
Religionem habere. *Habet res religionem, quæ in religionem venit.* Or. 2. 124. 238..
——— possidere. *Idest religionem habere.* Or. 1. 29.
——— suscipere. Or. 2. 234.. Or. 1. 227.
Religione tangi. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Religioni aliquid habere. *Idest vereri.* Ph. 2. 96..

Religionem esse, *pro eo ponunt Latini, quod vulgo dicunt, facere conscientiam. Tit. Livius l. 5. c. 40.* Ubi nunc despui religio est.
——— esse alicui. Or. 2. 114.
——— colere. Or. 2. 148. 276. .
Religioni servire. Rh. 199.
Religionem polluere. Or. 2. 238.
——— violare. Or. 1. 218.
A religione declinare. Or. 1. 148.
Religionem expiare. Or. 2. 245. .
A religione deducere. Or. 1. 302. .
Religionem eripere. Or. 2. 234.
——— eximere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
Religione solvere. Or. 1. 304.
——— exsolvere. *Idest scrupulum adimere.* Liv. Dec. 1. l. 9.
——— liberare. Or. 2. 114.
Religionem tollere. Ph. 2. 139.
——— delere. Ph. 2. 81. .
Reliquiæ *a Latinis ponuntur pro vestigiis; vel pro eo generaliter, quod superest.*
Reliquias magnas cœnarum fieri. *Cic. Fam.* 9. Non eas cœnas quæro, ut reliquiæ magnæ fiant. Fam. 136. . 150.
——— bestium persequi. At. 174. .
——— vitæ lacerare. Or. 1. 9.
——— alicujus mortui dissipare. Ph. 2. 181.
In pristinæ fortunæ miseriis, et afflictis reliquiis jacere. Or. 2. 167.
Reliquus. Reliquum *dicitur quicquid restat, vel superest ex re jam capta, sive in sermone, sive in actione, sive in persona consistat. Ponitur etiam pro futuro.*
Reliquum facere. *Cic. in Verr.* Quibus iste nihil reliqui fecerat. *Idest nihil reliquerat.* Or. 1. 147. . 179. Fam. 45. At. 42. .
——— habere. Fam. 234. . At. 94.
——— est, *pro sequitur, vel restat.* Fam. 109. . 136.
De reliquo, *pro, quod reliquum est, vel quod ad reliquum pertinet.* Rh. 93. Fam. 93. At. 260.
Remedium *est medicina, vel medicamentum. Translate pro ope, vel auxilio ponitur.*
——— quærere ad aliquam rem. Or. 2. 28.
——— invenire suo malo. Or. 3. 251. .
——— comparare. Or. 1. 240. .
——— adhibere. At. 326.
——— habere. Ph. 2. 51.
——— esse alicui. Fam. 71. Or. 1. 56. . 66.
——— effundere. *Cic. ad Att.* 2. Qui omnia Reip. remedia effuderunt. At. 28.
Remex *dicitur, qui remos agit; vel qui remigandi ministerio mancipatus est; vel qui scalmo hæret; idest labro navis, ubi remi adnexi sunt.*
Remiges imperare. Or. 2. 152.
——— exigere. Or. 1. 217. .
Remigum delectum habere. Fam. 189. .
Remissio *est relaxatio, vel dissolutio.*
Ad remissionem animi, inde usque descendere. Rh. 110. .
Remissionem pœnæ ab aliquo obtinere. Or. 2. 121.
Remus *instrumentum est, quo naves aguntur.*
Remum inflectere. Ph. 1. 6.
Remos detergere. *Idest collidere, vel confringere.* Cæs. de B. C. lib. 1.
Remis velisque. *Idest omnibus nervis, totis viribus.* Ph. 1. 195.
Renovatio *est instauratio.*
Renovationem fieri rei alicujus. Ph. 2. 49.
Repagulum *pro obice poni potest.*
Repagula convellere. Or. 1. 222.
——— perfringere. Or. 1. 243. .
Reprehensio *est vituperatio. Quod nomen tam passivæ, quam activæ significationis esse videtur.*
Reprehensionem habere. *Dicitur reprehensionem habere, quod potest reprehendi.* Fam. 11.
In reprehensionem incurrere. Ph. 1. 49.
Reprehensionem fugere. At. 156.
A reprehensione abesse. Fam. 157.
Reprehensione carere. Ph. 3. 29.
Repulsa *dicitur, cum aliquis in petendis Magistratibus, et honoribus, quod ambit, non obtinet, neque Magistratum assequitur.*
Repulsam afferre. *Idest causam esse repulsæ.* Ph. 3. 45.
——— ferre. *Idest in suffragiis præteriri.* Rh. 134. . At. 78. . Or. 3. 234. . Ph. 1. 328. .
——— accipere. Or. 2. 268. .
——— referre. Ph. 3. 28.
——— pati. *Latinum multi esse negant: quod tamen Latinum est, nisi Poetarum auctoritatem negligas.* Ovid. Met. 2.

> Denique, quicquid habet dives, circumspice, Mundus:
> Deque tot, ac tantis Cœli, Terræque, Marisque
> Posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.

Requies *idem est quod quies, scilicet curæ laxamentum, cessatio, animi remissio, vel tranquillitas.*
Requiem quærere. Fam. 70. . Ph. 3. 33. .
——— afferre. Ph. 1. 137. .
——— habere. At. 16.
Res *nomen est generale, quod pro suarum significationum varietate cum multis substantivis, adjectivis, et verbis jungitur, ita certe diverse, ut vix locutiones commode distinguere possimus. Nos tamen aliquantum rem tam implicatam evolvemus.*
Res pro negotio, vel rerum statu.
Res magna. Rh. 43. . Or. 2. 74. Ph. 1. 178.
—— luculenta. At. 64.
—— operosa. At. 326.
—— plurimi otii. *Id est in qua explicanda multo otio opus est.* At. 63. .
Rerum natura. Fam. 82. 84. At. 32. .

Rerum cursus. Fam. 46..
——— status. Fam. 120. . 186. At. 36..
——— tumor. At. 224.
——— gravitas. At. 279.
——— asperitas. Rh. 85.
——— varietas. Fam. 21.. 249.
——— perturbatio. Fam. 5. 48.. 78. At. 263.
——— confusio. Fam. 48. . 84..
——— turba. Fam. 84..
——— motus. At. 323.
Res perturbatæ. Fam. 83.
—— conversæ. Fam. 15.. At. 131..
—— turbulentæ. Fam. 126. At. 91. Rh. 202..
—— dubiæ. Fam. 86. . At. 163..
—— incommodæ. Fam. 81. Or. 2. 52.
—— adversæ. Fam. 58. 84.. Or. 2. 181.
—— deteriores. At. 6..
—— calamitosæ. Or. 2. 132.
—— periculosæ. Fam. 90..
—— desperatæ. Fam. 86.. 108.
—— contractæ. Fam. 109..
—— perditæ. Fam. 78.. 184. Or. 1. 302..
—— eversæ. Fam. 93..
Rerum interitus. Fam. 78.
——— occasus. Or. 2. 173. Or. 3. 83.
Res salvæ. Fam. 45. . 109..
—— integræ. Fam. 14.. At. 83.. Or. 2. 112. Ph. 3. 50..
—— bonæ. Fam. 184. At. 192.. *vel* optimæ. Fam. 48.
—— secundæ. Fam. 56.. 58. 70. 89..
—— florentes. Fam. 64.
—— amplissimæ. Fam. 59..
Rem ad aliquem deferre. Fam. 2.
——— alicui committere. Fam. 204..
——— suscipere. Fam. 67. Rh. 118.
——— procurare. At. 85.
Rebus cautionem adhibere. At. 19.
Res movere. At. 308.
—— agere. Fam. 2. 22.. 31. 33.
—— alias agere. *Isto loquendi modo utebantur Latini, cum rei supervacaneæ operam dari significabant; vel, cum aliquid non præsenti animo audiri designabant. Cic.* Ita furebat, ut mirarer, tam alias res agere populum, ut esset insano inter disertos locus. *Rh.* 186. *Idem:* Usque eo animadverti Judices jocari, atque alias res agere, antequam Chrysogonum nominavi. *Id est ita oscitanter ad causam attentos, ut alias res agere viderentur.* Or. 1. 28.
—— gerere. *Unde res gestæ passim apud Latinos Scriptores.* Fam. 7.. 9.. 10. 45.
Rem in locum adducere. At. 273. *vel* deducere. *Id est statum.* Fam. 46.. 260.
——— adducere in discrimen. Or. 3. 189. 209..
——— habere se. Fam. 33. 46.
——— esse loco. *Id est statu.* Ph. 2. 180..
———— in integro. Rh. 144. Fam. 23. 76. Or. 1. 128..
——— ire, *pro expediri.* At. 231. 235.. Ph. 3. 104..

Rem tenere. *Id est obtinere.* Fam. 2..
—— obtinere. Fam. 63.
—— inclinari. Fam. 2.. At. 162.
—— confici. Fam. 25.. 86.. 89. 245.
—— differre. Fam. 151. 153. At. 217. Or. 3. 71..
—— extrahere. Fam. 4. At. 307..
—— procrastinare. Or. 1. 22.. 233..
—— rejicere. Fam. 63.
—— refrigescere. At. 18. 327..
—— abjicere. At. 101..
Res pro facultatibus, utilitate, pecunia, patrimonio, et similibus.
Res familiaris. Fam. 53. 132.. Ph. 117.. At. 289.
—— domestica. Fam. 58.. Or. 3. 46.
—— militaris. Fam. 25.. Rh. 95.. 102. Or. 2. 9.
—— pecuniaria. Or. 2. 59. At. 292. Or. 1. 2..
—— frumentaria. At. 118. 289.
—— pecuaria. Or. 1. 2..
Rei familiari dare operam. Ter. Adel. 1. 2.
Rem quærere. Ph. 3. 124..
—— familiarem augere. Or. 3. 128..
————— amplificare. Ph. 3. 6.
—— facere. Teren. Adelph. 2. 2.
—— nescì. Teren. Hec. 5. 2.
—— adolescere. *Id est augeri.* Salust.
In rem suam convertere. Or. 1. 37. 42.. Ph. 3. 9.
Rerum suarum satagere. Teren. Heaut. 2. 1.
Rebus suis providere. Fam. 172.
In rem esse. *Id est utile esse.* Teren. Hec. 1.. 2.
Ex re esse. *Id est ex usu, vel utilitate.* Fam. 72.
Rem familiarem diminui. Fam. 180.
Re familiari comminui. At. 57.
Rei familiaris naufragia. Fam. 10..
Rem familiarem dissipare. Fam. 53.
————— conficere. Or. 2. 206.
De re familiari impertiri. Ph. 3. 44.
————— commodare. Fam. 207. 218.. 219. 223..
Res pro imperio.
Rerum potiri. *Cic.* Prudentissima civitas, dum rerum potiretur, fuisse traditur. Or. 1. 29.. Fam. 9. 73. 123. Or. 2. 108.
Res pro contentione.
Rem esse alicui cum aliquo. *Cic.* Cum hujusmodi portento res mihi fuit. Rh. 194.. Fam. 138.. Or. 1. 32.. Or. 2. 155.
Res pro amore, vel actu venereo.
Rem habere cum aliquo *dicunt Latini honesto loquendi modo, pro conjunctionem veneream cum aliquo habere. Ita enim rerum turpitudinem verbis honestis tegimus; ut,* Liberis operam dare. *Quæ omnia quanquam re ipsa turpia sunt, tamen sic eluta, minus turpiter sonant.* Ter. Eun. 1. 2.
Pro re nata. At. 106.. 111.. *vel* e re nata. Ter. Ad. 3. 1. Pro re nata, *vel* e re nata, *antiquo modo loquendi idem est, quod ut occasio fert.*
Rem divinam facere. *Id est sacris operam*

dare. Cicer. in Verr. Res illum divinas facientem apud eos Deos in suo sacrario prope quotidie vidisti. Or. 1. 203.
Ita res habet: *vel,* res ipsa indicat. *Cic. pro Rosc. Amer.* Ita res habet, Judices. *Or.* 1. 29. *Sal. in Catil.* Possum equidem dicere id, quod res habet. *Terent. Eun.* 4. 4. Quid isti credam? res ipsa indicat.
Res fert. Fam. 7.. Or. 3. 294.
Respectus *per translationem est ratio, vel religio.*
Respectum habere ad aliquid. Or. 204.
Responsum.
———— dare. Or. 1. 243..
———— reddere. Or. 2. 226.
———— ab aliquo auferre. Rh. 105.. *vel* ferre. Or. 2. 101.
Respublica *est politia, vel communis municipii res.*
Reipublicæ forma. Fam. 43.. At. 92.. Ph. 1. 182..
———— status. Fam. 24. 39. 43.. Or. 2. 179.
———— summa. *Totus scatet hac voce Cicero, Latinique omnes, cum sermonem de Republica habent. Hujus autem nominis ut proprietatem scias, omnino et rationem, et formam, et statum Reipublicæ complectitur.* Fam. 155..
Rempublicam serere. *Idest constituere.* Ph. 1. 154..
———— ædificare. Fam. 127.
———— constituere. *Pro ædificare.* Ph. 3. 48.
———— constituere. *Pro stabilire, vel confirmare.* Fam. 91..
———— amplificare. Or. 2. 13..
———— stabilire. Or. 3. 27.. Ph. 1. 121.
Ad Rempublicam se conferre. Ph. 3. 112.
Rempublicam capessere. Fam. 9. 14.. 15.. At. 257. Rh. 118.. 153.
———— accipere. Or. 2. 199.
———— attingere. Fam. 14. At. 37.
In Rempublicam incumbere. Fam. 143.. 146.
Rempublicam gerere. Fam. 21.. 246. 250. Or. 1. 40..
———— tractare. Fam. 83. Or. 3. 7.
———— administrare. Fam. 16. Or. 1. 240.
———— gubernare. Fam. 15..
———— regere. At. 117. Ph. 1. 28.. Ph. 3. 18..
———— temperare. Ph. 1. 148.
———— sustinere. Or. 2. 124.. 242.
———— tenere. *Pro gubernare.* Fam. 53. 54.
A Republica deficere. Fam. 187. Or. 2. 103.
Rempublicam oppugnare. Or. 3. 24.
———— tenere. *Pro occupare.* Fam. 12.
———— capere. *Pro occupare.* Salust. in Cat.
———— vexare. Ph. 3. 103.
———— perturbare. Ph. 1. 4..
Rempublicam labefactare. Ph. 1. 58.
———— violare. Fam. 13..
———— convellere. Or. 3. 80.
———— opprimere. Fam. 47..
———— profligare. Rh. 143.
———— vastare. Salust.
———— delere. Fam. 252. Or. 2. 204..
———— obruere. Salust.
———— inclinari. Salust.
———— præcipitare. Or. 2. 167. 184.
———— cadere. Fam. 83. *vel* occidere. Fam. 45.. 50..
———— interire. Fam. 79..
———— excitare. Or. 3. 3.
———— erigere. At. 131.
———— continere. Ph. 3. 51.
———— servare. Or. 3. 96. *vel* conservare. Fam. 59. 60..
———— reviviscere. Fam. 49.
———— exurgere. Fam. 187..
Reverentia *est honor, quem tam verbis, quam factis alicui adhibemus.*
Reverentiam adhibere. Ph. 3. 20.
———— præstare. Plin. lib. 3. cap. 8.
Reversio *profectioni opponitur.*
Reversionem facere. *Cic. de Nat. Deor.* Sol modo accedens, tum autem recedens binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit. Ph. 2. 46. Ph. 1. 86.
Reus. Reos *appellant non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur, quorumque res est, etiam si nihil admiserunt. Præterea vocamus* reos *non solum crimini, et culpæ obnoxios, sed honesti, vel voti promissi debitores. Et dicitur aliquis* reus rei alicujus, *vel* de re aliqua.
Reum facere aliquem. Fam. 116.. At. 275.. 123.. Or. 1. 127..
In. Or. 1. 23. 258. *vel* inter reos referre. Or. 3. 171.
Reum citare. Or. 3. 10.. 111.
———— peragere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
———— se supponere. Or. 3. 151..
Ex. Or. 1. 128.. *vel* de reis eximere. 209.
Rheda *est genus vehiculi.*
In rheda vehi. Or. 3. 196..
———— sedere. At. 77.
Rima. *Proprie* rimæ *dicuntur exiguæ distantiæ tabularum in juncturis. Unde tractum est, ut omnes fissuræ rimæ dicantur.*
Rimas agere. *Id est findi.* At. 225..
———— invenire. *In tergiversatores dictum, qui nulla in causa tot fidei vinculis astringi possunt, quin aliquid inveniant, quo elabantur.* Plaut. 264.
———— explere *dicuntur Oratores per translationem, cum verba inferciunt, ut pleniorem orationem faciant.* Rh. 220.
Risus. *Ridendi verbale est, designatque ridendi actum, quovis modo rideamus, vel lætitiæ specie, vel contemptus.*
Risum captare. Ph. 1. 178.
———— quærere. Hor. lib. ep. 7.
———— excitare. Fam. 43.. Ph. 120..
———— movere. Fam. 110.. At. 39..

Risum facere *non uno tantum modo a Latinis dicitur. Nam interdum est idem quod risum excitare, vel movere.* Fam. 119. *Interdum vero significat risum edere.* Or. 1. 205..
In risum convertere. Rh. 209..
Risum edere. At. 312..
Risu corruere. *Ib.*
Risum tenere. Rh. 192.. Or. 1. 161.
RITUS *est mos comprobatus in administrandis sacrificiis. Vel est generaliter ritus mos et approbata consuetudo, quam omnes ratam habent.*
Ritu pecudum vivere. Ph. 3. 102.
Ritus servare. Ph. 2. 175.
RIXA *est verbosa, et jurgii plena contentio.*
Rixam concitare, vel excitare. Catul. Ep. 38.
Ad rixam conciere. Or. 1. 287..
Rixam esse alicui cum aliquo. Fam. 140.
ROBUR *proprie est species quercus durissimæ; ut apud Ciceronem de Divinat.* 2. Quis robur illud cecidit? dolavit? inscripsit? *Ph.* 2. 127.. *Translate vero pro corporis firmitate, vel pro animi fortitudine sumitur, vel rei cujuslibet firmamento.*
——— assumere. Or. 2. 85..
——— accedere. Or. 3. 53.
——— habere. Or. 1. 43.. 297.. Or. 2. 5..
ROGATIO *vulgari usu ponitur pro rogato, vel rogatu. Eleganter vero rogationis nomine continetur lex, plebiscitum, et privilegium.*
Rogationem ferre. Rh. 172.. Or. 2. 47. 179.. Or. 3. 61.
——— preferre. At. 207..
——— promulgare. At. 40. Or. 3. 8.
Rogationi intercedere. Rh. 126..
Rogationem antiquare. At. 8.
ROGUS. Pyra *est lignorum congeries.* Rogus, *cum ardere cœperit, dicitur.* Bustum *vero jam exustum vocatur.*
Rogum extruere. Ph. 1. 106.
——— facere. Ph. 2. 182.
In rogum inferre. Ph. 2. 77.
——— imponere. Ph. 1. 166.
RUBOR. *Proprie sic ruborem ponit Cicero in Oratore:* Fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellantur. Rh. 204.
Translate vero pro pudore ponitur.
Ruborem suum præstare. Rh. 131.
RUDIMENTUM *est prima disciplinarum exercitatio.*
——— ponere *dicitur, qui jam rudis esse desinit, et aliquem progressum habet, cœpitque fieri politior, et instructior.* Or. 3. 272.
RUDIS, de, *dicitur impolitus proprie, vel imperfectus. Ad multa tamen transfertur; et per translationem vocant rudem Latini imperitum et indoctum.*
——— rei alicujus. Or. 1. 112. 126. Or. 2. 149.. Or. 3. 13. 64..
——— in re aliqua. Fam. 45.. Rh. 87.. 99. 103. 106..
RUDIS, dis, *est virga impolita.*
Rude donare. *Id est missum facere.* Hor. lib. 1. ep. 1.
Rudem accipere *pro dimitti;* et rude donare *pro dimittere, crebro apud idoneos Auctores obvia sunt. Inde ducta metaphora, quod antiquitus Gladiatores, quibus permissum erat a gladiatorio munere cessare,* rude donati *dicebantur. Ea cessatio dabatur virga, quam rudem appellabant. Unde hoc modo dimissi, rudiarii vocabantur. Proinde quicunque a munere quovis in otium restituuntur vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem,* rudem accepisse *dicuntur.* Or. 3. 174..
RUINA *ponitur pro pernicie, tempestate, vel procella, aut pro casu, vel excidio. Neque solum domus est, aut ædium, sed rei cujusvis, quæ concidit.*
Ruinam impendere. At. 184.. Or. 2. 100.
Ruinas edere. *Id est inferre. Cic. de Leg.* 1. Si invaserit in hæc, quæ satis scite nobis instructa, et composita videntur, nimias edet ruinas. Ph. 2. 163..
RUMOR *a famæ significatione non differt, cum fama accipitur pro dissipato, et disperso sermone, ac dicto quodam populari.*
Rumorem ventos colligere. Or. 2. 33..
——— aucupari. Or. 2. 39. Or. 3. 91..
Rumores excipere. Or. 3. 148.
——— spargere. *Ib.*
——— dissipare. Rh. 7. Or. 3. 260.
Rumorem oriri. At. 185.
——— serpere. Or. 2. 134..
——— afflare. *Cic. ad Att.* 16. Rumoris nescio quid afflaverat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse. Att. 252..
——— affluere. At. 323.
——— afferre. Fam. 264.. At. 223. *vel* proferre. Rh. 8.. At. 161.. *vel* perferre. Fam. 22.
——— venire. Fam. 113.
——— esse. Fam. 9.. 112. 119. At. 60.
——— calere. *Pro late dissipari, vel vagari.* Fam. 112.
——— raucum fieri. Fam. 127.
——— extingui. At. 238.

S

SACERDOTIUM *aliquando est Sacerdotis dignitas: unde dicimus* sacerdotium habere, *vel* sacerdotio præditum esse. *Est etiam* sacerdotium *proventus sacerdotis. Nam apud Romanos ea* sacerdotia *fuerunt, qualia apud Christianos* beneficia *vocantur.* Sacerdotium *autem duo fuerunt genera. Alterum, quod ædis, aut sacelli juris esset a patrefamilias ea ratione erecti dedicatique, ut et sacrorum cura et fructuum ipsius* sacerdotii *perceptio ad solam gentem familiamque suam perpetuis successoribus devolveretur: quæ sacerdotia a priscis gentilitia* beneficia; *a nostris* juris patronatus *appellata sunt. Alterum, quod sacris esset addictum locis, quæ Reipublicæ, aut Principum, aut Pontificum collegii collationis essent.*
Ad Sacerdotium eligere. Or. 2. 213.
Sacerdotium dare. Or. 1. 134.

Sacerdotium mandare. Or. 2. 69. .
———— consequi. Fam. 246. .
In Sacerdotium venire. Or. 2. 220. .
Sacerdotium habere. Or. 1. 134.
Sacerdotio præditum esse. At. 119. . Or. 2. 240. Ph. 2. 99.
Sacerdotium inire. Or. 2. 240. .
Sacerdotio præesse. Or. 1. 234. . Ph. 3. 83.
Sacramentum. *Militiæ tria olim fuerunt genera; quorum primum erat sacramentum, quæ* legitima *dicebatur* militia, *cum singuli milites jurabant. Alius est sacramenti usus; ut, cum dicimus* justo sacramento contendere: *idque ad pœnales lites pertinet; et tunc* sacramentum, *et* sponsio *idem repræsentant. Tu vero sic hoc loco habe, sacramentum poni generaliter pro jurejurando, vel fidei obligatione.*
————. *Cæs. de B. C. lib.* 1. *vel* sacramento dicere. *Liv. Dec.* 1. *lib.* 4. *Harum locutionum idem est sensus, et significatio; constructio tantum varia.* Dicit *enim vel* sacramentum, *vel* sacramento, *qui se militiæ sacramento astringit, solenniter in verba Imperatoris jurans.*
Sacramenta dicere Consuli. Liv. 34. c. 4.
Sacramento teneri. Cæs. de B. C. lib. 2. et Liv. l. 2.
———— rogare aliquem. Quintil. l. 12. c. 2.
———— obligare. Ph. 3. 8. .
———— adigere. Tac. Flor. et alii.
Sacramentum exuere. Tacit. 3. Hist. c. 42.
Sacramento solvi. Liv. Dec. 1. lib. 2.
Sacramenti religione obstringi. Justin. l. 1. c. 9.
Sacrarium, *locus est sacer in templo, in quo sacra reponuntur. Sumitur etiam pro sacello, vel loco sacrato; aut pro larario in ædibus privatis.*
———— facere. Or. 2. 107.
———— constituere. Or. 2. 102.
Sacrificium *est sacrum, res sacra, vel divina.*
———— statuere. Or. 3. 110. Ph. 1. 173.
———— facere. Rh. 169. . At. 7. 238. Or. 1. 223. .
———— factitare. Or. 2. 251.
———— parare. Liv. l. 1. c. 38.
Sacrum *idem est, quod res sacra, res divina, vel sacrificium, vel omne, quod Deorum habetur.*
Sacris initiari. Ph. 2. 173. . 177.
Sacra curare. Or. 3. 66.
—— facere. Or. 3. 66.
—— conficere. Or. 3. 66. Ph. 2. 71.
—— colere. Or. 2. 234. .
—— violare. Or. 3. 274. .
—— polluere. Or. 1. 233. 274. .
Sævitia *est crudelitas vel ferocitas.*
Sævitiam adhibere in aliquem. Ph. 3. 37. .
Sagitta *est jaculi genus, quod arcu emittitur.*
Sagittis aliquem configere. Ph. 1. 22. .

Sagum *est vestis index belli, ut toga pacis.*
Ad saga ire. Or. 3. 258. .
Saga sumere. Or. 3. 200. . Or. 1. 154. .
In sagis civitatem esse. Or. 3. 220.
Salum *mare dicitur a sapore salis. Pro jactatione accipere etiam videtur aliquando Cæsar.*
In salo stare, *vel* esse. *Cum anchoræ jactæ erant procul a portu, naves dicebantur* in salo stare, *vel* esse, *vel* commorari. Cæs. de B. C. lib. 5.
Salo navigare. 3. Tusc. c. 28.
In salo navem tenere in anchoris. Nepos in Them.
Salo nauseaque confectus. Cæs. 3. B. C. c. 28.
Salus *idem est, quod incolumitas; apponiturque exitio, vel perniciei.*
Salutem agi. Or. 2. 5.
———— petere. Fam. 78. . Or. 2. 130. .
———— deserere. Fam. 8. Or. 2. 205. .
Saluti deesse. Fam. 73. 83. .
Salutem affligere. Fam. 6.
Salutis rationem habere. Fam. 13. . *vel* ducere. Fam. 96. .
Saluti consulere. Fam. 58. At. 34. *vel* servire. At. 295.
Ad salutem vocare. Rh. 111.
———— reducere. Or. 2. 201.
Saluti esse. Rh. 127. 165.
Salutem ferre. Ph. 1. 89. . *vel* afferre. Fam. 47.
———— dare. Rh. 87. At. 179. 395. Or. 1. 139. . Ph. 2. 78.
———— reddere. Or. 2. 228.
———— restituere. Fam. 42. Or. 2. 228.
———— ab aliquo accipere. Or. 2. 240. .
———— recuperare. Fam. 235. .
———— retinere. Fam. 52. . 93. .
———— desperare. Ph. 3. 113.
Salus, cum est salutantis.
Salus aliquando pro salutis denunciatione ponitur, cum salutem ei precamur, ad quem litteras mittimus: vel cum in alicujus litteris salutem cuipiam nostris verbis ascribi jubemus.
Salutem dicere. Fam. 233. At. 73. *Transfertur aliquando hoc loquendi genus, poniturque in malam partem pro relinquere, vel refugere. Cic. Fam.* 7. Ego vero multam salutem et foro dicam, et curiæ. Fam. 111.
———— nunciare. Fam. 102. At. 60. .
———— impertire. At. 29. .
———— ascribere. At. 80. .
———— mittere. At. 253.
———— referre. *Ib.*
Salutatio *est ipse actus salutandi.*
Salutationi se dare. Fam. 108. .
Salutationem facere. *Ib.*
Salutationibus tempus consumere. Ph. 2. 195.
Salutationem defluere. Fam. 139.
Sanguis *proprie est humor in venis contentus. Per translationem modo ponitur pro vigore; modo pro affinitate; modo pro substantia.*

Sanguinem mittere. At. 12. . 84.
——— detrahere. At. 84.
——— elicere. Ph. 1. 174.
——— exsorbere. Rh. 104.
——— sistere. Plin. lib. 20. c. 4.
Sanitas *tum corporis, tum animi est. Sed præcipuam elegantiam habet, cum ad animum refertur. Præterea ad res alias pertinet; ut cum dicimus sanitatem dictionis, sanitatem orationis, idest integritatem, et quandam velut perfectionem.*
Cum animi est.
Cum animi est, fere accipitur pro mentis constantia, recta animi constitutione, ratione, probo consilio.
De sanitate deturbare. Or. 3. 89. .
Sanitate spoliare. Ph. 1. 213. .
A sanitate alienum esse. Or. 2. 183.
Ad sanitatem reducere. Or. 1. 128. .
——— se convertere. Or. 2. 170.
——— redire. Fam. 187.
Sanitatem esse alicui. Or. 3. 238.
Sapientia *est rerum divinarum et humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur, scientia.*
Sapientiam in aliquo esse. Ph. 3. 96. .
——— consequi. Ph. 3. 99.
Sapientia munitum esse. Ph. 3. 102.
——— esse. Ph. 3. 103. .
Ad sapientiam accedere. *Idest sapienti similem esse.* Ph. 3. 103. .
Sapientiam præstare. Fam. 72. .
Satietas *est fastidium.* Satias *dixere Antiqui.*
Satietatem habere, *pro afferre.* At. 246.
——— parere. Rh. 33.
——— facere. Ph. 3. 92. .
——— dare. Ph. 2. 78.
——— afferre. Or. 2. 128. .
Satietate afficere. Rh. 31. Or. 1. 256.
Satietatem capere. *Capit nos rei satietas, cujus satietate affecti sumus.* Ph. 2. 85. .
——— tenere. *Tenet etiam nos rei satietas, cujus satietate affecti sumus.* Fam. 24.
Satietate defatigari. Rh. 124. .
——— defessum esse. Fam. 19.
Satietati occurrere. Rh. 214.
Satietatem vitare. Rh. 27. .
——— fugere. Or. 1. 169. .
——— relevare. Rh. 47. .
——— vincere. Rh. 139.
——— superare. Or. 2. 128. .
Satisdatum. *Hoc nomen ponunt Latini pro quadam obligationis forma, quæ committitur, et concipitur satisdando: fereque usurpatur in ablativo casu non sine adverbiali specie.*
Satisdato aliquid debere. At. 255. 261.
Satisfactio *est purgatio.*
Satisfactionem alicujus accipere. *Pro approbare.* Fam. 101. .
Scelus *generalis est significati, et pro quocunque maleficio ponitur.*
Scelerum machinator. Or. 2. 112.
——— architectus. Or. 2. 29. .
Scelus concipere. Or. 1. 78. 216. . Or. 2. 105. . Or. 3. 121. .
——— moliri. At. 108. .
——— facere. Rh. 103. . Or. 1. 22. . Or. 2. 229. Or. 3. 107. . *vel* perficere. Or. 2. 58. .
——— anhelare. 2. Cat. 1.
Scelere se obstringere. Ver. 4. 71.
A scelere revocare. 3. Catil. 10.
Scelere exsolvere. Liv. l. 2. c. 17.
Scelus admittere. Att. 145. 304.
——— suscipere. Or. 1. 237. . Or. 3. 230. .
——— edere. Or. 2. 257. . Or. 3. 16.
Scelere se contaminare. Or. 2. 251. . Ph. 3. 59.
——— devincire. Or. 2. 244. .
——— se alligare. Or. 2. 155.
——— astringere. Or. 3. 24. . 193.
Scelus scelere cumulare. Or. 1. 23. . 2. 100.
In scelere esse. Or. 2. 174.
Sceleri affinis. Rh. 26. . Or. 2. 180.
Scelere imbuere. 5. Ph. 20.
——— affluere. Pro Clu. 189.
In scelere volutari. Fam. 127. .
Scelere cooperiri. Or. 1. 78. Or. 3. 242. .
A scelere abesse. At. 46. 214. .
Scelere solutus. Or. 3. 197. .
——— *vel* a scelere liberari. Or. 3. 133.
Scelus expiare. Or. 2. 251. . Or. 3. 98.
Scena *dicebatur, ubi ludi edebantur, vel agebantur Comœdiæ, aut Tragœdiæ.*
In scenam immittere. Or. 2. 249. .
——— producere. Plin. lib. 7. cap. 48.
Scenæ servire. *Id est servire tempori, et rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui non suopte ingenio agunt, sed unum spectant, ut quovis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi, et exsibilandi.* At. 278.
Scientia *est cognitio, vel intelligentia, aut doctrina, vel disciplina.*
Scientiam dare alicui. Ph. 2. 134.
——— consequi. Rh. 86. .
Scientia comprehendere. Fam. 94. Rh. 94.
Scientiam habere. Rh. 100. . Fam. 97. . Or. 3. 162. Ph. 2. 135. .
——— esse in aliquo. Ph. 2. 19. .
Scitum *idem est, quod jussum, sancitum, vel decretum.*
——— facere. Rh. 244. .
Scitum conscribere. Or. 2. 239.
Scriptum *est scriptura; vel monumentum litterarum, et annalium.*
——— facere *interpretantur nonnulli pro artem scribendi profiteri et exercere.* Liv. Dec. 1. lib. 9.
De scripto dicere. Rh. 168. . Fam. 151. . At. 56 . et al.
——— recitare. Or. 2. 75. .
In scripta alicujus venire, vel pervenire. *Idest celebrari.* Fam. 68. .
Scriptis mandare. Ph. 3. 33.
——— celebrare. Fam. 67.
——— illustrare. *Ib.*
Scrobes *sunt foveæ intra terram manu factæ ad vineas, vel arbores conserendas.*
Scrobem facere. Col. lib. 5. cap. 4.

Scrobem subigere. Virg. Georg. lib. 2.
—— invertere. Cato. cap. 27.
SCRUPULUS *lapillus est, qui in calceo latens, pedem lædit, et pressus graviter nos offendit. Unde fit, ut a Latinis pro re ponatur, quæ nobis solicitudinem affert.*
Scrupulum injicere. Or. 2. 33..
—— esse alicui. At. 24..
—— residere. Or. 2. 245..
—— evellere. Or. 1. 19..
—— eximere. Att. 75.
SCUTUM *est clypeus.*
—— rejicere. *Id est post tergum.* Rh. 139. Fam. 162..
—— abjicere. *Id quod imbellis est et formidolosi.* Rh. 139. Ph. 1. 186..
SECTA *est factio, pars, hæresis, certa quædam disciplinæ formula, ratio vitæ, ratio philosophandi.*
Sectam sequi. Rh. 175. Fam. 103.. At. 274.. Or. 2. 166. et al.
SECURIS *instrumentum est ad secanda ligna.*
Securi cervices subjicere. Or. 3. 97..
—— ferire. Or. 1. 91..
—— percutere. Or. 3. 97..
Securim infligere. Or. 2. 274. vel injicere. Or. 2. 135.. *Id facere dicuntur, qui vehementer lædunt, et vulnerant.*
Virgas et secures expedire. Liv. l. 3. c. 16.
SECURITAS *est vacuitas ægritudinis, requies curarum, ipsum esse sine curis.*
Securitatem præstare. Fam. 247..
—— habere. Ph. 1. 236..
—— frui. Ph. 3. 104..
—— repudiare. Ph. 3. 105.
SEDATIO *perturbationi opponitur.*
Sedationem afferre. Ph. 1. 204..
SEDITIO *vel a seorsum sedendo, vel a seorsum eundo dicitur: et tunc est, cum populo discordante secum, res ad manum vocatur. Similiter dicitur* seditio *in exercitu, in classe, in schola, et si quid tale est. Est igitur* seditio *discordia, dissensio, vis, turba, impetus populi, vel militum.*
Seditionem concitare. Or. 2. 144. *vel* excitare. Liv. Dec. 1. l. 6.
—— commovere. At. 23.
—— conflare. Rh. 120.
—— facere. Rh. 120. Fam. 164.. 166.. et al.
—— oriri. Liv. Dec. 1. lib. 2.
—— ardere. Liv. Dec. 1. lib. 6.
—— gliscere. *Ib.*
—— recrudescere. *Ib.*
—— sustinere. Liv.
—— lenire. Liv. Dec. 1. lib. 6.
—— sedare. At. 75..
—— extinguere. Liv. Dec. 1. lib. 6.
—— comprimere. Liv. Dec. 4. lib. 4.
—— vindicare. Fam. 13.
SEMEN. Semina *ponuntur aliquando pro surculis depactis; qui, cum radices egerunt, in seminarium, aut vinetum transferuntur. Unde dicuntur* seminaria *pro planteriis. Dicuntur etiam* semina *grana; ut est* semen *frumenti,* semen *hordei, et similium. Translate positum, duplici significato usurpari solet, nempe vel pro genere, vel pro causa et materia.*

Pro surculis.

Semina scrobibus deponere. Col. lib. 5. c. 4.
—— per ordines disponere. Col. lib. 3. cap. 13.
—— in regesto deprimere. Col.

Pro grano.

Semen jacere. Col. lib. 2.
—— spargere. Rh. 26. Ph. 2. 81. Ph. 3. 87..
—— surgere. Col. lib. 2.
—— exire. *Ib.*
—— prodire. Varro de Rust. lib. 1.
—— grandescere. Plin. lib. 18.

Cum translatione.

Semen delere. Or. 2. 103..
—— extinguere. *Ib.*
SEMENTIS *dicitur satio ipsa, vel semen, vel seminandi tempus.*
Sementem facere. *Translate ponitur sæpe.* Rh. 133. At. 140.. Ph. 2. 75.
—— conficere, *vel* peragere. Col. lib. 2.
SENATUS *et locum, in quo ipsi Senatores conveniunt, et Senatores ipsos significat.*
Senatum vocare. Fam. 161. Or. 2. 107.
—— convocare. Fam. 151. Or. 2. 179..
—— cogere. Fam. 60. 200. At. 312..
—— frequentem efficere, *pro cogere.* Fam. 115.
—— dare. At. 314..
—— haberi. Fam. 4. 114. 120.
—— esse, *pro convocari.* Fam. 3.. 63. 198. At. 306.
—— cooptare. *Id est senatum constituere.* Or. 1. 133.
In Senatum legere. *Id est senatorem facere.* Fam. 204..
—— venire, *pro senatorem fieri.* Fam. 46. Or. 2. 155.
Senatu aliquem movere. *Id est expellere ordine senatorio.* Ascon. Ped. et Cic. pro Clu. c. 43.
Ex Senatu rejicere. Ph. 3. 85..
Senatum mittere. At. 306. *vel* dimittere. Ph. 3. 97.. Fam. 3.. *Id est Senatoribus domum abeundi facultatem dare.*
Senatum discedere. Fam. 40.
—— delere. Or. 3. 194.
—— extinguere. Ph. 3. 52..
—— Legatis dare. Nep. 23. c. 7.
SENATUSCONSULTUM *est decretum Senatus, vel lex, aut auctoritas Senatus, scripta de re aliqua. Fiebat autem senatusconsultum aut per rogationem, cum rogabatur unusquisque sententiam, quam verbis efferebat: aut per discessionem, quando Senatores idem sentientes, in unam partem pedibus ibant.*
Senatusconsultum facere. Fam. 2.. 11. 60. 115.. At. 151.
—— inducere. *Id est infirmare.* At. 20..
SENECTUS *est prope acta et decursa ætas,*

canities, vitæ occasus. Cum translate accipitur, poni solet pro gravitate, et rei, de qua loquimur, maturitate, et pondere.
Senectutem adipisci. Ph. 3. 77..
In senectute florere. Ph. 3. 96.
Ad summam senectutem vivere. Rh. 180..
Senectute esse. Or. 3. 219..
——— confici. Ph. 1. 132.
Senectutem sustentare. At. 326.
——— exuere. Plin. lib. 8. cap. 30.
SENIUM *idem est, quod senectus. Ponitur etiam pro tristitia, et squalore.*
Senio confici. Or. 3. 105.
—— carere. Ph. 2. 198.
SENSUS *et ad corpus, et animum pertinet.*
Ad corpus.
Certum est, hanc vocem ad corpus aliquando referri: unde quinque esse sensus vulgo dicuntur, tactus, gustus, visus, odoratus, auditus.
Sensum habere. Fam. 55. Ph. 1. 168. Ph. 2. 65.. 130..
Sensu moveri. Rh. 125.. Fam. 54. Ph. 1. 25..
Sensum amittere. Ph. 3. 98. Fam. 72.
Sensu carere. Fam. 80.. Or. 2. 96.. 80.. et al.
Sensum auferre. Ph. 3. 97..
Ad animum.
Sensus, cum ad animum refertur, interdum pro communi quodam animorum affectu et motu ponitur; interdum pro opinione, consilio, vel assensione.
In aliquem sensum allici. Fam. 16.
Sensum gignere. Ph. 3. 102.
Ad sensum alterius se convertere. Ph. 3. 113..
Sensum deponere. Fam. 9.
——— amittere. Or. 1. 44..
Sensus alicujus tenere. *Cic. pro Sest.* Denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus. Or. 3. 7.
Sensum alicujus rei existere. Ph. 3. 101..
Sensus exprimere. Rh. 215.
SENTENTIA *duplex est apud Latinos, privata scilicet, et forensis.*
Privata.
Ex sententia *idem est, quod ex voto, vel ex spe, atque ut optamus.* Rh. 95. Fam. 7. 153.. At. 49. 62. 80.. 278.. Cic. Fam. 21. Sane feliciter, et ex mea sententia Rempublicam gessimus. *Id. Fam.* 25.. Et profecto confecta res ex nostra sententia est.
Ex sententia animi. Ex animi sententia jurare, *est ita jurare, ut mens jurantis concipiat fieri oportere, quod juratum est.* Rh. 133.. Ph. 3. 73..
De sententia animi. *Id est de nutu, et consilio. Ut,* nihil sum facturus, nisi de tua sententia: *idest nisi tua summa voluntate atque assensione.* At. 104.. Fam. 6.. At. 40. 253.. Or. 2. 177.
In sententiam. *In sententiam eandem loqui dicitur, qui in eandem rationem verba facit, vel eodem spectantia.* Rh. 94.. Fam. 19. 98. At. 37. 193. 321.. Ph. 2. 113.. *Dicitur quoque* decretum in nostram sententiam fieri, *quod fit secundum nos: idest in utilitatem et commodum nostrum.* Fam. 11. At. 54..
In sententiam ducere. Rh. 42.
——— adducere. Fam. 18..
Ad sententiam perducere. At. 257.
——— traducere. Or. 2. 48.
Sententiam inclinare. Or. 2. 117. Ph. 3. 80.
In sententiam ire. *Id est assentiri.* Fam. 3. At. 306..
Sententiam sequi. Or. 3. 206.
Sententiæ assentiri. Ph. 3. 107.
Sententiam destinare. Ph. 1. 176.
——— confirmare. At. 20.
——— habere, *et ad res, et ad personas refertur. Habet enim oratio sententiam eam, in quam scripta, vel prolata est. Habemus autem sententiam, quam sequimur. AD RES. Cic. ad Att.* 10. Curionis sermo postridie eandem habuit fere sententiam. At. 158.. Rh. 18.. Or. 1. 232. Ph. 2. 54.. *AD PERSONAS. Cic. de Nat. Deor.* 2. Est Philosophi, et Pontificis, de Diis immortalibus habere non errantem et vagam, sed stabilem certamque sententiam. Ph. 2. 26.
In sententia esse, *tripliciter a Latinis dicitur. Sumus enim in sententia aliqua, quam sequimur, vel in qua manemus.* Fam. 49.. 68. Ph. 2. 191. *Sunt autem res in sententia, quæ, ut volumus, et optamus, acciderunt. Dicitur etiam aliquid scriptum in sententia quadam, quod eam sententiam habeat; ut apud Ciceronem Tusc.* 3. Quæ sequuntur, in eadem sententia sunt, totusque Liber. Ph. 1. 199.
In sententia manere. Fam. 105.. 106. At. 136. *vel* permanere. Fam. 11. 15.. 24.. 27.
——— constare. Fam. 13. 103.
——— perseverare. Or. 3. 193.. Ph. 2. 76.. 189..
Sententiam tenere. Ph. 1. 55.. Ph. 2. 146. *vel* retinere. Ph. 1. 544..
——— occultare. Ph. 3. 108..
——— frangere. Fam. 4.
De sententia deterrere. Ph. 2. 125.
——— movere. Or. 3. 170..
——— deducere. At. 25..
——— depellere. Fam. 7..
——— dejicere. Ph. 1. 177..
——— detrudere. Fam. 238..
Sententiam movere. At. 102..
——— mutare. Fam. 14.
De sententia decedere. Fam. 38.. Or. 2. 139. Or. 3. 56.
A sententia discedere. Cæs. de B. C. lib. 1.
Sententia. Ph. 1. 16.. 62. Ph. 3. 55. *vel* de sententia desistere. Ph. 1. 181.
A sententia abesse. Rh. 107..
Sententiam repudiare. Or. 3. 206.
Forensis.

Sententiam rogare. At. 7. 306. . Or. 2. 208.
———— dicere. Fam. 3. 9. 11. 61. 114. .
———— ferre. Ph. 3. 106.
———— pronuntiare. Fam. 3. 122. .
———— dividere. Fam. 3. Or. 3. 104.
Sententiis omnibus damnari. Rh. 105.
———— omnibus absolvi. Or. 1. 223. .
SENTINA *pars est navis inferior; in quam quicquid instillat aquarum, defluit. A* sentio *dicta: nam odorem fœdum emittit. Pro translationem dicitur sentina omnis locus, in quo receptaculum sit sceleratorum hominum, vel ipsi scelerati homines.*
Sentinam ejicere. Or. 2. 105. .
———— exhaurire. At. 18. Or. 2. 99. . Ph. 3. 88. .
———— vertere. Juvenal. Sat. 6. 99.
SEPTUM. *Septa generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, et quodam sepimento vallata. Inde stabula ovilia, bubilia, caprilia, et id genus reliqua, septa nuncupantur. Pro obicibus, et claustris, quibus utimur ad impetus fluviorum coercendos, accipiunt Jurisconsulti.*
Septa facere. At. 66. .
Septis continere aliquid. Or. 3. 247.
Septa revellere. Or. 3. 196.
SEPULCHRUM *est tumulus, bustum, vel monumentum: locus scilicet, in quo corpus, ossave demortuorum corporum reconduntur.*
Sepulchrum decernere. Or. 3. 223. .
In sepulchro condere. Ph. 2. 181.
In sepulchrum inferre. Ph. 2. 183.
SEPULTURA *est humatio, vel bustum.*
Locum sepulturæ dare. 4. Fam. ep. 12.
Honorem sepulturæ decernere. Ph. 9. c. 6.
———— tribuere. Suet. in Aug. c. 17.
Sepultura afficere. Ph. 2. 92.
Sepulturam insepultam efficere. Or. 3. 153. .
SERMO. *Sermo est (ut in Lib. 3. ad Heren.)* oratio remissa, et finitima quotidianæ loquutioni. *Vel, ut scribit Servius,* est consertio orationis, et confabulatio duorum, vel plurium. *Est etiam sæpe unius. Nos vero ut hujus dictionis significationem illustriorem faciamus, id addere non pœnitebit, sermonem præter superiorem expositionem, a Cicerone sæpe poni pro pervulgato quodam rumore. Huc addes, sermonis significationem modo activam, modo passivam esse, ut etiam vel activa, vel passiva est significatio invidiæ, odii, opinionis, existimationis, suspicionis, et multarum aliarum Latinarum vocum.*
Sermo facetus. Rh. 87. .
———— ludicer. Ph. 1. 2. .
———— suavis. Fam. 181. .
———— liberior. At. 33.
———— longus. Rh. 141. .
———— multus. Fam. 36. . At. 103. . 116. 206. Or. 1. 11.
———— obscurus. Fam. 19. .
———— varius. Fam. 19. . 120. . 136.
———— dubius. Fam. 28.
———— tectus. Fam. 140.
Sermo pervagatus. Or. 3. 107. .
———— exploratus. At. 47. .
———— commodus. Fam. 28.
———— honorificus. At. 169.
———— malevolus. Fam. 42. .
———— stultus. Fam. 41.
———— puerilis. *Ib.*
———— urbanus. *Id est in urbe pervagatus.* Or. 3. 150.
———— quotidianus. Rh. 80. Fam. 2.
Sermonem captare. Ter. Phorm. 5. 6.
———— aucupari. Plaut. 436.
———— quærere. Ter. Eun. 3. 3.
———— lacessere. *Pro captare.* Fam. 38. .
———— arripere. At. 111.
Sermonis auctorem esse. At. 7.
Sermoni locum relinquere. Or. 2. 160. .
Sermonis ansam dare. Or. 3. 7. .
Sermonem inferre. Rh. 87. . Ph. 3. 29.
———— excitare. Fam. 120.
———— inducere. Fam. 37. . At. 209. . Or. 2. 231. .
———— dare. Fam. 127. .
Sermonis materiem præbere, vel dare. At. 299. .
In sermonem venire. Or. 1. 202. . *vel* incidere. *Pro sermonis ansam dare.* Fam. 127. . *Pro loqui.* Ph. 3. 95. Fam. 33.
Sermonibus vapulare. At. 30.
Sermonem subire. At. 11.
———— sustinere. Fam. 251. .
———— ferre. At. 136.
Sermonis materiam nancisci. Fam. 34. .
In sermonem delabi. Rh. 93.
Sermonem instituere. Rh. 136. Ph. 1. 177.
———— ducere. Rh. 166. . 184. .
———— trahere. Rh. 166. .
———— ordiri. Rh. 93.
Ad sermonem accedere. Rh. 142.
Sermonem habere. *Id est verba facere.* Ph. 3. 95. . 96. Fam. 31. 36. . *Cic. ad Qu. Frat.* Primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis. *Id est multus fuit sermo, et creber de hac reprehensione.* At. 298.
———— esse. *Id est sermonem haberi, dissipari, pervulgari.* Ph. 3. 107. . Fam. 112. Or. 2. 251. . Or. 3. 29. Ph. 3. 120.
In sermone esse. *Id est sermonibus vapulare, vel divulgari.* Or. 1. 120. Or. 3. 227.
———— producere. Ph. 3. 126. .
———— perpetuare. Rh. 129.
———— conficere. Rh. 87.
———— consumere. Rh. 39. .
Insinuare se. Or. 2. 68. *vel* dare in sermonem. Ad Attic. 212. Insinuare autem se, *vel* dare in sermonem, *est ad aliquorum colloquium accedere, vel obrepere; vel sermonis cum aliquo habendi causam quærere.*
Ad sermonem se adjungere. Fam. 194. .
Sermonem conferre. Rh. 63. . Ph. 3. 27. . 40. .
———— communicare. At. 15.
Sermonis participem esse. Rh. 164. .
Sermoni interesse. Fam. 171. At. 311.

———— injicere. Fam. 194.
In sermone dictitare. Fam. 17.
Sermonibus usurpare. Or. 3. 131..
In sermone versari. Fam. 22.
Sermonem investigare. At. 6..
———— exprimere. Fam. 112. At. 151..
———— exponere. Ph. 3. 95..
———— referre. Fam. 11..
———— deferre. Fam. 36.. 37.. *vel* perferre. Fam. 15.. 19..
———— dissipare. Or. 1. 79.. Or. 2. 149.
Sermonibus refercire. Or. 3. 129.
———— divulgare. Or. 1. 278.
———— percelebrare. Or. 3. 52..
———— celebrare. Or. 2. 24.. Or. 3. 171..
Sermonem manare. Or. 2. 32.. *vel* emanare. Rh. 185. Ph. 2. 207.. *vel* permanare. Or. 3. 66..
———— in alienas manus devenire. At. 5.
———— erumpere in aliquem. At. 299..
Sermone uti. Quintil. l. 1. c. 6.
Mutare in Latinum sermonem. Sen. ep. 107.
Sermonem mittere. *Id est missum facere.* Rh. 164.
———— vitare. At. 293.
———— effugere. Or. 3. 45..
———— defugere. Cæs. de B. G. lib. 6.
A sermone se avertere. At. 133..
Sermonem sedare. At. 206..
———— reprimere. Fam. 38..
———— retundere. Fam. 115.
———— restinguere. At. 206..
A sermone removere. Ph. 3. 102.
Sermonem exhauriri. At. 299.
———— refrigerari. Fam. 36..
———— obmutescere. At. 154.
———— mori. Or. 3. 53..
SERVITUS *est postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum: ademptio scilicet libertatis.*
Justam servitutem esse alicui. Ter. Andr. 1. 1. 9.
Servitutem afferre. Fam. 93.
———— imponere. At. 318..
In servitutem adducere. Or. 3. 97..
———— dare. At. 331.. *vel* tradere. Or. 3. 71.
Servitutem depellere a patria. Nepos in Timol.
———— perpeti. Or. 3. 220.
In servitute esse. Or. 2. 22.
Servitute opprimi. Or. 2. 239..
Servitutem servire. Or. 3. 138..
———— repellere. At. 281. Or. 3. 181.
Servitute liberare. Ph. 3. 104.
SEVERITAS *est gravitas, acerbitas, duritia. Atque, ut* severus, *tam de rebus, quam de personis dicitur.*
Severitas animadversionis. 9. Fam. ep. 14.
———— disciplinæ. Quintil. l. 2. c. 2.
Severitatem habere. Rh. 177..
———— adhibere. Ph. 3. 18. Ph. 1. 53..
Ad severitatem contorquere. Rh. 115.
———— revocare. At. 12.

Severitatem mitigare. Rh. 130.. At. 294. Or. 2. 185.
SIBILUS *est sonus oris, qui compressis dentibus, et parum diductis labris, fieri solet.*
Sibilum edere. Catull. Carm. 4. 12.
Sibilo signum dare. Liv. l. 25. c. 8.
——— consectari aliquem. At. 33.
——— explodere. Or. 1. 50.
SICA *est genus gladii brevioris.*
Sicam vibrare. Or. 2. 109.
——— extorquere de manibus. Or. 2. 100..
SIGNIFICATIO *ponitur pro vi, notione, potestate, virtute, signo, indicio.*
Significationem habere. *Cic.* Ad me autem litteras, quas misisti, quanquam exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi scito jucundas fuisse. Fam. 63.. Rh. 158.
Significationem facere. Ph. 3. 26.. 102. Ph. 2. 119. 134.
———— conficere. Rh. 28.. 41.
———— protendere. Ph. 2. 59..
———— dare. Rh. 122..
———— elucere. Ph. 3. 105..
———— apparere. Ph. 3. 10.
———— observare. Ph. 2. 82..
———— animadvertere. *Ib.*
SIGNUM *extra rem militarem est; vel ad rem militarem pertinet.*
Extra rem militarem.
Cum extra rem militarem est, modo ponitur pro simulacro, vel imagine fusili, aut sculptili, ad effigiem hominum, animalium, vel aliarum rerum fabricata. Modo pro sidere, modo pro sigillo, modo pro indicio.
Pro simulacro, imagine, statua.
Signa fabricare. Ph. 3. 30.
——— componere. At. 60.
Pro sidere.
Signum Leonis. Ph. 2. 105..
——— Arietis. Plin. lib. 18. cap. 25.
Signa oriri. Rh. 54.
——— occidere. Quint. lib. 1. cap. 4.
——— obire. Rh. 54.
Pro sigillo.
SIGNUM *Latinis persæpe est, quod vulgo dicimus* sigillum, *scilicet quo aliquid consignamus, vel obsignamus, et notamus.*
Signo obsignare. Or. 1. 213. 232.. 282.. *vel* consignare. Or. 1. 4..
Signum apponere. Ad. Brut.
Signo suo uti. At. 35..
Sub signo asservare. Or. 2. 64..
———— habere. At. 145.
Signis impressis custodire. Sen. de Ben. l. 3. c. 15.
Pro indicio.
Ponitur usitatissime signum *pro quadam significatione indicante totius rei qualitatem. Unde et in eo genere pro ostento et augurio accipi sæpe volunt.*
Signum objicere. Ph. 2. 96..
——— tollere, *pro dare.* Or. 3. 131.
——— ostendere. Rh. 124. 125..
——— indicare. Ter. Andr. 5. 3. 7.

Signum dare. Fam. 78. 177. Or. 1. 90. . Or. 3. 190. . 201. .
——— impertiri. At. 33.
——— patefacere. Or. 2. 249.
——— esse, *pro dari, vel ostendi.* At. 78. . 131. 323.
Signo esse. Rh. 54.
Signum observare. Fam. 83. . *vel* notare. *Ib.*
——— habere. *Habemus signa, quibus cognoscimur.* Orat. 3. 29. . *Habemus item signa, quibus cognoscimus.* Fam. 83. . Ph. 2. 138. . Ph. 3. 108.
Conjecturam ex signis facere. Ter. Adelph. 5. 3. 36.

Ad rem militarem pertinens.

Signum ad rem militarem pertinens aliquando ponitur pro vexillo, dictum ab effigie, et animalium imaginibus, quæ in vexillis fieri consueverunt; ut erant Aquiliferi, Drachonarii, et his similes signiferi. Aliquando vero accipitur pro nota, quam ab Imperatore, Tubicine, Cornicine, aliove hujusmodi datam milites, qui in exercitu sunt, sequantur. Sic fit, ut altera significationis pars suos loquendi modos habeat; altera item suos.

Pro vexillo.

Sub signis milites ducere. Liv. Dec. 3.
——— legionem ducere. At. 257. .
Signa sequi. Liv. Dec. 3.
Sub signis militare. *Ib.*
Signa constituere. *Ib.*
——— habere, *pro constituere.* *Tit. Liv. l.* 4. Haud procul Collina porta signa habuere.
——— movere. Liv. Dec. 3.
——— expedire. *Ib.*
——— tollere. *Ib.*
——— proferre. *Ib.*
——— contra efferre. *Ib.*
——— inferre. Or. 2. 147. Or. 3. 115. .198. .
——— conferre. Fam. 97. At. 96. Or. 3. 90.
——— convertere. Cæs. de B. G. lib. 6. *vel* transferre. Cæs. de B. C. lib. 1.
Ad signa revocare. Liv. Dec. 3.
——— convenire. *Ib.*
A signis dilabi. Liv. Dec. 3.

Pro nota Militari.

Extra vexilli significationem sunt sequentes locutiones: et in his ponitur signum *pro nota militari.*

Signum dare. Or. 1. 222. . 253. . Or. 2. 248. . Or. . 3. 87. 109.
——— canere. Salust. in Catil.
——— edere. Liv. Dec. 3.
——— accipere. Liv. Dec. 3.

Silentium *dicitur, cum silemus, scilicet taciturnitas, vel reticentia.* Silentium noctis *pro intempesta nocte ponitur; quam alii* concubium, *alii* conticinium *vocant.*
Silentium facere. Rh. 39. Ph. 2. 93.
——— consequi. *Cic. de Or.* Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. Rh. 98.
——— esse alicui. *Id est aliquem silere. Cic. de Orat.* Ipse conticuit, et cæteris silentium fuit. . Rh. 156.
Silentium esse. *Id est rumorem mortuum esse. Cic. ad Att.* De Partho silentium est. At. 76. .
In silentio jacere. *Translate dicimus aliquid jacere in silentio, quod deferbuit, vel quod suam auctoritatem et vim non retinet. Cic. de Orat.* In eodem silentio multa alia Oratorum officia jacuerunt. Rh. 114.
Silentio magno audiri. At. 306.
——— ferre. *Id est sine querimonia, vel sine expostulatione, patienter, fortiter.* Cic. Cum eos videris excipientes gravissimas plagas, et ferentes silentio. Ph. 1. 185.
——— transire. At. 34. .
——— præterire. Fam. 64. Rh. 237. Or. 2. 178. .
Silentium habere. Curt. l. 10. c. 7.
——— obtinere. Liv. l. 1. c. 15.
Silentio prætermittere. Or. 3. 248. .
——— prætervehi. Or. 3. 211.
A silentio vindicare. Rh. 109.

Similis *idem est, quod æqualis, par, ejusdem modi.*
Similem alicujus esse. Rh. 39. . 169. et al.
——— alicui esse. Rh. 204. . Fam. 187. . et al.
Similes inter se esse re aliqua. Rh. 117. Or. 2. 26. .
Simile atque. *Cic. ad Att.* 24. Hoc simile est atque ire in Solonium. *Idem de Fin.* Ita similis erit finis atque antea fuerat. Ph. 1. 134.
Simile ac. Liv. l. 6. c. 28.
——— veri, et simile vero. 7. Fam. ep. 2. Quintil. l.3 . c. 8.
——— per omnia. Vell. l. 2. c. 130.

Similitudo *est exemplar, forma, species, collatio, imago.*
Ad similitudinem rei alicujus aliquid fieri. Rh. 95. . Fam. 106.
Similitudinem facere. *Cic.* Ea sunt, quæcunque sunt, quæ faciant similitudinem. Ph. 1. 165. .
——— arripere. *Id est studere similem esse. Cic.* Quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, fidenti animo gradietur ad mortem. Ph. 1. 172. .
——— ducere ex re aliqua. Rh.197. .
——— sequi. Rh. 113. Ph. 2. 196.
Ad similitudinem accedere. At. 100. Ph. 2. 20. .
Similitudinem esse inter aliquos. Rh. 170.
——— alicui cum aliquo. Rh. 177. . Ph. 2. 161.
——— habere. Rh. 19. Or. 3. 252. Ph. 1. 141. .
——— gerere. Ph. 3. 55.
——— conferre. Rh. 64 . . Ph.1. 214.
——— comparare. Rh. 109.

Simulatio *est fictio, fallax imitatio, simulata, et ficta alicujus rei internæ per vultum repræsentatio: unde pro deceptione, et circumventione ponitur, quod animo, vel vultu, aut voluntate simulata fiat.*
Simulatione aliquid tegere. Rh. 169.

Simulatione aliquid subterfugere. Ph.3.71..
Simulationem re aliqua sustineri. *Cic.* Fronte atque vultu, Simulatio facillime sustinetur. Fam. 14.
SIMULTAS. *Inter inimicitias, et Simultatem si quid interest, hoc plane interest, quod* inimicitiæ *apertiores sint ; simultas occultior et tectior.*
Simultatem suscipere. At. 293. . Or. 2. 17..
——— habere cum aliquo. Or. 2. 35 .. 275. .
——— esse alicui cum aliquo. Fam. 115. .
——— gerere cum aliquo. At. 228. .
——— exercere. Or. 2. 163.
——— deponere. Fam. 25. At. 52. Or. 2. 275. .
SINUS *dicitur illa pars, quæ est intra pectoris, brachiorumque complexum. Per translationem* sinus *vocantur littora curva ad similitudinem sinus, et quasi brachiis mare amplectentia. Perpulchræ autem translationis est, cum pro intima quadam familiaritate, et amicitia accipitur.*
In sinu gaudere. *Id est tacite.* Ph. 1. 201..
In sinum alicujus se conferre, *vel* confugere. *Ph.* 1. 228. . *Id est in amicitiam, vel familiaritatem et necessitudinem.*
In sinu aliquem gestare. *Id est valde amare. Ter. Ad.* 4. 5.
In sinu esse alicujus. *Id est vehementer diligi. Cic. ad Q. Frat.* Cæsar, mihi crede, in sinu est : neque discingor. *Id est quod alio loquendi modo dicimus,* Cæsarem in oculis fero : *h. e. Cæsarem, quanta maxime fieri potest, amicitia comprehendo atque complector ;* neque discingor, *id est non me immuto, vel eum ipsum amorem abjicere non cogito.* At. 314. Fam. 235. At. 38.
Ex sinu suo calumniatores apponere. *Id est ex suis intimis, et maxime familiaribus.* Or. 1. 81. .
——— aliquem dimittere. *Id est in amicitia non retinere.* At. 277. .
SITIS *est bibendi appetitus. Per translationem pro nimia cujuscunque rei aviditate ponitur.*
Sitim quærere. Or. 3. 198.
——— tolerare. Plin. lib. 8. cap. 18.
——— restinguere. Ph. 1. 66.
——— explere. Ph. 3. 82. 116. .
——— satiare. Ph. 3. 116. .
——— depellere. Ph. 1. 56..
SOCIETAS *est consociatio, communio, communitas, pactio, fœdus, commercium. Pro personis aliquando etiam ponitur.*
Ad. Ph. 1.161. *vel* in societatem convocare. Ph. 1. 228. .
Ad societatem arcessere. At. 35.
Societatem conflare. Or. 2. 253. .
——— conciliare. Ph. 3. 99. .
In societatem se conferre. Fam. 208.
——— venire. Fam. 133. . At. 233. Or. 3. 141.
Ad societatem accedere. Fam. 148. .
Societatem accipere. Salust.
——— inire. Fam. 148. 193. . Or. 3. 255. Ph. 2. 50. .
——— coire. Fam. 74. . Or. 1. 14. 21. . 34. . Or. 3. 165.
——— facere. Or. 1. 2. .
——— pacisci. Ascon. Pædi.
——— devincire. Ph. 3. 5. . *vel* societate. Ph. 3. 12.
——— habere. Ph. 2. 140. .
——— esse alicui cum aliquo. Fam. 95. . Ph. 2. 160. . Ph. 3. 12.
——— esse inter aliquos. Ph. 3. 99.111.. Ph. 2. 161.
——— gerere. Or. 1. 2. .
——— confirmare. Or. 3. 177.
——— conservare, *vel* servare. Ph. 3. 4. .
——— labefactare. Fa. 59. .
——— dirimere. Or. 2. 168. 218. . Or. 3. 165.
A societate sejungere. Fam. 146. .
Societatem renovare. Fam. 200.
SOCIUS *idem est quod consors, vel particeps, vel gregalis.*
Socium adjungere. At. 173. Or. 1. 2. . Ph. 1. 92. .
——— ascribere. Fam. 133. At. 232.
——— se profiteri. Fam. 45.
——— habere. Fam. 16. . Or. 3. 132. 179..
SOCORDIA *est ignavia.*
Socordiam afferre. Rh. 13.
Socordiæ se tradere. Sal. Catil. c. 52.
Per socordiam aliquid omittere. Liv. l. 7. c. 35.
SOL. *Dictus, vel quia solus ex omnibus syderibus est tantus ; vel quia, cum exortus est, obscuratis cæteris syderibus, solus apparet.* Soles *in plurali numero pro diebus ponit aliquando Virgilius.* Soles *item ponit Horatius pro splendoribus, vel radiis Solis. Translate etiam usurpatur, ut lumen. Cicero ad Att.* 9. Sol excidisse mihi e Mundo videtur. *De afflicta Pompei fortuna loquitur. Sensus autem ejusmodi est : Tenebris sepulta omnia mihi videntur propter inobscuratam et infuscatam Pompei gloriam et dignitatem, cujus splendore Respublica, ut Terra Sole, recreabatur. At.* 145. *Idem de Natura Deorum* 2. Quo quidem anno P. Africanus, Sol alter, extinctus est : *id est Terræ lumen, ut Sol ipse in Cælo fulgens.* Ph. 2. 28. .
Solem exoriri. Ph. 2. 39. .
——— præcipitare. Rh. 162..
——— occidere. Ph. 1. 69. . 168. .
In solem procedere. Rh. 167. .
——— perducere. Ph. 2. 187.
SOLATIUM *est consolatio, vel fomentum.*
Solatium dare. Rh. 165. . At. 65.
——— præbere. Or. 2. 188. .
——— afferre. Ph. 3. 115. .
——— reportare. Or. 1. 262.
——— habere. Or. 1. 231.
Solatio se consolari. Ph. 3. 97. At. 58.

Solatio uti. Fam. 179.
—— **frui.** Or. 3. 72.
SOLEMNIS. *Solemne dicitur, quod singulis annis stato tempore præstari debet.*
Solemne suum servare. *Id est institutum tenere.* Cic. ad Att. 7. Nostrum illud solemne servemus, ut ne quem istuc euntem sine litteris dimittamus. At. 104..
SOLICITUDO *est angor, cura, metus, molestia, negocium: cui opponitur securitas.*
Solicitudinem afferre. Fam. 135. 137..
Solicitudini esse. Fam. 259.
In solicitudinem adducere. Fam. 187.
Solicitudinem struere. At. 81.
—— **alicui conficere.** Ter. And. 4. 1.
Solicitudine afficere. Rh. 196.. At. 92..
Solicitudines acuere. Fam. 158.
—— **duplicare.** Fam. 70..
Solicitudinem hærere in aliquo. Or. 3. 151.
Solicitudine esse. Fam. 262.
In solicitudine esse. At. 129. Or. 2. 68.
Solicitudinem habere. Fam. 175. Or. 2. 53..
—— **sustinere.** Fam. 145..
Solicitudini subvenire. Fam. 20..
Solicitudinem allevare. Rh. 166. *vel* elevare. Fam. 70..
—— **demere.** At. 108.
A solicitudine abducere. Fam. 48. 197..
—— **abstrahere.** Or. 3. 151.
Solicitudine liberare. At. 86..
Solicitudinem omittere. Ter. Heaut. 1. 2.
SOLICITUS *idem est quod anxius, suspensus, perturbatus, laboriosus, exercitus.*
Solicitum habere. *Id est angere, vel solicitudine afficere.* Fam. 26.. 90. 96.. Ph. 3. 91.
—— **mirifice esse de re aliqua.** Fam. 23.. 24. At. 59. 173. *vel* ex re aliqua. Ter. And. 1. 5.
SOLITUDO *non semper ad locum refertur, sed ad personam interdum: idemque est, quod luctus, vel sordes, quæ ex nimia quadam tristitia, et mœrore, anxietateque contrahuntur. Interdum etiam est obscuritas, humilitas, tenuitas tum rei, tum nominis; et opponitur celebritati. Ad locum cum pertinet, nota est significatio. Ponitur enim pro regione derelicta, vel loco deserto.*
In solitudine aliquem collocare. Ph. 3. 112..
In solitudines aliquas discedere. Fam. 26..
In solitudinem se conferre. Rh. 121..
Solitudinem alicui afferre. Off. l. 3. c. 1.
—— **vastam esse in loco aliquo.** Or. 1. 227. Ph. 3. 129.
SOLIUM *est sedes.*
In solio sedere. Ph. 1. 79. Ph. 2. 155. 158..
SOLUM *proprie terra dicitur. Generaliter tamen appellatur omne, quod sustinet, et unicuique rei subjacet. Unde in multa significata transit, varieque tum ab Oratoribus, tum a Poetis accipitur. Interdum enim pro superficie aquæ usurpatur, quæ navium fundamentum est. Interdum pro Cœlo. Interdum pro inferiore parte pedis, quam vulgo* soleam *vocant, quæ callosa fit, et dura. Interdum pro solea calceamenti, et corio. Interdum pro pavimento.*
Caritas soli. Liv. l. 2. c. 1.
Solum mutare. Ph. 3. 121..
—— **vertere,** *dicuntur exules, qui a patria vel ultro, vel coacti excedunt.* Or. 1. 11. 16.. 394.. Or. 2. 229. et al.
SOMNIUM *idem est, quod visum.*
Somnium objicere. Ph. 2. 135.
—— **facere.** Ph. 2. 89.
—— **interpretari.** Ph. 2. 90. 91..
SOMNUS *est sopor, vel quies.*
In somnis. *Id est dormiendo.* Ph. 2. 17.. 89.. 90..
Somnum aliquem urgere. At. 188..
—— **vix tenere.** Rh. 190..
Somno se dare. Ph. 1. 123.
Somnum capere. Rh. 63. At. 118. Ph. 1. 218.
—— **non videre.** *Pro non capere.* Fam. 109..
—— **aliquem complecti.** Ph. 3. 126..
Somno sepeliri. Virg. Æn. lib. 2.
—— **opprimi.** Ter. Eun. 3. 5.
E somno excitare. Or. 2. 171.. Ph. 2. 55. Ph. 3. 127.. *vel* suscitare. Ph. 1. 218.
Somnum adimere. At. 31.
Somno privare. At. 144.
Somnum repetere. *Cicero ad Atticum* 13. Deinde, cum somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola a sororis tuæ filio. At. 217.
SONITUS *idem est, quod sonus.*
Sonitu replere, *vel* complere. Ph. 3. 129.
Sonitum reddere. Ph. 169.
SONUS *est vox, vel vocis, aut buccinæ, reive alicujus similis cantus, vel crepitus.*
Sonum elicere. Ph. 2. 56..
—— **efficere.** Ph. 2. 56.. Ph. 3. 128..
—— **fundere.** Ph. 1. 19. 242..
—— **amplificare.** Ph. 2. 55.
Sono complere. Ph. 3. 128..
Sonum in aureis influere. Ph. 2. 177..
—— **recipere.** Ph. 2. 54. Rh. 107..
—— **referre.** Rh. 200.. Ph. 2. 55..
—— **reddere.** Plin. lib. 11. cap. 51.
—— **variare.** Ph. 2. 55..
SORDES *est lutum, vel fex. Ponitur etiam pro avaritia. Ponitur item pro statu luctuoso accusati: unde* sordidatos *vocant Latini accusatos, et reos. Cicero in Ver. act.* 6. Diodorus Romæ sordidatus circum patronos cursare, rem omnibus narrare. Or. 1. 209. *Præterea iisdem Latinis dicitur* sordes *homo nequam et vitæ perditæ; vel abjectissimæ conditionis et status.*
Sordes accipere. At. 81.
In sordibus jacere. Fam. 233..
Sordibus obsolescere. Or. 3. 16..
Sordes eluere. Fam. 123.. Or. 3. 156..
SORS, *ut scribit Varro, a serie dicitur, poniturque pro fortuito alicujus rei eventu, conditione, fortuna, casu, alea, fato, vice, munere, summa, sive capite, et prima pecunia, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum*

fiat. Quæ sortis significatio crebra est apud Jurisconsultos. Ponuntur etiam sortes pro oraculis, sive responsis, sive syngraphis, in quibus responsa inscripta continebantur.
Dejicere sortes. Cæs. B. C. l. 1. c. 6.
Sorte aliquid alicui obvenire. Or. 1. 112.
In sortem provincias conjicere. Liv. l. 30. c. 1.
Ad sortem revocare. Or. 1. 134.
Sortem ducere. Ph. 2. 116. . 123. 126.
Sorte ductus. Suet. in Claud. c. 6.
Dicere sortes. Hor. ad Pison. 403.
Sortem conjicere. Fam. 118. .
——— educere. Ph. 2. 87.
——— edere. Ph. 2. 87. . 132. .
——— trahere. Suet. in Tiber. cap. 14.
Sortitio *est ipse sortiendi actus.*
Sortitionem facere. *Id quod apud Romanos fiebat in causis dijudicandis; vel in militibus plectendis.* Fam. 60. At. 306.
Spacium *et loci, et temporis est.*
Cum loci est.
Cum loci est, in propria significatione manere videtur.
Spacium facere. Rh. 87.
——— conficere. Cæs. de B. G. lib. 3.
——— decurrere. Ph. 3. 94.
——— excurrere. Ter. Adelph. 5. 4.
Spaciis aliquot aliquem honestare. Or. 2. 141.
De spacio deflectere. Ph. 3. 104.
Cum temporis est.
Cum temporis est, non sine translatione usurpatur.
Spacium sumere. Ph. 1. 106.
——— surripere. At. 76.
——— dare. Fam. 166. 253. . Rh. 107. Or. 1. 1. 286. Ph. 1. 201. .
——— interjicere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— habere. Fam. 157. . 191. Or. 1. 76. Ph. 3. 24.
——— esse alicui aliquid faciendi. Fam. 128. Or. 3. 245. .
Species *aliquando pro forma, vel facie ponitur. Aliquando vero pro notione est, prætextu, et quasi velamento.*
Speciem præbere. Cæs. de B. G. lib. 4.
——— facere. Liv. Dec. 4. lib. 9. *vel* efficere. Fam. 189. .
——— adumbrare rei alicujus. Rh. 201.
——— intueri. Fam. 14.
Ad speciem uti re aliqua. Cæs. de B. G. lib. 1.
Speciem adhibere. Rh. 136.
Ad speciem valere. Rh. 138.
Speciem habere rei alicujus. Fam. 151. . 216. . Ph. 1. 216. At. 285.
——— gerere sapientis. Ph. 3. 55.
——— præ se ferre boni viri. Ph. 3. 40. .
——— tueri. Rh. 128.
——— rei alicujus insidere in mente. Rh. 198.
Specimen *est argumentum quoddam, et probatio, sive exemplar rei alicujus occultæ; quale est, quod in mercibus solet ostendi, ut in pannis; vel degustatio in esculentis. Translate vero pro indicio ponitur.*
Specimen dare. Or. 1. 59.
——— capere. Ph. 1. 154. .
——— sumere. Plin. lib. 7. cap. 55.
Spectaculum *varie a Latinis accipitur. Modo enim pro ipsa spectatione ponitur. Modo dicitur id, quod spectatur. Modo locus est, unde spectatur.*
Spectaculum dare. Or. 2. 141.
——— præbere. Ph. 2. 57. .
Spectator *est, qui spectat.*
Spectatorem aliquem ad aliquid constituere. Rh. 94.
——— se præbere. Ph. 3. 38.
Specula *a spe diminutivum esse potest. Ponitur vero usitate pro vigilia.*
In specula collocare. Or. 3. 212.
In speculis esse. At. 145. . Or. 1. 74. Ph. 3. 147. .
Speculum.
In speculo se intueri. Or. 3. 94. .
Spes *est fiducia, expectatio, cogitatio, perfugium, alacritas, cupiditas.*
Spes eximia. Fam. 8. .
—— explorata. Fam. 39. . Or. 3. 228. . Ph. 3. 75. .
—— certa. At. 278. .
—— tenuis. Fam. 234. At. 48. .
—— exigua. Or. 2. 146. . At. 51. .
—— extrema. Or. 2. 146. .
—— desperata. At. 121.
Spes ad irritum cadens. Liv. l. 2. c. 3.
—— incisa. *Ibid.* c. 9.
Spem afferre. Ph. 3. 109. Fam. 34. . 137. Or. 3. 191. .
—— offerre. Cæs. de B. G. lib. 6.
—— ostendere. Fam. 63. 89. . 234. At. 177. Or. 1. 36. .
—— ostentare. Or. 2. 22.
—— proponere. Fa. 150. 252. Or. 1. 132. Or. 2. 172. . Or. 3. 107.
—— præbere. Fam. 189. .
—— habere. *Pro spem ostendere.* At. 317. .
—— dare. Fam. 62. Or. 2. 174. . Or. 3. 22. .
—— facere. At. 47. .
—— subministrare. Salust.
—— injicere. At. 49. . 159. .
In spem vocare. At. 47.
Ad spem excitare. Or. 2. 270. .
In spem inducere. Or. 2. 281. . *vel* adducere. At. 48. . 90. Or. 3. 116.
——— impellere. At. 278. .
Ad spem rapere. Fam. 67.
——— erigere. Or. 2. 218. Or. 3. 190.
Spe obtentari. At. 145.
Spem tenere aliquem. Or. 2. 19. Ph. 1. 160.
—— residere in aliquo. Fam. 184. .
—— esse alicui. Fam. 24. . At. 145.
Esse in spe. *Pro sperare.* Fam. 212. At. 91. 126.
——— *Pro sperari.* Fam. 123. 234. At. 8. . 128.

Spe esse. *Pro sperare.* Fam. 200. At. 89. 302..
— præditum esse. *Pro in spe esse, idque passive.* Or. 3. 169.
Spem habere. Ph. 3. 97.. Fam. 20. 31. 40. 68.
In spe habere. *Pro sperare.* At. 182.
Spem habere in manibus. Fam. 147.. Or. 1. 69.
—— concipere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
In spem ingredi. Fam. 198.. Or. 2. 110.. Or. 3. 196.. 220.
——— venire. Rh. 128.. Fam. 126. At. 150.
——— inducere. Ph. 3. 107.
Spem nancisci. Fam. 206. Or. 1. 87..
—— videre. At. 43..
Ad spem devolvi. Or. 3. 211.
———— exardere. Or. 3. 194.
Spe induci ad aliquid. Or. 2. 280..
—— teneri. Fam. 70. Or. 3. 261.
—— dejici, *vel* labi. Cæs. B. Gal. l. 1.
Spem ponere in re aliqua. Fam. 136.. 160. Or. 1. 42. 244. *vel* reponere. Ph. 1. 235.. *vel* repositam, aut propositam habere. Or. 1. 66. Or. 2. 93.
In spe ponere sibi aliquid. At. 211. 327.
Spem positam habere in aliquo. At. 4.. 119.
—— constituere. Or. 2. 15..
—— defigere in re aliqua. Or. 2. 146..
—— collocare. Rh. 87. Or. 1. 15.. 68.
Spe pendere. Or. 2. 146..
—— niti. At. 43.
Spem sequi. Fam. 128.
Spe inflari. Or. 2. 132.. 136. Or. 3. 99.
Spem augere. Or. 3. 239..
—— alere. Or. 2. 103.
—— confirmare. Fam. 217.. 235.
—— aliquid devorare. At. 12.. Or. 1. 103. Or. 2. 138. 225.
—— incubare rei alicui. Or. 2. 32..
Spem inveterascere. Fam. 234..
—— concidere. Or. 2. 114..
—— extenuare. At. 44..
—— debilitare. At. 70.. Or. 3. 210.
—— infringere. Rh. 197..
—— præcidere. Or. 1. 80. *vel* incidere. Liv. lib. 3.
—— remorari. At. 45.
A spe avertere. Or. 3. 134..
Spem eripere. Or. 2. 119.
—— adimere. Or. 2. 10..
—— tollere. At. 51.. Or. 1. 174.
—— auferre. Ph. 3. 54.
Ex. Fam. 63.. *vel* de spe deturbare. Fam. 198..
De spe depellere. Or. 2. 107..
——— decidere. Teren. Heaut. 2. 3.
Spem perdere. Or. 2. 130.
Spe orbari. Fam. 83.
Spe abjicere. Fam. 173. Or. 1. 87..
Spe carere. Fam. 78.
Spem deficere. At. 115.
—— aliquem frustrari. Fam. 190.

Spem fallere. Fam. 4. 13.. 31.
—— redintegrare. Cæs. de B. G. lib. 7.
—— superare. Ph. 3. 97.
—— vincere. Fam. 235.
SPICULUM *est lancea brevis, vel telum missile. Ponitur etiam interdum non pro sagitta, sed pro sagittæ ferro, vel cuspide ipsa et aculeo: ut sunt spicula sagittarum, et aculei Apum.*
Spiculum avellere. Fam. 68.
SPIRITUS *est inspiratio, respiratio, vel flamen. Translate ponitur aliquando pro audacia, et quadam animi elatione.*
Proprie positus.
Spiritum ducere. Rh. 34.. 40.. Fam. 143.. et al.
——— auferre. Or. 1. 259..
Translate.
Spiritus afferre. Or. 2. 172.
——— sumere. Cæs. de B. G. lib. 1.
SPLENDOR *proprie est rei splendentis claritas. Sed per translationem claritatem nominis et celebritatem significat. Unde* splendor nominis, splendor familiæ, splendor vitæ: *id est amplitudo, gloria, vitæ decus.*
Splendorem afferre. Plin. lib. 20. cap. 6.
———— dare. Plaut. 149.
Splendore esse. Fam. 175..
Splendorem habere. Rh. 186.
———— obtinere. Or. 2. 167.
———— intueri. Fam. 14.
———— maculare. Or. 3. 16..
———— deformare. Or. 2. 181.
———— delere. Ph. 3. 47.
———— obsolescere. Or. 1. 10..
Splendore rei alicujus obrui. Ph. 1. 99..
SPOLIUM. *Spolia sunt exuviæ.*
Spolia detrahere. Or. 1. 43. Or. 3. 66.
Spoliis aliorum opes suas augere. Ph. 3. 46..
Spolia capere. Ph. 1. 179..
SPONSIO *generaliter pro promissione capi potest. Certo tamen quodam significato apud Antiquos genus erat actionis, quæ fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui sponsione vinceretur: et coram Judice, aut Recuperatoribus disceptabatur.*
Sponsionem facere. *Sponsio sic apud Antiquos solebat fieri. Provocans sponsione ita dicebat:* Spondeo, me tantam pecuniam daturum, nisi, &c. *Provocatus autem contra restipulabatur.* Fam. 105. Or. 1. 6. 15.. 46.. 47. 99..
———— Or. 1. 302. *vel* sponsione vincere. Or. 1. 15..
SPONSOR *significat prædem, eum scilicet, qui spondet vel pro se, vel pro alio.*
Sponsorem fieri. At. 207.
———— esse rei alicujus. Fam. 98. At. 245. vel de re aliqua. Or. 3. 78.
———— accipere. At. 254.
———— appellare. *Id est ad præstandam sponsionem sollicitare et urgere.* At. 5. 6. 261.
SPUMA *est sordes earum rerum, a quibus ejicitur: nempe cum per ebullitionem, vel max-*

imam agitationem fex quædam supernatat mero, æri, sali, et similibus.
Spumas in ore agere. Or. 1. 234..
SQUALOR *est inquinatio, immunditia, vel sordes. Ponitur etiam eleganter pro luctuosa accusati specie.*
Squalore obsitum esse. Liv. Dec. 1. lib. 2.
In squalore, et luctu esse. Fam. 59.
Squalore sordidus. Or. 2. 144..
STABILITAS *idem est quod firmitas: cui recte opponitur motus.*
Stabilitatem dare. Ph. 2. 49..
——— habere. Ph. 1. 66. 245.
——— confirmare. Ph. 3. 111..
In stabilitate esse. Ph. 1. 67..
STADIUM *est curriculum, vel spatium. In translatione elegantia sua persæpe non caret.*
——— currere. Ph. 3. 60.
——— conficere. Ph. 1. 124.
STATIO *locus est, in quo naves, aut milites tuto ad tempus stant; vel in quo frequenter consistitur. Dicitur etiam locus ad custodiam assignatus, quando milites stantes vigilant. Præter hæc, pro militibus ipsis persæpe ponitur, qui in statione dispositi sunt. Ponitur item pro standi, vel consistendi actione, vel pro commoratione.*
Stationes disponere. Cæs. de B. G. lib. 8.
In statione cohortes habere. Cæs. de B. C. lib. 5.
In stationem educere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
Stationes subducere. Liv. Dec. 3.
——— agere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— firmare. Liv. Dec. 1. lib. 4.
STATIVA *dicuntur stationes, sive munitiones, in quibus, ut propius pugnent milites, considont.*
——— habere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
In stativis tenere. Liv. Dec. 1. lib. 6.
STATUA *idem est quod signum, imago, forma, species, vel simulacrum: imago scilicet, quæ alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, et in foro, aut aliquo loco conspicuo collocabatur ad alicujus rei bene gestæ memoriam. Quanquam nonnulli hoc inter se differre putent* imagines, *et* statuas, *quod statuæ sint æneæ, eboreæ, lapideæ;* imagines *cereæ, et pictæ.*
Statuam alicui decernere. Or. 3. 223..
——— facere. Rh. 25.. Or. 1. 137.. Ph. 3. 68.
——— locare. At. 320.. Or. 3. 224.
——— ponere. Or. 2. 229.. Or. 3. 21. Ph. 2. 88.
——— statuere. At. 283. Or. 3. 21. 212. 202..
——— consecrare. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— deturbare. Or. 3. 99..
——— dissipare. Or. 3. 99..
——— affligere. Or. 3. 99.
——— comminuere. *Ib.*
STATUS, us, ui. *Status est vel corporis, vel statuæ, vel causarum, vel ordinis et conditionis.*
Statum collocare Reipublicæ. At. 284.
Statum fundare. At. 11..
——— esse. Rh. 159.. At. 54. Or. 2. 258.
In statu collocare. Rh. 29.
In statum pervenire. At. 141.
Statu esse. Or. 2. 258.
In statu esse. Rh. 197.. At. 178.. Ph. 3. 118..
Statum tenere. Fam. 54.. 78.
——— obtinere. Or. 3. 58.
——— retinere. Fam. 46. Or. 2. 258.
——— tueri. Fam. 136..
In statu manere. Ph. 2. 8. 203.
——— consistere. Fam. 187..
Statum labefactare. Or. 2. 97..
——— convertere. Or. 2. 222..
——— convellere. Or. 3. 80. 253.
De statu deterrere. Fam. 173.
——— convellere. At. 132..
De. Or. 1. 293. *vel* ex statu dimovere. Ph. 3. 118.
De statu deducere. Or. 1. 110..
——— dejicere. Rh. 208..
——— recedere. At. 19..
——— discedere. Ph. 3. 14.
——— suo declinare. Or. 2. 39.. Or. 3. 77..
Ex statu concidere. At. 43..
Statum amittere. At. 156..
In statum restituere. Or. 1. 68..
Multorum excisi status. *h. e. fortunæ.* Tac. Annal. 2. c. 28.
STATUTUS *idem est quod* status, a, um.
Statutum esse aliquid alicui. At. 199..
——— aliquid habere: *Id est deliberatum.* Fam. 47. 199.
STELLA *est sidus, vel astrum.*
Stellam trajici. Ph. 2. 121.
Stellas dinumerare. *Id est operam perdere, vel labore inani se conficere.* Ph. 3. 31..
STIMULUS *proprie dicitur fustis acutæ cuspidis, quo Rustici boves suppungunt. Per translationem dicitur, quicquid nos pungit, et a quo vexamur; vel quod nos incitat.*
Stimulum admovere. Or. 3. 5. Ph. 1. 198..
Stimulo concitare. Or. 2. 191.
Stimulum esse alicui rei alicujus faciendæ. Fam. 14..
STIPENDIUM *ad rem militarem pertinens, accipitur pro ære, quod militibus solvitur. Extra rem militarem idem est, quod tributum, vel vectigal.*
Extra rem militarem.
Stipendium imponere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— pendere. Liv. Dec. 1. lib. 2.
——— dependere. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— solvere, *vel* persolvere. At. 75..
——— remittere. Cæs. de B. G. lib. 1.
Stipendio fraudare. Cæs. de B. C. lib. 3.
Ad rem militarem pertinens.
Stipendium decernere. Fam. 8.. At. 287..
——— dare. Fam. 179.
Stipendio afficere. Or. 3. 67..
Stipendium numerare. Or. 3. 98.
——— merere. Rh. 132.. Or. 2. 126.. Or. 3. 39.

Stipulatio *est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve se id, quod interrogatur, respondet.*
Stipulatione aliquem obligare. Senec. lib. 3. de benef. cap. 85. *vel* alligare. Or. 1. 5.
Stirps. Stirpes arborum *dicuntur, quæ sua sponte proveniunt. Extra propriam significationem egreditur aliquando hæc dictio; et ponitur pro genere, vel causa.*
Ex antiquissima stirpe oriri. Ph. 2. 169..
Stirpe generosa proficisci. Ph. 2. 84..
Stirpis esse ejusdem. *Id est generis, originis, sanguinis.* Or. 3. 122..
Stirpem contaminari. Ph. 2. 37.
——— degenerare. Rh. 176.
Stomachus *proprie est fistula, per quam cibus descendit: quæ alias dicitur gula, sive guttur. Ponitur etiam pro ventriculo, id est receptaculo ciborum. Adhæc usurpatur pro ira, vel indignatione.*
Stomachi tui rēs hæc non est. *Id est tibi satisfacere non potest.* Fam. 94.
Stomachum facere. Fam. 12. At. 73..
——— movere. At. 93.. Or. 2. 130..
Stomacho esse. At. 68..
Stomachum habere. Fam. 26.. At. 245..
Stomacho exardere. Or. 1. 118..
Stomachum erumpere in aliquem. At. 252..
——— detegere. Plaut. 125.
——— perdere. Fam. 12.
Strages *est clades, profligatio, jactura. Vel est cadaverum uno in loco interfectorum, ac prope jacentium multitudo.*
Stragem facere. Or. 3. 189..
——— edere. At. 10.. Ph. 2. 188.
——— dare. Liv. Dec. 1. lib. 8. c. 30.
Magna strage hostes fundere. Curt. l. 7. c. 7.
Studium *communiter vehemens est animi applicatio ad aliquid peragendum. Vel est animi assidua, et vehemens ad aliquam rēm applicata magna cum voluptate occupatio. Vel est voluntas hominis attentior atque impensior. In ea significatione cum semper versetur, ita tamen distinguitur. Aliquando pro exercitatione est: ut, cum dicimus* studia *absolute. Aliquando pro diligentia, et opera: ut,* magno studio mandata tua curat. *Aliquando pro desiderio, favore, voluntate, amore: unde fit* studiosus. *Istarum omnium significationum tanta est affinitas atque societas, ut pauca loquendi genera alicui conveniant, quæ alii propria non sint. Si enim pro amore ponatur, dicimus* studium conferre, studium adhibere, studium collocare, studium ponere, studium incendere, studium restinguere. *Eadem dicemus, si ponatur pro diligentia. Eadem quoque dicemus in significatione, quæ circa rem litterariam versatur.*

Circa rem litterariam versans.

Studium incitare. Ph. 2. 109.. Ph. 1. 241..
Studiis teneri. Fam. 111. Ph. 1. 39..
Studio flagrare. Or. 2. 139.. Rh. 86. At. 210..
——— ardere. Rh. 221. At. 260. Ph. 1. 17.
Ad studia se conferre. Or. 2. 186.
Studiis imbuere. Or. 3. 149.
——— deditus. Rh. 171.. Or. 2. 185.. Or. 3. 55. Ph. 2. 140. *vel* devinctus. Fam. 45.
Studia colere. Fam. 45. Or. 2. 186.
——— celebrare. Rh. 42..
——— exercere. Fam. 130.
Ad. At. 32. *vel* in studia incumbere. Rh. 87..
Studium adhibere. Rh. 178.
——— ponere. Rh. 90. Ph. 1. 49. 229..
Studio affluere. Or. 2. 186.
——— abundare. Rh. 86.
Studia ingravescere. *Id est augeri.* Fam. 49.
——— vigere. Ph. 3. 106. Rh. 86.
Studium frangere. Fam. 85..
A studiis abducere. Fam. 49.
Studia restinguere. Rh. 197.
——— remittere. Rh. 195.
——— intermittere. Rh. 200.
——— omittere. Rh. 42.
——— deserere. Ph. 2. 140..
——— obsolescere. Rh. 42..
Ad studia se referre. Fam. 9. Rh. 85. At. 65.
Studia repetere. Ph. 2. 140..
——— recolere. Or. 2. 188.
——— renovare. Rh. 194.. Ph. 2. 109..

Circa diligentiam adhibendam, vel operam dandam.

Studium dare rei alicui. Fam. 48.
——— dicare rei alicui. Fam. 20..
——— collocare. At. 295.. *vel* locare. Fam. 20..
——— consumere. Fam. 89.. 90..
——— restinguere. Or. 3. 246.

Circa favorem, voluntatem, et amorem.

Studium conciliare. Fam. 20..
Studia assequi. Fam. 45. *vel* consequi. Fam. 209.
——— habere alicujus. Fam. 40.. At. 36..
——— expectare ab aliquo. Fam. 6.
Studium perspicere. Ph. 3. 101.. Fam. 60..
Studio incendi. Rh. 93.
——— teneri. At. 6..
——— efferri. At. 5. Ph. 2. 13. Ph. 3. 94..
——— habere aliquem. Ter. Adel. 3. 3.
——— esse in aliquem. Fam. 234.
Studium profiteri. Fam. 64.. Or. 2. 65. Or. 3. 171.
——— dicare. Fam. 20..
——— declarare. Fam. 32. Or. 3. 102.
——— extare alicujus in aliquem. Fam. 9.. 64. 96..
——— constare. Fam. 167.
——— conferre. Fam. 99.. 144. At. 52.. 315..
——— ponere. Fam. 224..
——— præstare. Fam. 29.
——— navare. Fam. 250. At. 240. 277..
Studia amittere. At. 51.. 157..
——— impedire. Fam. 4..
Studiis obsistere. Ph. 3. 101.
De studio detrahere. Fam. 45..
Studium restinguere. Or. 3. 246.
Studia prætermittere. Fam. 10.
——— deponere. Or. 2. 134.

STUDIOSUS *ad rem omnem, cujus amore tenemur, apte transferri potest. Ita dicemur* studiosi *alicujus vel viri, vel mulieris; id est cupidi et amantes. Dicemur item* studiosi *litterarum, vel* studiosi *absolute; id est litterarum studio dediti. Cum de litteratis dicitur. Cic.* Putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Rh. 244.

STUPRUM *generaliter vocatur coitus lege vetitus, sive in virgine, sive in nupta, sive in vidua committatur.*

Illicere in stuprum. 3. de N. D. c. 27.

Polluere stupro ceremonias. Pro Dom. c. 40.

Stuprum offerre. Ph. 1. 140.

——— inferre. Or. 3. 100. Ph. 3. 59.. 120.

——— facere. Or. 2. 106. Or. 3. 115.

Stupro maculare aliquam. Or. 3. 118.

STYLUS *significat, quicquid vel ligneum, vel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum est. Aliquando instrumentum est æneum, quo in albo, id est in ceratis tabellis antiquitus scribebatur, ut nunc in libellis ligneis, vel codicillis Mercatores scribunt. Ponitur etiam pro ipsa structura orationis.*

Attico stylo scribere. De Cl. Or. c. 45.

Stylum exercere. Rh. 210..

Stylo ubertatem orationis depascere. Rh. 117..

Styli pœnas dare. Fam. 85.

Stylum efferre. Plaut. Bacch. 4. 4. 63. Vertere. Hor. 1. Sat. 10.

SUASOR *est auctor, vel hortator rei alicujus.*

Suasorem esse alicui rei alicujus faciendæ, vel suscipiendæ. At. 256. 263. Or. 3. 166.. Ph. 3. 64.

SUAVITAS *est dulcedo.*

Suavitates undique conquirere. Ph. 3. 75..

——— odorum afflari ex floribus. Ph. 3. 89..

SUBSELLIA *antiquis dictæ sunt sedes, et pulpita, unde audiebantur Poetæ, vel spectabantur ludi. Scribit vero Asconius,* subsellia *fuisse Tribunorum, Triumvirum, Quæstorum, et hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant.* Subsellia *item erant in Curia, ubi Senatores sedebant.* Subsellia *etiam erant Judicum, id est eorum, qui publicis judiciis disceptandis operam dabant. Etiam erant* subsellia, *ubi sedebant rei, accusatores, et testes.*

Ad subsellia aliquem attrahere. *Id est accusare.* Or. 3. 274.

Ex subselliis surgere. Or. 2. 150..

A subselliis abire. Or. 1. 123..

——— in otium se conferre. *Id est a commentatione forensi.* Rh. 121.

Subselli longi judicatio. *Id est gravis, et multi temporis.* Fam. 39..

SUBSIDIUM *est ultima acies, quæ ad extremum discrimen succenturiata est. Vel dicitur subsidium, quod præpositum est ad subveniendum laborantibus. Unde fit, ut subsidium sit auxilium, et opitulatio ad extremum pene casum servata.*

Subsidium parare. Fam. 129. At. 5..

——— comparare. Rh. 101..

Subsidio servare aliquid alicui. At. 309.

Subsidium. Cæs. de B. G. lib. 4. *vel* subsidio mittere. Cæs. de B. G. lib. 7. *vel* summittere. Cæs. de B. G. lib. 4.

Subsidio proficisci. Or. 3. 203..

——— ire. At. 129.

——— venire. At. 95. Or. 1. 283..

——— currere. At. 186.. *vel* occurrere. Cæs. de B. C. lib. 5.

SUCCUS *est humor, quem ex alimentis membra sugunt, ut se repleant. In translatione perelegans est.*

Succum ducere ex re aliqua. Phil. 2. 83.

——— trahere. Ph. 2. 50.

——— habere. Rh. 204.

——— retinere. Rh. 117.

——— amittere. At. 65.

SUDOR *notæ est significationis nomen. Non minimam vero elegantiam habet, cum accipitur pro labore vehementi.*

Sudorem emittere. Plin. lib. 6. cap. 18.

Sudore manare. Ph. 2. 96.

——— madere. Sil. Ital. lib. 12.

Sudoris multi Opus. Ph. 107..

SUFFRAGIA *voces erant, quæ ferebantur in Magistratibus eligendis. Et erant vocalia, vel tabellaria.*

——— eblandita. Or. 2. 261.

——— enucleata. *Or.* 2. 261. Suffragium eblanditum *ab* enucleato *differt, quod alterum summo jure, scilicet pro personæ virtute et dignitate fertur; alterum gratia obtinetur.*

Suffragiis rem permittere. Cæs. de B. G. lib. 7.

Suffragia inire. *Id est suffragium ferre.* Or. 3. 24..

——— ferre. Fam. 181.. At. 17. Or. 2. 208. 222..

SUGGESTUM, vel suggestus, *est locus editior.*

——— ascendere. Ph. 2. 106.

SULCUS *est terræ proscissio.*

Sulcum altius imprimi. Ph. 2. 119.

Arvum sulcis subigere. Plin. l. 18. c. 19.

Sulcos ducere. Juvenal. Sat. 7. 48.

SUMMA *genus, caput, vel numerum, vel constitutionem significat, vel collectionem: ut, sententiæ alicujus summa, pro eo, quod dicunt principale. Pertinet etiam ad rem nummariam.*

Summam præfinire. Fam. 96.

——— facere. Fam. 12.

——— subducere. At. 83.

De summa detrahere. At. 158..

——— decedere. Ter. Adelph.. 5. 3.

In summa. At. 317.

Ad summam. At. 121. 158. 222.. 237. Ph. 3. 30..

SUMMUS *dicitur maximus, amplissimus, singularis, perfectus.* Summum. *Id est, quod Barbari dicunt* ad plus. *Cicero ad Atticum*

12. Scies fortasse cras, summum, perendie. At. 201.
Ad summum. *In eadem significatione est hæc locutio, in qua priorem esse demonstravimus. Cicero Fam.* 5. Excepto uno, aut, ad summum, altero. Fam. 77. 234. At. 210. Or. 1. 14. . 134. .
Sumptus, us, ui, *significat impensam.*
Sumptum impendere. At. 289. . Or. 1. 199.
——— afferre. Fam. 137.
——— inferre. Or. 2. 155. .
——— instituere. Fam. 37. . 41. .
Sumptui esse. At. 75. .
Sumptum habere cum aliquo. *Id est mutuo sumptu vivere.* Fa. 138. .
——— haurire ex re aliqua. Or. 2. 72. .
——— facere. Fam. 201. At. 76. . Or. 1. 182. 204. .
——— fieri. *Id est insumi. Cicero ad Atticum* 5. Nego teruncium sumptum factum. At. 81. .
——— decernere. Fam. 36. . 41. .
——— dare. Rh. 73.
In sumptum erogare. At. 122.
Sumptum suggerere. Ph. 48.
——— suppeditare. At. 178. . Ph. 3. 41. .
——— insumere. Rh. 76. .
——— ponere in re aliqua. Or. 1. 49. .
——— exercere *dicuntur servi, aut alii, qui justam operam pro sumptu præbent, et sumptui æqualem.* Ter. Heaut. 1. 1.
——— sustinere. Fam. 172. .
——— sustentare. Or. 2. 81. .
——— decernere. Fam. 41.
——— tolerare. At. 294. .
Sumptui parcere. Fam. 258.
Sumptum minuere. Fam. 36. . 37. . Ph. 2. 182.
——— remittere. Fam. 37. .
Sumptu levare. Or. 2. 153.
Sumptum extenuare. Ph. 2. 182.
Superbia *est arrogantia, contumacia, intolerantia, insolentia, fastidium.*
Superbiam fugere. Ph. 3. 18. .
Superbia aliquid facere. 1. de Orat. 99.
——— extolli. In Partit. 81.
Supercilium *est ultima pars frontis, pilis vestita, quæ ciliis prominet. Interdum vero pro superbia, vel gravitatis, et severitatis ostentatione ponitur.*
——— contrahere. Philip. 3. 29. .
——— remittere. Or. 3. 82. Ph. 3. 29. .
——— deprimere. Orat. 3. 82.
Superstitio *est importuna, ineptaque religio, falsus Dei cultus. Quam vocem a* superstite *dictam tradunt; voluntque anicularum propriam esse, quæ multis per ætatem superstites sunt, et quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videri nimis religiosæ, superstitiosæ fiunt, et ita delirant.*
Superstitione imbuere. Ph. 1. 61.
——— obligari. Ph. 2. 81. .
——— conflictari. Philip. 2. 162. .
Superstitionem tollere. Ph. 2. 139.
Suppetiæ, *et suppetias a suppeto veniunt: et his tantum duobus casibus utimur. Ponuntur autem* suppetiæ *pro auxilio, subsidio, vel præsidio.*
Suppetias mittere. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— ire. Hirt. B. Afr. c. 39.
——— venire. Ibid. c. 5.
——— proficisci. Ibid. c. 25.
——— occurrere. Cæs. de B. C. lib. 5.
——— ferre. Plaut. Epid. 5. 1. 52.
Supplicatio *est gratulatio Diis immortalibus: vel honor, qui Diis immortalibus habetur pro victoria.*
Supplicationem decernere. Fam. 39. . 66. 246.
Supplicium *posuere Antiqui pro supplicationibus, et votis, quæ a populo fiunt in rerum, turba periculoque instanti. Alia est hujus vocis significatio, dum* supplicium *pro pœna sumitur.*
——— constituere. Or. 1. 29. . 30.
——— excogitare. Or. 1. 30.
——— invenire. Or. 1. 29. .
——— irrogare. Ascon. Ped.
Ad supplicium rapere. Rh. 130. .
Supplicio afficere. Or. 1. 249. . Or. 3. 88. .
——— coercere. Or. 2. 97. .
——— constringere. Rh. 102.
——— vindicare. Ph. 3. 104. .
Supplicium inhibere. Or. 3. 255.
——— sumere. Rh. 72. . Or. 1. 127.
——— subire. At. 280.
——— dare *a Comicis dicitur, ut pœnas dare.* Teren. Eun. 1. 1.
——— perferre. At. 128.
——— condonare. Fam. 66.
——— remittere. Fam. 66.
Suspectus *et active, et passive ponitur. Active dicitur* suspectus *sollicitus, et habens suspicionem alicujus rei. Passive* suspectus *est, in qua subest suspicio.*
Suspectum esse aliquem alicui de re aliqua. Ph. 3. 71.
Suspensus *est incertus, vel dubius. Et tam de rebus, quam de personis dicitur.*
Suspensum detinere aliquem. At. 154. . *vel* tenere. Rh. 182. . Fam. 147. . Or. 2. 19.
Suspenso animo esse. At. 33.
Suspensum esse metu. Or. 2. 65. *vel* expectatione. Fam. 40. .
Suspensas habere vivendi rationes. Fam. 69. .
Suspicio *est conjectura, vel scientia incerta; poniturque tam passive, quam active.*
Suspicionem movere. Fam. 27. Rh. 240.
——— commovere. Or. 2. 55. .
——— excitare. Or. 3. 12.
——— afferre. At. 106. . Or 3. 16. . 243.
——— inferre. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— importare. Fam. 265.
——— dare. Fam. 45.
Suspicioni locum. Or. 3. 39. *vel* materiam dare. Or. 3. 235.

Suspicionem facere. Rh. 92. Or. 2. 162. *vel* efficere. Rh. 139.
——— injicere. Or. 1. 197. Or. 2. 39. . 82.
——— constituere. Or. 1. 73.
——— nasci. Fam. 37.
——— increpare. *Id est oriri.* Or. 2. 129.
——— esse. Fam. 241. . Ph. 2. 14. *vel* subesse. Or. 1. 12. 23.
In suspicionem vocare. Or. 1. 237. Or. 2. 56. 91. .
——— adducere. Fam. 121. At. 38.
Suspicionem conferre in aliquem. Or. 1. 35. Or. 2. 29.
——— jacere. Or. 2. 147. .
Suspicione attingere. *Habet hic loquendi modus duplicem apud Latinos significationem. Attingimus enim suspicione, quod suspicione consequimur.* Ph. 2. 72. . *Idem vero est aliquando, quod suspicionem in aliquem conferre.* At. 39.
——— perstringere. Or. 2. 175. .
In suspicione ponere aliquem. Or. 2. 44.
In suspicionem venire. *Est passivi sensus hæc locutio.* Fam. 130. Or. 1. 206. Or. 2. 162. .
——— cadere. *Id est venire.* Or. 3. 111. 161. .
——— incidere. Or. 3. 115.
Suspicionem cadere in aliquem. At. 207. Or. 2. 181. 252.
Suspicioni affinem esse. Or. 2. 170.
Suspicionem recipere. *Id est suspicioni affinem esse.* Or. 2. 260.
——— in aliquo consistere. Or. 2. 34.
——— residere. At. 295. .
Suspicionem ad aliquem pertinere. Or. 1. 21. . 29. Or. 2. 56. .
——— in aliquem convenire. Or. 1. 29.
——— habere. *Habet res suspicionem, in qua suspicio consistit, vel ex qua suspicio nascitur: quod totum passivum est.* Rh. 134. . At. 253. . Or. 2. 54. . 126. . 270.
Suspicionem habere. *Pro suspicari.* At. 126. .
——— ducere. Rh. 65. . 66. .
——— trahere. Rh. 65. .
——— alicui incidere. Teren. And. 3. 2.
Suspicione perculsum esse. *Id est suspicionem habere.* Or. 2. 39. . Or. 3. 147.
Suspicionem alicui insidere. At. 14. Or. 3. 114. .
——— augere. Fam. 2. .
——— confirmare. Rh. 240.
——— minuere. At. 169. Or. 2. 174.
——— extenuare. Rh. 8. .
——— fugere. At. 128. . 240. .
——— vitare. At. 28. . Rh. 139. Or. 3. 159. .
——— depellere. Or. 3. 240. .
——— propulsare. Or. 1. 179.
——— removere. Or. 1. 223. . Or. 2. 70.
——— tollere. At. 169. Or. 2. 180.
——— delere. Or. 1. 19. .
Suspicione liberare. Fam. 3. .
E suspicione vindicare. Or. 2. 178. .

Suspicione elabi. Or. 1. 97.
A suspicione remotum esse. Or. 1. 209. Fam. 165.
——— abhorrere. *Id est remotum esse.* Or. 3. 39.
——— abesse. Or. 1. 121. Or. 3. 42.
Suspicione carere. Or. 1. 42. .
Suspicionem deponere. Fam. 214.
——— abesse. Cæs. de B. G. lib. 1.
SYLVA *generale nomen est, sed proprie appellatur, quæ* cædua *est; id est quæ in eum usum habetur, ut ex ea materia cædatur sive ad comburendum, sive ad ædificandum. Translate ponunt Latini sylvam pro abundante materia, vel argumento uberiore. Aut pro eo, quod ex tempore scribitur velocissime, estque velut prima materia. Sequentes locutiones significationis sunt translatæ.*
Sylvam ducere rei alicujus a re aliqua. Rh. 198.
——— comparare. Rh. 152. .
——— subjicere. Rh. 153.
——— exponere. Rh. 50.
SYMBOLUS, *vel* symbolum *est signum, aut nota; ut annulus.*
SYMBOLA *idem quod collutio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt.*
Symbolam condicere. Plaut. 811.
——— dare. Teren. And. 1. 1. 61.
De symbolis edere. Id. Eun. 3. 4. 2.
Symbolum ostendere? Plaut. Bacch. 2. 3. 29.
SYMPHONIA *est musicus concentus: vel est celebritas quædam, quæ fit cantu musico.*
Symphoniam canere. *Cic.* Cum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. Or. 1. 170. .
SYNGRAPHA *vel* syngraphus *est scriptura, sive schedula, quæ fit manu eorum, qui paciscuntur in alicujus rei fidem.*
Syngrapham facere cum aliquo. Or. 2. 239. 251. . Or. 3. 178. *vel*
Syngraphum conscribere. Plaut. Asin. 4. 1. 1.
Ex syngrapha credere. Or. 2. 150. .
——— agere. Or. 2. 132. .
——— postulare. Ad Att. l. 5. ep. 21.

T

TABELLA *diminutivum est a* tabula. *Hinc* tabellæ *dicebantur apud Antiquos epistolæ, quod in brevibus* tabellis *scriberentur. Erant et* tabellæ, *in quibus Judices scribebant.*
Tabellas dare. Rh. 174. Or. 2. 165.
Tabellas ferre. Or. 2. 66. .
——— ostendere. Div. 24.
Tabellis obsignatis agere. Ph. 1. 234. .
Tabellas diriberi. In Pis. 96.
TABELLARIUS, *est, cui litteras perferendas committimus. Generaliter tamen adjectivum est a* tabella.
Tabellarios mittere. Fam. 21. 188. . At. 131. *vel* remittere. Fam. 240.
——— subministrare. At. 314. .
——— præbere. *Ibid.*
——— deprehendere. Fam. 188.
——— excutere. Fam. 163.

Tabellarios scrutari. Fam. 163.
———— retinere. *Ibid.*
TABERNA *pro omni ædificio ponitur, quod est commodum, et utile ad habitandum, ex eo, quod taberna tabulis claudebatur: diciturque taberna quasi trabea, a validioribus scilicet trabibus (ut ait Donatus) quibus superiora sunt suspensa.* Tabernam *ab* officina *ita distinguunt, ut* taberna *sit, ubi opera ipsa, cæteræque merces venditantur.* Officina, *ubi fiunt opera. Non negant tamen Grammatici, aliquando unum eundemque locum* officinam, *et* tabernam *esse. Scribit item Nonius Marcellus,* tabernas *non tantum vinarias esse, sed et omnes, quæ sunt popularis usus.* Taberna *vero ab eo, quod in ea versatur, aliquando adjectivum sumit: ut a vino appellatur* vinaria, *ab oleo* olearia, *a lana* lanaria; *et hujusmodi. Vocamus etiam* meritoriam tabernam *pro diversorio, atque hospitio mercenario: quo cuique introire licet danti mercedem.*
Ad tabernam divertere. Rh. 63..
Tabernam occludere. Or. 2. 122. Ph. 1. 36.
TABERNACULUM *est tectum castrense, quod, ut libet, moveri potest.*
———— ponere. Or. 1. 253..
———— collocare. Rh. 150. Or. 1. 241.. Or. 3. 92.
TABULA *interdum dicitur liber, quem sibi quisque privatim facere consuevit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agit. Inde dicuntur* tabulæ accepti, et expensi: *rationes scilicet, in quas acceptæ, et expensæ pecuniæ referuntur. Has* tabulas domesticas *vulgo dicimus.* Tabulæ *autem* novæ *appellantur, quando debitores creditas pecunias cum usuris persolvere non coguntur ipsis creditoribus, et abolitis prioribus debitis novæ tabulæ conficiuntur.* Tabulæ *item Judicum dicuntur; de quibus ita Asconius.* In causis (*inquit*) majoribus Judices universi in cistam tabulas simul conjiciebant, suas insculptas literas habentes absolutionis, sive condemnationis, cum de alicujus capite agebatur. Tabulas *Judicum vocat tabellas cereas, quibus ferebant sententias. Erant enim sententiæ non vocales, sed tabellariæ. Præterea* tabulæ, *sive* tabellæ *dicebantur testamenta, sive aliæ publicæ scripturæ, cujuscunque materiæ essent. Pro syngraphis etiam, et documentis litterariis. Extra hæc: dicebatur apud Antiquos* tabula *pro lege. Dicebatur etiam, in quam Antiqui tesseras mittebant: quam lusoriam, et quandoque latruncularium, et pyrgum, sive alveum, alveolumve vocabant. Item* tabula *pro auctione usurpabatur.*
Tabulas facere. At. 236..
———— conficere. Or. 1. 88. Or. 3. 40..
———— perscribere. Rh. 90.
In tabulas referre. Or. 2. 150. 175.
———— digerere. Or. 1. 88.
Tabulas obsignare. Rh. 99. Or. 1. 100. Or. 2. 150..
Tabulas proferre. Or. 1. 276.
———— proscribere. At. 311..
———— figere. Or. 3. 153.. 177..
———— corrumpere. Or. 1. 129..
———— interlinere. Or. 1. 129..
De tabulis eximere. Or. 1. 22..
TABULARIUM *est locus, in quo tabulæ, hoc est, litteræ, et acta publica reponuntur.*
———— incendere. Or. 2. 91. 187.. Ph. 2. 74..
TACITUS *active, et passive a Latinis usurpatur. Taciti enim aliquid præterimus; et tacitum aliquid a nobis præteritur. Sic tam ad res, quam ad personas, pertinet.*
Tacitum aliquid relinquere. *Id est verba de eo non facere.* Fam. 36..
———— aliquid præterire. *Hic recognosce, vocem hanc tam active, quam passive esse significationis. Sic enim hanc locutionem interpretari potes. Tacitus præterii illud, vel tacitum illud præterii.* Or. 3. 131..
Tacitum ferre. *Cic. ad Att.* 7. Cætera si reprehenderis, non feres tacitum: nisi si quid erit ejusmodi, quod sine sumptu corrigi possit. *Id est non tacebo, vel non dissimulabo, te male reprehendere.* At. 24.
TACTUS, us, ui, *est tangendi actus.*
Tactum fusum esse per omne corpus. Ph. 2. 54..
Ad tactum chordas respondere. Rh. 163.
Sub tactum cadere. *Id est tangi posse.* Ph. 2. 197..
TÆDA, *est fax.*
Tædam inflammare. Or. 1. 225.
———— accendere. Lucr. lib. 6.
TALARIA *dicuntur calceamenta alata Mercurii.*
———— pedibus affingere. Ph. 2. 71..
———— pedibus nectere. Virg. lib. 4. Æn.
———— induere. *Apud Ciceronem est fugam adornare, quasique velle quopiam avolare. Sic enim scribit ad Atticum.* Nemo est istorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. *Itaque* talaria induere *dicemus eos, qui parant aufugere.* At. 236.
TALUS *est postremum cruris; pars scilicet pedis, in qua os prope calcaneum extuberat.* Talus *etiam dicitur os in articulo pedis eminens; quod est bisulcis tantum animalibus, non homini, neque cæteris animantibus.* Talus *inde dictus est quatuor laterum, quo luditur.*
Talum jacere. Ph. 1. 101.. Ph. 2. 85. 118.
Talis præclare ludere. Rh. 151.
Talum rectum cadere. Ph. 1. 101..
———— recte assistere. *Ibid.*
TARDITAS *est cunctatio, vel mora (cui opponitur celeritas) et (quemadmodum* tardus) *vel in persona vel extra personam est.*
Tarditatem afferre. Or. 196.. 236.
Tarditate uti. Ph. 3. 26..
Tarditatem corrigere. At. 315..
TECTORIUM *illinimentum quoddam est, et quasi parietis incrustatio.*
———— inducere. Or. 1. 105..

Tectorium delere. *Ibid.*
TECTUM, *pars est domus superior, qua ipsa domus tegitur. Figurate pro ipsa domo poni sæpe videas.*
Firma tecta in domiciliis habere. De Clar. 257.
Tectis continere. Postq. ad Quir. 8.
Tecta aurata facere. In Part. 6.
Tectis recondere et custodire. Oecon. 1.
Sub tectum congerere. *Ib.*
In sua tecta discedere. 3. Catil. 29.
Ædificium ad tectum pervenire. *Id est extrui usque ad culmen.* At. 55..
Tecto aliquem recipere. Or. 2. 84.
Tectum in aliquo loco accipere. *Id est hospitio recipi. Cicero ad Atticum.* Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerunque. At. 76..
TEGUMENTUM *idem est, quod tegmen: nec minus translate, quam proprie, usurpatur.*
——— flagitiorum quærere. Or. 3. 47.
——— facere. Ph. 1. 132. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— detrahere. Cæs. de B. G. lib. 2.
TELUM *dicitur, quicquid jaci potest. Quo nomine lapis, lignum, ferrum continetur.*
——— habere. Or. 3. 103..
Cum telo esse. At. 31. Or. 1. 236.. Or. 3. 103..
Telum intendere. Or. 3. 73..
——— emittere. Or. 2. 244.
——— immittere. Or. 2. 221.
——— conjicere. Or. 1. 9.. Or. 2. 244.
——— acerrimum esse ad rem aliquam. *Per translationem ponitur interdum* telum *pro re potentissima et efficacissima; sed id non fere sine adjectivo. Cicero de Amic.* Non mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. *Ph.* 3. 107.. *Idem Famil.* 7. Usquequaque sapere oportet: Id erit telum acerrimum. Fam. 102..
TEMERITAS *sapientiæ opponitur.*
Temeritatis inconsideratissimæ, et dementissimæ plenum esse. Or. 2. 257.
Temeritate aliquid fieri. Ph. 3. 10.. Regi. Rh. 13. Administrari. Rh. 54.
Temeritati parere. Ph. 3. 103..
Temeritate duci. Pro Planc. 9.
——— remota. 2. Off. 62.
TEMPERANTIA *est rationis in libidinem, et in alios non certos impetus animi firma, et moderata dominatio: sicque constat ex prætermittendis voluptatibus, et ex omnium animi commotionum moderatione.*
Temperantiam cerni in, *vel* constare ex. 5. Fin. 67. 3. de N. D. 38.
——— summam esse alicujus in victu. 5. Tusc. 57.
——— expetere. 1. Fin. 48.
TEMPESTAS *modo pro tempore ponitur: modo translate pro motu, et rerum perturbatione. Modo est procella, quæ terram, vel mare verberat.*
Pro rerum motu ponitur translate.
Tempestatem excitare. Or. 2. 244. Or. 3. 72..
——— impendere. Or. 2. 102. At. 119.
——— cooriri. Or. 1. 85..
Tempestate aliquem percelli. Or. 3. 27.
——— jactari. Or. 2. 261.
——— everti. At. 157.
Tempestati cedere. Or. 3. 72..
Tempestatem vitare. Or. 1. 127.
Pro procella proprie, cum terram respicit.
Tempestatem evenire. Ph. 2. 128.
——— sequi. *Cæsar de bello Gal.* 4. Secutæ sunt continuos complures dies tempestates, quæ et nostros in castris continerent, et hostem a pugna prohiberent.
——— malam esse. *Cato de re Rust.* Dicit villicus, sedulo se fecisse, servos non valuisse, tempestates malas fuisse.
Cum respicit mare, sed in malam partem.
——— cooriri. Cæs. de B. G. lib. 6.
——— magnam in alto esse. Rh. 74..
Tempestate adversa jactari. Rh. 74.
——— in portum rejici. Or. 1. 302.
——— detineri. Cæs. de B. G. lib. 3.
Tempestatem commutari. Rh. 81..
——— sedari. Or. 1. 85..
In bonam partem.
Tempestatem idoneam nancisci. Cæs. de B. G. lib. 4.
——— habere. Fam. 257..
——— esse. At. 310.. egregiam. At. 149.
Tempestate bona et certa solvere, *vel* navigare. At. 307..
TEMPESTIVITAS *a Latinis ponitur pro certa quadam, et idonea, vel commoda temporis ratione, natura, cursu, aut statu.*
Tempestivitatem dare cuique parti. Ph. 3. 83..
——— cibo præparare. Plin. l. 10. c. 34.
TEMPUS *est pars quædam æternitatis cum alicujus annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii certa significatione. In hoc et quæ prætererunt, considerantur, et quæ instant, et quæ consequuntur.*
Tempus antelucanum. Fam. 245.
——— vespertinum. Ph. 2. 36. Matutinum. *Ib.*
Temporis usura. Fam. 30.. Or. 2. 87..
——— brevitas. At. 5..
——— angustiæ. Rh. 85. 164.. Fam. 265. Or. 1. 106. Or. 2. 91..
——— natura. Fam. 83.. 84.
——— cursus. Fam. 82. *vel* decursus. Fam. 31..
——— forma. Fam. 43..
——— imago. Fam. 5..
——— ratio. Fam. 6.
——— status. Fam. 19.
——— varietas. Fam. 68. 217.

Temporis inclinatio. Fam. 88. Or. 1. 272. . Or. 2. 82. 222. 279.
——— mutatio. Fam. 37.
——— motus. Or. 2. 164. .
——— perturbatio. Fam. 72.
Temporum vitia. Fam. 49.
Tempus dubium. Or. 1. 283.
——— formidolosum. Or. 1. 235. .
——— suspiciosum. Fam. 6. .
——— turbulentum. Fam. 29. . Or. 3. 86. .
——— cæcum. Fam. 198. .
——— triste. Fam. 57. . 249. Or. 3. 78.
——— luctuosum. Fam. 70. .
——— difficile. Fam. 146. Or. 1. 287. Or. 2. 15. . Or. 3. 201. . 203. .
——— durum. Or. 2. 231. . Or. 2. 61. .
——— asperum. Or. 3. 59.
——— atrox. Or. 1. 225. .
——— grave. Or. 3. 3. .
——— miserum. Fam. 58. 70.
——— perditum. 72.
——— extremum. Fam. 150. .
Temporis tristitia. Fam. 38. . At. 128. 200.
——— acerbitas. Fam. 203. .
——— calamitas. Fam. 204. .
——— atrocitas. Or. 3. 5.
——— iniquitas. Or. 1. 18. . Or. 2. 34.
——— invidia. Fam. 42. . Or. 2. 34.
——— injuria. Fam. 88.
Tempus quietum. Fam. 130.
——— tranquillum. Fam. 70. . Or. 2. 37.
——— optatum. Fam. 70. .
——— optimum. Or. 2. 37. . Or. 3. 4.
——— liberum. Fam. 76. Ph. 1. 55. .
——— vacuum. At. 37. . 316.
——— commodum. At. 136. .
——— opportunum. Fam. 30.
——— idoneum. Fam. 3. 34. . 103. .
Temporis tranquillitas. At. 20.
——— opportunitas. Fam. 44. .
Tempus alienum. Rh. 165. Fam. 41. 199. Or. 1. 104. .
——— absurdum. At. 252. .
——— adversum. Or. 1. 127. .
Id temporis. *Cicero ad Atticum* 216. Venit ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset. Rh. 108. . 142. . Or. 2. 99. Or. 3. 106. . Ph. 1. 124.
Per id tempus. Rh. 72. 191. . *vel* temporis. Rh. 4. .
Ad tempus, *varie ponitur. Interdum est enim pro tempore constituto.* At. 219. . 251. . Ph. 1. 124. *Interdum pro brevi temporis spatio.* Fam. 149. . Ph. 3. 6. 106. *Interdum pro commode, et opportune.* Fam. 93. 134. At. 36. Or. 1. 104. . Or. 3. 40. . *vel pro re nata; vel, ut temporis ratio postulat.* Fam. 149. Or. 3. 114. . *Quo sensu dicit Cicero etiam* In tempus. *Ad Att. l. 2. ep.* 19. Versus in tempus scripti.
Per tempus. *Id est opportune.* Ter. Hec. 4. 3.
Ante tempus. Rh. 124. . Ph. 3. 97. .
Post tempus. Or. 1. 9. .

Uno tempore. Fam. 50. . At. 60. . Or. 2. 23. 68. .
Suo tempore. Rh. 165. Ph. 3. 97. . Or. 1. 179.
In tempore. *Id est opportune, commode.* Fam. 168. Or. 2. 100. .
Tempore. *Pro opportune.* Fam. 103. . Or. 1. 134. . Ph. 3. 63. .
Ex tempore, *duplicem significationem habere potest; ut sit, pro re nata.* At. 154. . Ph. 3. 39. . *vel statim, et sine præmeditatione, ut,* orationem habere ex tempore. Rh. 13. . 16. 184. . Or. 1. 155. Or. 2. 189. *Cui opponitur.* Ex scripto.
A quo tempore. Or. 1. 251.
Ex quo tempore. Fam. 32. . 64. . Or. 1. 288. .
—— eo tempore. Fam. Or. 1. 4.
Ab illo tempore. Or. 1. 206. . Or. 2. 47. .
Illo tempore. Rh. 169. 173. Or. 1. 217. Or. 2. 122.
Ut temporibus illis. *Cicero in Brut.* Erat cum litteris Latinis, tum etiam Græcis (ut temporibus illis) satis eruditus. Rh. 174. 173. .
Tempus constituere. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— venire. Fam. 86. 181. .
——— accedere. Fam. 40. .
——— extare. Fam. 64.
——— esse. Rh. 85. Fam. 55. . At. 304. Or. 2. 141. Or. 3. 114. .
Aliquando eleganter dicimus, tempus est, *pro necesse est; vel sequitur, ut; vel res postulat, ut.* Rh. 124. .
In tempus incidere. Fam. 21. 64. . 71.
——— incurrere. At. 325. .
Tempus observare. Fam. 175.
——— capere. *Pro observare.* Fam. 175.
——— arripere. Fam. 67. .
——— antecapere. Salust.
——— dare. Fam. 10. . 37. At. 278. . Or. 1. 1. 91. Or. 2. 93. .
——— sumere. At. 128. . 313. Ph. 2. 157.
——— habere. Rh. 149. . At. 8. 1. 1.
——— nanoisci. Fam. 3. .
——— ponere. Fam. 77. 242. Rh. 144. At. 7. .
——— distribuere. At. 21. . *vel* tribuere. Ph. 3. 33. .
——— traducere. Fam. 52.
——— transmittere. Or. 2. 4.
——— consumere. Fam. 71. . 94. . 113. 245. At. 26. 124. .
——— conterere. Ph. 3. 115. .
——— eximere. At. 56. .
——— dirimere. Ph. 2. 98.
——— remittere. Ter. Heaut. 1. 1.
——— intermittere. Fam. 161.
——— dimittere. Rh. 116. . Or. 3. 190.
——— prætermittere. Fam. 5. 90. .
——— amittere. Fam. 103. 146. 198. 252. . At. 110. . 120. .
——— perdere. 3. *de Orat.* 144. Tempus amittere, *est rei, vel temporis occasionem*

prætermittere: Tempus *vero* perdere *est tempus frustra et inaniter consumere.*
Tempus præterire. Fam. 149.. At. 108. Or. 1. 97.
——— abire. Or. 2. 125..
Tempore excludi. At. 136.. Or. 1. 213.
——— egere. At. 325..
Tempus revocare. Fam. 62.
——— recuperare. At. 124.
——— prorogare. Fam. 21.. 22.. 40.. 251..
Temporis propagatio. Fam. 71.. *vel* longinquitas. Fam. 81.. Ph. 2. 80. 82.
Tempori servire. Fam. 129.. 137..
——— consulere. Fam. 55.
Temporis causa *aliquid facere, vel dicere, est idem, quod tempori assentiendo, vel consulendo.* Fam. 89. Or. 1. 53.. Or. 2. 139. 153.. 274.
Tempori assentiri. Fam. 15..
——— parere. At. 114. Or. 3. 236..
——— cedere. Fam. 53.. 183.. Or. 3. 101..
Tenebræ *ponuntur pro obscuritate, vel caligine. Transferuntur tamen ad alia; et ponuntur pro rerum obscuritate et ignoratione; vel pro perturbatione et confusione.*
Tenebras obducere. Ph. 1. 5.
——— offundere. 4. Acad. c. 19.
——— alicui esse. *Cicero de Attic.* 7. Quæso, quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. *Id est omnia mihi sunt ignota.* At. 108..
In tenebris jacere. Or. 2. 188.
E tenebris in lucem vocare. Pro Deiot. c. 11.
Tenuitas *est gracilitas, angustia, subtilitas, paupertas.*
Tenuitatem alicujus sustentare. Fam. 264..
Tergum *a Latinis ponitur pro dorso; id est, posteriore corporis parte. Non tamen semper aut hominis, aut animalium est, sed pro rerum quarumvis posteriore parte translate ponitur.*
——— dare. Quint. lib. 2. cap. 13.
——— vertere. *Id est, in fugam se conjicere.* Cæs. de B. G. lib. 3.
A tergo sequi. *Virg. lib.* 1. *Æn. vel* insequi. Ph. 1. 168..
——— circumvenire, *vel* adoriri, Or. 3. 107.
Terminus *apud Antiquos deus creditus est, in cujus tutela fines agrorum esse existimabantur. Ea igitur fuit termini apud Antiquos significatio. Fuit et alia; scilicet ut esset propriis signum, quod agrum ab agro dividit.*
Terminos constituere. Or. 1. 6.
Terminis certis aliquid definire. Or. 3. 18. *vel* describere. Rh. 103. *vel* circumscribere. Rh. 91.
Terminos evellere. Or. 3. 277.
Terra *tribus modis dicitur, communi, proprio, et misto. Communi, ut cum dicimus* orbem terræ, *et* terram Italiam. *Altero modo dicitur* terra *proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neque cognomine adjecto appellatur. Tertio modo dicitur* terra, *quæ est mista, in qua seri quid potest, et nasci; ut* terra argillosa, *aut* lapidosa. *Olim homines, obscuro ignotoque genere prognati,* Terræ filii *dicebantur, propterea quod* Terra *sit omnium communis parens.* Fam. 100. At. 8.
——— petere locum aliquem, *vel* iter facere. Or. 2. 280.
——— marique conquirere. *Id est locis omnibus, et summa diligentia.* Fam. 65..
A terra solvere. Cæs. de B. C. lib. 3.
Ad terram deligare. Cæs. de B. G. lib. 4.
——— dare. Suet. in Aug. cap. 96.
In terram statuere. Teren. Adelph. 3. 2.
Ad terram affligere. Plaut. 791.
Terram proscindere. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 29.
——— subigere. Ph. 2. 88.
——— domare. Virg. Æn. lib. 9.
Terræmotus. *Dicitur* terræmotus, *cum terræ incluso spiritu contremiscunt magno sæpe habitantium damno.*
Terræmotum fieri. Or. 258. Ph. 2. 96..
Terræmotu Mundum contremiscere. Or. 2. 258..
——— conquassari. Ph. 2. 100..
Terror *est metus concutiens: ex quo fit, ut et tremor, et dentium crepitus consequatur.*
Terrorem afferre. At. 96..
——— offerre. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— inferre. Fam. 252..
——— jacere. At. 38.
——— denunciare. *Ib.*
——— incutere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
——— injicere. Or. 3. 78. Ph. 1. 132.
Terrori esse. Liv. Dec. 4. lib. 4.
Terrorem impendere. Or. 3. 201..
Testamentum *est ultima voluntas.*
Testamenti factionem habere. Fam. 105.
Testamentum componere. At. 245.
——— conscribere. Or. 2. 253..
——— facere. Rh. 99.. 104.. Or. 1. 98.. Or. 3. 110..
Testamento aliquid alicui relinquere. Ph. 3. 70..
Testamentum obsignare. At. 100.. 245. Or. 3. 110..
——— falsum supponere. Ph. 2. 164..
——— subjicere. Or. 3. 259..
——— mutare. Or. 2. 24.
——— rumpere. Rh. 99. 106. Or. 1. 298..
——— irritum facere. Or. 3. 181.
Testamento cavere. 2. de Fin. c. 31.
Testamenta resignare. Hor. l. 1. epist. 7.
Testatus. *Testata res dicitur certa, et perspecta, et plane cognita.*
Testatum aliquid apud aliquem relinquere. *Cic.* Ut Testatum apud animum tuum relinquam quid senserim. Fam. 18..
Testimonium *est judicium, aut jurejurando devincta auctoritas. Vocem etiam istam pro*

testium dictis poni aliquando videas; et tunc ad absentes proprie referri volunt: unde Callistratus libro 22. de Probat. et Præsumpt. Item Divus Hadrianus Rufino Proconsuli Macedoniæ rescripsit, testibus se, non testimoniis crediturum. *Et paulo post Gabinio in hæc verba rescripsit:* Alia est auctoritas præsentium testium: alia testimoniorum, quæ recitari solent. *Hanc testimonii proprietatem notat Donatus in Andria Terentii, versum illum explicans.* Eadem hæc, Chreme, multi alii in Andro tum audivere. Hoc testimonium, *inquit Donatus,* cæcum dicitur. Testimoniorum enim modus duplex est; manifestus, et cæcus. Manifestus est, qui certos testes, et præsentes habet: Cæcus, in quo multitudinem, aut civitatem dicimus scire. *Ut Cicero:* Testis est tota Sicilia. Est enim in cæco testimonio jusjurandum, tabulæ, absentesque personæ. *Hæc perdocte Donatus. Sed nec Donati, nec Jurisperitorum differentia, aut distinctio observatur in testimonio privato, neque semper in forensi, et judiciali.* Testimonium sumere rei alicujus, *est, quod Barbari dicunt, capere, vel accipere actum de re aliqua: videlicet, cum accepta aliqua injuria, aut alia quavis offensione, ut rei testificatio nobis in tempore esse possit, ab iis, qui adsunt, testimonium sumitur, et scribitur; ut, si quando res in judicium veniat, testimonii sumpti fide, qui injuriam persequitur, juvari possit.* Or. 1. 46. 289.

Testimonium tribuere. Or. 3. 204..

——— impertiri. Fam. 69.

——— dare *interdum idem est, quod testes proferre, et ponitur eo modo testimonium pro teste, quo servitium pro servo.* Fam. 73. Rh. 11. Or. 1. 47.. 268. Or. 2. 148. 240.

——— dicere. Rh. 192.. Or. 1. 35.. 95..

Pro testimonio dicere. *Antiquis erat, quod Barbari nunc dicunt,* deponere. At. 10.. Or. 1. 35. 78..

Testimonio esse. At. 130.. Or. 1. 46.. 295.

Testimonium habere. Fam. 59.. 148. Or. 1. 51.

Testimonia elevare. Quint. lib. 5. cap. 19.

Testimonium alicujus rei perhibere. Id. l. 11. c. 1.

Testimonia refellere. Or. 2. 150..

Testimonium alicui denunciare. Pro Rosc. Am. 110.

TESTIS *dicitur, qui rei cujuslibet testimonium profert, sive in judicio, sive extra judicium. Unde etiam in pudendis hominum partibus* testes *dicuntur (quos aliter vulgo* testiculos *vocamus) videlicet virilitatis testimonium proferentes.*

——— locuples. Rh. 195. Or. 1. 178. Or. 2. 154..

——— classicus. *Festus.*

——— idoneus. Or. 1. 214. 277.

Testis religiosus. Or. 3. 29.

——— integer. Ph. 1. 63..

——— incorruptus. *Ibid.*

——— gravis. Or. 1. 13..

——— proletarius. *Hujusmodi testes sunt, quos inopia ipsa refellit, quosque fames magis, quam fama, commovere creditur; vel quos levissimo pretio proposito ad quodlibet perjurium possis perducere, leves scilicet, et omni religione, Deique metu vacuos.*

——— conjuratus. Or. 1. 277..

——— mercenarius. Fam. 43..

——— falsus. Or. 3. 142. Ph. 2. 114.

——— fictus. Ph. 2. 114. Or. 1. 298..

Testem habere. Fam. 182..

——— esse aliquem alicui rei alicujus. Fam. 6.. 16.. 18..

——— adhibere. Ph. 3. 60..

——— citare. Or. 1, 6.. 138. Ph. 3. 15..

——— proferre. Or. 3. 63.

——— producere. At. 309.. Or. 1. 52. 78.. 262..

——— dare. Or. 1. 13.. 76. 210. Ph. 1. 77..

——— subornare. Or. 1. 53.. 298..

Testium seductio. Pro Mur. c. 24.

THEATRUM *est ædificium in hemicycli speciem factum, ad cernenda spectacula idoneum. Ponitur etiam et pro ipso spectaculo, et pro ipsis spectatoribus. Crebrum vero est in translationibus hoc nomen et perelegans.*

Theatrum bellum, *vel* magnum habere. *Idest permultos spectatores. Cic. ad Att.* Theatrum quidem sane bellum habuisti. At. 209..

Theatro magno spectata aliquorum familiaritas. *Idest multis comperta.* Fam. 200.

In theatro versari. *Idest in aliquo loco conspicuo, ante oculos omnium. Cic. in Verr.* Sic obtinui Quæsturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer: ut me, Quæsturamque meam quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem. Or. 1. 243.

THESAURUS *est vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria. Etiam pro magna auri, vel argenti vi et copia poni solet.*

Thesaurum defodere. Ph. 2. 136.

——— alicubi obruere. Ph. 3. 81..

De thesauris suis aliquid alicui suppeditare. Ph. 1. 78..

Aliquid circumplecti, tanquam thesaurum Draco. Or. 3. 248.

TIBIA *est instrumentum musicum, quo tibicines canunt: sic dicta, quod primo ex Gruum tibiis facta sit.*

Tibiam inflare. Rh. 181..

Tibia canere. Rh. 139..

Ad tibiam canere. Ph. 1. 209..

TIMOR *significat metum mali appropinquantis.*

Timorem impendere. Fam. 24.

Ad timorem aliquid proponere. Fam. 27.. 80..

Timorem facere. Fam. 154.

Timorem injicere. At. 79.. Or. 2. 65.
In timorem dare. Plaut. 624.
Timorem incutere. Rh. 128.
Timore afficere. Fam. 168.. Or. 1. 1..
Timori esse. Fam. 122..
In timorem se convertere. Or. 2. 170.
Ad timorem traduci. Fam. 5.
Timore perculsum esse. At. 274.
——— esse. *Pro timore angi.* At. 75.. 175..
In timore esse. *Active.* Fam. 190. *Passive.* Fam. 23..
Timorem augere. Fam. 85.. At. 107..
——— eripere. Or. 2. 101.
——— omittere. Ph. 3. 127.
——— deponere. Fam. 178.. Or. 3. 102.
——— abjicere. Fam. 178.
Timore vacuum esse. Ph. 1. 71.
——— perfundi. Liv. l. 2. c. 24.
TITULUS. *Titulum vocamus, quod alicui rei, ut libro, operi, statuæ superscribitur ad ejus cognitionem. Pro laude, et dignitate aliquando accipitur.*
Titulum appetere. Liv. Dec. 1. lib. 4.
——— honoris alicujus vix sustinere posse. Or. 3. 83..
TOGA *gestamen erat proprium, insigneque Romanorum civium; quemadmodum pallium Græcorum. Super imponebatur autem tunicæ. Hæc laxa erat, et in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Varia autem erant Romanis togarum genera, ut* toga pura, toga candida, toga prætexta, toga picta, toga regia, *quæ erat auro et purpura intexta, qua Reges utebantur, et quæ a Livio inter insignia triumphantis numeratur.* Toga pura *erat, quam Tyrunculi forenses assumebant tyrocinii die. Dicta* pura toga, *quod nullo purpuræ prætextu distincta esset.* Cic. ad Att. 7. Habebamus in manibus Antonii concionem, in qua erat accusatio Pompeii usque a pura toga. *Id est, ab ejus tyrocinio, vel prima adolescentia.* At. 107. Toga *autem* candida *erat, quam petitores Magistratuum induebant: unde* candidati *dicebantur. Cicero in* candida *orationem habuit in Catilinam, et Antonium competitores. Erat etiam* toga *habitus peculiaris clientum, et salutatorum, qui* togati *ibant salutatum, ut sportulam consequerentur. Ad hæc,* toga *pro pace aliquando accipitur, quoniam in pace tantum togæ usus erat: nam in bello, toga deposita, chlamydem sumebant, aut lænam.*
Togam dare. At. 80.. 86.. 128. 152.. Or. 3. 28.
——— sumere. Ph. 3. 95.. Or. 3. 169.
TORMENTUM *et supplicio convenit, quod infligitur ad extorquendam veritatem; et est generale vocabulum omnium machinarum, saxa, tela, et id genus alia torquentium atque immittentium.*
Tormentum adhibere. Ph. 3. 60.
In tormenta se dare. Ph. 1. 244.
Tormentis verberare muros. Or. 3. 218.
TORQUES *significat circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, et summi pectoris.*
Torque aliquem donare. Or. 1. 190.
Torquem detrahere. Ph. 1. 53.. Ph. 3. 75.
TRACTATIO *est ipse tractandi actus, sive proprie accipiatur, sive translate.*
Tractationem assumere rei alicujus. Rh. 89..
——— accipere. Ph. 2. 110.
In tractatione versari. Rh. 161..
TRAGŒDIA *est genus poematis tristes summorum virorum exitus repræsentantis. Per translationem pro magna perturbatione accipitur.*
Proprie.
Tragœdiam facere. Ph. 3. 81..
——— scribere. At. 326..
——— absolvere. *Ibid.*
——— agere. Or. 3. 233.
Translate.
Tragœdias excitare. Or. 3. 105.
——— efficere. Ph. 1. 225..
——— in nugis agere. *Id est in re levicula tumultum movere.* Rh. 127..
TRAJECTIO.
Trajectiones stellarum observare. Ph. 2. 80.
TRANQUILLITAS. Tranquillus *dicitur perturbatione carens, sedatus, placatus, lenis. Cujus vocis proprietatem in re maritima maxime versari crediderim: ut proprie scilicet dicatur* mare tranquillum, *quod nulla tempestate, nullisque procellis agitetur: sic etiam translate dicatur* animus tranquillus, *qui nullo motu, aut æstu perturbatus sit. Quare cum certum sit, a* tranquillo tranquillitatem *duci, certum quoque est, primitivi sui significationem derivativum retinere.*
Tranquillitatem expetere. Ph. 3. 14..
——— aucupari. At. 97.
——— sequi. Or. 2. 137.
Tranquillitatis plenus. Rh. 85.
TRIBUNAL *est locus excelsus, in quo sedebat, qui jus tribubus redderet.*
In. Rh. 98.. *vel* pro tribunali sedere. Fam. 36.. 37.
De tribunali sententiam pronuntiare. Or. 1. 127..
TRIBUS *pars est populi Romani.*
Tribum ferre. Or. 2. 270. Or. 3. 161. 234.
——— conficere. Or. 2. 134.
In tribus distribuere. Ph. 2. 185.
Tribus dividere. Or. 1. 70..
Tribu movere. Rh. 134. Or. 2. 42..
TRIBUTUM *dictum vult Varro a* tribubus, *quod ea pecunia, quæ populo imperata erat,* tributim *a singulis proportione censis exigebatur. Festus* tributum *dictum ostendit, quia ex privato in publicum* tribuitur. *Sumi postea hoc vocabulum cœpit largius pro omni munere, quod a populis subjectis solvitur.*
——— imperare. Plaut. 356.
——— imponere. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— exigere. Fam. 35.
——— conficere. Or. 2. 150.
——— ferre. Or. 1. 169.

Tributum conferre. At. 289.. Or. 1. 135 Ph. 3. 48..
———— pendere. Cæs. de B. G. lib. 6.
A tributis vindicare. Or. 3. 178.
Tributo liberare. Fam. 243..
TRICLINIUM *conclave discubitorium dici potest: dictum a tribus lectis, in quibus Romani discumbebant cœnantes.*
———— sternere. Or. 1. 160.. Or. 1. 142.
TRISTITIA *est severitas, vel mœstitia: et opponitur lætitiæ, vel hilaritati. Dicitur tam de rebus, quam de personis.*
Ad tristitiam contorquere. Rh. 115.
Tristitiæ se dare, *vel* tradere. Fam. 70.
Tristitiam temporum subire. At. 128.
———— mitigare. Rh. 130.. Ph. 3. 8.
———— relaxare. Rh. 130..
A tristitia deducere. Rh. 140.
Tristitiam tollere. Rh. 87.
———— abesse. Ph. 3. 108..
TRIUMPHUS *pompa erat solemnis, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum victoria. Erat autem triumphus omnium honorum, qui a populo Rom. dari solebant, maximus. Qui autem triumphabant apud Romanos, equis albis in Urbem vehebantur curru inaurato, capite laurea coronato. Post, præeunte Senatu, Capitolium ascendebant ad templum Jovis Optimi Maximi: ubi mactato tauro albo, domum redibant.*
Triumphum alicui decernere. Ph. 1. 111..
———— habere. *Id est triumphare.* Or. 3. 56.
———— deportare. Ph. 3. 16.
———— agere. Fam. 40. Or. 1. 256. Ph. 3. 127.
In triumpho. Plin. lib. 7. cap. 43. *vel* per triumphum ducere. Or. 1. 249.. 251..
TROPHÆUM *est indicium victoriæ.*
———— ponere in loco aliquo. Or. 3. 99.
———— statuere. Rh. 71. *vel* constituere. Or. 2. 233.
Trophæis ornare. Rh. 40..
TRUTINA *idem est, quod statera.*
———— examinare. Rh. 123.
TUBA *est instrumentum musicum.*
—— canere. Virg. Æn. lib. 5.
TUMOR *est inflatio. Per translationem dicitur tumor rerum pro commotione, et eruptione.*
In tumore esse. Ph. 1. 194.
Tumore præditum esse. Rh. 14..
TUMULTUS *est motus, vel trepidatio.*
Tumultum præbere. Liv. Dec. 3. lib. 5.
———— facere. Sal. in Jug. c. 53.
———— conflare. Or. 2. 169..
———— excitare. Fam. 240.
———— sedare. Liv. Dec. 3.
———— comprimere. Tac. 4. Hist. c. 16.
TURBA *aliquando est rixa. Aliquando pro multitudine ponitur. Aliquando pro seditione, vel vi.*
Turbas concitare, *vel* concire. Plaut. 78.
—— facere. Or. 1. 242. Excitare. Quintil. l. 2. c. 16.
Turbas esse. At. 87.
Congregare magnam turbam. 1. de N. D. c. 15.
In turbam exire. Nep. 14. c. 6.
Ex turbis se evolvere. Ter. Eun. 4. 4. 56.
TURPITUDO *ad corpus, et ad animum refertur.*
Turpitudinem habere. Rh. 2.. Or. 2. 230.
Turpitudine fœdare. Or. 2. 215.
In turpitudinem venire. Or. 1. 9..
Turpitudinem subire. Or. 1. 104. Or. 3. 98. 259..
Turpitudine notari. Or. 2. 30.
Turpitudinem delere. Or. 1. 75.
TUTELA *est fides, vel commendatio. Jurisperiti ita interpretantur, ut sit jus ac potestas in capite libero, constituta ad tuendum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, jure civili data ac permissa.*
Tutelæ alicujus aliquem commendare. Rh. 104..
In tutelam tradere. Rh. 126.
Tutelæ subjicere. Ph. 1. 114..
In tutelam venire. Rh. 99.. Or. 1. 47..
In tutela esse. At. 4. Or. 3. 17.. 76. Ph. 1. 104. Ph. 2. 70..
Tutela se abdicare. At. 85.
TYRANNIS *est crudelis dominatus, vel servitia, et atrocitas.*
Tyrrannidem occupare. Ph. 3. 70.
———— delere. Ph. 1. 186.

V

VACATIO *est cessatio, vel immunitas.*
Vacationem dare. Or. 1. 204. Ph. 2. 158.
Vacatione donare. Ph. 2. 27.
Vacationem habere. Rh. 175. Fam. 129. Ph. 1. 30..
———— tollere. Or. 3. 200.
VACUUS *dicitur inanis, nudus, jejunus, exhaustus, vel expers, et liber, non impeditus, aut occupatus. Sic dicuntur* vacua prædia, *vel* vacuæ possessiones: *id est quæ liberæ sunt. Sic etiam appellantur* vacuæ aures, *nondum criminationibus obtusæ, sed nobis arbitrio nostro patentes. Pertinet autem hoc nomen tam ad res, quam ad personas: et eandem significationem tenet.*
Vacuus re aliqua. Fam. 48.. 58.. At. 169. Or. 2. 100. 118. 195..
———— a re aliqua. Rh. 65. 194. Fam. 125.. At. 304. 324..
Vacuum esse. *Id est nullo negotio implicari.* Rh. 166.. Ph. 2. 158.
Vacui temporis aliquid habere. *Id est vacuum esse.* At. 37..
VADIMONIUM *est sponsio quædam sistendi in judicio ad diem præstitutam per se, vel per advocatos.*
———— promittere. Or. 1. 4. 155.. 165. 264..
———— facere. Or. 1. 10..
———— concipere. *Id est certam vadimonii formulam concipere.* At. 316.
———— constituere. Ph. 3. 81.

Vadimonium esse alicui cum aliquo. Or. 1. 10.
In vadimonio esse. Or. 1. 4.
Vadimonium obire. Or. 1. 9.
——— sistere. Or. 1. 5..
——— differre. Fam. 22. At. 26.. Or. 1. 4.
——— deserere. Or. 1. 10. Or. 2. 105.
——— missum facere *est vadimonii obligationem remittere, condonareque.* Or. 1. 8.
VADUM *pro fundo fluminis, lacus, maris, et cujuscunque aquæ Latini ponunt, per quod via datur.*
——— tentare. Cæs. de B. C. lib. 1.
In vado esse. *Id est esse in tuto, citraque discrimen: sumpta metaphora a navigantibus.* Ter. And. 5. 2.
E vado emergere. Or. 3. 48.
VAGINA *proprie est gladiorum integumentum. Dicitur etiam* vagina segetum : *scilicet qua culmus adolescens inclusus, et spica continetur.*
Frumentum esse in vaginis. Cato c. 32.
E vagina gladium educere. Rh. 63..
In vagina gladium recondere. Or. 2. 98.
VALETUDO *est corporis habitudo, vel constitutio. Et tam in bonam, quam in malam partem sonat, vel per se, vel assumpto adjectivo: ut, cum pro sanitate est, dicimus* bonam valetudinem; *pro ægritudine, appellemus* infirmam.
In bonam partem.
Valetudo bona. Rh. 170. 243.. Or. 2. 198.. Ph. 1. 57..
——— commoda. Celsus lib. 8. c. 1.
——— integra. Rh. 204. Ph. 1. 78.
In malam partem.
Valetudo mala. Ph. 1. 227.
——— incommoda. Rh. 176. At. 71..
——— tenuis. Ph. 3. 84.
——— gravis. Or. 3. 221.
——— infirma. Rh. 101. 180.. Fam. 77.. Or. 2. 27.
——— imbecillis. Ph. 3. 84.
——— ægra. Rh. 180..
——— perdita. Ph. 1. 234. Or. 3. 219..
Valetudinis perturbatio. Fam. 239.. Rh. 165..
——— gravitas. Fam. 79..
——— infirmitas. *Ibid.* 94..
——— imbecillitas. *Ibid.* 95..
Valetudine esse. *Tam in bonam, quam in malam partem. Cicero post Redit.* Quo die quis civis fuit, qui fas esse putaret, quacunque aut ætate, aut valetudine esset, non de salute mea sententiam ferre? Or. 2. 210.
Valetudinem impedire. Fam. 261..
Valetudine impediri. Rh. 95. Fam. 184. 235..
Valetudinem amittere. Fam. 138.
——— sustentare. Ph. 3. 51..
Valetudini parcere. Fam. 181.
Valetudinis rationem habere. *Ibid.* 258.. 261..
Valetudini operam dare. Rh. 108..
——— consulere. Fam. 258..
——— servire. Fam. 77.. 265.. At. 299.
——— indulgere. Fam. 263..
Valetudinem curare. *Ibid.* 237..
Valetudine levari. Fam. 79..
——— emergere. At. 71..
Valetudinem confirmare. *Ibid.* 169..
VALLUM *est munitio castrorum.*
——— obducere, *vel* objicere. Or. 3. 97.
Vallo munire. Ph. 2. 55. Ph. 3. 88.
——— cingere. At. 79..
Vallum, *vel* vallo circumdare. Fam. 245..
——— ferre. Ph. 1. 182.
VALVÆ *sunt portæ geminas partes habentes.*
Valvas aperire. Ph. 2. 96.
——— patere. Or. 181..
——— claudere. Ph. 2. 96.
VAPOR *est humor extenuatus, et terra, vel ex aqua emissus.*
Vaporem excitare. Ph. 2. 49..
VARIETAS *est dissimilitudo. Quod nomen proprie in disparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa disparia; ut* varium poema, varia oratio, *et similia.*
Varietatem habere *dicuntur ea, quæ* in varietate *constituta sunt; vel quæ* varietatis *speciem præ se ferunt.* Rh. 206.. Or. 3. 61. Ph. 2. 127..
——— facere. Ph. 1. 80.. *vel* efficere. Ph. 2. 36..
——— suppeditare. Fam. 68.
In varietate constitui. *Cic. de Nat. Deor.* 1. Qui Deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione constituti, ut eorum molestum sit annumerare sententias. Ph. 1. 1.
VAS, adis. *Est, qui pro aliquo spondet, vel obligatur, præsertim in causa capitali.*
Vadem fieri. Ph. 3. 61.
——— dare. *Ibid.* 1. 81..
——— accipere. At. 289. Ph. 1. 240..
VAS, asis.
Vasa conclamare. *Exercitu castra moturo, conclamari solet, ut vasa colligant.* Cæs. de B. C. lib. 1.
Non conclamatis vasis, abire. *Per translationem dicitur de iis, qui hospite (ut aiunt) insalutato abeunt.* Cæs. de B. C. lib. 1.
Vasa colligere. *Cic. in Verr.* Ille ex Sicilia castra jam moverat, et vasa collegerat. *Id est repente profugerat.* Or. 1. 209.
VASTITAS *proxime ad solitudinis significationem accedit. Est enim proprie* vastitas *luctuosa quædam, et misera rerum facies, quæ sequitur vastationem et direptionem; ut, cum depopulati sunt ab hostibus agri, vel incendiis perditi, ut nihil in his præter solitudinem reliquum sit.*
Vastitatem efficere. Or. 3. 98.
——— reddere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
——— inferre. At. 144. Or. 2. 244.
——— depellere. Or. 2. 146.
UBERTAS *est abundantia, copia, vel magnitu-*

do. Et tam translate, quam proprie, usurpatur.
Ubertatem dicendi ducere a re aliqua. Rh. 198.
VECTIGAL *dicitur tributum, vel portorium.* A vehendo *dictum volunt, cum ex fundis fruges in urbem vehuntur.* Vectigal *autem duplex est,* publicum *scilicet, et* privatum: publicum, *quod debetur fisco;* privatum *quod quisque sumit ex redditibus et fructibus bonorum suorum.*
Vectigal imponere. Or. 1. 150.. 278. Or. 2. 77.
Vectigalia amittere. 1. in Rull. 21.
——— diminuere. Verr. 3. 127.
Vectigal pervertere. *Ib.* 128.
——— exercere. Or. 2. 4.. 6..
——— exigere. At. 296. Or. 2. 6.
——— habere. At. 85. 149..
——— pendere. At. 296.. Or. 2. 89.
——— pensitare. Or. 2. 6..
Vectigali levare. Rh. 176..
——— liberare. At. 294..
Vectigal conservare. Or. 2. 6..
Vectigalia perdere. Verr. 3. 128.
——— conquiescere. 1. in Rull. 21.
VECTIGALIS *idem est, quod stipendiarius, vel tributarius. Sic Provinciæ, agri, et ii, qui tributa persolvunt,* vectigales *dicuntur.*
Vectigalem facere. Or. 3. 98.
——— aliquem habere. Ph. 3. 61..
——— esse aliquem alicui. Or. 1. 165. 170.
VECTURA *est actus vehendi, vel vectio.*
Vecturæ difficultas. Verr. 3. 190.
Pro vectura solvere. At. 2..
VELUM *generali significato pro integumento, vel involucro ponitur. Ad rem nauticam vero cum pertinet,* vela *sunt lintea navis illigata antemnis.*
Vela facere. Or. 1. 253.. Ph. 1. 211.
——— pandere. Ph. 1. 164.. 211.
——— dare. Rh. 125.. 203..
——— ducere. Cæs. de B. C. lib. 2.
Velis plenis navigare. Or. 2. 218.
Vela subducere. Cæs. de B. C. lib. 4.
——— contrahere. At. 10..
VENA *est conceptaculum sanguinis mixti confusique cum spiritu naturali; in qua tamen plus sanguinis, minus spiritus inest. Transfertur autem varie hæc dictio. Modo enim dicuntur* venæ *in terra, subterranei scilicet meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. Dicuntur item auri, vel argenti* venæ. *Dicuntur præterea* venæ *arborum. Transfertur quoque* vena *ad carmen, vel orationem.*
Venam moveri. Ph. 2. 143..
——— agitari. Cels.
——— se attollere. *Idem.*
——— submittere. *Idem.*
Venæ exiguum, et imbecillum pulsum esse. Cels.
Venas concidere. *Idem.*
——— incidere. Or. 2. 251. Or. 3. 97..

E venis sanguinem mittere. Lucret. lib. 3.
VENABULUM *est telum venationi aptum, acie longissimæ.*
Venabulo transverberare. Fam. 95.
VENALIS. Venale *sumunt Latini pro eo, quod vendendum est, vel venditioni expositum; vel pro eo, quod pretio emitur, et pecunia comparatur. Ponitur etiam pro sordido, avaro, et qui gratia pecuniæ se ipsum vendit.*
Venalem habere. *Venalia habere ea dicimur, quæ vendenda proponimus, et quæstui subjicimus.* Or. 1. 2.. Or. 3. 132.. 180. 185.
——— proponere. Or. 2. 124..
VENENUM. Qui venenum dicit (*inquit Caius Jurisconsultus*) dicere debet, utrum malum, an bonum. Nam et medicamenta venena sunt: quia eo nomine continetur, quod adhibitum, ejus naturam, cui adhibitum est, mutat. *Latini tamen omnes venenum sæpius in malam partem ponunt: et pro arte malefica, vel magica etiam in usu est.*
Venenum parare. Rh. 190. Or. 2. 53. Or. 3. 48.
——— infundere. Or. 3. 233.
——— spargere. Or. 2. 109.
——— facere. Or. 2. 49.
——— præbere. Ph. 1. 169.
——— dare. Or. 2. 27. 53.. Or. 3. 49.. 233.
Veneno aliquem tollere. *Id est necare.* Or. 2. 53. Ph. 2. 76..
Veneno necare. Or. 2. 23.. 53..
——— occidere. Or. 1. 35.
Venenum bibere, *vel* obbibere. Ph. 1. 169.
——— deprehendere. Or. 2. 21..
VENERATIO *est venerandi actus. Passive tamen etiam aliquando ponitur.*
Venerationem habere. *Res dicitur venerationem habere, quæ veneratione digna est. Cic. de Nat. Deo.* Habet venerationem justam, quicquid excellit. Ph. 2. 11.
VENIA *est culpæ remissio, condonatio erroris, licentia, impunitas.*
Bona venia. *Rh.* 106. *Ph.* 2. 23.. 85.. 191. *vel* cum bona venia. *Or.* 1. 20. *Captationem benevolentiæ habent hæ locutiones, vel molesti sermonis deprecationem.*
Veniam petere. Rh. 218.. 242.. Or. 1. 264. 280.
——— impetrare. Or. 3. 137.
——— tribuere. *Ibid.* 3. 69.
——— dare. *In hoc loquendi genere non semper delicti, aut culpæ remissio intelligitur, sed nonnunquam petitionis concessio: ut sit* veniam dare, *idem atque concedere, quod petitur.* Ph. 3. 107.. Fam. 89. Rh. 61. 87. 126.
——— concedere. Rh. 61.
VENTER *est, qui a pectore ad pubem terminatur. Sæpe etiam pro ipsa alvo ponitur: et tunc omnes locutiones recipere potest, quæ alvo conveniunt.*
Ventrem ferre. *Id est uterum gerere, gravidam esse.* Col. lib. 6. cap. 24. et. Liv. l. 1. c. 14.

VENTUS *est aer commotus atque agitatus. Transfertur vero aliquando.*
Ventum facere. *Terentius in Eunuch.* 3. 5. Cape hoc flabellum, et ventulum huic sic facito, dum lavamur.
——— expectare. Or. 3. 154.
——— nancisci. Cæs. de B. G. lib. 4.
——— habere secundum. Fam. 243. .
Vento se dare. Cæs. de B. G. lib. 3.
Ventum sævire. *Ib.*
——— reflare. Ph. 1. 174.
——— adversum esse. Cæs. de B. C. lib. 4.
Vento adverso uti. Fam. 236.
Ventum increbrescere. *Ibid.* 105.
——— belle flare. At. 100.
——— lenem et mitem esse. *Ib.*
Cum translate ponitur.
TRANSLATIONEM *habet aliquando hoc nomen, et pro re, quæ tractatur, significationem assumit. Pro rumore et dissipato sermone poni aliquando videas: aliquando pro favore populari, vel fortunæ cursu.*
Ventos moderari, *vel* gubernare. *Cic.* Dux nobis, et auctor opus est, et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam et gubernator. Fam. 20. .
——— alicujus valde secundos esse. *Cic. ad Att.* 2. Cujus nunc venti valde sunt secundi. *Id est cujus res ex sententia cadunt.* At. 22. .
——— rumorum colligere. Or. 2. 33. .
Ventum popularem quærere. Or. 2. 44. .
VENTOSUS *est vento plenus, ut* ventosa regio. *Translate vero ponitur pro inani, vel jactantiore. Brutus Cic.* Homo ventosissimus Lepidus. Fam. 172.
VENUS. *Dea est aliquando: aliquando vero stella: aliquando pro libidine accipitur. Etiam pro pulchritudine, venustate, ornatu, et elegantia, usurpari videas: idque tam in singulari, quam in plurali numero; sed sæpius in plurali. Quintilianus lib.* 6. *cap.* 4. Quod cum gratia quadam, et venere dicitur.
Veneres dicendi summas habere. Quint. lib. 10. cap. 1.
VENUSTAS *propria est formositas, vel pulchritudo muliebris: dicta a* Venere. *Aliquando tamen ponitur pro gratia dicendi, vel amabili suavitate.*
Vultus affert venustatem. Rh. 202.
Venustatem habere. *Ibid.* 159. .
Venustate affluere. Or. 1. 265.
VERBER *est virga, vel flagellum.*
Verberibus cædere. Or. 1. 195. .
——— quæstionem habere. Or. 3. 231. .
——— excruciare. Or. 2. 5. .
——— exanimare, *vel* necare. Or. 2. 5. . Or. 3. 97. .
VERBUM *idem est quod vox, nomen, dictio.*
Verbum usitatum, et tritum. Ph. 1. 44.
Verba grandiora. *Ibid.* 94.
——— amplissima. *Ibid.* 203. .
——— gravia, plena, sonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata. Rh. 234. .
Verba dura. Rh. 190. 199.
——— inusitata. Rh. 204. Or. 3. 62. . insolentia. Rh. 190. 199. prisca. Rh. 204. . Or. 3. 62. .
——— inquinata, abjecta, non aperta, longe petita. Rh. 243. .
——— odiosa, intolerabilia. Rh. 199.
——— inepta. *Ibid.*
——— desita, obsoleta. Rh. 156. .
——— elicere. Rh. 93.
——— excutere. Rh. 241.
——— emittere. Horat. lib. 1. ep. 19.
——— facere. *Id est loqui.* Fam. 3. 60. 117. At. 322. .
——— fundere. Ph. 1. 108. .
——— habere, *pro facere.* Rh. 80. Ph. 3. 126. .
——— coagmentare. Rh. 170. 204.
——— perpetuare. Rh. 159.
——— dare. *Id est fallere, vel imponere alicui.* At. 246.
Verbo violare. Or. 2. 5. . Or. 3. 160. .
In verba alicujus jurare. *Id est sese alicui addicere.* Liv. Dec. 3. lib. 8.
Verbis conceptis jurare. Plaut. 606. *vel* pejerare. Or. 2. 45. .
Verbum de verbo exprimere. Ph. 1. 9. 49. .
Ad verbum transferre, *vel* exprimere. Ph. 1. 199. .
Verbum pro verbo reddere. Rh. 244. .
Verbis totidem transferre. Fam. 37. At. 90. .
Ad verbum ediscere. Rh. 97. . Ph. 1. 34.
Verbis meis illi salutem dicito. *Id est meo nomine.* At. 254. .
Verbi gratia. Ph. 1. 32. . Verbi causa. Or. 1. 134. . Ph. 2. 141. *Id est exempli gratia.*
Verbo tenus. *Cicero de Legib.* 3. Veteres verbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem de Republica disserebant. Ph. 2. 186. .
Uno verbo aliquid facere, consequi. Or. 2. 106. . labascere, terrere, vincere. Teren. Eun. 1. 2.
VERITAS *est vera ratio, vel res vera.*
Ad veritatem traducere. Ph. 1. 231. *vel* revocare. Ph. 3. 69.
——— dirigere. Ph. 2. 85. .
——— adducere. Rh. 170. .
Veritate adduci, ut. Fam. 218.
Ad veritatem dicere, *vel* loqui. Ph. 3. 113.
Veritatem limare in disputatione. Ph. 3. 40.
A veritate desciscere. Ph. 1. 12. .
VERSURA a verto, vertis *dicitur, cum aliquid vertitur: hoc est conversio. Scriptoribus agriculturæ dicitur, cum Boves in arando post peractum legitimum sulcum circumaguntur, vertunturque.*
Versuram facere, *honesta locutione apud Romanos dicebatur, quod nos nunc dicimus, pecuniam mutuari, vel alteri se obligare, ut vetus debitum dissolvatur.* At. 68. 161. . 247. . Or. 1. 146.

Versura solvere. *Id est creditorem mutare, et nomen nomine dissolvere.* At. 76.
VERSUS, us, ui, *est carmen, vel modus.*
Versus scribere. Or. 1. 164..
Versibus aliquid scribere. Rh. 90.. Fam. 16..
Versus facere. At. 325.. Or. 1. 252. *vel* conficere. Rh. 147..
——— fundere. Rh. 161.
——— componere. Tibul. lib. 3. ep. 2.
VESPERUS *est extremum tempus diei.*
Ante Vesperum. At. 199.
Ad vesperum. At. 27.. Or. 3. 175. Ph. 1. 247. Ph. 2. 105.. Ph. 3. 79..
VESTIGIUM *proprie est locus, in quo pedem impressimus. Sed per translationem ad multa eleganter convertitur; et ponitur pro signo, monumento. Dicimus item vestigium temporis, pro puncto temporis, id est maxima celeritate. Cæsar de Bel. Civil. lib. 2.* Eodem tempore vis magna pulveris cernebatur, et vestigio temporis primum agmen erat in conspectu.
Vestigium facere. Or. 1. 292.. Or. 3. 130..
——— imprimere. Rh. 198. Or. 1. 299.. Or. 3. 153.
——— figere. Or. 3. 5..
——— ponere. *Ibid.* 189. Ph. 1. 125.
——— inflectere. Ph. 2. 25..
Vestigia alicujus persequi. Rh. 93.. 193..
——— extare. Or. 3. 57.
——— reliqua esse. Fam. 58.
——— apparere. Fam. 134.. Rh. 88.
VESTIMENTUM, vestis, vestitus, us, ui. *Eadem significatione sunt tria hæc vocabula: et significant integumentum, vel ornatum.*
Vestem conficere. Or. 1. 224.
——— resarcire. Or. 3. 45.
——— induere. Ter. Eun. 4. 4.
——— mutare. At. 308. Or. 2. 206..
——— detrahere. Ter. Eun. 4. 4.
——— discindere. Or. 3. 45.
Ad vestem, *vel* vestitum redire. Or. 3. 9..
VETUSTAS *est senectus, vel antiquitas.*
Vetustatem assumere. Or. 2. 85..
——— habere. At. 225..
——— ferre. Ph. 3. 109.
Vetustate senescere. Rh. 106.
——— concoscere. Ph. 3. 91.
——— evanescere. Ph. 2. 132..
VIA *est iter: et tam loci, quam actionis est. Non minus elegans est hoc nomen cum translatione, quam in propria significatione.*
Proprie.
—— inepta. At. 260.
—— deterrima. At. 143..
—— aliquorum dierum. Or. 2. 280. Or. 1. 101. Or. 3. 172.
Viam munire. Or. 1. 277. Or. 3. 104..
—— facere. Liv. Dec. 1. lib. 3.
—— sternere. Lucret. lib. 3.
—— repurgare. } Ulpian.
—— reficere. }
—— concinnare. Plaut. 806.
—— dare alicui in aliquem locum. Or. 1. 289..
Viam patere. Or. 3. 231.
In viam dare se. Fam. 237..
Viæ se committere. *Ibid.* 258.
In via esse. *Ibid.* 262. At. 41.
Viam procedere. At. 94..
—— progredi. Ph. 2. 86.
—— conficere. Ph. 3. 78.
De via deflectere. Ph. 3. 34..
——— declinare. Ph. 3. 107. Ph. 1. 125.
E via excedere. Cæs. de B. G. lib. 5.
Viam tangere. *Id est domum viæ contiguam habere.* Or. 3. 111.
Translate.
Via, *cum per translationem ponitur, fere semper pro ratione est, vel instituto. A Græcis* methodus *dicitur.*
Vias dare. Ph. 2. 129..
—— tradere. Ph. 2. 108.. 159..
—— præbere. Ovid. Meta. lib. 11.
—— nosse rei alicujus, At. 292..
Viam sequi. Or. 2. 120.
Vias omnes persequi. Fam. 57..
Viam habere multiplicem rei alicujus faciendæ. Rh. 207.
In viam deducere. Ph. 2. 164.
——— redire. Or. 3. 240.. *Duæ sunt hæ insigniores loquendi formæ a viæ translatione ductæ.* Estque in viam reducere, *idem quod ab errore revocare. Et* in viam redire, *est ad sanitatem redire, resipiscere, et ad meliorem (quod dicitur) se frugem recipere.*
VIATICUM *est, quicquid iter agendi causa necessarium est, sive cibus est, sive pecunia in victum expendenda.*
——— quærere. Ph. 3. 91.
——— congerere. Or. 2. 264.
——— præripere. At. 58..
——— eripere. Fam. 184..
——— habere. 7. At. ep. 17.
Viatico opus esse. 15. At. ep. 20.
VICARIUS. *Est vicarius, qui pro alio in aliquo munere constitutus est: id est qui alterius vices gerit.*
Vicarium dare. Fam. 265.. Or. 3. 240.
——— aliquem alicui succedere. Or. 1. 174.
——— esse. Or. 2. 172.
——— subtrahere. Or. 2. 143..
VICES. Vicis *nominativus singularis vix apud Latinos reperitur.* Vices *autem variis significationibus usurpant Latini. Modo enim pro vicissitudine, sive munere ponunt. Modo pro casu, vel infortunio accipiunt. Modo pro pœnis et incommodis.*
Pro munere vel loco.
In vicem rei alicujus aliquid agi. Suet. in Ner. cap. 31.
Vice alicujus aliquid fieri. *Columella lib.* 3. *cap.* 14. Potest malleolus protinus in vicem viviradicis conseri.
Servare vices loquendi. Quinctil. l. 6. c. 5.
Vice fungi. Liv. Dec. 1. lib. 1. *vel* vicem. Id.
—— uti. Hor. ad Pis. 304.
Vicem supplere. Plin. lib. 5. ep. 101.

Vicem reddere. *Idem* lib. 7. cap. 8.
Permutare vices. Curt. l. 8. c. 6.
Pro casu, vel infortunio.
Vicem timere. Fam. 176. . *vel* pertimescere. Or. 2. 214. .
——— irasci. Liv. Dec. 4. lib. 4.
——— dolere. Fam. 50. 197. . At. 58. 92. . 133. 279. . Conqueri. Suet. Aug. c. 66.
——— ulcisci. Fam. 10.
VICINITAS *pro vicinorum propinquitate, vel vicinorum multitudine accipitur.*
Vicinitatem esse alicui cum aliquo. Or. 2. 27. .
Ad Vicinitatem se conferre. Or. 2. 45.
Totam vicinitatem personare re aliqua. Or. 1. 41.
VICISSITUDO *est alternatio, mutatio ex alio in aliud, et quædam velut varietas.*
Vicissitudines efficere. Rh. 161.
——— distinguere. Or. 2. 142. .
Vicissitudine uti. Ph. 3. 27.
Vicissitudines conficere. Ph. 2. 45. .
——— conservare. Ph. 2. 12. 51.
VICTIMA *erat hostia, quæ post victoriam immolabatur.*
Victimam se Reipublicæ præbere. Ph. 1. 77. .
——— mactare. Or. 2. 164.
Victimis cæsis litare. Suet. in Ner. c. 25.
VICTORIA *dicitur res bene gesta.*
Victoriam portendere. Liv. Dec. 3.
——— parere. Fam. 124. .
Victoriæ initium oriri. Cæs. de B. C. lib. 3. *vel* nasci. *Ibid.*
Victoriam in manibus esse. Sal. in Catil. c. 20.
——— habere. Liv. Dec. 3. lib. 10. c. 30.
——— deferre. Liv. Dec. 1. lib. 5. .
——— dare. *Ib.* Facere. Id. I. 1. c. 37.
——— tribuere. Cæs. de B. C. lib. 4.
——— adipisci. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— consequi. Or. 3. 41.
——— ad aliquem venire. 4. Fam. 9.
——— habere. Liv. Dec. 3. Referre. Idem. l. 4. c. 10.
——— conclamare. Cæs. de B. G. lib. 5.
——— concelebrare. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— reportare. Or. 2. 5.
——— exercere. Sal. in Catil.
——— stare. Liv. Dec. 3. lib. 3. constare. Cæs. de B. G. lib. 7. consistere. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— retinere. Sal. in Jugurt.
——— morari. Liv. Dec. 3.
——— interpellare. Cæs. de B. C. lib. 3.
——— differre. Liv. Dec. 3.
——— transferre. Cæs. de B. C. lib. 4.
——— eripere. Sal. Jugurt. c. 82.
——— extorquere. Liv. Dec. 3.
——— excidere e manibus. At. 187. .
VICTUS, us, ui. Victum *cum Jurisconsultis ita exponimus, ut victus verbo contineantur quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria.*
Victum dare. Plaut. 69.
——— præbere. Rh. 105.
Ad victum suppeditare. Ph. 3. 3. .
Victu tenui vitam sustentare. Ph. 3. 112.
Victum colere. *Cicero ad Atticum.* Nunc plane nec victum ullum, nec vitam colere possum. At. 195.
VIGILANTIA *est attentio.*
——— horribili plenus. At. 124.
——— singulari aliquid servare. Or. 1. 235. .
VIGILIA. *Vigilias vocant Latini exubias. Tu vero observa,* vigilias, *et* vigiliam *fere esse militum : unde manant istæ locutiones,* prima, secunda, tertia vigilia. *Vigilias quoque pro custodibus, et iis qui vigilant, dici reperias apud Latinos, eo certo modo, quo servitia pro servis ipsis dicimus.*
De vigilia. *Cæsar lib.* 1. *de bell. Gallico:* De tertia vigilia cum tribus legionibus ex castris profectus est.
In vigilias ire. Plaut. 635.
Vigilias inire. Tacit. lib. 23.
——— agere. Or. 1. 222.
——— exigere. Or. 2. 113.
Vigiliam tradere. *Cic. Fam.* 21. Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere, sed ita, ut non desim constantiæ meæ. *Allusit hic Cicero ad vigilias militares, quæ in quaterna horarum spatia dividuntur.* Fam. 178. .
VINCULUM. *Vincula generaliter sunt, quibus res quævis ligantur: sed quoniam fere fit, ut, qui graviter flagitiosi in carcerem conjiciuntur, sint vinculis obstricti, obtinuit usus, ut* vincula *pro carcere ponantur.*
Vincula injicere. Ph. 1. 106.
Vinculis devincire. Or. 2. 63. .
——— constringere. Rh. 104. Or. 2. 63. *vel* astringere. Fam. 42. Ph. 1. 16. At. 89. .
——— colligare. Ph. 2. 213.
In vincula abripere. Or. 1. 205.
——— conjicere. Or. 1. 239.
Ex vinculis causam dicere. Cæs. B. G. l. 1.
Vinculis mandare. Or. 2. 120. .
In vinculis retinere. Salust. in Catil.
Vinculis levare. Ph. 1. 174.
Ex vinculis emittere. Ph. 1. 164.
Vincula revellere. Or. 1. 298.
——— rumpere. Or. 2. 119. Ph. 1. 164.
VINEA. Vineæ *propria et peculiaris significatio certe non est tam ampla, ac vineti ; sed tamen locum vitibus consitum complectitur. Pro instrumento bellico etiam* vinea *Antiquis fuit.*
Vineam instituere. Or. 2. 79.
Vineas constituere. Col. lib. 5. cap. 1.
——— ordinare. Col. lib. 3. cap. 13.
——— conserere. Col. lib. 3. cap. 3.
——— ponere. Col. l. 4. c. 4. *vel* disponere. Col. l. 3. c. 13.
——— deponere. Col. l. 3. c. 14.
——— semitare. Plin. lib. 17. cap. 22.
——— limitare. *Ib.*

Vineas decussare. Col. lib. 3. cap. 13.
Vineam frequentare. Col. lib. 4. cap. 15.
——— fodere. Col. lib. 4. cap. 28.
——— sternere. Col. lib. de arb. cap. 6.
Vineas putare. Col. lib. de arb. cap. 5.
——— tondere. Col. lib. 4. cap. 15.
——— interradere. Plin. lib. 15. cap. 1.
——— incidere. Virg. Ecl. 3.
Vineam resecare. Col. de arb. cap. 6.
——— pampinare. Col. lib. 4. cap. 31.
——— adumbrare. Col. lib. 5. cap. 5.
——— progemmare. Col. lib. 4. cap. 27.
——— pubescere. Virg. Georg. lib. 2.
Vineas palare. Col. lib. 11. cap. 2.
VINETUM *dicitur plaga, vel regio, aut magnus soli, vel terreni alicujus tractus vineis consitus.*
Vinetum ordinare. Col. lib. 4. cap. 27.
——— instituere. Col. lib. 3. cap. 2.
——— conserere. Col. lib. 31. cap. 11.
VINUM *a vi deducitur, ut quidam volunt, quod vim menti inferat.*
——— dulce. Horat. l. 3. od. 1.
——— lene. Teren. Heaut. 3. 1.
——— asperum. *Ibid.*
——— austerum. Col. lib. 3. cap. 2.
——— torvum. Plin. lib. 17. cap. 23.
——— molle. Virg. Georg. lib. 1.
——— bonum. Var. de re rust. lib. 3. cap. 9.
——— odoratum. Plin. lib. 21. cap. 7.
——— tenue. Ovid. de Art. lib. 1.
——— leve. Ph. 1. 230. .
——— fugiens. Ph. 3. 70. .
——— firmum. Virg. Georg. lib. 2.
——— forte. Col.
——— vehemens. Cels.
——— vetustatem patiens. Ph. 3. 109.
——— vetustate coascens. Ph. 3. 91.
——— vetustate evanescens. Ph. 2. 132. .
——— vetustate edentulum. Plaut. 663.
——— acidum. Cato cap. 148.
——— mucidum. Cato cap. 146.
——— inveteratum. Plin. lib. 14. cap. 2.
——— vetulum. Col.
——— pendens. *Id est quod in vinea pendet, et in ipsis uvis adhuc continetur.* Cato cap. 147.
——— doliare. *Id est, quod jam in doliis est.* Cat. c. 148.
——— factum. *Id est jam in doliis conditum, non amplius turbulentum.* Varro lib. 1. cap. 65.
——— fervere. *Ibid.*
——— elutriare. *Id est transfundere.* Plin. l. 14. c. 17.
——— fundere. Virg. Æn. lib. 5.
——— meracius sumere. Ph. 2. 75. .
Vini plenus. Or. 2. 206. .
Vino prolui. Horat. Serm. 1, Sat. 5.
——— obrui. Or. 3. 148. .
Vinum exhalare. Or. 3. 168. .
——— edormire. Teren. Adelph. 5. 2.
VIRES *ponuntur pro nervis, robore, conatu, vel potentia: sicque maxime sunt corporis, et habitudinis firmioris. Sunt tamen etiam animi: quod fit per translationem.*
Vires dare. At. 102.
——— colligere. Fam. 176.
——— sumere. Hor. lib. 1. ep. 19.
——— habere. Ph. 3. 86. . 105. 118. . Or. 2. 176. Ph. 2. 157.
——— experiri. Or. 3. 200.
——— tentare. Ovid. Amor. 1. el. 8.
——— exercere. Rh. 97.
Pro viribus aliquid agere. Ph. 3. 82. .
Omnibus viribus aliquid agere. Fam. 62. . Ph. 1. 191. 195.
Vires frangi. Virg. Æn. lib. 2.
——— aliquem deficere. Rh. 101. .
——— amittere. Fam. 107. .
——— revocare. *Ib.*
——— recuperare. Tac. lib. 19.
VIRGA *est flagellum.*
Virgis cædere. Or. 1. 163. Or. 2. 149. . Ph. 2. 92.
Virgas a corpore alicujus amovere. Or. 2. 92. .
——— expedire. Liv. l. 3. c. 16.
VIRGO *est fœmina nondum corrupta: id est quæ rem cum mare nihildum habuit. Translate de re omni intacta dicitur.*
Virginem comprimere. Liv. Dec. 1. lib. 1.
——— violare. Fam. 140.
VIRIDITAS *translate pro viribus, vel robore aliquando ponitur.*
Viriditatem habere. Ph. 1. 206. .
In viriditate esse. Ph. 3. 97. .
Viriditatem auferre. *Ib.*
——— amittere. Or. 3. 75.
VIRTUS *est animi habitus, naturæ moderationi consentaneus: vel est affectio animi constans, conveniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus est. A* viris *autem* virtus *nomen est mutuata.*
Virtutis amore teneri. Horat. lib. 1. ep. 16.
Virtutem consequi. Or. 2. 193. .
Virtutis compotem esse. Ph. 1. 236.
Virtute ornatum esse. Ph. 3. 10. .
Virtutem habere. Or. 2. 202. . Rh. 91. . At. 291. . et al.
Virtute præditum esse. Ph. 3. 114.
Virtutem perspicere in aliquo. Ph. 3. 101. .
Virtute carere. Horat. lib. 2. ep. 2.
Virtutem repudiare. Ph. 3. 105. . 107. .
VIS. *Hujus nominis significationem multiplicem esse constat. Ponitur aliquando pro numero, copia, vel abundantia: unde dicimus magnam* vim *vasorum, magnam* vim *auri, vel argenti, et similium. Aliquando etiam ponitur pro robore. Præter hæc ponitur etiam pro virtute et efficacia, vel violentia et impetu.*

Pro virtute et efficacia.

Vim dare. At. 54.
——— afferre. Ph. 3. 101. Fam. 14. Rh. 94.
——— esse. Ph. 3. 36. . 42. *vel* inesse in re aliqua. Fam. 80.
——— habere. Fam. 43. 65.
——— experiri. Or. 3. 50.

Vim indicare. Ph. 3. 100..
Pro violentia et impetu.
Vim denuntiare. Or. 2. 136.
—— suscipere contra aliquem. Or. 3. 104.
—— conferre in aliquem. Fam. 10.
—— afferre. Fam. 139.. At. 148. Or. 1. 88.. 134.. 296.. et al.
—— offerre, *vel* inferre. Or. 3. 103.
—— adhibere. Or. 1. 115. Or. 2. 101. 74.
—— facere. At. 55. Or. 1. 285. 289.
—— repellere. Or. 3. 11..
VISCERA *significant partes omnes, quæ continentur in ventre, et thorace. Translate sæpe hoc nomen usurpant Latini.*
Tela adhærere in visceribus. In Vatin. 13.
Malum esse inclusum in visceribus reip. 1. Catil. 31.
Ex visceribus causæ aliquid sumere. 2. de Or. 318.
Visceribus ærarii villam extruere. Or. 2. 238.
Aliquid in visceribus medullisque condere. 5. Tusc. 27.
In visceribus hærere. Ph. 1. 214. At. 86. *Per translationem tum id elegans est, quam quod dicimus,* in medullis : *ut, aliquem nobis* hærere, *vel* inhærere in visceribus ; *h. e. amari.*
Malum aliquod insidere in visceribus Reipub. Or. 2. 103..
A visceribus alicujus aliquod malum avertere. Or. 3. 262..
VISIO *est id, quod videtur.* Visum *est somnium, et quidquid sensibus apparet. Utrique tamen eandem significationem assignare recte potes.*
Visionem fieri. Ph. 2. 42..
Visum dare. Ph. 2. 134..
——— objicere. Ph. 2. 93.. 137.. 149.
VISUS, us, ui, *est videndi actus.*
Visum fallere. Plin. l. 9. c. 50.
——— perstringere. Quint. lib. 10. c. 1.
VITA *est non solum vis ipsa, qua vivunt sive rationis participia, sive rationis expertia; sed pro ipso etiam vitæ cursu a Latinis accipitur. Unde dicimus vitam turpem, vel honestam agi, aut degi, pro vitæ cursum honestum, aut turpem tenere, atque conficere.*
Vita honesta. Or. 1. 26.
—— constans. Rh. 227..
—— probata. *Ibid.*
—— suavis. Or. 1. 26.
—— jucunda. Ph. 1. 168..
—— quieta. Ph. 1. 63..
—— tranquilla. *Ib.*
—— delicata. Ph. 1. 180..
—— umbratilis. *Ib.*
—— insuavis. Rh. 111.
—— amara. Ph. 1. 58.
—— districta labore ambitionis. Rh. 145.
—— arida. Or. 1. 17..
—— horrida. *Ib.*
—— agrestis. Rh. 87..
—— fera. *Ib.*
—— vitiosa. Ph. 1. 83.
—— flagitiosa. *Ib.*

Vita, *cum blandientis est. Aliquando per hanc vocem eleganter blandimur, cum aliquem vitam nostram appellamus, eum, vel eam scilicet, in cujus desiderio toti acquiescimus. Cicer. Fam.* 14. Obsecro te, mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios, qui possunt, si modo volunt, sustinere. Fam. 233.
Vitam dare. Or. 2. 193.. Or. 3. 161.. Ph. 1. 168..
——— afferre. Teren. And. 1. 2.
——— tradere. Or. 2. 204.
——— concedere. Fam. 132..
——— habere ab aliquo. Or. 3. 172.
——— suppetere. Ph. 1. 51.
——— suppeditare. Rh. 174. 175. 187. Or. 3. 186.
In vitam introire. Ph. 3. 98..
——— venire. Ph. 2. 168.
In vita esse. At. 304.
Vitam agere. Rh. 174.. Fam. 81.. Or. 3. 223..
——— degere. Fam. 180.. Or. 2. 181.. Or. 1. 42..
———. Or. 1. 132. Or. 2. 53.. *vel* vita vivere. Fam. 77..
——— traducere. At. 285..
——— producere. Rh. 31..
——— perducere ad. Ph. 3. 89..
——— transigere. Salust. in Catil.
——— exigere. Terent. Heaut. 2. 3.
——— transire. Salust. in Catil.
——— propagare. Rh. 42.
——— teneri. Ph. 2. 53. *vel* contineri re aliqua. Or. 3. 135..
——— retinere. Or. 1. 165.. Or. 3. 211. At. 305..
——— sustentare. Ph. 1. 160.
Vita frui. Or. 2. 53.. 119..
In vita manere. Fam. 56.. 71..
——— commorari. At. 304.
Vitæ parcere. Ph. 2. 62..
—— cursus. Fam. 81. 217.. Or. 3. 13.. Rh. 85. *vel* curriculum. Or. 2. 96.. 191.
Vitam instituere. Terent. And. 1. 1.
——— colere. Rh. 28.. At. 195..
——— polire. Or. 3. 22..
——— dirigere. Or. 2. 124..
——— esse sic, *pro sic esse institutam.* Or. 1. 32..
——— appetere, *vel* expetere. Or. 3. 149.. Ph. 1. 133.
——— persequi. Or. 3. 242.
Ad vitæ exitum vocare. Fam. 81..
Vita expellere. Or. 2. 132..
Vitam adimere. Or. 2. 280.. Or. 3. 161..
——— auferre. Ph. 3. 92.
——— eripere. Rh. 143.. Or. 3. 172.
Vita privare. Or. 2. 91.. Or. 3. 126. 222..
Vitam exhaurire. Or. 3. 13..
E vita. Rh. 165. Ph. 1. 155.. *vel* vita cedere. At. 329.
——— decedere. Or. 2. 97.
——— excedere. Ph. 3. 97.. Fam. 50..
A vita discedere. Fam. 18..
——— recedere. Ph. 1. 217..

E vita exire. Ph. 3. 98..
——— vita desciscere. Ph. 1. 108.
——— migrare. Ph. 1. 61.. 108. Ph. 2. 181. Ph. 3. 126..
——— demigrare. Or. 2. 96..
——— emigrare. Ph. 2. 180.
Vitam deserere. Or. 3. 14.. Ph. 3. 92.
——— ponere. Fam. 142.
——— profundere. Fam. 4..
——— patriæ reddere. Or. 3. 264.
——— abjicere. At. 48..
——— edere. Ph. 1. 125.
Vitalia lumina linquere. Ph. 2. 84.
Vitæ extremum spiritum edere. Or. 3. 243.
——— supremum diem agere. Ph. 1. 85.
——— extremum diem morte conficere. Ph. 1. 106.
Vitam amittere. Rh. 38. Or. 23.. Or. 1. 3. 108..
——— conterere. Ter. Adel. 5. 4. 15.
——— deficere. Or. 1. 250..
——— effluere. Ph. 1. 187..
Vita carere. Or. 2. 96..
Ad vitam revocare. Or. 2. 209. At. 116.
Vitis, *si propriam vocabuli vim retinet, materiam ipsam, atque adeo semen, sive plantam, qua vineæ conseruntur, significat. Quin etiam vitis lignum ipsum nodosum ex planta decerptum, et foliis nudatum denotat. Unde Castrensis olim moris, ac juris fuisse scito, ut milites a Centurionibus vite cæderentur ; hoc est, nodosa vitis virga, vel baculo ex antiqua vite facto.*
Vitem mergis propagare. Col. lib. 4. cap. 2.
——— exputare. Col. lib. 3. cap. 15.
——— insecare. Col. lib. 4. cap. 15.
——— amputare. *Ib. vel* putare. Rh. 106..
——— ablaqueare. Col. lib. 4. cap. 8.
——— procidere. Col. lib. 4. cap. 15.
——— stercorare. Pall. lib. 9. tit. 2.
Vites inserere. Col. lib. 4. cap. 29.
Vitem adæquare. Col. de Arb. cap. 5.
——— adobruere. Col. lib. 4. cap. 8.
——— aggregare. Col. de Arb. cap. 5.
——— propagare. Ph. 3. 88.
——— pampinis spoliare. Col. lib. 11. cap. 2.
——— renovellare. Col. de Arb. cap. 6.
——— repullulascere. Col. lib. 4. cap. 24.
——— repubescere. Col. lib. 2. cap. 1.
——— adminiculare. Plin. l. 14. cap. 1.
Vites palare. Col. lib. 11. cap. 2.
——— alligare. *Ibid.*
——— nodare. Cato cap. 32.
——— vincire. Virg. Georg. lib. 2.
——— statuminare. Plin. lib. 17. cap. 22.
——— pedare. Col. l. 4. c. 12. *vel* impedare. Col. l. 4. c. 16.
——— jugare. Col. de Arb. cap. 5.
Vitiarium *fere idem, ac vinetum, significat : sed hoc a* vinea *ductum est ; illud a* vite. *Est autem* vitiarium *ager vitibus vestitus.*
——————— facere. Col. lib. 3. cap. 5.
Vitium *ita fere definitur, ut dicatur proprie, quod virtuti sit oppositum. Non tantum vero ad animum refertur, sed etiam ad corpus : unde vitiosum mancipium, vel vitiosum jumentum, idest morbosum. Pertinet etiam ad res ipsas ; ut,* sedes vitiosæ, tabulata vitiosa, *quæ scilicet vitium faciunt. Capitur quoque pro vitiositate. Aliquando item pro culpa. Aliquando pro stupro. Extra has omnes significationes interdum ad auguriorum, et auspiciorum rationem pertinet. Etenim quod in auguriis, vel auspiciis inauspicato fit, id* vitio *fieri dicunt Latini.*
Ad rationem auguriorum pertinens.
Vitium obvenire. Or. 3. 176.
Vitio aliquid fieri. *Id est non servatis rite auguriorum ceremoniis.* Ph. 2. 86.
——— magistratum capessere. Or. 3. 176. Ph. 2. 28.
Extra eam significationem.
Vitium virgini offerre. *h. e. stuprum.* Ter. Hec. 3. 3.
Vitio aliquid alicui vertere. Fam. 99.
In vitio ponere aliquid alicui. Ph. 1. 193.
Vitio dare. Fam. 179.. Or. 1. 26. Ph. 3. 14.. 45..
Esse vitio. Ph. 1. 224. Ph. 1. 131.. *Id est crimini esse.*
Vitiorum gurges. Or. 1. 152.
——— vorago. *Ib.*
In vitium delabi. Rh. 131..
Vitium concipere. Ph. 2. 190..
Vitio affinis. Rh. 65..
In vitio esse. *Id est vitio affinem esse.* Ph. 3. 5..
Vitiis cumulari. Rh. 110.
——— inquinari. Ph. 1. 193..
——— contaminari. *Ib.*
Vitium habere. Ph. 103..
——— erumpere in aliquem. Ph. 3. 110..
A vitiis abstinere. Or. 1. 148..
Vitia declinare. Ph. 3. 4..
Vitia effugere. *Ib.*
Vitio carere. Fam. 90..
A vitio abesse. Rh. 36. Ph. 1. 161..
Vitia virtutibus emendare. Nepos in Them. c. 1.
Vitium alicui in bonum convertere. Rh. 177.
Vituperatio. *Vituperare est crimini, vel culpæ dare : vel de dignitate, et auctoritate alicujus detrahere. Verbi sui significationem verbale ipsum retinet. Et tam passive, quam active ponitur.*
In vituperationem adducere. Or. 1. 179.
——————— cadere. At. 228.
Vituperationi esse. 13. Fam. ep. 73.
In vituperationem adduci. Ver. 1. c. 61.
Vituperationem subire. At. 234..
——————— vitare. At. 298. Or. 3. 78..
——————— effugere. At. 256..
Vituperatione liberare. Or. 2. 255..
Umbra *est aer carens sole : quod fit alicujus corporis objectu, præsertim nubium. Ponitur etiam aliquando pro imagine ; cui opponitur solida et expressa effigies. Dicuntur et umbræ, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ sunt, solidæ videantur.*

Adhæc ponitur translate pro specie quadam. Appellantur item umbræ inferorum imagines. Porro umbræ proverbiali locutione dicebantur hi, qui venirent ad convivium, non ipsi quidem vocati, sed comites eorum, qui vocati fuerant, sic illos sequentes, velut umbra corpus ultro sequitur.

Ne umbram quidem ejus novit. At. 108..

Velut umbram sequi. *Velut umbra sequi dicitur, qui nunquam deest. Nam umbra corpus assectatur, velit, nolit.* Ph. 1. 172.

Umbram suam metuere. *Suam ipsius umbram metuere dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi omnino nihil sit periculi.* At. 257.. Ph. 2. 206.

UNGUENTUM *non est medicamentum, ut vulgus existimat et tenax illa compositio, qua, Chirurgi utuntur ad vulnera curanda; sed commistio odorum diversorum, addito oleo, aut balsamo, aut aliquo pingui ad ungenda corpora, deliciarum et luxuriæ causa inventa.*

Unguentum condire. Rh. 152. Ph. 2. 55.. *vel* componere. *Ib.*

Unguento perfricare. Or. 1. 160..

Unguentis oblinere. Or. 2. 206..

———— ungere. Or. 1. 218.

———— affluere. Or. 3. 6..

Unguenta olore. Rh. 152.

UNGUIS. Ungues *sunt digitorum extremæ partes; et proprie eorum animalium sunt, quæ digitos habent separatos, ut sunt Homines, Simiæ, Aves.*

Ne latum. Plaut. 179. *vel* transversum quidem unguem a re aliqua discedere. Fam. 107. At. 210.

Ab imis unguibus usque ad verticem summum perpendere aliquem. Or. 1. 48.

Ungulis omnibus aliquid facere. *Id est omnibus viribus.* Ph. 1. 187.

A teneris unguiculis. *Id est a prima pueritia.* Fam. 6.

Tamquam unguem existere in ulcere. *Id est rem per se satis acerbam exulcerare gravius. Cic. pro domo sua:* Tu in hoc ulcere tamquam unguis existeres. Or. 2. 215.

VOLUMEN *est liber, in quo scripta quælibet continentur: quod a* volvendo *dictum tradunt; quoniam Majores scripta sua volvendo complicabant.*

In volumen referre. Fam. 263.

Volumen evolvere. 9. At. ep. 10.

———— conficere. Fam. 135..

———— efficere. Ph. 1. 191.

———— explicare. Or. 1. 35.

VOLUNTAS *duplici significato est. Interdum pro benevola animi inductione a Latinis ponitur. Interdum pro consilio et mente.*

Pro benevola animi inductione.

Voluntatem conciliare. At. 2..

Voluntates conglutinare. Fam. 181.

———— copulare. Fam. 32..

Voluntatem alicujus ad aliquem accedere. Ter. prol. Phorm.

———— conferre in aliquem. Fam. 211.

Voluntatem profiteri. *Id est deferre, vel conferre.* Fam. 148.

———— habere erga aliquem. Fam. 87. 220..

———— aggregare ad aliquid. Fam. 12.

———— declarare. Fam. 90.

———— præstare. Fam. 10..

———— accipi. *Id est redamari.* Fam. 60.

———— emetiri. Rh. 166.

———— conservare. Fam. 61..

———— retinere. Or. 2. 87..

In voluntate manere. Fam. 61..

Voluntatem mutare. Fam. 15.. 63. Or. 1. 55.

De voluntate remittere. At. 288..

Voluntatem alienare. Fam. 34..

———— offendere. Fam. 17.. 135..

———— alicujus ab aliquo abhorrere. Fam. 28.. Or. 1. 110.

———— reconciliare. Fam. 3. 153..

———— recuperare. At. 6. 141.

Pro instituto, sententia, consilio.

In voluntatem adducere. At. 18..

Voluntatem suscipere. Or. 2. 115..

———— habere. Or. 1. 282. Or. 3. 18..

In voluntate esse. Or. 2. 65.. Or. 3. 138. At. 178..

Ad voluntatem incumbere. At. 18.

Voluntatem alicui accidere. Rh. 62..

———— mutare. Fam. 14.

———— abjicere. Rh. 121..

Ex voluntate aliquid facere. Or. 2. 77. Fam. 217..

VOLUPTAS *est elata præter modum lætitia, opinione præsentis alicujus boni. Unde quicquid cum delectatione animum demulcet,* voluptas *dicitur. Vel dicitur* voluptas, *quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet, et cum jucunditate quadam percipitur sensibus. Ad summam, omne id, quo gaudemus,* voluptas *est; ut omne, quo offendimur, dolor. Indifferenter tam in bonam, quam in malam partem sumitur, etiam sine adjectivo id designante.*

Voluptati esse. Fam. 8.. 23. At. 39..

Voluptatem dare. Plaut. 85.

———— efficere. Ph. 1. 68.. Ph. 3. 75..

———— conciliare. Rh. 212..

Voluptate afficere. Fam. 103. At. 284..

———— perfundere. Rh. 181.

Voluptatem capere. Fam. 31.. 40. 43.. 60. Rh. 177.. et al.

———— sumere, *vel* assumere. Ph. 1. 55..

———— accipere. Ph. 1. 65. At. 327.

———— percipere. Rh. 101. Ph. 1. 53..

———— habere. Fam. 22..

In voluptate esse. Ph. 1. 6.. 57.

Voluptate titillari. Ph. 1. 57. 200.. Ph. 3. 46.

———— omnia metiri. Rh. 148.. Or. 3. 94. Fam. 101..

Ad voluptatem referre. Ph. 3. 102. Fam. 141..

Voluptatibus se dedere. Ph. 3. 33.

———— se tradere. Ph. 3. 112.

———— affluere. Ph. 1. 57.

Voluptatibus colliquescere, *vel* liquescere. Ph. 1. 186. .

Votum *propriè est promissio facta Deo, voluntas, desiderium; quod ea valde desideramus, quæ voto a Deo poscimus.*

——— vovere. Liv. Dec. 3. lib. 1.

——— nuncupare. Or. 1. 242. . Or. 3. 185. .

Vota nuncupare *est vota polliceri, et destinare vel pro felici rerum eventu, vel pro alicujus salute: quod apud Antiquos non fiebat sine solemni ritu et religione. Unde dicebantur* nuncupata vota, *quæ Consules, Prætores, Imperatores, cum in Provincias proficiscebantur, faciebant: eaque in tabulas præsentibus multis referebantur.*

——— suscipere. Ph. 2. 70.

——— facere. Fam. 85. 96. . At. 134. Or. 2. 108. 250.

——— debere. Or. 1. 228. .

Voto teneri. At. 190. .

Votum reddere. Ph. 2. 174.

——— solvere. At. 243. Or. 3. 185.

——— persolvere. Or. 2. 250.

Vox *generaliter est omne, quod sonat. Ponitur persæpe pro sermone, vel verbis ipsis.*

—— mollis. Rh. 146. .

—— muliebris. *Ib.*

—— effœminata. Or. 2. 277. .

—— absona. Rh. 146. .

—— absurda. *Ib.*

—— agrestis, *vel* rustica. *Ib.*

—— rauca. Rh. 177.

—— inclinata. Rh. 199. 202.

—— ululans. Rh. 199.

—— dura. Ph. 2. 55. .

—— fusca. *Ib.*

—— dulcis. Rh. 202.

—— suavis. Rh. 96. 186. 210. . Ph. 3. 27.

—— clara. Fam. 19. . Ph. 3. 27. Rh. 202.

—— grandior. Rh. 192.

—— plenior. Rh. 96. 192.

—— canora. Rh. 186. Ph. 2. 55. Ph. 3. 27.

—— lenis. Ph. 2. 55.

Vocem excitare. Rh. 107.

——— elicere. Or. 3. 50. Ph. 1. 187.

——— intendere. Rh. 163.

——— contendere. Rh. 202.

——— tollere. Virg. Æn. lib. 6.

——— flectere. Rh. 202.

——— mutare. *Ib.*

——— mittere. Or. 2. 36. 146. 147. Or. 3. 12. 49.

——— habere. Or. 2. 156.

——— supprimere. Rh. 204. . Or. 2. 172. .

——— includere. Or. 3. 130.

——— includit alicui admiratio. Liv. l. 2. c. 1.

——— hærere. Virg. Æn. lib. 2.

——— consistere. Or. 2. 241.

Urbanitas *significat festivitatem, in qua nihil insit absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum; et in qua neque sensu, neque verbis, neque ore, gestuve possit quicquam reprehendi.*

Urbanitate limatum esse. Ph 41.

Urbanitatem exarescere. Fam. 106. .

——— deponere. Fam. 265.

Urbs *est oppidum muro cinctum. Pro civibus ipsis ponitur aliquando figurate. Dicimus etiam eleganter* urbem interiorem, urbem infimam, *pro interiore, vel infima urbis parte.*

—— et natura, et situ, et ædificiorum descriptione, et pulchritudine imprimis nobilis. Or. 2. 74.

—— pulcherrima. Or. 2. 110.

—— florentissima. *Ib.*

—— potentissima. *Ib.*

Urbem constituere. Or. 2. 104. 247.

——— ædificare. Or. 1. 228. Ph. 3. 35.

In. Or. 1. 86. . Ph. 3. 49. *vel* Urbem invadere. At. 322. .

Urbem capere. Virg. Æn. lib. 2.

——— excindere. Or. 2. 280.

——— evertere. Ph. 3. 97. .

——— relinquere. Fam. 27. 46.

——— deserere. At. 294. .

Urbe excedere. At. 282. .

Ab. Or. 1. 290. Or. 3. 8. *vel* Urbe abesse. Fam. 71. .

Usura *aliquando idem est, quod usus: unde dicimus lucis, temporis, horæ usuram dare, largiri, eripere, auferre. At aliquando ponitur pro pecunia, quæ in fœnore sorti accedit.*

Pro usu.

Usuram rei alicujus dare. Or. 1. 251. Or. 2. 103. Ph. 1. 168. . *vel* largiri. Ph. 1. 164. . *vel* postulare. 3. de Leg. c. 1.

——— eripere. Or. 2. 184. Or. 3. 130. .

——— sarcire. Fam. 30. .

Usura falsi gaudii frui. 6. Fam. ep. 12.

Pro fœnore.

Usuram multiplicare. Plin. lib. 14. c. 4.

Usuræ cavere. At. 85.

Usuram pendere. At. 193. 194. .

——— perscribere. 9. At. ep. 13.

——— consistere. At. 85. .

Usura liberare. Fam. 243. .

Reddere sine usura. De Sen. c. 15.

Usuris levioribus pecunias mutare. Suet. in Aug. c. 39.

Usus, us, ui, *quadrifariam maxime a Latinis ponitur. Primum pro consuetudine et familiaritate. Deinde pro eo, quod necessarium est et commodum. Ponitur quoque adjective: ut,* De cæteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit. Tusc. 4. c. 2. *Idest si opus, vel necessarium fuerit. Ponitur præterea pro exercitatione, vel tractatione.*

Pro consuetudine et familiaritate.

Usum maximum *vel* veterem intercedere inter aliquos. Fam. 213. .

—— esse summum alicui cum aliquo. Fam. 142.

——— magnum alicui cum aliquo. Fam. 110.

Pro exercitatione.

Usu imbui. Rh. 123. .

Usum habere. Ph. 3. 96. Fam. 210.. Or. 3. 225.
In usu esse. Ph. 3. 99.
Usu confirmari. Quint. l. 3. c. 2.
Nullius usus imperatorem esse. Cæs. de B. C. l. 3. 45.
Usu venire. Fam. 38. 254.
Mihi sic est usus. Ph. 1. 131. *et* Ter. Heaut. 1. 1. 28. *Id est ita consuevi.*
Usus magister est optimus. Pro Rabir. c. 4.
Pro re commoda et utili, vel necessaria.
Usum afferre. Ph. 2. 56..
——— dare. Ovid. Met. lib. 2.
Usui esse. Fam. 48. 210.. At. 1.. 2.. Or. 2. 130.
Ex usu esse. Ph. 1. 212.
In usu esse. Tac. 2. Hist. c. 86.
Usum percipere. Cæs. de B. C. lib. 3.
Usu frui. Ph. 3. 102.
Usum habere, *pro percipere.* Ph. 2. 60. Ph. 3. 35..
USUSFRUCTUS *dicitur, cum res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum atque utilitatem capimus, ac si nostra esset. Vel est jus alienis rebus utendi fruendique, salva rerum substantia.*
Usumfructum alicui legare. Rh. 222. Or. 1. 287.
UTILITAS *est fructus, vel emolumentum.*
Utilitati servire. At. 294..
Utilitate duci. Quintil. l. 3. c. 8.
Ad utilitatem referre. Fam. 42. Rh. 128..
Utilitatem parere. Ph. 3. 106..
——— quærere. 3. de Or. c. 2.
——— habere *res dicitur, quæ utilis est.* Ph. 3. 101. Rh. 42.
——— afferre. Fam. 134. Ph. 3. 16.
Utilitatis fructum præbere. 7. At. ep. 6.
Utilitatem percipere. Ph. 3. 101.
——— capere. Ph. 3. 102..
——— omittere. Ph. 3. 60..
——— impedire. Ph. 3. 110.
VULGUS *turbam, et multitudinem significat. Extra tritum usum ornatius aliquando in oratione ponitur: ut apud Ciceronem pro Mil.* Cum uxore vehebatur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri et delicato ancillarum, puerorumque comitatu. Or. 3. 106.. *Ponitur eleganter, cum dicimus per contemptum,* vulgus imperitorum, vulgus patronorum, *et similia.*
In vulgus tribuere aliquid. Fam. 229.
——— gratum esse. *Id est vulgo.* At. 37.
——— ignotum esse. *Id est communiter.* At. 137..
——— exire. Or. 1. 19.
——— edere. Nepos in Datam.
——— emanare. Or. 1. 19.
——— valere. Ph. 1. 188..
——— commendari. Ph. 1. 248.
——— nomen retinere. Ph. 2. 126..
——— indicare. *Id est vulgo.* Ph. 2. 195..

Vulgo dici. Ter. Andr. 2. 5. 15.
——— aliquid ostendere. Ver. 2. c. 28.
——— loquuntur. Ver. 3. c. 30.
VULNUS. *Translate aliquando ponitur, et significat calamitatem, damnum, exitium, vel perniciem.*
Proprie positum.
Vulnus inferre. Cæs. de B. G. lib. 1.
——— dare. Ovid. 3. Met. 84.
——— impingere. Plaut. 131.
——— alligare. Tuscul. 2. c. 17.
——— accipere. Fam. 56. Rh. 131. Or. 2. 253. Or. 3. 226. *vel* excipere. Or. 3. 7..
——— facere. Quintil. l. 5. c. 13.
Vulneribus confici. Salust. in Jug.
——— affici. Colum. l. 4. c. 11.
Vulnus sustinere. Cæs. de B. C. lib. 1.
——— divellere. Cæs. de B. C. lib. 5.
Vulneribus confodere. Liv. l. 24. c. 7.
Vulnus recrudescere. Fam. 51..
Ex vulnere mori. Liv. l. 27. c. 33.
Translate.
Vulnus imponere. At. 12. 77.. Ph. 1. 121.
——— inurere. Or. 3. 6..
——— infligere. Or. 3. 179.
Vulnere percuti, *pro calamitate affligi.* Ph. 1. 41.
Vulnus sanare. Fam. 246.. At. 77.. Ph. 1. 121.
VULTUS. *Dicitur* vultus *voluntas hominis, quæ pro motu animi in* facie *ostenditur. Sic* vultus *magis ad animum refertur atque voluntatem.* Facies *vero magis ad corpus. Inde dicimus* irato et mœsto vultu *potius, quam* facie : *et contra* lata *aut* longa facie, *non* vultu. *Et tamen aliquando promiscue utroque uti licet: ut,* fœdata facie, *et* fœdato vultu ; scissa facie, *et* scisso vultu ; conversa facie, *et* converso vultu.
Vultum præbere. Or. 2. 87..
——— fingere. Rh. 95.. Or. 2. 32.. Ph. 1. 197.
——— simulare. Or. 2. 32..
——— alicujus cadere. *Id est mutari.* Or. 2. 240.
——— mutare. Ph. 1. 183..
Vultus alicujus exprimere. Fam. 201.
Vultum alicujus subire. Fam. 122.
——— reficere. 12. At. ep. 14.
——— ad tempus accommodare. 11. At. ep. 24.
Vultu pietatem lædere. Pro Rosc. Am. c. 13.
——— invito ridere. Hor. l. 3. od. 11.
Vultum submittere. Suet. Aug. c. 79.
——— indurare. Tac. 2. Hist. 46.
——— bonum habere. Salust. Catil. c. 10.
Vultu alicujus regi. Sen. de Ben. l. 6. c. 7.
Vultum ferre alicujus. Fam. 143..
In vultu alicujus acquiescere. Or. 3. 144..
UXOR *est, quam in matrimonio quis habet.* Uxor *autem quasi* unxor *dicitur. Mos enim fuit apud Antiquos, ut nubentes puellæ, simul cum venissent ad limen mariti, postes,*

antequam ingrederentur, ornàrent laneis vittis, et oleo ungerent.
Uxorem sibi adjungere. Ph. 1. 104.
——— habere. Rh. 133. Or. 3. 186.
——— repudiare. Suet. in Cæs. cap. 1.
Uxori nuntium remittere. Rh. 100.
Ad uxorem animum appellere. Ter. Andr. 2. 6. 15.
Uxorem ducere. Pro Sext. cap. 3. A ducenda abhorrere. 14. Att. ep. 13.

FINIS.

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVENDO veduto per la Fede di Revisione ed Approvazione del *P. F. Tommaso Maria Gennari Inquisitore* nel Libro intitolato *Phrases, et Formulæ linguæ Latinæ elegantiores &c. Stephano Doleto Auctore:* Non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente, per Attestato del Segretario nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo licenza a Giovanni Manfrè Stampatore, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 24. Novembre 1732.

GIO: FRANCESCO MOROSINI Cav. Rif.
ANDREA SORANZO Proc. Rif.
PIETRO GRIMANI Proc. Rif.

Agostino Gadaldini Segr.

1733. 28. Novembre:.

Registrato nel Magistrato Eccellentissimo contro la Bestemmia.

Angelo Legrenzi Segr.

Londini imprimebat J. F. DOVE, in Area quæ est Divi Joannis.